BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
3 Q
24

14
3 2
24

29

IOANNIS FRANCISCI PICI MIRANDVLAE DOMINI, ET CONCORDIAE COMITIS, EXAMEN VANITATIS DOCTRINAE GENTIVM, ET VERITATIS CHRISTIANAE DISCIPLINAE,

DISTINCTVM IN LIBROS SEX, QVORVM TRES
OMNEM PHILOSOPHORVM SECTAM VNI-
VERSIM, RELIQVI ARISTOTELEAM
ET ARISTOTELEIS ARMIS
PARTICVLATIM IM-
PVGNANT,
VBICVNQVE AVTEM CHRISTIANA ET
ASSERITVR ET CELEBRATVR
DISCIPLINA.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

d Ilecte fili ſalutē & apoſtolicā benedictionē. Nobis ſemꝑ peculiare fuit (qd̄ & domus noſtra quoꝗ antea obſeruauit) eos hoīes diligere & ãple cti & fouere, q aliqua doctrinæ & uirtutis cōditiōe pſtarēt, inter alios ue ro oēs familiā tuā cū ſuo ipſius ſplēdore & nobilitate, tū Ioānis pici patrui tui excel lētia, q uir multiplici ſciētiarū genere unicus ſuæ ætate atqꝫ cōſpicuus cū gratæ me moriæ Laurentio medice noſtro ſcḋm carnē genitore cōiū ctiſſime ac familiariſſime ui xit, oī beniuolētiæ ſtudio & dilectiōis officio ſumus aſſidue pſecuti. Huc itē accedit, ꝙ tu ſūmo ingenio, ſūmaqꝫ eruditiōe pditus a tuis maiorib9 nuſꝗ degenerādo, ſed eorū ueſtigiis egregie īſiſtēdo dignū re ac idoneū pbes, ut nō mō antiquæ inter nos amicitiæ uinculū retinere, uerū ēt amorē noſtrū & paternā ī te tuoſqꝫ charitatē ma iorē in modū excitare ī dieſqꝫ augere poſſis. qppe qꝫ oib9 opibus p ipm patruū tuū cōpoſitis, q̄ morte pueētus prim forte impfecta prim inemēdata reliquerat, tuis ēt, quę ipſe multa & egregia edidiſti, ſimul pfectionē limāqꝫ adhibuiſti: eaqꝫ (uelut no bis dilectus filius noſter Hercules ſanctæ Agathæ diaconus Cardinalis de rāgoni bus tuo noīe retulit) ad cōmunē uſum ſtudioſorū (qbus nos ī primis fauemus) magis caſtigata, q̄ antea in lucē edere & publico donare, ac ut emēdatiora nitidio raꝫ exeāt, coducto calcographo in oppido tuo Mirādulæ propriis ſumptibus te ēt præſidente imprimēda cōſtituiſti. Sed qa uereris, ne ſi ipſa uolumina inconſulto pro dirent, ab aliqbus aliis in honoris tui pīudiciū & dānū ſtatim denuo imprimerent: Curaſti nobis p Cardinalē pfatū humiliter ſupplicari, ut tibi de remedio opportu no oenigꝫ uiter puidere dignaremur. Nos aūt huiuſmōi ſupplicationibus inclina ti, cupiētes (q̄tum cū Deo poſſu mus) honeſtis tuis uotis annuere pariterqꝫ indēni tati conſulere: ut prōptius & ſecurius tā laudabile opus peragēdum aggrediaris: oibus & ſingulis chriſtianā fidē uolētibus p pntes ſub excōis latę ſniæ, a qua ne mo abſolui, niſi p Romanū pōtificē. præterq̄ in mortis articulo ſatiſfactione pui a poſſit: noſtris uero ſubditis ēt ducentorū aureorū & amiſſionis ipſorū uoluminum accuſatoribus p medietate, & cuicunqꝫ tibi placuerit, p reliquo applicādorū ſtatim & de facto p quēlibet cuiuſcūqꝫ cōditionis & gradus cōtrafacientē incurrēdis, & ir reuocabiliter exigēdis pœnis, p præſentes expreſſe inhibēdo mandamus: ne quiſq̄ ſub aliquo ptextu uel queſito colore huiuſmodi tua & patrui tui opa & libros per te, ut ſupra, publicandos, quo ad uixeris, abſqꝫ tuo expſſo cōſenſu & cōceſſione p ſe uel alios imprimere, aut imprimēda locare audeat uel præſumat. Mandantes oibus & ſingulis noſtris & ſedis apoſtolicæ legatis, plegatis, patriarchis, Archiepīs, Epīs, ordinariis & eorū uicariis ac aliis quibuſcunqꝫ, ad quos ſpectat, ſpectareqꝫ poterit quomodolibet in futurū: ut tibi in præmiſſis, quoties opus fuerit, & a te uel tuis mandata riis ad hoc deſtinatis fuerint requiſiti uirtute ſanctæ obediētiæ oī opportuno fauo re & auxilio p noſtra ēt & huius ſanctæ ſedis reuerētia adeſſe & aſſiſtere debeāt. Et ne de inhibitione & mādato noſtro hmōi ignorari cōtingat, uolumus harū exēplū in quolibet primo dictorū librorū folio ad uerbū imprimi & apponi, eiqꝫ, acſi pſen tes ſub anulo piſcatoris ſignatæ forēt, fidē indubiā p quēlibet hēri, cōſtitutionibus & ordinatiōib9 apoſtolicis cæteriſqꝫ cōtrariis nō obſtātibus qbuſcūqꝫ. Datū Romæ apud ſāctū Petrū ſub anulo piſcatoris die. X. Aprilis. M.D.XIX. Pōt. noſtri anno. vii.

A tergo. Ia. Sadoletus.

Dilecto filio Ioanni Franciſco Pico Domino Mirandulæ, & Concordiæ Comiti.

LEONI DECIMO PONT. MAX. IOANNES FRANCISCVS PICVS FOELICITATEM.

CVM LVCVBRATIONES MEAS OMNEIS TIBI LEO PONT. MAX. MVLTIS DE CAVSIS DEBEAM, NOLVI COMMITTERE, VT HOC QVOQVE EXAMEN, IN TVO NOMINE NON PRODEAT IN PVBLICVM. QVOD ETSI ALIQVA NOSTRA VOLVMINA PRAECESSERVNT, TIBI ETIAM DICATA, IN QVIBVS ILLVD IPSVM SAEPENVMERO CITAVIMVS, NVPER TAMEN EST EDITVM. QVANDO QVIDEM GRANDE OPVS ET LABORIOSVM CITIVS NON POTVIT ABSOLVI, EXISTIMO AVTEM ME TEMPORIS DISPENDIVM, OPERIS COMPENSATVRVM VTILITATE, TIBI ETIAM, NISI LONGISSIME FALLOR, COMPROBANDA, SI PER OCCVPATIONES TVAS, SI PER ANIMI LAXAMENTA, LICEBIT QVOD SCRIPSIMVS ALIQVANDO PERLEGERE. VALE FOELICITER. MIRANDVLAE TERTIO IDVS IVLII.

. M . D . XX .

TABVLA CAPITVM PRINCIPALIVM IOANNIS FRANCISCI PICI MIRANDVLAE DOMINI, ET CONCORDIAE CO/ MITIS, IN EXAMEN VANITATIS DOCTRI/ NAE GENTIVM ET VERITATIS CHRI STIANAE DISCIPLINAE.

¶ Summatim primo libro continentur, initia & progreſſus doctrinæ gentium. Itē uarietas ſectarum, & ſententiarum diſcordiæ ſuper unaquaqꝫ re, tā maioris ꝙ minoris mundi. Vnde multiplex eius uanitas deprahendi poteſt. & poſtea ueritās ſacrarum literarū celebratur, tā ex principiis diuinitus datis unanimiqꝫ conſenſu fideliū receptis, ꝙ ex ꝓbationibus ſupnaturalibus, principiis ipſis reſpōdentibus, ibiqꝫ oſtēditur, in examine ſi appendantur, uel unum eius dogma, omnibus humanis præponderare doctrinis.

Proœmium totius operis. charta .ii.
De origine doctrinæ gentium. i. earum theologiæ, ſapiæ, p̄hiæ. Cap. i. c. iii.
Quam uarium philoſophandi genus inter gentes, ꝙ uariæ philoſophantium ſectæ a primis uſqꝫ ſeculis ad noſtra tempora, & quare author alia uia hoc in opere ꝙ. Io. picus eius patruus ſolebat, philoſophetur. Cap. ii. c. iiii.
Qđ p̄hi gentiū, nec in partienda ſua p̄hia nec incolēda cōueniūt. Cap. iii. c. viii.
Vtrum ulla ſit ueritas? & ſi ſit, uteū haberi poſſit an minime? inter philoſophos gentium non conueniſſe. Quorum diuerſiſſimæ opiniones referuntur, ibiqꝫ etiam oſtēditur, platonem ea de re, a ſectatoribus per partes, particulas, minutiaſqꝫ diſtractum atqꝫ diſcerptum, pugnaciſſima diſcordia. Cap. iiii. c. ix.
Quod ſuper ueritate philoſophiæ rationalis, naturalis, ſupernaturalis, mathematicæ, moralis, gentium philoſophi nihil attulere certi atqꝫ cōſtātis. Cap. v. c. xi.
Quam uarie ſenſerint gētium philoſophi de grāmatica, rhetorica, & dialectica artibus, quæ inſtrumenta captandæ ueritatis haberi ſolent. Cap. vi. c. xi.
Quod ſuper mathematicis artibus arithmetica & geometria, ſuperqꝫ mediis Aſtrologia & muſica, gentium philoſophi non conueniunt. Cap. vii. c. xii.
Quam uarie ꝗꝗ pugnaciter de ſupernaturalis, naturaliſqꝫ, & moralis philoſophiæ partibus, generalibus maxime ꝗ principalibus, philoſophi gētiū ſenſerint atqꝫ decreuerint. Cap. viii. c. xii.
Qđ gentiū p̄hi de omniū rerū principio differētes nō conueniūt. Cap. ix. c. xiiii.
Quod ſuper cauſis rerum, ſuperqꝫ natura, & eius principiis decernendis, inter gentium philoſophos multa diſſenſio. Cap. x. c. xiiii.
De conſtitutione mundi & fine, deqꝫ eius unitate, magnitudine, & figura, deqꝫ materia & forma, ꝙ uaria ꝗꝗ pugnantia prodantur a philoſophis? Cap. xi. c. xvi.
Philoſophos gentium, diſcorditer atqꝫ pugnaciter tam de mundi partibus ſupremis cœlo ſtellis atqꝫ oībus quæ in ſublimi generātur, ꝙ de imis & etiam ſubterrāneis, eorumqꝫ motibus, diſſeruiſſe. Cap. xii. c. xviii.
Quam uariæ in uniuerſum de homine, hoc eſt minori mundo, quid ſit, unde uenerit, quo uadat? philoſophorum ſententiæ reperiantur. Cap. xiii. c. xxii.
Quam magnæ & ꝙ multæ inter philoſophos gentium de humana anima diſſenſiones & rixæ? ubi oſtendit ꝙ magnas ēt, hac de re diuinitus oſtēſa Chriſto gratias

agere debeamus.Cap.xiiii. .c .xxiii.

Diſſentire philoſophos gentium apertiſſime,ſuper animæ functionibus atq; muneribus corpori communicatis.Cap.xv. .c .xxvi.

In humano corpore conſtituendo,inq; ipſius affectionibus proprietatibus ue decernendis,inter gentium philoſophos etiam medicos,miram diſſenſionem uiguiſſe.Cap.xvi. .c .xxvii.

Qđ de ſummo bono,deq; hominis fœlicitate,& multa & magna inter philoſophos gentium bella fuere diſſenſioneſq; perpetuæ.Cap.xvii. .c. .xxxii.

De bonis,malis,& indifferentibus.q̃ uarie & differenter philoſophi gentium decreuerint.Cap.xviii. .c .xxxiii.

Qđ de uirtutibus & legibus iter p̃hos gẽtiũ multa diſcordia.Cap.xix. .c .xxxiiii.

Epilogus primi libri in examen uanitatis doctrinæ gẽtium,ubi & de ueritate & excellentia ſacrarum litterarum agitur.Cap.xx. .c .xxxv.

¶ Secundo libro ſummatim inſunt,philoſophorum gentium,& opiniones multæ & rationes pluſimæ,atq; pugnaces,ſuper ueritatis iudicio. Vnde etiam multa uanitas detegitur,& poſtremo oſtenditur ueritatem diuinitus hominibus datam, & ab ipſamet ueritate quæ Chriſtus eſt,& patefactam & explicatam.ubi longiſſime propendere Chriſtianam diſciplinam cæteris omnibus percipi poteſt.

Procemium. charta .xxxvi.

Quod iudicatorium κριτήριον a græcis uocatum,multis capitur modis,& qđ de eo agendum,quidq; hoc ipſo libro tractandum & quo modo.Cap.i. .c .xxxvii.

Vtrum habeatur aliquod ueritatis iudicatorium,utrum uerum ullum in communi reperiatur an minime.q̃ multæ rationes hinc inde afferantur.Ibiq; etiam qđ uerum ſit,quid ueritas,multæ tam ſtoicorum q̃ peripateticorum noſtrorumq; theologorum ſententiæ.Cap.ii. .c .xxxviii.

De opinione & rõne Xenophanis colophonii, in auferendo ueritatis iudicatorio. Cap.iii. .c .xl.

De opinione & rationibus Xeniadis Corinthii,& Anacharſidis Scythæ,qui ueritatis iudicatorium ſuſtulerunt.Cap.iiii. .c .xl.

De opinione & rationibus protagoræ,quibus uoluit ueritatis iudicatorium in uniuerſum tantummodo ſublatum iri,ibiq; non nihil contra Ariſtotelem, Deq; opinione Dionyſiodori & Euthydemi & Nauſiphanis.Cap.v. .c .xli.

Quibus ſit argumentis Gorgias uſus in euertendo ueritatis iudicatorio, ibiq; non nulla contra Gorgiam:& de metrodori & Anaxarchi ſententia qua illud ipſum iudicatorium ſublatum iri uoluere.Cap.vi. .c .xlii.

De opinione phyſicorum qui a Thalete fluxere,deq; opinione & ratione Anaxagoræ,quibus placuit iudicatorium quidem ſenſus auferri, mentis autem relinqui, & q̃ falſo eis Ariſtoteles inſultauerit.Cap.vii. .c .xliii.

De opinione & ratione Parmenidis,& q̃ falſo eam & retulerit Ariſtoteles in quarto libro metaphyſicorum,& reppulerit.Cap.viii. .c .xliii.

De opinione pythagoricorũ, & de ratione eorum philolai & poſſidonii,in iudicatorio ueritatis aſſerendo.Cap.ix. .c .xliiii.

De opinione & ratione empedoclis circa iudicium ueritatis.& q̃ falſo Ariſtoteles eius opinionẽ in quarto metaphyſicorũ recitet & impugnet. Cap.x. .c .xliiii.

De opinione Heracliti & ratione, in ueritatis iudicatorio decernendo. iidemq; de opinione Democriti,& ꝙ eã male retulit Ariſtoteles in quarto libro metaphyſicorum,& Cicero male in academicis.Cap.xi. .c. .xliiii.

De opinione platonis & ratione,in ueritatis iudicatorio decernendo,& q̃ uarie eã uarii interpretetur.Cap.xii. .c. .xlv.

De opinione & ratione Speuſippi & Xenocratis platonicorum,in ſtatuendo ueritatis iudicatorio.Cap.xiii. .c. .xlvi.

De opinione & rationibus Archeſilai platonici ,circa ueritatis iudicatoriũ. idq; ex multis authoribus.Cap.xiiii. .c. .xlvi.

De opinione Carneadis,ab aliis diuerſa,in triplici iudicatorio decernendo.& q̃ uarie de eo uarii diſſeruerint.Cap.xv. .c. .xlvii.

De cyrenaicorum ſententia & rationibus,ad ueritatis iudicatorium conſtituendũ ubi nõnulla aduerſus Ciceronẽ,deq; Aſclepiadis opinione.Cap.xvi. .c. .xlviii.

De opinione ſtoicorũ & rõnibus,i ueritate falſitateq; dimetiẽda.Cap.xvii. c. .xlviii.

De opinione Ariſtotelis & Theophraſti & ſectatorum,in iudicatorio ueritatis decernendo.Cap.xviii. .c. .xlix.

De opinione epicuri in diiudicanda ueritate.Cap.xviiii. .c. .l.

Quod ſceptici philoſophi reliquis omnibus qui aliquod ueritatis iudicatoriũ conſtituerent,triplici uia & modo acriter contradicunt,ubi quædam repetuntur altius,& de fidei præſtantia Chriſtianæ agitur.Cap.xx. .c. .l.

De locis quos & ad aſſenſum cohibendum,& ad opponendum,ſceptici cuſtodierũt. Cap.xxi. .c. .li.

De primo ad aſſenſum cohibendũ loco,q̃ ab animantium paratur diuerſitate,ubi quæpiam contra Ariſtotelem,inter oſtendendum rationes eius in quarto primæ philoſophiæ,de ſenſus ueritate ,facile ſolui.Cap.xxii. .c. .li.

De ſecundo cohibendi aſſenſus loco,ob humanam diuerſitatem conſtituto,ubi etiã nonnulla contra Ariſtotelem.Cap.xxiii. .c. .liiii.

De tertio loco ad aſſenſum cohibendum excitato,& ſuper ſenſuum diuerſitate fundato.ubi & non nihil contra Ariſtotelem.Cap.xxiiii. .c. .lv.

De quarto compeſcendi aſſenſus loco,qui de circunſtantiis diſpoſitionibus ue trahatur.Cap.xxv. .c. .lvi.

De quinto ad aſſenſus retinendi cõmoditatem parato modo,ex rerum loco,ex poſitu,ex intercapedine.Cap.xxvi. .c. .lviii.

De ſexto & ſeptimo ad abducendos a iudicio homines paratis locis, quorum alter ex mixtione,alter ex quantitate cõpoſitioneq; cõſtituitur.Cap.xxvii. .c. .lviii.

De octauo loco qui eſt ad aliquid:qua in re contra ſcepticos aliquid dicitur, Multa pro illis.Cap.xxviii. .c. .lix.

De nono & decimo ab antiquis ſcepticis conſtituto loco in ſuſtinendis aſſenſionibus.quorum ille,de raro & frequenter uiſis rebus conflatus eſt,hic uero de uitæ electione,de moribus,de legibus,de fabuloſis perſuaſionibus,deq; philoſophorum opinionibus corrogatur.Cap.xxviiii. .c. .lix.

De quinq; locis aſſenſus cohibendi , qui ſcepticis iunioribus accepti referuntur. Cap.xxx. .c. .lx.

De duobus locis aliis ad aſſenſum cohibendum.Itemq; de locis octo quos Eneſide

mus ad contradicendum excogitauit. Itemq; de quattuor capitibus quibus nihil pcipi & cōpræhendi poſſe in academicis Cicero diſſerit. Cap. xxxi. .c .lxi.
Quo pacto ſceptici primum ueritatis iudicatorium cui nomen fecere, in quo, ubi latum irripatauerunt. Ibiq; multa notatu digna: atq; inter alia q argumenta ſcepticorum in dogmaticos phos, noſtræ nō officiāt religioni. Cap. xxxii. .c .lxii.
De iudicatorio quod uocatur, per quod, idq; quibus argumentis repellant ſceptici. & p ea nihil aduerſentur Chriſtianæ diſciplinæ. Cap. xxxiii. .c .lxv.
De iudicatorio cui nomen eſt, ſecundum quod, idq; quibus argumentis pyrrhonii repellant. ibiq; laus Chriſtianæ diſciplinæ. Cap. xxxiiii. .c .lxvii.
De uero, quid ſceptici in uniuerſum diſſeruerint, ut illud redderent ambiguum. Cap. xxxv. .c .lxix.
De uero, quid in particulari diſputauerint ſceptici, ut reliquarum ſectarum phis cōtradicerēt, idq; diuerſe p ur diuerſe uerū definiebāt. Cap. xxxvi. .c .lxx.
Veritatem ex ſacris hebræi litteris, eamq; inde capiendam: ubi multa de ueritate & perfectione chriſtianæ diſciplinæ, & obiter cōtra obſtinatos hebreos nonnulla. Cap. xxxvii. .c .lxxiii.
Epilogus libri ſecundi. Cap. xxxviii. & ultimum. .c .lxxv.
Tertio libro reponuntur multa, quæ philoſophi inter ſe ſe bellantes protulere. ſuper artibus liberalibus, ſuper philoſophia, metaphyſica, naturali, & morali. deinum p ſubiicitur, ſacras litteras eminēter habere in ſe collectum, idq; pure atq; ſincere, ſi quid boni in philoſophorum ſectis interſperſum eſt, quæ nihil habeāt ponderis comparatione ſacræ diſciplinæ.
Procemium. chirta .ixxv.
Quod duæ phorum ſectæ epicurea & pyrrhonia, diſciplinas liberales in ptio non habuerint, & quibus de cauſis, & q̃ inter ſe diuerſis. Cap. i. .c .lxxvi.
Quid ſceptici cōtra diſciplinas in uniuerſum attulerint, ſumptis argumentis ex re quæ doctrina præbeatur, ex docente, ex diſcente, ex modo doctrinæ. ubi contra ipſos nōnulla dicuntur, & aliqua dicuntur in laudem chriſtianæ diſciplinæ. Cap. ii. .c .lxxvi.
Quid ſceptici contra grammaticam ſoleant diſputare. ubi & alia quæpiam ex aliis authoribus. Cap. iii. .c .lxxviii.
Quæ & Critolaus peripateticus, & academici charmidas atq; clytomachus, & ſceptici philoſophi, aduerſus rhetoricam commentati ſint. & qd operis author pro ea. Cap. iiii. .c .lxxxiii.
Quid aduerſus geometras ſceptici phi maxime attulerint. Cap. v. .c .lxxxvi.
Quod alia aduerſus geometras poſſunt afferri. ibiq; ēt pleraq; in eoſdē ex phis antiquis, ex iunioribus, ex authore, ex. Io. etiā pico patruo. Cap. vi. .c .lxxxviii.
Quid aduerſus arithmeticā facultatē pyrrhonii diſputauerint. Cap. vii. .c .xc.
Quid poſſit ad infirmandam quæ moles & motus ſyderum metitur Aſtrologiam afferri, ibiq; nonnulla contra ſcepticos philoſophos. Cap. viii. .c .xci.
Quid aduerſus muſicam artem ephectici philoſophi diſſeruerint, & quid in eos ēt hac de re dici queat. Cap. ix. .c .xcv.
Quam multa aduerſus dialecticam facultatem a ſcepticis philoſophis ſint diſputata, & quid author pro ipſa. Cap. x. .c .xcvii.

Quæ

Quæ nam & q̃ multiplex improbatio ſupremæ philoſophiæ partis? quam plerique metaphyſicam, Alii primam philoſophiam, Alii gentium theologiam dicunt, a ſcepticis excogitata. ibique etiam aduerſus eos non nihil. Cap. xi. .c .xcix.

Quid aduerſus phyſicos ephectici diſſeruerint. ubi etiam contra eos nonnulla. Cap. xii. .c .c.

Quid ephectici philoſophi aduerſus moralia reliquorum philoſophorum dogmata diſputarint. ibique q̃ infirme ex ſolis philoſophorum doctrinis & moribus genus humanum ad degendam uitam duceretur, & q̃ fuerit ſalubris Chriſtiana diſciplina. Cap. xiii. .c .ciiii.

Libri tertii examinis epilogus. in quo oſtenditur ſectas omnes philoſophorum aliquid umbræ ueritatis eatenus conſecutas, quatenus ipſæ uel de longinquo ſunt æmulatæ diuina ſacrarum litterarum dogmata: in quibus eminenter & ſincere collectum poteſt uideri, quicquid in prophanis illorum libris impure & tenuiter interſperſum eſt. Cap. xiiii. & ultimum tertii libri. .c .cviii.

¶ Quarto libro diſſeritur, non tanti momenti habitam, nec debere haberi doctrinam Ariſtotelis, quanti æſtimari ſolet a multis: deceque uiis in uniuerſum nec omnino uera nec certa monſtratur: id ipſumque maxime authoritatibus ſcriptorum magni nominis. Indeque probatur ſacrarum litterarum doctrinam ſi in examẽ ſuſcipiatur, orbis cõſenſu, & ratione, & miraculis: oĩbus aliorũ præſtare doctrinis.

Procemium. charta .cx.

Quod doctrina Ariſtotelis in examine appenſa, plus inanis q̃ ueri ponderis præſeferat, & quod triplici ea uanitate labet. ibique trium etiam ſequẽtium librorum ordo particulatim explicatur. Cap. i. .c .cxi.

Vnde nam tanta Ariſtoteli noſtris temporibus authoritas tributa? ubi de uario philoſophandi ſtudio per diuerſa tempora, deque diuerſis inſtitutis. Io. pici, atque ipſius authoris. Cap. ii. .c .cxiii.

Quod incerta eſt Ariſtotelis doctrina ex ſententiis multorum philoſophorum, qui ſectarum principes extitere. Cap. iii. .c .cxv.

Probatur multipliciter incertum eſſe, an ullum habeamus librum cuius exẽplaria fuerint ab Ariſtotele compoſita? Cap. iiii. c. .cxvi.

Quod & ſi aliquos etiam habeamus libros, qui iuſte, atque legitime inſcribantur Ariſtoteli: Incertũ nihilominus eſſe, utrũ eis in libris aliquid ſit quod ſincere ſit Ariſtotelis, nec internoſci poſſe, quid eius proprium, quid alienũ. Cap. v. .c .cxviii.

Quod & ſi certi habeantur quantum ad authoritatem pertinet Ariſtotelis libri: certi etiam quo ad litteræ contextum ſpectat, ita ut nullo unquam tempore uitiati ſint: Adhuc teſtimonio Theophraſti, Andronici, Simplicii, & Porphyrii, & aliorum, incertam eſſe Ariſtotelis doctrinam, & aliquibus in rebus falſam. Cap. vi. .c .cxx.

Incertam eſſe Ariſtotelis doctrinam ex modo ſcribendi ipſius. Cap. vii. .c .cxxi.

Doctrinam Ariſtotelis incertam oſtendi, ex ipſius aſſeclarum expoſitorumque perpetua pugna: quæ q̃ multiplex ſit & q̃ magna? oſtenditur. Cap. viii. .c .cxxiii.

Quod ex Chriſtianis theologis probatiſſimis, & antiquiſſimis, haberi poteſt philoſophiam gentium non æſtimandam: ac doctrinam Ariſtotelis incertam eſſe, & pleriſque in rebus falſam. Cap. ix. .c .cxxiii.

Quod ex chriſtianis theologis iunioribus,qui pariſienſi ſtilo per queſtiũculas ſcribendo celebres habiti ſunt,haberi poteſt Ariſtotelis doctrinam incertam eſſe. Cap.x. .c .cxxv.

Ex multis Ariſtotelis erroribus eius doctrinam incertam conuinci, eadem nunc in uniuerſum tanguntur,& explicabuntur ſequentibus libris.Cap.xi. .c .cxxvii.

Quod doctrina Ariſtotelis fundatur in ſenſu,qui quoniam ſæpenumero fallax eſt & Aliis decipi modis pōt,præterq̃ iis quos ipſe recenſuit,ideo incerta putāda eſt. Ibiq; cōtra eos qui dicunt ſenſum ex Ariſtotelis ſententia non falli: ac ꝑterea oſtenditur tolli rationes quibus ipſe ueritatem ſenſus probare ſategit. Cap.xii. .c .cxxviii.

Q̄d ipſemet Ariſtoteles fateť ſui ipſius doctrinā incertā eſſe.Cap.xiii. .c cxxviiii.

Epilogus quarti libri ubi de certitudine ſacrarũ agiť litterarũ.Cap.xiiii. .c .cxxx.

¶ Quinto libro diſputatur aduerſus artem ſciendi & demōſtrandi poſterioribus Analyticis traditam,monſtraturq; dum ſub examē reuocatur non id habere ſolidi ponderis quod pleriq; putabant.id ꝑ potiſſimum rationibus deſumptis ex Ariſtoteleis principiis & authoritatibus quoq; peripateticorum nō parum multis.poſteaq; ſubinfertur firmiſſimā haberi debere Chriſtianam diſciplinam cuius longe certiſſima principia habentur,& concluſiones omni demonſtratione humana clariores,a quibus etiam rixa inter phos uerſata longiſſime abſit.

Procemium. carta .cxxxi.

Quid actum ſuperiori libro,& quid agendum,ibiq; ꝙ ars demonſtrandi Ariſtotelis qua rerum ſcientiam colligi docuit incerta ſit.id ipſumq; quinq; uiis aperiendum,& quo modo.Cap.i. .c .cxxxi.

Quod Ariſtotelis demonſtrandi ars incerta,quia fundatur in indicio iudicioq; ſenſus,q Aliis incertus ē modis q̃ q ab ipſo Ariſtotele poſiti ſunt.Cap.ii. .c .cxxxii.

Confirmantur clariſſimis exemplis quæ ſupra ſunt dicta de ſenſus incertitudine. Cap.iii. .c .cxxxvii.

Digreſſio quædam in referenda opinione Henrici candauenſis de incertitudīe cognitionis humanæ.atq; oſtenditur quocunq; modo de ea ſtatuatur,rationes tamen quibus eam Ioannes Scotus impugnauit,magni non eſſe momenti. Cap.iiii. .c .cxxxx.

Quod etiam ſi non fallatur ſenſus Aliis modis q̃ qui poſiti ſunt ab Ariſtotele: adhuc tamen & rationibus,& Ariſtotelis authoritatibus cōuinci,incertum eſſe ſenſus indicium & iudicium,ac per hoc demonſtrationem certam eſſe non poſſe. Cap.v. .c .cxxxxv.

Theophraſti authoritatibus cōfirmari incertum eſſe iudicium ſenſuum quibus demonſtratio redditur incerta.Cap.vi. .c .cl.

Quod ars demonſtrandi Ariſtotelis incerta eſt particulatim oſtenditur,ex eo ꝙ incerta eſt apud eum uere definiendi facultas. ibiq; ſpeuſippus defenditur. Cap.vii. .c .cl.

Quod apud philoſophos antiquos,atq; apud ipſum Ariſtotelem incerta eſt hominis definitio.Cap.viii. .c .cliii.

Quo modo poſſit homo uno uerbo græco ultimam differentiam exprimente definiri.Cap.ix. .c .clvi.

Quod

Quod & ſi poſſit haberi definitio non tamen ex regulis ab Ariſtotele poſitis, ibiq; multa de modo intelligendi non propria, ſed rara ponuntur. Cap. x. .c .clvii.
Ex eiſdem fundamentis & Aliis pleriſq; contra diſtinctionem demonſtrationis, quia & propter quid, ab Ariſtotele poſitam: & etiam contra eius artem definiendi ſupra taxatam multa dicuntur. Cap. xi. .c .clxii.
Quod nõ ſolum incerta ſunt apud Ariſtotelem & ſenſus, & definitio, quibus utitur tanq̃ fundamẽto & tanq̃ medio & cauſa demõſtrandi, ſed & progreſſus etiam & finis, hoc ẽ ꝓpoſitio uniuerſalis & affectio ꝓpria ſubiectæ rei. Cap. xii. .c .clxiiii.
Eos & fallaciam conſequentis, & petitionis principii cõmittere, qui ex multis omnia colligi cõtendũt, & qui negata ab aduerſario propoſitione uniuerſali probare illam tentãt: atq; ut cum eis bene ſtatuatur, probabiliter tãtum argumẽtari q ſe demõſtrare ex Ariſtotelis doctrina putãt. Cap. xiii. & ultimũ quĩti libri. .c .clxviii.
Peroratio Quinti libri ubi & fides, & diſciplina chriſtiana celebrat. .c .clxxii.
¶ Sexto & ultimo libro per oĩa Ariſtotelis celebratiſſima uolumina diſcurſus fit ad oſtendẽdum quæ ſoleãt in illis demõſtrationes haberi inſigniores, ea eſſe partim fallacia, partim nõ multarum uiriũ argumenta: indeq; ſubiicitur epilogus totius uanitatis doctrinæ gẽtium, ut Chriſtiana diſciplina quæ omnibus iam ſectis præſtare & præpõderare clariſſimum ſit, & quæratur auidius, & ardẽtius excolat.
Procemium. carta .clxxii.
Quod errores multi in referendis & confutandis ueterum philoſophorum placitis ab Ariſtotele cõmiſſi ſunt in phyſicis, quo in loco Parmenides & Meliſſus defendantur multipliciter. Cap. i. .c .clxxii.
Motus definitionem ab Ariſtotele traditam, & pleraq; etiam de motu dogmata, rõnibus & authoritatibus impugnari ſolere. Cap. ii. .c .clxxv.
Temporis definitionẽ, & alia de tpe Ariſtotelis placita, refutari. Cap. iii. .c .clxxv.
Loci definitionem ab Ariſtotele traditam, a Philopono & aliis impugnari, & quam ipſe reꝓbat ſpacii uidelicet trinæq; dimẽtionis, aperte defẽdi. Cap. iiii. .c .clxxvi.
Demonſtrationes, quæ dicuntur ab Ariſtotele contra uacuum factæ diſſolui & refutari ab eius interꝑte philopono, & ab eodẽ rõnes adduci, ut fieri queat motus ꝑ uacuum. Cap. v. .c .clxxvii.
Quid pro uacuo aduerſus Ariſtotelem attulerit Rabi haſdai. Cap. vi. .c .clxxviii.
Quod in octauo phyſicorum, & alibi, ubi maxime creditur Ariſtoteles æternitatem motus, temporis, & mũdi demõſtraſſe, & ſe & alios fefellerit. Cap. vii. .c .clxxviii.
Quod nõ ſolum ueritati, ſed & principiis peripateticæ philoſophiæ aſſertio de mũdi æternitate repugnet. Cap. viii. .c .clxxxi.
Quod in libris de cælo, & quinta eſſentia, & alia multa, quæ Ariſtoteles aſſeuerat negari poſſunt: & q; eius rationes de mũdi unitate, ab aliis debilia argumẽta exiſtimantur. Cap. ix. .c .clxxxii.
Quod in libris itẽ de cælo, & Xenarchus, & Philoponus, Ariſtoteli cõtradixere multis in rebus: & q; multa quoq; adduci nõ incomode poſſent. Cap. x. .c .clxxxiiii.
Multa quæ Ariſtoteles in libris de generatione poſuit ut ſtata & firma, & rationibus impugnari poſſe, & impugnata fuiſſe. Cap. xi. .c .clxxxv.
Quod aliquæ rationes demonſtrationum loco in meteorologicis ab Ariſtotele poſitæ, falſæ ſunt. Cap. xii. .c .clxxxvi.

Quod in libris de anima, ubi maxime ualidas pleriq; putant Ariſtotelis rationes debiliter ipſe argumentatur, non demonſtrationibus utif. Ibiq; ab impugnatione Themiſtii Theophraſtus defenditur, qui reprehenderat Ariſtotelem. Cap.xiii. .c .clxxxvii.

Quod in metaphyſicis Ariſtoteles dum ueterum narrat & cõfutat opiniones, & falſo narrat & falſo confutat. Ibiq; Anaxagoras, Parmenides, Empedocles, Democritus, ſuis eorummet uerbis defenduntur. Cap.xiiii. .c .clxxxii.

Quod rationes Ariſtotelis contra ideas platonis demonſtrationes non ſunt, ut pleriq; putauerunt, idq; oſtenditur multipliciter. ubi & plurima de opinione idearum. Cap.xv. .c .clxxxiii.

Quod in metaphyſicis Ariſtoteles de ſubſtãtiis a materia ſeiũctis, de numero ſphærarum cæleſtium, & ordine, perperam decreuit. Cap.xvi. .c .clxxxxv.

De eſſentia diuina q̃ male, & q̃ ſæpe male, decreuerit Ariſtoteles in metaphyſicis. Cap.xvii. .c clxxxxv.

De infinitate poteſtatis diuinæ non recte ſenſiſſe Ariſtotelẽ. Ibiq; etiam oſtenditur & authoritatibus aliquorũ theologorũ, & rationibus, Deum omnipotentẽ ab eo non demonſtrari. Cap.xviii. .c clxxxx.ii.

Quod falſa in moralibus libris Ariſtotelis multa. Cap.xviiii. .c .cxcix.

Quod Ariſtoteles de rebus cõmunibus non tot decreuerit quot uulgus literatorum exiſtimauit. Item ꝓ ſibi ipſi aduerſus fuerit, & alia errauerit, quæ prætermittuntur & quare. Item quid de ſuis argumentationibus author cenſendum a lectoribus cupiat. Cap.xx. .c .cc.

Totius operis epilogus, & confirmatio, atq; exhortatio ad ueram doctrinam capeſſendam. Cap.xxi. & ultimum ſexti libri. .c .cciiii.

Finis Tabulæ Totius examinis.

¶IOANNIS FRANCISCI PICI MIRANDVLAE DOMINI, ET CONCORDIAE COMITIS, IN EXAMEN VANITATIS DOCTRINAE GENTIVM, ET VERITATIS CHRISTIANAE DISCIPLINAE, PROOEMIVM.

T ANTA eſt percipiendæ ueritatis hominibus innata cupiditas: ut a primis uſq; ſæculis, quicūq; præſtare ingenio uidebatur, is & eius inueniendæ & aliis patefaciendæ negociū libenter ſuſceperit, Inde ſibi fœlicitatē, quā ipſa niti ueritate conſtans erat fama, ꝓcuraturus. quod cū mecum ipſe conſiderarē: magna me tenebat admiratio: Humanū ipſum genus ad hanc ueri noticiā natum: eiuſq; capeſcendi ſuapte natura deſiderio exæſtuans: & inter ſe ſe: & cum eo ipſo quod deſideraret aperte rixari. creſcebatq; admiratio ea in dies magis: dum cernerem ueritatem ipſam nihilo tamē minus ab homine eximie adeo diligi: ut deprehenſæ uanitati: quæ per multorū iam mentes diuagaretur: ueritatis nomen iponeret. Ea ꝓpter magno ſtudio & ꝗbus poteram uiribus indagare Cœpi, rei tam monſtroſæ tamq; pernicioſæ radicem: quæ ſi potuiſſet euelli: uideri facile quiret, cum legitimis ueri amatoribus bene actum eſſe atq; p̄clare. Quo quidem in negocio dum aſſidue uerſarer, mihi demū uiſum eſt, radicis huiuſce cauſam fallaci opinioni acceptam referri oportere. Nam cū una tantū ueritas & ſit & habeatur: multæ tamē ſunt uiæ ꝗbus ad eam ꝓueſtigandā acceſſit antiꝗtas, atq; hinc quāꝗ̄ diuerſitas manauit opinionū: eis tamē & ſcientiæ & ſapientiæ & doctrinæ appellationes indiderunt. honeſta illa ꝗdem nomina: ſi quod ſperabant fuiſſent conſequuti: ſed non tot inter illos bella: nec tot ſæculis uiguiſſent: Id ipſum ſenſiſſent oēs: non nimio ꝓprii amoris igne ſuccenſi, quod uerū autumabāt: id uerū & eſſe & haberi debere obſtinatiſſime cōtendiſſent: non eos, ꝗ adſe ſe ut ueritatis diſcipuli fierent accedebant: erroris ꝑnicioſi magiſtros reliquiſſent: eo ad mentis conſequēdam ſanitatem difficiliores, quo iuramento etiā firmare p̄ceptorū dogmata cōſueuerant. O miſeriam dubio ꝓcul ſingularē: liberū hominis animū ad expeditā contēplandæ ueritatis actionē editum: nec cœlo nec ulla re creata contentū: in unius opinionis ergaſtulo tanq̄ manicis & c edibus uinctū detineri. ſed qm̄ uanitatis huiuſce radix: in eorū ꝗ ſapientiā apud gentes ꝓfiteri dicerentur mentibus atq; doctrina triplicē quaſi fibrā adegerat: qua nō ipſa modo aleretur: ſed truncum ꝑmeret: & ramos: & folia: quorum ēt ad umbrā numeroſiſſima turba conflueret. Ideo exiſtimaui me gratum bonis ingeniis facturū: illam ipſam ſi fieri poſſet: ut eruerē: eiuſq; fibras rationis acie tanq̄ duro ferro cōuellerē. quod equidē non difficulter poſſe fieri arbitror: ſi uniuerſam gentiū doctrinam: ſupſtitione, incertitudine, falſitate, labare: hoc ipſo quod in manibus habemus opere mōſtrauerimus. ut enim ueritas ē religionis: ita ſupſtitionis eſt uanitas: & ſi uerum dixiſſe ꝓbamur cum certo a nobis ea patefiunt que certa eſſe nos oſtenſuros recepimus: ita uanitatis arguemur ſi & ꝓ certis incerta, & ꝓ ueris falſa tradidiſſe depræhendamur. Quare quod attinet ad religionē uanum id appellabimus: quod prauū habet initiū: uana & fallacia media, fineq; minime cōſequitur: quo ad alia ēt uanum & dici & haberi pōt id quod non ſtat ꝓmiſſis & ꝓ certo præbet ambiguū. Vanum itē quod ueri ſpecie p̄tenta falſum

Vanū quid et quotuplex.

induecit.De uanitate aũt.ſ.ea quæ ad religionẽ ptinet/cum græcos tum latinos ex no
ſtra religiõe theologos multa ſcripſiſſe inuenio/ipſe quoq; nõnulla diuerſis in ope/
ribus: ut eorũ exigebat ratio/mandaui litteris.Quapropter ipſa de re a nobis mul
ta nõ ſunt dicenda/ſed potius afferenda ſunt rara quæpiam/aut parũ cognita / aut
a pleriſq; non animaduerſa/quæ eo pnitioſius quirent nocere/quo latentius inſidia
rent.De ſecunda & tertia uanitate qui differere tentarunt/id in uniuerſum genera
timq;/& plurimũ in cõi feciſſe uident.Per partes uero & ſpeciatim de ipſis qui decer
Iuſtinus martyr. netent & pauci fuere/& pauca quidem attulere.Iuſtinus martyr/Euſebius/Theodo
ritus græca lingua/latina uero lactantius/Auguſtinus/Thomas aquinas/non nihil
Euſebius. aduerſus phorum quæpiam dogmata diſputarũt/At in peripateticis refellẽdis nec
Theodoritus græci illi multum/nec Lactantius admodũ incubuit/nec in eis ipſis etiã uexandis
Auguſtinus. multum opere poſuit Auguſtinus:qm eius ætate non colerent eximie/& in iis q̄ ad
religionẽ dũtaxat ptinerent/diligentius oino uerſatus contra Platonicos diſputa/
tionẽ conuertit/quos oibus aliarũ ſectarũ præſtare phis/deq; religione minus male
Thomas. ſenſiſſe/& conſtans & celebris erat opinio.Thomas libentius ſe ſe uertit ad Arabas
peripateticos/Auerroem/Auẽpacẽ/Græcumq; Alexandrũ cõfutãdos/oẽm tamẽ uim
ingenii eo direxit/ut errores qui noſtræ fidei aduerſi eſſent / q̄to id fieri molimine
poſſet exploderent.Que uero ad ipſam fidẽ non ptinerent/in opere quod cõtra gẽ
Quid author intentet. tiles inſcribitur/multa non duxit incontrouerſiam.Ego uero non ſolũ contra gen/
tium religiõnẽ prauã/ſupſtitionẽue/ſed contra doctrinã cuius ambitu illa ipſa etiã
Clauditur ſuperſtitio/differere inſtitui/& oẽs philoſophiæ ſectas ſub examẽ reuoca
re/& tanq̄ in libra appendere:ut oẽm oino radicem/fibras omneis huiuſcæ uanita/
tis/quæ noſtra ætate plus nimio pullulauit/qbus potero uiribus excindã.Illã enim
didici nimio excultam ſtudio/cum ingeniis ad meliora natis obeſſe plurimũ/tum ue
ræ fœlicitati/quam & pollicetur & præſtat Chriſtiana religio non mediocriter ad/
Materia pmi libri. uerſari.Itaq; a prima illius exorſus origine docendũ ante oia duco/primo operis li/
bro unde nam iſthæc humana ſapientia/& tantis pconiis celebrata doctrina mana
uerit?qui eius authores extiterint?quot fuerint?quid tandẽ ſcripſerint? quos ubi
& uarios/& animi dubios/& cõtrouerſiis agitatos/ad Pythagoram atq; thaletẽ tan
q̄ ad antiquiſſimos iudices adduxero/atq; inde phiam/quæ nunc colitur ortam de
riuatamq; monſtrauero/diſſentiẽtes ẽt ipſos iudices fuiſſe uanoſq; plurimum rõne
conuincã.Atq; hinc diſcedens p Ioniam & magnã græciam tanq̄ p geminas phiæ re
giones ex ſpatiatus/ditionẽ pythagoræ atq; Thaletis & eorũ qui illis pxime ſucceſ
ſerunt opportune diſcutiens/& in ſtateræ lãcibus collocans/q̄ diuerſe inde phorum
ſectæ/quaſi diuerſa humanæ ſapientiæ regna defluxerint/mox q̄ aduerſi inter ſe in
una quaq; ſecta phi quaſi pugnaces populi & exercitus terrigenarũ repente ſurre/
xerint patefaciã:ſub indeq; mõſtrabo illã ipſam gentiũ phiam tanq̄ infruſta lanci
natã atq; diſpſam/q̄ ſub Platone in unũ quaſi corpus coacta credebat/& ad quod/
dã quaſi dixeris iuuentutis robur peruiſſe/cũ antea ſub antiquioribus illis puera/
ſcere magiſq̄ adoleſcere cenſeret/poſt adeptũ ipſum robur inani petulantia laſciuiſ
ſe/& non ad hecubæ mõ & Niobes/ſed ad muriũ ad phalangiorum ẽt inuidiam nu/
meroſam ſobolẽ effudiſſe:quæ primo inter naſcendũ uiſcera eius a qua duxit origi
nẽ/quaſi uipera dentibus corroſerit/inde nata & adulta ritu ſcorpionũ araneorũ/
q;/parentes diſpulerit & interfecerit/mox in ſemet uerſa prior inſtar terrigenarũ
nõ in

nõ i Colchicis cãpis, aut thebanis: ſed in cũcta græcia, i toto latio, i oĩ barbaria cõfli
xerit, & ꝓpriis ſuis met armis magiſq̃ noſtris uulneribus occubuerit, Nãq; de uerita
te, quã oẽs q̃rebãt, & de qua maxime certabať mõſtrabo, pħos ipſos & cũ ꝑceptori
bus ꝓpe uis eiſdẽq; truculẽtis dimicaſſe ꝑhis: & inter ſe ſe aduſq; iternicië decerta-
uiſſe, nec demũ qd ea ſit nec ubi ſit decretũ fuiſſe cõcorditer ab ipſa tã uariæ pħiæ
turba, ſimulq; docebo, ſi uſq̃ illa eſt, cõprehẽdi ne tamẽ ea ipſa q̃at an mĩme, diu mul
tũq; ab ipſis pħis addubitatũ. atq; inde nec in artibus q̃ liberales dicunť, nec ulla in
pte pħiæ, nec eius ullo pene in dogmate cõſenſiſſe illos, enumeratis magna ex parte
diſſentiõibus aperiã. & hæc qdẽ primo uolumine: quo facile deꝑhẽdeť in altera lãce
ſi uel unũ ſacrarũ litterarũ dogma poſueris ſyncerũ icõtrouerſum uerũ, oĩbus pħo
rũ pugnacibus & icertis dictis ꝑpõderare. Secũdo uero libro ne ſi in cõi dũtaxat hæc
feciſſe uideremur nimiſq; generatim, nõ aũt p ptes docuiſſe, nõ ſolũ qd qſq; illorũ p
prie & exacte, ſed ẽt qua id rõne decerneret, ſecũdo inq̃ libro idẽ ſumus facturi: & rõ
nes q̃ a ueritate captãda & ab eius iudicio ſteterint, & q̃ cõtra ab aliis adductæ ſint,
plane diſtincteq; quo ad poterimus relaturi. Tertio multa q̃ in liberales artes moli-
ti pħorũ aliq fuerint, haud grauatus aſſerre, qbus ẽt machinis naturalis & moralis
& diuinæ fundamẽta pħiæ ſubruere conari ſint q̃tũ fieri ꝑſpicue a me poſſit explica
bo, in ſolis noſtræ Chriſtianæ religiõis ſacratiſſimis monumẽtis indubiã iueniri ue-
ritatẽ cõprobaturus. Sed qm noſtræ q̃ nũc uiuimus ætatis à prioribus ſæculis lõge ẽ
aliena cõditiõ: tũc. n. oĩa florebãt dogmata pħorũ, & diuerſæ eorũ familiæ excolebã
tur, q̃ poſtea oẽs ceſſiſſe Ariſtoteleæ uiſæ ſunt, Alia ꝓpterea mihi facta ẽ laboris ac-
ceſſio, q prioribus oĩno nõ incubuit, ut quot libris cõtra alias egiſſem ſectas, tot ad
uerſus Ariſtoteleã agendũ eſſe uiderẽ, & q̃q̃ tribus primis libris q̃nq; nõnulla ad-
uerſus Ariſtotelẽ diſputabimus, id obiter tamẽ & uelut in trãſcurſu fiet: tribus uero
poſtremis ex ꝓpoſito dataq; opa, dogmata ipſius celebratiſſima examinabimus: ſimul
ut deť intelligi ipſa eius doctrina in libra appẽſa q̃ qualiſq; nã ſit: ac ẽt (uerbo lõge
abſit inuidia) exactius fortaſſe, q̃ ſit adhuc pfectũ: ſimul ut eadẽ triplici quoq; laba-
re uanitate repetitis altius principiis oſtẽdať. Nã multitudo noſtræ ætatis pħorũ fa
cile cõcederet Ante Ariſtotelẽ oẽs aberrauiſſe pħos, a quo & ſi interdũ ipſe offendiſ
ſet exploſi tamẽ illi antiqores eſſent, & ab eodẽ prorſus cõſumata pħia: cuius certa
plurimũ dogmata & incõcuſſa i ue[illegible]rent adeo, ut q in eã qcq̃ moliret, nõ ſecus ha-
bereť, ac ſi in ipſam pħiæ legẽ cõmiſiſſet. q̃ qdẽ multitudo q̃ lõge ſit ab eo quod pu-
tat ſe cõſecutã, tribus ipſis libris poterit aĩaduertere, pariterq; deꝑhẽdere gẽtiũ au
thores, Mineruã q̃ ab ipſis ꝑſes ſapiẽtiæ exiſtimabať eſſe, cũ innuptã dicerẽt: ſi eo di
cto ſignificabãt nulli ea uiro cognitã, nõ magnõpe aberrauiſſe: atq; hac in re pleri-
q; noſtro ſibi poterũt labore cõſulere. quãdoq dẽ poterũt didiciſſe Ariſtotelẽ ipſum
nec legẽ eſſe naturæ, nec pħiæ ipſius doctrinæq; ſcitũ, nec mũdani ſenatuſcõſultũ, ut
ſecũdũ eũ nõ de eo iurecõſultorũ inſtar ferri ſnia liceat. neq;. n. in eo colẽdo cõſen
ſus gentiũ cõſpirauit, nã uniuerſa reclamaſſet academia, porticus tota cõſtrepuiſſet
& nũeroſæ aliæ pħorũ ſectæ ad ipſum humani tribunal ingenii totiuſq; naturæ iu-
diciũ ꝓuocaſſet. neq; itẽ noſtri unanimi eũ aſſenſu ꝓbauerũt. ipſiq; ẽt eius diſcipuli &
iuratiſſimi interꝑtes & ſæpenumero & acerrime uexauerũt: quorũ autoritatibus &
rõnibus nõ inſiſtã ſolũ, ſed clariſſimis id ipm (ut arbitror) argumẽtis comprobabo.
Hũc aũt laborẽ ſi calũnia deꝑhẽdero caruiſſe libẽter apponã Lucro, tm̃ abeſt ut Lau

Materia ſecũ
di libri.

Tertii libri
materia.

Materia triũ
librorũ ſeqn
tiũ Quarti. ſ.
et Quinti et
Sexti.

Quid ſpet au
thor ex ope-
ris labore.

dẽ ex ipſo ſpauerim.ſolo.ſ.cõſciæ teſte & eqs paucorũ hoĩum iudiciis plane cõtẽtus
Neq;.n.ignoro qbus uiribus ſit opus,ut iueterata ĩ hoĩum mẽtibus opinio,& ſi falſi
tate labefactata ſit,aboleaẽ.Certa eẽ oĩa ariſtotelea,uera oĩa,nihil cõtra dici poſſe,qs
nõ afferẽ?ego nõ certa ſed ꝓbabilia,cũ & rõnes multæ ex eiſdẽ fundamẽtis,& autho
ritates quoq; multæ cõtra duci facillime queãt.Ego nõ uera oĩa ſed pleraq; falſa pa
riter oſtendã.ſed de hac re plura cũ lib.iiii.hoc ipſum negociũ adoriemur.Tãtũ hoc
loco rogatos lectores uelim,ne prius aſpnenẽ q̃ cognouerint,Neue dãnent antea q̃
legerint,neu iudicẽt me ex obtrectatiõe alienæ doctrinæ uanam aucupari uoluiſſe
gloriolã,Quæ forte me fuiſſet populari ẽt cũ aura ſubſecuta,ſi ut in Ariſtotelis ali/
qua dogmata,ita in opa uel oĩa uel plurima edidiſſem cõmẽtarios.neq;.n.ut alia ta
ceã,quæ a nobis afferri potuiſſent futura(ni fallor)Ariſtoteleis amatoribus grata
arabũ & latinorũ inter expo nẽdũ ipſius libros errata deerãt,quæ nõ multo labore
extra oẽm cõtrouerſiã refellerenẽ.Neq; abſtruſa græcorũ interp̃tũ dogmata longe
aberãt,Latinis hoĩbus q̃ græce neſciũt ꝓrſus icognita,& noſtro labore futura notiſſi
ma.An ex libris Alexãdri,porphirii,Hãmonii,philopõi,Magẽteni,ſimplicii.quorũ
nobis fuit Copia,tanq̃ ex latiſſimis & fertiliſſimis pipateticæ p̃hiæ Cãpis,poteramus
facere nõ ſpicilegiũ ſed meſſem:an p,Theodori metochitæ,p Ioſippi rhacẽditæ,p Mi
chaelis Epheſii,p Michaelis pſelli,p pachemeri:ἐξηγήμαλασχόλιατόμους,pq; ſophõii
& Aliorũ q ẽt poſt Themiſtiũ ſcripſere paraphraſes,tanq̃ p pinguia culta & conſi/
tos agros frequẽter deambulãtes,cũ farraginẽ carpe,tũ racemationẽ facere ꝓhibe/
bamur?Accedẽtibus maxime Iãblicho,Damaſcio,Dexippo,Olympiodoro,Syriano,
uiris Platonicis q ſunt opa Ariſtotelis interp̃tati.Ac ſi.Io.Picũ Patruũ meũ hac in
re imitari uoluiſſẽ,& aliqua eius dogmata ſeq,mihi forte nõ defuiſſet facultas pleriſ
q; in locis efficiẽdi,ut cũ Platone Ariſtoteles rediret in gratiã.Sed oẽs nõ unã & al/
terã tantũmõ p̃hiæ ſectã uerſandã & diſcutiendã exiſtimaui.quo in ſtudio,quo ĩ exa
mine ſi mihi uidebatur,ut & aliæ & illa q̃ Ariſtotele nititur uanitate labaret,idq; &
rõnibus & teſtimoniis ꝓbare p̃clariſſimis poſſem,nũ potius ipetẽda fuit q̃ excolen
da?cur nõ potius ipſimet a nobis authores diuerſarũ ſectarũ,& tractãdi,& in alteru
trũ uertẽdi,& oẽs unius illius tã celebratæ interp̃tes uexãdi fuerũt?qd.n.ex tãtis il
lis unius honoratæ ſectæ ſudoribus,tãtoq; tp̃i diſpẽdio,qd q̃ſo utilitatis potuiſſet
expectari?pauca.n.apud gẽtiũ p̃hos uera dogmata,eaq; aliũde hoc ẽ a ſacris litte/
ris ſincerius haberi q̃unt:ex quorũ fontibus illos ipſos potauiſſe p̃hos,cũ alii,tũ nos
& alias,& ipſo quoq; opis decurſu referemus.q; ſi quãdoq; mẽtes eorũ diuinæ ueri
tatis & bõitatis radius illuſtrauit,parũ tñ ide luminis minimũq; caloris ad nos refle
cti potuit.ſi qdẽ exiguũ & adumbratũ lumẽ reddũt q̃ ipſa parũ luce participãt;mi
nimũq; oĩno calefaciũt q̃ nec ipſa ſint calida,q̃lia fuere p̃horũ igenia,cũ atris colen
dorũ Demonũ ſupſtitiõibus addicta,gloriæq; ꝓpagãdæ fumo lõge tenebroſa,tum ꝓ
prii amoris gelu in ſemet ita reuoluta atq; reſtricta ut neutiq̃ igẽteis illas faces di/
uinæ bõitatis admiſerint,qbus ad eã multis uiribus amãdã accẽdi potuiſſent.An igi
tur q̃ſo cõſultius factũ,ſi uanitates eorũ q̃ ſibi ueritatis uẽdicare ſedẽ moliebantur
detexerimus?ut ipſam ueritatẽ quã ĩ ꝓfundis puteis & antris latitare dixit antiqui
tas,in ſacris uerſari litteris Chriſtianaq; potiſſimũ doctrina & fide,ibiq; domicilium
ſibi ſedẽq; cõſtituiſſe ſyncerius & magis apte colligamus:atq; diſcuſſo torpore calo/
rẽ q inde cõſurgit plane ꝓſentiamus.De cuius qdẽ ueritate fidei atq; doctrinæ cum

Quid a lectoribꝰ Author petat.

Græci Ariſtotelis iterp̃tes ex qbꝰ auth. cõmẽtaria cõficere potuiſſet.

Io.Picus

Quid auth. hoc in opere ſit acturus et qua de cauſa.

alii

aliū multa & nos ēt aliqua & alibi & ꝓcipue ītheorematibus de fide ſcripſerimus,hoc ēt ī
ope quādoqꝫ iter diſputandū ,ſed in initiis librorū frequēter,ſemp infinibus,ne falſa tm̄
abieciſſe & uera nō aſciuiſſe argueremur,nonnulla ēt ſumus uerba facturi.mox de ipſo
amore quem fides parit dicato opere diſſerendum erit. Sed nūc ad explodendam doctri
næ gentium uanitatem,hoc eſt expendendā intrutina mūdi ſapiam,ut eū diſciplīæ no/
ſtræ pōdē collata,illi9 uāitas,ueritas hui9 clariſſime dignoſcat,ope diuia fræi ꝑpemus.

IOANNIS FRANCISCI PICI MIRANDVLAE DOMINI, ET CONCORDIAE COMITIS, IN EXAMEN VANITATIS DOCTRINAE GENTIVM, ET VERITATIS DISCIPLINAE CHRISTIANAE, LIBER PRIMVS.

De origine doctrinę gentium.i.earum theologię,ſapientię,pħię. Capur Primum.

FOELICITAS quā ſtudio ueritatis cōſeq ingenioſi hoies affectabāt,
qm̄ uires p ſe ſe mortaliū ſupat,eorū ipſorū ope nequit attingi. hinc fa
ctū arbitror ut ea de re:nec uera nec cōſona litteris mādata ſint,ſed fal/
ſa ſed diſſona,qua qdē in re mirū uideri debet paucos tm̄ extitiſſe q reſi
puerint ſpectāres, tot ſæculis iter eos quorū ueſtigiis inſiſtere poſterio
res debuerāt ſemp lites ſempqꝫ bella uiguiſſe.Decepti aūt ii oēs(ut opinor)fuere falſa
nois oſtētatiōe,qm̄ qdē priſci illi & ſi cōpotes mīme eēnt eius rei quā qrebāt,nomē ſibi
tm̄ ab ea tanq̄ & cōprǽhēſa & poſſeſſa de ſumebant:quo factū ut in qbus fuiſſent ſtudia
doctrinæ,apud illos theologi,ſapiētis,pħi,nomē oriret:Nā deū Alii ſe ſe iueniſſe iacta/
bāt theologorū cognomēto donati:Alii & diuina ſimul & humana cognoſſe ꝓpterā au
tumātes ſapiæ ſibi uēdicabāt nomē:Modeſtius aliq̄to q pħiæ nomenclatura fuē cōtēti.
Vnicus tm̄ erat populus cuius ante ſignanos q eſſent ſecuti,iis ipſis uitare tenebras da/
bat errorū,& ad eā fœlicitatis ſemitā gradus fiebat,Cuius potiūdæ ſūma uotorū fuerat.
Ac certo ſeq eos & debebāt & poterāt:qm̄ qdē ei9 populi magna erat apud uniuerſas na
tiōes & nois celebritas,& dignitas uetuſtatis.eo.n.cōfluē ſoliti qcūqꝫ habiti i oī littera
rū gloria ꝓcellētes,& ab antiqſſimo quodā q̄ſi ſapiæ gurgite,noſcēdi ſitim ſedare cōſue
uerāt. multis etenim ānorū ſeculis q̄ gentiū,& erat & a ꝓclaris authoribus habebat he
breorū doctria uetuſtior.Canit Lucretius naturæ rerū rōnē reptā nup:& ſcribit ſeneca Lucretius
ab initiis motæ ſapiæ ad ſua tpa,mille annorū ſpatiū nō itercesſiſſe.Illā uero hebreorū Seneca,
reuelatā diuinitus ſapiam multi ex noſtris ꝓbauerūt,nō græcorū mō celeberrimos au
thores ante ire uetuſtate,ſed ēt eos quos ſuorū deorū antiqſſimos uariis erroribus de
luſa uetuſtas autumauerat.uerū.n.uero nō tā illi hoium generi ſuccēſendū,q̄ ſeculis po
ſterioribus nōnullis ſapiæ ſtudioſis,qbus duce ēt ueritate,Chriſtianæ legis bñficio cōp
ta,tenebris ſe ſe mācipāt & mēdatio:atqꝫ auidi libertatis,uolētes ꝓmunt ſeruituте.Primi
itaqꝫ apud gētes uiri,q ꝓcellēti & pſpicaci igenio pollebāt, fœlicitatē q̄rētes, diuinitus
eā dari putauerūt.In deo aūt q̄rēdo plurimū allucinati ſunt.ac p uno & uero plures &
falſos inuexerūt,Hac ēt in re mīme cōcordes,nā alii corpa Cœleſtia deos arbitrati ſunt
eſſe,ut primi græcorum ſi platoni ſtamus,ut ipſemet plato,q ſtellas eſſe animales deos
putauit Apuleio ēt teſte,q̄q̄ & inferiores quoqꝫ ſtatuit,& unū icorporeū ultramūdanū
atqꝫ ſupremū,quē & deorū & dæmonū cōditorē exiſtimauit.Alii elemēta corporea deos
crediderūt:Chaldei diuinos honores igni tribuerūt,a quorū tenebris abraamū uirum
Iuſtū magno colluſtratū lumine deus extraxit,ægyptii aquā p deo uenerati ſunt,nec

eã ſolũ quãdo & aĩantibꝰ rõnis expribꝰ & terræ fructibꝰ diuinos ẽt cultus exhibuerũt. Alii ſtatuis maligno motis & agitatis dæmone diuinos ĩpẽdere honores maluerũt. Heraclitꝰ & Empedocles ignẽ itelligibilẽ ſtatuerũt deũ. Alii alia ut alibi rettulimus & hac de re hoc ipſo ẽt in ope ſepoſitus ẽ mihi locus unus atqꝫ alter nã paulo poſt uarias gentiũ circa diuina referã ſnias: libris uero poſterioribus illas ipſas refutabo cũ aduerſus ſupnãlẽ gentiũ phiam diſputabimus. Sat ſit q̃tũ ad doctrinæ gẽtiũ originẽ ptinet pauca ptuliſſe ut antiqſſimũ eorũ ſtudiũ i deis & q̃rẽdis & honorãdis fuiſſe dephẽdaꝫ. ii igitur q i hac ueſtigatiõe & Cultu uerſabanꝫ theologorũ nomẽ aſſecuti ſunt eoqꝫ noĩe antiqſſimus apud eos orpheus dignatus ẽ eodẽ heſiodus hõerus itẽ & alii q & poetæ quoqꝫ fuere. nã orpheus Carmĩe plures deos eorũqꝫ cultus docuit ipſorũ quoqꝫ generationes carmine decãtauit heſiodus homerus ẽt de diis hymnos cõpoſuit ut Cæteros taceã q oẽs nihilominus uaria diſſona cõtrouerſaqꝫ tradidere ut fiet mãifeſtũ cũ aduerſus illos pugna ſuſcipieꝫ: plena ſiqdẽ ambagibꝰ oĩa: plena dæmonũ fallaciis qbus rude illud ſæculũ deludebaꝫ unius ueri dei mentiõe poſthabita. qđ ſi Abraami & Iobi uſſitidis cultorũ unius dei ueſtigiis hærere maluiſſent de ſupſtitionũ tenebris ad uerã trahi religionẽ potuiſſent: maximeqꝫ ægyptus illa ſupſtitioſiſſima regionũ oĩum quã Abraami nepotes icoluerũt. q̃ de re bene actũ & cõſultũ ẽ orpheo q poſtq̃ ægyptũ iuiſit pluriũ deorũ cultu ſpreto unius cognitiõe dõatus ẽ: qđ Iuſtinus phus & martyr oſrẽdit eo in libro quẽ e græco uertimus in latinũ. poſt orpheũ & alios qbus theologorũ cognomen factũ eſt. ſapiẽtis emerſit uocabulũ. nã & ſi lycurgus olim ſapiẽs eſt habitus iteqꝫ bellorũ periti ulyſſes & Neſtor eo tamẽ poſtea noĩe oẽs q in rerũ cõtẽplatiõe ſtudia põebãt ſignificari apud gentes cõſueuerũt: quo itẽ uocari pcipue ſoliti q de natura differebãt. neqꝫ. n. ii phyci tm̃ & phyſiologi ſed ſapiẽtes appellabanꝫ unde & Thales ille q primus tradidiſſe ferꝫ naturalis pcepta phiæ ea nomẽclatura extra cõtrouerſiã boneſtatus ẽt inter ſeptẽ eos q ſapiẽtis noĩe pcellẽter dignati ſunt primũ locũ apud multos obtinuit. floruiſſe illos Cyri tpibus & Euſebius & Alii pdidere: quorũ antiqores multo illi ipſi gentiũ theologi q tamẽ hebreis illis primis ætate ſi cõferanꝫ lõge uti ſignificauimꝰ Iuniores iueniẽtur cuius rei & porphyrius meminit ut Aphricanũ Euſebiũ & multos ex noſtris taceã. ipſi uero q ſapiæ cognomen obtinuerũt plures ne an pauciores q̃ ſeptẽ fuerint magna q̃ſtio ẽ iteqꝫ illi ipi ſeptẽ ſapiẽtes uere fuerint an minime: nõ parua cõtrouerſia. Cicero id tã negare uideꝫ authoritate maiorũ q hac de re ſubtilius diſſeruere q̃ affirmare Lucilliũ Aciliũ Catonẽ ſcipiõem ſocratẽ ſapiẽtes fuiſſe: Eã ↄ̃ro ſapiam quã iterptabanꝫ ſtoici Lelius apud eũdẽ Ciceronẽ dicit a neie poſſeſſã. Cõicata quoqꝫ aliis fuit eadẽ appellatio adeo grata hoĩum generi ut a pleriſqꝫ ignobiliũ artiũ artificibus ſit uſurpata / qđ apud homerũ licet ſpectare imitatorẽ pleriſqꝫ i rebus Moſaycæ diſciplinæ / in qua ẽ uidere fabros ſapientis uocabulo dignatos. Inde fortaſſe euenit ut qcũqꝫ iuenire aliqd aut efficere hoĩum memoria dignũ potuere ad eos nomẽ ſapientis ppagatũ ſit tanq̃ digni haberenꝫ qbus honos ĩpartireꝫ σοφοῦ enim nomen ἀπὸ τοῦ σίνομαι deducũt græce linguæ boni authores ut ſit σοφὸς quaſi σαφὸς qui uꝫ colaꝫ ab oĩbus. placuit Ariſtotelicum pcipue pollere ſapiæ noĩe q res infinẽ dirigeret ordinaretqꝫ & altiſſimas rerũ cõtẽplareꝫ cãs. Cuius rei & initio librorũ pmæ phophiæ & ſexto ethicorũ uolumĩe mẽtio facta eſt ſed qdã ẽt diſtinctio ſapientis haberi poſſet: quãdo id nomen Cuipiã merito poſſe / mus ĩpartiri & totius uniuerſi cõſideratiõe & ppẽſiõe particularis ẽr negocii prudẽter grauiterqꝫ pacti. Noſtrorũ uero theologorũ pleriſqꝫ placuit Bernardo potiſſimũ & iunioribus qbuſdã ſcientiã a ſapientia ita ſecernere ut illã ad intellectũ hæc ad affectũ ptineret

Theologi gentium.

Iuſtinus martyr

Sapientes gentium.

Bernardꝰ

tineret de ſapientia ſecus ac ipſi philoſophi definientibus:ſed tunc,hoc eſt illorum æta-
te,qui dicebantur ſapientes,eo nomine promiſcue utebantur & honoris & gloriæ cau
ſa.excellentis itaq; nomen dignitatis cõmune iam & uulgarium cum haberi cœpiſſet,
extitit aliquis cui placuit ut mutaretur,qua de cauſa aliud ſibi ſumpſit pythagoras
agnomen,& p̄ ſapiente ſe philoſophum dixit.pythagoras inquam qui a multis habi- P̄hi gētiū.
tus eſt ſamius & filius Mneſarchi,& ſi mnemarchum eius patrem quandoq; apud Iam-
blichū noīatum īuenio.q̄q̄ nec defuerunt q nō Mileſiū eū ut Iāblichus & alii p̄multi;
ſed & q tyriū & q tyrrhenū eſſe uoluerint,etiā q ſyrū.q̄ de re p̄ter laertiū & Euſebius &
Theodoritus diſſeruere.ſed de patria alia quõ,de iuentiōe p̄horū nois oīno nulla:quā
p̄multi hōis modeſtiæ aſcribūt,& eā p̄dunt,nō uno tamen mō:ſcribit.n.Cicero hera-
clidem ponticū ſecutus,pythagorā philiūtem ueniſſe,eūq; cum leōte phliaſiorū prīci-
pe diſſeruiſſe q̄dam & docte & Copioſe,Cuius ingeniū & eloquentiā cū admiratus eſſet
leon,q̄ſiuiſſe ex eo q̄ maxīe arte cōfideret:reſpōdiſſe pythagorā artem ſe ſcire nullam
ſed eſſe p̄hum:admiratū pricipem nouitate nois q̄ſiſſe q nā eſſent p̄hi:& qd inter eos
& reliquos diſcriminis intercederet:reſpōdiſſe pythagorā ſimilem ſibi uideri hoīum ui
tā & mercatū eum q habētur maximo ludorū apparatu totius græciæ celebritate,nam
ut illic Alii corporibus exercitatis cupidine gloriæ coronā peterent,ducerent ut Alii q̄
ſtu & lucro,eſſe quoddā genus eorum q ſolum uiſendi gratia uenirent ſtudioſeq; p̄ſpi
cerent qd ageretur & quō.Ita hoīes in hāc uitā quaſi in mercatū p̄fectos alios gloriæ,
alios pecuniæ ſeruire,Raros eſſe qui Cæteris omnibus poſthabitis rerum naturam ſtu-
dioſe intuerentur:hos ſe appellare ſapientiæ ſtudioſos id eſt enim philoſophos.Huiuſ-
cemodi ſermonem apud phliaſios habuiſſe pythagoram ex pontico heraclide referens
Cicero,ſubdit illum non inuentorem modo nominis ſed rei amplificatorem fuiſſe,& in
Italiam poſtea ueniſſe eamq; græciam quæ magna dicta eſt exornauiſſe & priuatim &
publice præſtantiſſimis & inſtitutis & artibus .Iāblichus uero ſyrus primo operis uolu Iāblichus.
mine quod inſcripſit de ſecta pythagorica,narrat pythagoram cum in Italiam ueniſſet
Crotoniatas Iuuenes ad eruditionem & diſciplinam excitauiſſe,& habuiſſe in Gymna-
ſio concionem,atq; inter alia dixiſſe homines inſtitutis eruditioneq; a beſtiis differre,
ſic & græcos a barbaris,& liberos a ſeruis,& philoſophos a uulgo ſecerni,ac in uniuer-
ſum talem eos habere præcellentiam quali pollerent ſi ex eorum aliqua ciuitate ſeptē
inuenirentur qui Cæteros omnes in ſtadiis olympicis anteirent:nam qui ſapientia præ
ſtarent aliis,ſeptem duntaxat ex uniuerſo terrarum orbe connumerari : poſterioribus
uero temporibus:quibus & ipſe uiuebat,unum omnibus eminere philoſophia:& enim
hoc nomine ſe ſe pro ſapientis uocabulo primitus agnominauit.totidem ferme uerbis
Iamblichus in hanc ſententiam græce diſſeruit.& procedente opere ſubdidit ipſum py
thagoram primum ſe ſe philoſophum nominauiſſe.& ea fere narrat quæ Cicero ab he-
raclide pontico ſuſcepit.ſed inter ſapientem nihilominus & philoſophum diſcrimen po Diſcrimē
ſuit,de quo non pigebit me diſſerere interpretis etiam officio perfunctum.pulchrā in- ſapiētis et
quit eſſe totius uniuerſi & eorum quæ in eo uoluuntur ſyderū cōtemplationem,Cuius p̄hi.
ordinem ſi quis perſpexerit,a primo quodam & intelligente mānaſſe depræhendet. pri
mum autem hoc ipſum,eſſe idem q̄ naturam rōnum & numerorū p oīa diſcurrentē:q-
bus hæc omnia ſunt & diligenter conſtituta,& decenter ornata.Ac ſapiam q̄dē eſſe ha-
rū rerum ſcientiā quæ Circa & pulchra & prima & diuina & integra & ſempiterna uer
ſentur,quorum participatu reliqua pulchritudinis honeſtent nomine,p̄hiam uero huiuſ
ex ſpeculatiōis eſſe imitatricē,quæ pulchra ēt & ipſa eſſet,ac eruditiōis diligēs ad ſerua-

Margin: De pythagoræ patria diſſēſio. et de inuēto p̄hīe nomine.

trix ad inſtituẽdos hoies accõmodata.Nec uidet Iãblichus a Cicerone diſſentire,q alio
i ope hoc ẽ ſecũdo de officiis affirmat phiam eſſe ſtudiũ ſapiæ,ſapiam uero rerũ diuina
rũ,& hũanarũ,Cãrumq qbus hæ res cõtinent eſſe ſciam,hinc multæ phiæ diffinitiones
emerſere,de qbus pipatetici pſertim græci,q opa Ariſtotelis ſunt iterptati ex pythago
reis ea potiſſimũ & Platõicis colligẽtes diſſeruere.Epicurus aũt finiuit eã ſmõibus & di
ſputatiõib9 q̃ fœlicẽ uitã cõſtituerẽt.ſtoici prudẽtiã dixẽ ſciam bonorũ,malorũ,neutro
rũ,eãq artẽ eſſe degẽdæ uitæ,quã q pciperẽt ſoli eſſent bõi ſoli ſapiẽtes.oẽs tñ eo ſpecta
uerũt ut ex phia fœlicitatẽ pdire ſignificarẽt.ſic q ducẽ uitæ & uitiorũ expultricẽ,ſic q
ſimilitudinẽ dei quo ad fieri humanitus poſſet eã pbere uoluere.ſic qcunq eã finiuere
ab eo ipſo qd' diximus longe nõ deflexerũt.ſed hactenus de initio theologiæ,ſapientiæ,
philſophiæ,gentium:hoc eſt de earum doctrinæ primordiis.

Quã uariũ phophãdi genus iter gẽtes,q̃ uarie phophãtiũ ſectę a primis uſq ſęculis ad noſtra tpa,
et q̃re Author alia uia hoc i ope q̃ Io.Picus eius patruus ſolebat phophetur. Caput ſecundũ.

MVtato ſapiæ noie,mutata eſt quodãmõ res q̃ ei nomini ſubiiciebat:nõ,pptere
q phia imitatrix ſapiæ dicta ſit a pythagora,nã ſiue modeſtiæ cã id factũ ſit &
arrogãtiæ deuitãdæ gratia(q̃q̃ poſteriores phos ſibi iſolentiſſimũ id nomẽ ar
roganiſſe ſcribit fabi9)ſiue q illa pfectior hæc iperfectior haberet,Circa id ipſum tamẽ
eodẽ authore utræq uerſabant,& hæc imitabat quod illa iam erat aſſecuta. diuerſi aũt
hoc i ipſo ſtudio diuerſis & reb9 & modis ducebant:Nã q mileſiũ thaletẽ ſecuti ſunt,tes
nãles i eis ipſis ut ſenſui obiiciebant cõſiderabãt,& ab obſeruãdo ſyderũ curſu nõ abhor
Thales rebãt,qñ thales primus eorũ rõnẽ græcos edocuit,ut ſcribit Origenes i libro φιλοσοφουμένων pmuſq ſi i q̃rto floridorũ credim9 Apuleio Geometriæ penes graios reptor fuit:
Pythagoras. pythagoras uero mathematicis nũeris & magnitudinibus oia dimetiri uoluit,miſcuitq
Gymnoſophiſtę pmus ut a qbuſdã eſt pditũ Aſtronomiã & Geometriã & muſicã.Sed.n.in ethiopia nudi
Brachmanes. erãt phi & i India Brachmães i hoc pythagoreis ſimiles qd'ab aialiũ eſu abſtinebãt,& p
terea ab oi qd' p ignẽ ppareret edulio,ab oi itẽ ueſte alieni,ea ſolũ cõtẽti quã dicẽnt aiæ
factã eſſe ab ipo deo,quẽ lumẽ dicebant] & rõnẽ q̃ occulta cognitiõis myſteria ſapiẽtib9
ſpectarent:id aũt ipis tñmõ brachmãis patẽ,qm ſoli uanã abieciſſent gloriã q̃ ita eſſet
aiæ externa ueſtis ſicut corpus interna.Sed ex aſia reuertor i græciã:ex q̃ ẽt tanq̃ ex lõ
go exilio reuerſi & pythagoras & Thales occaſionẽ pbuere diuerſæ phiæ,diuerſis ẽt ſi
Ionii phi. gnatæ noibus:nã q thaleti hæſerũt Ionii phi nũcupati ſunt,q pythagorã ſecuti Italo
Itali phi. rũ uocabulo ſignati:qm i ea Italiæ pte q̃ dicta ẽ magna græcia pythagoras diu & uixit
& docuit. Aliud aũt pdiit diſcrimẽ.qm phi generis Ionici magna ferebant loquendi li
bertate & ſua ſenſa expromẽdi,multa uero ſeruitute pmebant Italici,& ea in primis q
Eleatici phi. aſſeclis pythagoræ ſilentiũ indicebat.Tertia apud Euſebiũ pdit generalis ſecta phiæ q̃
in authorẽ referat Xenophanẽ eadẽq eleatica noiet qm(ut puto)Zeno & parmenides
eleatæ,ab eo fuerint iſtituti:ſed.n.alibi iter pythagoreos nũeratos & Zenonẽ & pmeni
dẽ & q ab iis fluxerũt iueni.uerũ.n.uero ut ad Ionicos redeã multæ poſtea ſectæ. nã Mi
Anaximãder leſius Anaximãder cũ quo & pythagorã diuerſatũ & cũ eo thaletẽ audiuiſſe docẽtẽ au
Anaximenes thorẽ Iãblichus,a magiſtro & Ciue ſuo plane diſſenſit.ſic & Anaximenes q̃q̃ & ipſe di
ſcipulus & Mileſius ab utroq uariauit.Anaxagoras itẽ Clazomenius pythagoræ hitus
Anaxagoras. æq̃lis,ſectatores & ipſe habuit:primuſq mẽtẽ q̃dã mũdo aſſiſtere iter phos edocuit.py
thagoræ uero diſcipulis id moris erat ut ſolũ haberet id ratũ quod pythagoras decre
uiſſet.Itaq in Ionica phia multæ ſectæ quãdoqdem qſq ferme ſuã conſtituere ſategit:

Nec

Nec minus in Italica phīa cōcors illa,& a pythagora mirū in modū laudata morum
dogmatūq; cōſenſio,diu integra pmāſit:ea.n.nō ſolū ut qdā putarūt diuiſa ē i ἐσωτερικοὺς
& ἐξωτερικοὺς hoc ē itraneos & extraneos.Inueni ego ſectas eorū plures,eaſdē
q; diſcordes.ſi qdem nō ſolū inter pythagoreos & pythagoriſtas diſcordia,q̄ nō mō
talis erat qualis inter Atticos & atticiſtas ut Iāblichus pdit,hoc eſt quo ad nomē p
tinet,uerū multa in re ipſa diſſenſio eodē authore.Illi in cœnobio,ii pprиis indomi-
bus manebāt,illi ſyndone amiciebanť & ad uſum pythagoræ & ad animi ſenſuūq;
penetralia admittebanť:uendebāt oia ꝑterea priuſq̄ admitterenť,& ſignatū argen
tum apponebāt pythagoræ:Demū alia iis,illis alia & noſcebanť & pbabanť: uerum
ēt & auditores q dicebanť,a mathematicis diſſidebāt,ut paulo poſt apiemus:nō uti
phus taurus apud Gelliū exiſtimauit,eoſdē fuiſſe intra tēpus tacēdi auditores, De-
inde mathematicos mox & phyſicos.Diuerſi.n.erant & plurimū aduerſi adeo,ut ipſi
mathematici pythagoreorū noie indigni cenſerenť ab auditoribus,ut pote cum do
ctrina qua uterenť,pythagoræ nō eſſe diceret,ſed hippaſi cuiuſdā,ut alii uolūt Cro-
toniatæ,ut Alii ex metapōto.cōtra mathematici ſe pythagoreos uerius & eſſe & ha
beri debere iactabāt:qm̄ rerū q̄ dicerenť demōſtratiōes haberēt,illi uero q audito-
res uocabanť narratiōes ſimplices,qbus cōſueſſet pythagoras ſenes alloq & exper-
tes diſciplinæ,ut qbus p ætatē nō liceret ſtudio & fatigatiōe difficilia ſpeculādo con
ſequi.eorūq; ſectæ tū fuiſſe initiū dicebāt,cū pythagoras e ſamo inualeſcēte polycra
tis tyrānide Crotonē petiſſet.Reſiſtebāt Alii cōtendentes Arcana illa eſſe pythago-
ræ quæ ipſi hauſiſſent diuiſa i partes tris,nā alia qd eſt ſignificat,alia qd maxie,ter
tia qd faciendū aut nō faciendū.Sed.n.diſcrimen & illud in pythagoreis,q; alii ne-
phas putabāt cōiter & uulgo ꝑcepta dare,quod ſeruaſſe dicti ſunt Euritus & philo
laus & Charondas & Zaleuchus q Iuuenes pythagoræ ſeni ſoliti erāt adſiſtere,ꝑter
eaq; & bryſſon,& ſenior Archytas,& Empedocles,& Ariſteus,& lyſis,Zamolſis quoq;
& Alii . ſecus aūt putauit hipparchus,ad quē extat lyſidis epiſtola indignātis py-
thagoræ ſecreta Dogmata pfanari,q̄ nō ſecus nō in Arcanis habere nephas eſſet ac
ſi reuelarenť ingnatis Eleuſinia myſteria:quā qde epiſtolā refert Iāblichus i primo
de ſecta pythagorica:expromit Beſſarion Cardinalis inter Platonicas defenſiones:
Citat quoq; patruus Io.Picus i heptaplo.Illud quoq; diſſidiū q; ꝑcognitio quædā p
numeros pythagorici aduerſus alios ſeruabāt,quā & Abari hypboreo cōicaſſe py-
thagorā fama ferebat.Nec illa quoq; dogmatū cōſenſio,q; ſymbolorū nonnulla alii
legitima Alii ſuppoſitia & notha cenſebāt,& ſup eorū interꝑtatiōibus mirū in mo-
dū euariabāt:quādo alii nude atq; ſimpliciter ſono uerborū innixi aqeſcebāt,alii p
fundioris itelligētiæ q̄rebāt allegoriā:ſic a fabis edēdis & carne abſtinendū ꝑcepiſſe
pythagorā uolebāt multi,nec ipſum illis ueſci ſolitū:cōtra alii & eſitauiſſe fabas &
porcellos uoluerūt,nec iterdictū pythagoreis ne fabis ueſcerenť affirmauē: & aliud
qddā p fabas ſignificaſſe uolebāt,aliāq; nō edēdæ Carnis rōnē inſinuatā,uti Ariſto
xenus in libro de pythagora,uti ēt plutarchus Ariſtotele nixus in homeri uita ſi-
gnificarūt,Cuius ēt rei Gellius meminit in noctibus atticis.Ac Iāblichus qdē ψευδο-
λογίας q̄ dicebanť pythagoricæ in nōnullos refert ſophiſtas.ſic & autea quæ dicun-
tur pythagoræ Carmina nō ei ſed philolao accepta referri debere cōſenſus doctorū
obtinuit.differebāt & nūerorū opiniōe,qua de re cū de Arithmeticis loq̄mur tertio
huius opis libro mētio fiet.differebāt & in pythagora æſtimādo.quē Alii pythium

Diuiſio ſectę Pythagoreę et iter pythagoreos diſcrimen.

Cōtra Taurū apud Gelliū.

Iamblichus.
Beſſarion
Io.Picus.

Alii hypboreũ Apollinẽ, Alii unũ ex dæmonibus q lunã icolerẽt putabant eſſe, alii alia. ſed nec illa quoq; pua diſſenſio qua Eleatici q ſe pythagoreos pfitẽnt pmenides inq̃ & q ſectã inſtituit eleaticã Colophonius Xenophanes de rerũ pricipiis cũ Aliis antiquioribus pythagoricis nõ ſentiebant, a numeris ad terram deuoluti, ut paulo poſt cũ de principiis ageł manifeſtũ fiet. Nec iis quoq; aut illis aſſenſus eſt Diophantes ſyracuſanus, is. n. q̃q̃ pythagoreus habebał, Democritũ ſectatus eſt abderitã, indiuiſibilia corpuſcula & ipſe cõſtituẽs, q̃ poſtea Epicurus Atheniẽſis qnta generatiõe poſt Democritũ natus appellauit τὰ ἄτομα cũ prius ἀδιαίρετα & ναστὰ tã ille q̃ Metrodorus Chius nũcupauiſſet. Aliæ quoq; pythagoreoꝝ diſſenſiões opis decurſu patebũt. uerũ ii oẽs ab Ionicis differebãt ꝙ ſymbolis ꝑcepta dabãt & ænigmatum uice magis innuebãt q̃ explicabãt dogmata. Nec eadẽ oibus lex ſilẽtii, quãdo alii triẽnio ſolũ tacebãt, ut Origenes ſcribit, alii quinquẽnio ſilebãt, Minus tamẽ biẽnio tacuiſſe nemiнẽ apud Gelliũ ſcribił: q̃q̃ aliud aliis tẽpus ad ſcribereł tacẽdi p æſtimato ut ille inqt Captu ſolertiæ. ꝑterea magicis ẽt utebanł pythagorei iidẽq; habiti magi, nõ ꝓpterea ſolũ ꝙ cũ magis eſſet pythagoras diuerſatus: ſed qm̃ ſupra hoiem ope dæ-

Pythagoras magus — monica quicq̃ opareł, unde illud de Tyaneo apud. B. Hieronymum poſſet declarari. Apollonius ſiue ille magus ut uulgus loquił ſiue pħus ut pythagorei tradunt, nam apud uulgus ẽt magi infames: ut forte illud Horatianũ eo ptinuerit, Nec te pythagoræ fallant Arcana renati, Ipſe. n. pythagoras magica tetigiſſe dicił ut ſcribit Origenes i libro φιλοσοφουμένων. Iamblichus quoq; i ope de ſecta pythagorea multa de ipſo pythagora narrat mõſtroſa & q̃ humana ut fiãt arte oino nequeũt, ut quod eodẽ die & in Italia pluribus in locis & in Taurominio ſiciliæ diſputauerit, & cũ Abari hypboreo q aerẽ tranaſſet fretus Apollinea ſagitta familiaritas ei fuerit. ſic & Empeçles ſiculus ex pythagorea ſecta p aerẽ ut ipſe cecinit auis ambulabat, unde ipſe in

Hymni autoris — hymno ad ſanctũ Geminianũ cecini, Abarim taceãt ſpatiũq; remenſum uſq; ab hypboreo tẽplo fabtũq; uolantẽ, & ſiculũ uolucri ſulcantẽ nubila greſſu. & in hymno ad. S. Martinũ, Aetrobaten ſileãt uacuũ p Inane uagantẽ, Ipſum quẽ celeri nugata ẽ uana uetuſtas, uẽtorũ ſpatia & nubes tranaſſe ſagitta. Ea uero quæ poſtea Tyaneus aut fecerit aut feciſſe dicał nota ſunt & ab Euſebio dicato cõtra hieroclem eius laudatorem ope & a nobis etiã cõfutata. ſic & dryidæ Gallorũ a pythagoreis pfecti, ma-

Dryidę Gallorũ pythagorei — gicis uacarũt. Eos. n. ut ẽ etiã ab Origene narratũ zamolſis thracius erudiit pythagoræ ſeruus & q pythagoreo ſupfuit incendio cũ lyſide, q ſe ſe ad Lacones cõtulit & thebanũ etiã epaminundã inſtituit. eos certe Dryidas pythagoreos fuiſſe ex primo

Lucanus — Lucani ſatis apparet. uobis authoribus umbræ nõ tacitas herebi ſedes, ditiſq; pfundi pallida regna petunt. Itẽq; maximus haud urget læti metus inde ruendi inferrũ mẽs ꝑna uiris animæq; Capaces mortis & Ignauũ eſt redituræ pcere uitæ. & q̃q̃ Cæ-

Cęſar — ſar in. vi. belli Gallici cõmentario ꝑfectã eorũ diſciplinã ex britãnia ſcribit exiſtimatũ: eius tamẽ cõdtões ab eodẽ narratas pythagoreã fuiſſe manifeſtãt: Memoria uꝫ eã cõtineri, litteris ꝓdi nephas eſſe. græcarum litterarum apud eos uſum fuiſſe, animas non interire ſed tranſire ad alios. magos etiam eos fuiſſe pleriq; prodiderunt. De-

Diuiſio medicinę A pħia ipſiuſq; medicinę ptitio. — mocritus quoq; ad magicem diſcendam enauigaſſe dicitur Cuius diſcipulus hippocrates ꝓditur is, q primus ex oibus memoria dignus ab ſtudio ſapiẽtiæ medicam facultatẽ ſepauit, q̃ paulo poſt in tres diducta ptes dieticam, pharmaceuticam, & Chirurgicam: ut pote quæ uictu, quæ medicamentis, quæ manu medereł. & hæc quidẽ

non

non minoribus agitata eſt cõtrouerſiis/q̃ ipſa qua de agimus pħia.nam eius au:ho res clariſſimi naturæ cognitionẽ ſibi neceſſariã arbitrabanť/& ſe ſe rõnales appel/ lauerunt,huiuſq; ſectæ quæ rõnalis dicit̃ principẽ facit hippocratẽ Galenus in Iſa gogico.Cõtra ſerapion/& qui eũ ſecuti glaucias,heraclides tarẽtinus/& duo Apol lonii/& ſextus afer/in uſu eam & experimentis collocantes/ex ipſa pfeſſione ſibi em piricum nomen aſſumpſere/ut eſt author Cornelius/q̃q̃ Galenus in medicorũ intra ductorio libro docet empiricorũ facultatẽ Philippo coo acceptã referri debere/qui primus eam a logica ſiue rõnali ſecta diremerit/tam & ſi Acronẽ agrigentinũ eius authorẽ nõnulli fecerint:quos Plinius ſecundus in uigeſimo nono hiſtoriæ natura lis libro ſecutus eſt/ita eã Acroni aſſignans ut Clinicen hippocrati q eã.ſ.inſtitue/ rit Cremato Aeſculapii tẽplo/ut uarro exiſtimauit.Iatraleptiæ quoq; authorẽ fe/ cit pdicũ ſelymbriũ.Vtcũq; fuerit/Acroni ipſi Galeno Authore ſiue ut ab aliis ſcribi tur Creoni & Serapion & pleriq; acceſſerũt.& ipſa freti expientia non q rõnibus & doctrina nõ pollerent/ut quidã noſtri tẽporis exiſtimant/ut Plinius ẽt uideť ſenſiſ/ ſe.ſed qa rõne non cõſtare medicinã hoc eſt ea cõparari nõ poſſe/ſed uſu dũtaxar & experimentis exiſtimabãt/in eos qui ſe ſe rõnales pfiterenť acerrime diſputarunt. quod & ex primo Cornelii celſi de medicina libro/& ex ſexto pyrrhonio q & empi/ rica ſcripſit/colligi manifeſte põt.Deinde fuere qui ſe methodicos noiarint autho/ re Themiſone ab utriſq; diuerſi:quod & ſi negare uideať Cornelius in primo ſuæ me dicinæ/& tões ẽt ad id afferre moliať ut oſtendat quo pacto illis cõueniant : fareť tamẽ Galenus tam in libro de ſectis & in Iſagogico pcipue q̃ alibi/diuerſos uideli/ cet eſſe.Idq; ſextus ipſe apte ſcribit eos cũ ſcepticis plurimũ cõuenire docens/a qui bus non rõnales mõ atq; dogmatici/ſed ipſi Empirici apte diſſentiant. Sed reuertor ad pħos inter quos ſocrates aliud doctrinæ genus introduxit:nã cũ pleriq; diuina & natutalia quærerẽt/q̃ ut diſcerni poſſent logica facultate/cuius inuẽtor pytago/ reus Zeno pħibeť impẽſe uacandũ arbitrarenť/illa ipſe poſt habẽs nec digna du/ cens(ſi credimus Xenophonti)ut ſe ſe in ipſis homo pħus occuparet/ſolis cõponẽ/ dis moribus & pturbarióibus animi ſedãdis operam dedit:Quapropter dictus eſt pħiam deuocaſſe de Cœlo/& i urbibus & domibus collocauiſſe/& ab Ariſtotele quo q primo de ptibus aialium ſcriptũ eſt/definiẽdi uſum rpibus ſocratis increuiſſe/ſed indagationẽ rerũ naturaliũ deſiiſſe/atq; oẽ pħandi ſtudiũ ad utilẽ uirtutẽ ciuileq; uſum fuiſſe tranſlatũ.Sane principẽ eũ ipſum ſocratẽ ethicæ pħiæ facit origines ſi/ cuti dialecticæ Ariſtotelẽ.Ab illo ramẽ ueluti fonte diuerſa manarũt flumina doc/ trinæ.ſed duos pcipue diſcipulos habuit eloquẽtia in primis Clariſſimos oium con ſenſu Xenophontẽ & Platonẽ.q̃tum uero att inet ad rerũ cognitionẽ/ille morũ.hic totius idagãdæ naturæ curã ſuſcepit/ipſamq; miſcuit pħiam/Nãq; in naturali pħia ut pleriq; uolũt ſecutus eſt heraclitũ/i diuina pithagorã/in morali & rõnali ſocratẽ in mathematicis Theodorũ Cyreneũ/ad quẽ audiendũ Cyrenas pfectũ cũ Alii tum Apuleius pdidit/& aſtrologiã aduſq; ægyptũ iuiſſe petitũ/ſed a ſocrate dialecticam non eſſe illi traditam clare Xenophon litterarũ monumentis tradidit. Enim uero a Xenophonte plato ſcribendi genere euariauit/nam cum antiquiſſimi dogmata Car minibus traderent/mox & proſa oratione/ſubobſcure tamen/ænigmatibus etiam pytagorei aſſueſſent/Clariſſime & limpidiſſime Xenophon litteris ſua ſenſa com/ mendauit.Plato magna quidem elegantia & uberi facundia celebratus/ſub mathe/

Galenus

Cornelius

Plinius

Cõtra Pliniũ et alios.

Sextus

De pħia ſo/ cratica et eiꝰ diuiſione.

Xenophon

Ariſtoteles

Origenes

Platõica pħia

Apuleius.

Xenophon

maticæ tamen diſciplinæ uelamẽtis adumbrauit plurima:& inuolucris fabularum obtexuit. Adeoq́ in loquendo uarius:ut ex eius ſectatoribus fuerint q cum nihil affirmaſſe:Alii omnia:Alii quæpiam uoluerint. Multæq́ inde in eius doctrina ſectæ quibus eius mens in partes tracta & quaſi lancinata uidebatur.ut hinc etiam præſtare ſit conſentaneũ:eos magis reiicere q̃ colere:qui & cum aliis & cum ſe ipſis etiã digladianť:ſed de iis paulopoſt ſuo loco:nunc reliquos ſocraticos pcenſeamus. Stoici circa uirtutem uerſati:nec non delectati ſunt impenſius logica facultate. At non

Stoica phia.

omnino concordes:ſi quidem & in moribus ipſaq́ uirtute non ex integro cõuenerunt:& in pleriſq́ alter alteri aduerſus Adeo:ut ſe ſe plurimum impugnarint:& in logicis eadẽ nullo pacto ſenſerint:quod & operis decurſu aperietur. quid :quod ipſis etiam in uerborũ ſignificationibus plane pugnaces:quãdo Chryſippus in omni uerbo ambiguitatẽ inueniri uoluit:quã opinionẽ ab eleatis fluxiſſe ſatis poteſt ab Apuleio colligi:qui ambifariam ut ille loquiť:omne uerbũ diſtinguendi:eleatã ſiue zenonem ſiue parmenidẽ exiſtimauit principẽ. At alii nullo ẽt in uerbo ambiguitatem inueniri uoluerunt.ſunt qui inter utranq́ extremã ſemitã ſe ſe continuerint.certe Diodorus cognomento cronus quod eſt a Gellio obſeruatum nullũ uerbum ambiguũ dici uoluit:ſed obſcurũ.ſtoicorum aũt ipſorũ mos atq́ ꝓprietas breuiter argumenta pſtringere contortiuſq́ concludere. Nec alia defuere ab hoc ſocratico fonte deducta flumina philoſophiæ:ſed quæ undas minus nitidas traherẽt quæq́ etiã lutulente decurrerent:huic enim & Cyrenaici & epicurus uoluptatibus deditiſuorũ dogmatum initia libenter ferũt accepta:atq́ in primis Ariſtippus Cyrenaicæ repertor ſectæ malebat diſcipulus haberi ſocratis:authore Apuleio. Cynici nimiam libertatem ne temeritatem dixerim unumquẽq́ ad latrãdi unde Caninũ deriuauit nomen:ab eodem ſocrate duxiſſe originẽ ſi poſſent oſtẽdere bene ſibi ipſis actum putarent:tantũ erat ſocraticorũ nõmen celebre ab uno ſocrate in multos deriuatum. Omnes etenim philoſophorũ ſectæ uel ab earũ inuentoribus conſtitutoribuſq́ ut pythagorei:ut ſocratici:uel ab ipſorũ authorum patria ut Cyrenaici ꝓpter Ariſtippũ Cyreneũ:& Megarici ꝓpter Megarẽſem euclidem nomen acceperε:unde miror cur Megaricorũ pricipem Cicero Xenophontẽ faciat in ſecũdo academico:quando ẽt ibi ab euclide megareo dictos poſtea fateať. ſimilis quoq́ in eretrienſibus ambiguitas quos noiatos dicit a zenone:parmenide:Xenophane:mox a menedemo qui fuit eretrias eretriacos appellatos:Certe eleaticos ꝓpter xenophanẽ & parmenidẽ eleaticos noiari ſolere:ſcio ꝓditum eſſe memoriæ non eretrienſes. Item a loco in quo philoſophabanť manabat nomen:ſic ſtoici a porticu dicti:& academici a uilla inqua degebat plato ab academo heroe ſortita nomen.item ab actu quodã intercidente philoſophantibus ut abambulando peripatetici:ẽt ab effectu quodam philoſophandi:qui q̃m dubiam haberent ueritatẽ & aſſenſum cohiberent ephectici dicti:idem & ambigui noiati & quæſitores & ſceptici: ob cõſiderationẽ ꝑpetuam: Idem & pyrrhonii:nõ q́ auctor ſectæ fuerit pyrrhon ut uiſus eſt exiſtimaſſe ſimplicius in Ariſtotelis Categorias : ut etiam Gellius in decimo.ſed q́ eius iam inuentæ & amplificator & declarator extiterit:quod aperte ſatis habeť a ſexto philoſopho in primo πυῤῥωνίων ὑποτυπώσεων. A fine item quem ſibi philoſophãtes pſtituebant denoiatas conſtat ſectas fuiſſe:ut a uoluptate epicurei:Itẽq́ a uitæ ſpecie & ſimilitudine ut Cynici:aliud enim finis eſt quẽ aſſequi uolebãt:aliud eſt ſpes

Cyrenaica. Epicurea. Cynica. Vnde nã pħorũ ſectis ſuũ nomen contigerit? Contra Ciceronem. Academici. Peripatetici. Ephectici. Pyrrhonii. Cõtra ſimplicium et Gelliũ. Epycurei. Cynici.

exercitatiõis

exercitationis/qua eo tendebant.neq;.n.ut ſimplicius ait uoluptate uoluptatem ue
nabant epicurei ſed laboribus maxime & cōtinentia.oēs deniq; ſectæ uel ab inuen/
toribus & amplificatoribus/& eorū patria/uel a reb9 ipſis/in quis uel finis p̄hiæ po
neret/uel modus indicaretur p̄handi cognomen ſumpſere/A rebus item circa quas
uel ſolas uel maxime uerſaret eorū ſtudiū.ſic & phyſici dicti nōnulli ſunt & dialecti
ci & morales.nam phyſicorū antiquū eſt nomen/quo & Thales & Democritus & He
raclitus & Alii ꝑmulti uocati ſunt.ſic & Diodorus cognomento dialecticus/& mora
lis ſocrates/qua de re latius ope ꝓcedente. Atqui/ patriæ cognomē cui multum hæ/
ret. Simplicius incertas uidet ſectas reddere.pythagoras enim a Iamblicho aliiſq; ꝑ
multis ſamius creditur.quē tamen fuiſſe tyrium neanthes ꝓdit/tyrrhenum uero &
Ariſtarchus & ēt Theopompus/ut eſt apud Theodoritum. Syrius ēt ab Euſebio dici
tur. Thaletem quoq;/Mileſium pleriq; oēs uolunt fuiſſe: Leāder tamen & herodotus
ex phenicia.finis quoq; ſectas parum diſtinguit nam & Cyrenaici & Epicurei uolu/
ptate bonum metiebant/quorū diuerſæ patriæ/authorū quoq; diuerſa noia.Requi/
ritur itaq; nomen authoris/cui ſi addatur & patria nec alium ſibi p̄hum ea in pa/
tria cognominem ſortitus ſit/ſectas apertius diſtinguit: uerum ad tollendam ambi
guitatem patris nomen græci ſubſcribere cōſueuerunt/ut ſocrates ſophroniſci. Er/
go a ſocratis nomine qm̄ ab eo multæ ſectæ/multæ quoq; ſocraticorū ſpecies ꝓpriis ſi
gnatæ nominibus effluxerunt. Verū ſocraticus Platon Ariſtonis filius clarus iam &
eloquentiæ noīe & ſapiētiæ/ubi ſectatores habuit/ii ipſi ſe nō ſocraticos amplius ſed
Platonicos uocauerunt/qui tam multi fuerunt tamq; celebres ut & ipſi ſectas conſti
tuerint/ſi qdem Ariſtoteles prius ſocratis mox Platonis auditor peripateticā condi
dit diſciplinam/qm̄ deambulātes in lycio Gymnaſio plurimū docerent cōſectanei:&
uiuente adhuc Platone ſcholam Athenis habuit. Mos aūt ei fuit/ſcribendi quidē ſub
obſcure/nō tamē ut Plato.ſi quidē huius fabulæ & cōfuſanea rerum de quibus age/
bat diſputatio/& quaſi dicatur miſcellanea diſciplina/alibiq; alias repetita/& nume/
ri ꝓterea & magnitudines offundebant lectoribus nebulas. Illius uero ſub aptis uo/
cabulis & eruditis & dearticulato ꝓcedendi mō/remotiſſimi ſenſus & ambigui ſpar
gebant caliginem adeo/ut ſimilis indicaret ſepiæ/quæ ne capi queat attramentum
effundit/hinc libros auſcultatorios ut ipſe nuncupabat/& editos eſſe ſcripſit & non
editos/qm̄ futuri erāt iis tantū cognobiles/quibus & eius quoq; uox cognita fuiſſet.
poſt Platonis obitū eius auditoriū tenuit uel ſpeuſippus ut alii uel Xenocrates/Cer
te xenocrates a Platone uel primus uel ſecundus docuit in Academia uilla/unde & q
Academici dicti in multas poſtea familias diuiſi/duas & Cicero & Lactantius citaue
re ueterem & nouā/Seneca item i q̄ſtionū naturaliū ultimo libro academicos tm̄ ue/
teres & iuniores citat. Alii multo plures. Nouē ego platōicorū ſectas multa & diuer
ſa legendo & obſeruando (ſi non fallor) comperi/ab eadem uilla nomē ſortitas.pri/
mam quæ diſcipulorū Platonis & auditorū fuerit inqua floruiſſe maxime Xenocra/
tem conſtans fama eſt.ſecundā quæ & media dicta eſt cui præfuerit Archeſilaus au/
ditor polemonis.tertiam cui & nouæ cognomen eſt factum/Cuius princeps Carnea
des atq; Clytomachus.quartæ quoq; mentio inuenitur quæ ſub philone floruerit &
Charmidæ/quintæ primordia in Antiochum referūt. Alia eſt ægyptia noīe cuius in
ſtitutor Ammonius/Alia quæ romana ſiue itala/plotini authoritate ſuffulta/Lycia
itē q̄ ꝓclo fertur accepta/Addo (ſi placet platonicis) eā quā Iāblichus ſiue inſtituit/

Simplicius.

Phyſici.
Dialectici.
Morales,

De claro in p̄his nominā dis diſcerni/culo.

De uariis in platōica p̄hia ſectis.

Differētia in ter obſcuritatē Platonis et Ariſtotelis in ſcribendo.

Quam multę academię.

ſiue exornauit: ꝗ nõ ignoro diuerſe olim ſcriptũ. ꝗꝗ itẽ i hac ſucceſſiõe platonica referẽda authores oĩno non cõueniſſe ſcio, quando alio modo Laertius, Alio Numenius, & Euſebius, Lactãtius alio, Auguſtinus alio, Diuerſo alii, Alio ſextus, alio Cicero utatur, q Ariſtotelẽ diſſentiẽtẽ re ipſa, nõ facit ab academia ueteri. cui ẽt nouã iũgit, quã dedit Archeſilæ, & in eadẽ rõne dicit Carneadẽ pmãſiſſe, ꝗ tamen ab aliis a pte negant, ut pgreſſu patefiet. & de his hacten9, nã quo pacto academiæ inter ſe differant, & Capite huius libri quarto paucis, & ſequenti libro pluribus inoreſcet. cũ qđ uel quæq; earum uel plurime de ueri notione pſcripſerint aperiã.

Quã multę i peripatetica pħia ſectę.

Atqui peripateticorũ plures quoq; familiæ, nam fere quiſq; poſt Theophraſtũ & Neleũ peripatetice ſectæ philoſophus, pprĩã & ipſe condere ſategit, adeo ut in multas partes diſtractum lyciũ & quaſi diſcerptũ, redintegrari ſub Alexãdro cœperit Aphrodiſieo. is tãte fuit celebritatis dum uixit, ut pleriq; oẽs peripatetici nõ crederent niſi & Alexandrei quoq; putarent eſſe. tam & ſi a multis poſtea uexatus pcedente tẽpore, ut ſileã Themiſtiũ q poſtea floruit, utq; a Simplicio ne repetã q eorũ q pceſſerant cõſectaneorũ dogmata pprio ppendiculo dimẽſus eſt. Inde populata græcia, & Italia Crebris barbararũ nationũ incurſionibus deuaſtata, ad mauros & Arabas pħia peruenit: A ꝗbus mirũ eſt in modũ Cultus Ariſtoteles, plato parũ, Alii oĩno nihil. Cuius rei cãm ꝗtũ aſſequi cõiectura potuimus quarto huius operis libro referemus. Sed qualiſcũq; illa fuerit, Arabes ipſi & mauri nunꝗ in porticu aut ſpatiãtes diſputarũt aut ꝗꝗ multæ in ea cellæ: ſedere uoluerũt, nuſꝗ itẽ apud eos ſcepticorũ nomẽ, ꝗꝗ eorũ multi & ante Ariſtotelẽ & poſt Ariſtotelẽ fuerunt, & eius ſcripta uexauerunt acerrime, multiq; itẽ cũ Ariſtotele uixerũt. ſcepticus. n. pyrrhon Alexandri macedonis tpe floruit. Fuit aũt ſextus pħus ſub Marco pħo iperatore, plutarchi cõſanguineus, q ſceptica ſcripſit, ut eſt apud Suidã i collectaneis, & apud alios, atq; is puto ẽ Sextus, cuius meminit Apuleius: nã & a ſexto pħo & a Plutarcho Maternæ ſe originis fundamenta traxiſſe pdidit Apuleius: & in uita Marci Impatoris atq; pħi Iulius Capitolinus ſcribit ſextũ cheronẽſem Plutarchi nepotẽ pceptorẽ ipſius Marci fuiſſe: eſt & apud ſuidã ſexti quoq; ſceptici lybici nõ Cheronæi mẽtio. Decem & ego ſexti ſceptici libros plegi, q ẽt empirica ſcripſit monumẽta Idemq; dictus empiricus, uerũ alius a duobus illis, an alter eorũ: fuerit, nõ ſatis adhuc habeo cõpertũ. Certe Galenus in libro de ſectis ſexti empirici afri meminit: & in eius iſagogico ſexti ẽt empirici mẽtio eſt.

De ſcepticis deq; ſexto pyrrhonio.

Cõtra nonnullos quitilianj caſtigatores.

Atq; hinc fortaſſe poſſunt refutari q arbitrant illud Quintiliani in decimo huc ptinere, cũ ait ſcripſiſſe nõ parũ multa Corneliũ Celſum ſextios ſecutũ. nã quod alii legãt ſceptios p ſextios, mihi nõ facit ſatis, qm̃ & apud ſenecã ſextiorũ mẽtio, & apud Cic. i epiſtolarũ maxime libris ad Atticũ ſextii ſæpe nomẽ citat & horatius ẽt ſcribit ad ſeſtiũ, & qdẽ potuere ſeſtii eſſe q nõ ſceptici fuerint, ꝗuis aliqs qui ſextus diceret, inter ſcepticos reponat. ipſe quoq; idẽ Seneca ultimo naturaliũ ꝗſtiõnũ uolumine inqt, ſextiorũ noua & romani roboris ſecta, inter initia ſuã cũ magno ipetu cœpiſſet extincta eſt. At neq; ſceptica facultas noua ſed antiqua, nec Romana, ſed græca, nec extincta cũ cœpiſſet, Sed diuturna. Scepticorũ oĩum erat nihil in alterutrã partẽ aut affirmãdo aut negando paſſis (uti aiũt) uelis tendere, ſed oĩa cõſiderare diligentiſſime, & oĩbus q quicꝗ dogmatũ afferent contradicere. nulla quoq; eorũ mentio q ſe electores nũcupabant, quorũ ptes erant a ſingulis qđ placebat apiũ more deligere, & pprio demũ labore & opere mel coactũ atq; cõpactũ aliis guſtandum

Qualis nam pħi ſceptici?

Electores pħi

dum tradere.ſolus aũt Ariſtoteles ꝑ uniuerſa pħorũ turba adeo celebri fama ĩ ara bũ mẽtibus uixit,ut q pħum diceret nõ aliũ daret itelligi q̃ Ariſtotelẽ.ſed. n.in Ariſtotele quoq; interꝑtãdo multæ arabũ ſectæ,ad Auicẽnã uſq;,& pħum magni nõis & medicũ:aquo Platonis placita ꝑ alius arabibus obſeruata cõſtat.Auerrois poſtea ad Ariſtotelẽ interꝑtandũ cõuerſus ꝓpriã cõdidit ſectã,cui hæſerũt fere oẽs q in lu tetiæ parriſiorũ Gymnaſio primũ pħiæ ſe dedide rũt,aquo poſtea multi diſſenſere q pħiæ ſimul noſtreq; theologiæ & pdiſcẽdæ & ĩ alios trãſfũdẽdæ uacauerũt:quorũ q̃ iũ attinet ad pħiæ Dogmata multa diſſenſio.multæ Chẽtellæ,Nã ſunt q ad aliũ aliis poſt habitis recurrãt,eũq; ſolũ putẽt & obſeruãdũ & imitãdũ,ſiue iudicio ꝓprio,ſiue fama ducti & ꝓceptorũ pſuaſiõe.hæc fere de pħorũ ſectis multiplici ex lectione collegi.q̃q̃ nõ me ꝓterit alias Ciceronẽ de ſectis diſſeruiſſe,alias Varronẽ q dicit ex magno numero ad paruũ deduxiſſe ſectas.cuius rei meminit Auguſtinus in.xix. de Ciuitate Dei.ſed fretus erat varro una finiũ quos illi diuerſe ſibi ſtatuiſſent cõſidera tiõe,nõ aũt uarietate doctrinæ,aut mõ pħandi.Cicero uero pſolos ſocraticos diuiſionẽ fecit in tertio de oratore ad qntũ fratrẽ, q̃ſi p diſſidiũ cordis & linguæ,uel nulla uel parua eorũ q̃ tractauimus diuiſiõis hita mẽtiõe.nã uerius eloquẽtiæ diuerſitati q̃ differẽtibus dogmatis dũ eos iter ſe dirimeret inniti uidebat.ſed ſane & noſtra & paulo ſupiori ætate multitudo pħorũ unũ ẽ Ariſtotelẽ ſecuta,parũ fortaſſe gnara nihil unq̃ iter pħos oẽs cõueniſſe,aliquẽ unũ eẽ præ oĩbus ſequẽdũ pħum. plato eos q ante ſe ſcripſere uel deridet uel cõfutat:pipatetici platonẽ,hos ſtoici,ſtoicos alii:Epicurei alios,Epicureos alii:ſceptici oẽs,quos miror ab Euſebio dici magno riſu oium exploſos,q in oẽs ita acriter diſputãt,ut eis nõ oĩno facillime reſiſtat. nunc ſane ut dixi ſecta pipatetica ẽ in ꝓtio,qd ſectã dixi & nõ magis Ariſtotelẽ.ĩ quo interꝑtãdo diuerſæ ſectæ,diuerſi duces.q̃q̃ extitit.Io.Picus Galeotti patris mei frater q & igenio,& memoria,& idefeſſo ſtudio,& doctrina ſingulari,& ꝓcelleti iterſcribẽ, dũ de rebus maximis facũdia,noſtri tpis hoĩbus & admiratiõi fuit & ſtupori.Hic qđ ab aliis fieri poſſe creditũ ẽ magis q̃ ꝓbatũ,& pollicitus fuerat & ſeruaſſet:hoc ẽ Ariſtotelis & platonis dogmata cõciliare,qđ negociũ ad pſentẽ uſq; diẽ multis difficil limũ,nõnullis ẽt ſupra humani captũ ingenii credit eſſe.Mihi aũt uenit ĩ mentẽ conſentaneũ magis eſſe,& utile magis,icerta reddere pħorũ dogmata q̃ cõciliate,ut patruus uolebat.Seq.n.hac ĩ re malo antiquos illos ex noſtra fide theologos q ĩ gẽtiũ pħos potius agendũ duxere,& eorũ excindenda dogmata,q̃ ipſorum ex dogmatis pħari.nõnullorũ more q ſæculis poſterioribus doctrinæ ſtudia pcoluerunt.q̃q̃ & inter hos fuerũt q prioribus illis acceſſerint.Ac ſane Auguſtinus in litteris lõge emi nẽtiſſimus apud pħos gentiũ nõ oia nec ẽt plurima neceſſario uera,ut poſteriores qdam,Sed ſi qua uera inuenitentt,ea tanq̃ ab iniuſtis poſſeſſoribus uẽdicãda ſcribit in libris de Chriſtiana doctrina:& alibi tã ille q̃ alii cũ Græci tũ latini noſtræ religionis Antiſtites & diſciplinæ proceres id ipſum fecere,quod ex parte monſtrabit opere procedente.Itaq; poſtq̃ uarium pħandi genus,& uarias philoſophantium ſectas ab exordio philoſophiæ ad noſtra uſq; tempora quaſi obiter & in tranſcurſu deduxi,diſſenſiones referã inſigniores,q̃ & inter ſectarũ principes,& inter cõſectaneos,& inter ſe ipſos quoq; uiguere,mox aduerſus eos omneis,dirigam ſtilum.

Quo pacto ſe ſe pħi ꝑ ætates ĩpugnarit.

Io. Picus. et eius laudes.

Quid author Curet.

Quod philoſophi gentiũ,nec in partiẽda ſua pħia nec incolẽda cõueniũt. Capũt tertiũ.

VIdimus gẽtiũ pħiam uariis laceratã ſectis ſibi ipſi nõ cohærere:mõ pħi ne
ipſi in ea aut partienda aut colenda cõueniãt & ſibi ipſis cohæreãt diſpiciẽ
dũ:ab ipſa eius diuiſiõe capiemus initiũ.philoſophiæ igiť Alii nullã ſectio
nem fecere,Alii bimẽbrẽ cõſtituere,Alii uniuerſam diuiſere in ptes tris. eorũ quoq;
q unicũ tm̃ genus uoluerũt eſſe,adhuc magna diſcordia:nã alii illud unũ uoluerũt
eẽ phyſicũ.Alii logicũ,Alii morale.primæ opiniõis fuere thales,Anaximenes,Anaxi
mãder ex Ionico genere,ex Italico uero Empedocles atq; Parmenides qbus cõſenſit
Heraclitus.uerũ nec in hoc oium cõſenſus unus.qm̃ Ionici illi id oino cõſtans & in p
miſcuũ cenſebant eſſe,nõ ita Empedocles atq; parmenides.ille.n.authore Ariſtote-
le de rhetorica pcepit,& parmenides nõ fuit expers dialecticæ,cuius princeps habi
tus eſt Eleates Zeno parmenidi notus eodẽ Ariſtotele authore.De Heraclito quoq;
dubitatũ phyſicus ne tm̃ an moralis ẽt pħus fuerit.q unico genere fuere cõtẽti,ſed
id logicũ non phyſicũ maluerint,memoranť ii pãthoides,Alexinus,Eubulides,Bryſ
ſon,Dionyſiodorus,Euthydemus,unicũ ẽt ſed morale genus cõſtituiſſe ſocratẽ & aſſi
duus ei & amicitia cõiunctiſſimus Xenophon pdidit .& Timon aſſeruit,In platonẽ
uterq; inuectus q̧ & logicã ſocrati & phyſicã adſcripſerit facultatem.ſunt & q affir
ment Cyrenaicos unico eoq; morali philoſophiæ genere fuiſſe cõtentos,tã & ſi id ſa
tis nõ cõſtet,qm̃ de cãis etiã cõſiderarũt & de pbatiõibus.Ariſton chius eouſq; mo-
rali hæſit ut ab eo ẽt pleraq; circũſcripſerit,q̃ alii admittebãt libẽter, ut admonitio
nes inſtructiõeſq;.ſola acceſſiõe uirtutis & expulſiõe uitii ſatis eſſe ad beate uiuẽdũ
arbitratus.Cæterũ bimẽbrẽ fecere philoſophiã pleriq; ſed nõ eadem uſi ſunt diſſec-
tione,quãdoqdem Xenophanes Colophonius uniuerſum illud ſupmũq; philoſo-
phiæ genus in phyſicũ eſt partit9 & logicũ,morali ptermiſſo.quod amplexatus Ar
chelaus Athenienſis ipſum a phyſico e regione diſtinxit,logici minime memor:cui
& Epicurũ Alii numerandũ cenſent,q logicã ſpeculationẽ abiecerit : alii cõtraſen-
tiũt,nõ oẽm qdem eũ ptereiſſe rõnalem facultatem cõtendentes,ſed eã tantũmõ cau
ſatũ q̃ a ſtoicis tradereť,quare triplicem ab eo putatã philoſophiã nõ duplicem.Nec
defuere q Cyrenaicos aſſererent in duas diuiſiſſe ſpẽs pħiam ethicã & logicã,exclu-
ſa naturali.Plato uero princeps fuit pħiæ trifariã cõſtituendæ,ut unũ eius genus lo
gicũ,aliud phyſicũ,tertiũ morale & eſſet & habereť.quẽ & Xenocrates & Ariſtoteles
& ſtoici ſunt ſecuti:q̃q̃ has ptes alii uocarũt,locos Apollodorus noiauit,Chriſippus
& Eudromis ſpecies:alii genera,Sed nec ois oino hac in re cõſenſio ſtoicorũ:nã Cleã
thes ſex ptes pħiæ ſtatuit authore Diogene,dialecticã,oratoriã,ciuilem,naturalem,
theologicã,moralem.quã qdem moralem Cleãtes ipſe & zeno,ſimplicius tractarũt,
& miores illã in ptes diſtraxerũt Chryſippus uero,archedemus,Zeno tarſenſis,Apol
lodorus,Diogenes,Antipater,Poſſidonius i ſubiectos diuiſerũt locos,de appetitiõe,
de bonis & malis,de pturbatiõibus,de uirtute,de fine,de prima extimatiõe,de acti-
bus,de officiis,de adhortatiõibus & hortatiõib9.Eni uero q̃q̃ tria pħiæ genera ſunt
cõſtituta,nõ ppterea in partiũ ordine ulla eſt cõio ſenſuũ,ulla dogmatũ repta con
ſenſio.nã alii a logica facultate ut ſtoici & Alii putarũt incipiendũ,a morali nõnul-
li ſocratem ſecuti:pleriq; a phyſico genere ut antiqori:Porro in particularũ diſſec-
tione non minor q̃ in partibus orta diſſenſio:quãdo logicũ genus alii ambire grã-
maticã & rhetoricã cũ dialectica uoluere.Alii unũ,Alii etiã alterũ excludebant . In
moralibus quoq; & plato & Ariſtoteles tres cõſtituere particulas,quinq; Cyrenaici

maluerunt,

malũerunt ũt.n.illi ethicũ/põliticũ/æconomicũ/ita hi agendũ eſſe dicebãt de eligen
dis & fugiendis/de affectibus/de actiõibus/de cãis/de ꝓbatiõibus/quæ duo poſtrema
a tribus nõnulli diſpeſcũt/& hoc dialecticæ illud naturali adſcribũt.ſup quo ẽt diui
dundo certat.Verũ diceret qſpiã/diuerſas eſſe uias ad phandũ/ſed nihil referte ſi di/
uerſo itinere tendãt ad unũ/quod poſtea nos & cõcorditer & fideliter doceant.diſpi
ciamus igit num pacate & qete nos qcq̃ docuerint.'Altius q̃ poſſimus exorſi.

Vtrũ ulla ſit ueritas/et ſi ſit utrũ haberi poſſit an minime/inter phos gẽtiũ nõ cõueniſſe/quo
rũ diuerſiſſime opiniões referũtur/ibiq; ẽt oſtẽditur Platonẽ ea de re a ſectatoribus p partes
particulas minutiaſq; diſtractũ atq; diſcerptũ/pugnaciſſima diſcordia. Capur Q uartũ.

A T Sane inter oẽs phorũ ſectas de qbus habita mẽtio eſt/quaſdã putaſſe eõ
perio nihil eſſe in rebus ueri atq; certi/quaſdã contra.certe Alii nihil oino
uerũ eſſe dixere/alii uerũ eſſe quodpiã maluerũt ſed maxime pugnaciter.
nã qdam ſola intellectilia uera exiſtimarũt/nõnulli ſola ſenſilia Alii tã hæc q̃ illa.Xe
niades corinthius nihil dixit eſſe uerũ/quẽ & qdam ſunt ſecuti.Platonici qdam & De
mocricii multi ſola itellectilia ueri noie digna putarũt:Epicurus & Alii ſola ſenſilia.
Aeneſidemi ſectatores iter hæc ẽt diſtictionẽ excogitarũt. uerũ & illud maxie apud
phorũ ſectas & pugnax & uariũ/Vtrum ulla ſit ueritas aut ullũ uerũ.nam inter hæc
duo magnã nec qualẽ ipſi agnoſcim9 diſtinctionẽ poſuere.an inq̃ ulla ſit ueritas &
ſi ſit haberi tamẽ ea poſſit an minime/quãdo alii ſe poſſe dicebãt rerũ ueritatẽ inue
nire/ac iam de iis quæ diſſerebãt ſe inueniſſe gloriabantur/ut omnes fere q dogma
tici nuncupati ſunt.Conſtat alios diuerſiſſime putauiſſe/nam fuere pmulti qui ueri Dogmatica phia.
tatem inueniri poſſe diffiderent/nec ullo pacto fieri poſſe cenſerent ut ea cõpræhen Academica.
deretur ab homine/quales qui Carneadem & Clytomachum platonicos quorum ſu Sceptica
pra meminimus ſecuti ſunt.Alii q̃runt adhuc nec in hanc nec in illam partem incli
nati/quos ꝓpterea ſcepticos quaſi cõſiderarios dixeris indagatoresue nuncupaue
ris.hinc tres ſupmas phiæ partes conſtituit ſextus.quãdo alii cõpræhendi res poſſe Tres ſupme
dicerent/negarent alii/Q uærerent alii & dubitarent.Galenus aũt in libro de philo/ et maxie ge/
ſophica hiſtoria quatuor maluit/nã pter dogmaticã affirmantẽ/& ſcepticã dubitan nerales phie
tem:litigioſam cõtentioſamue/& mixtã adiecit/ſed ſane contentioſam uocauit quã ptes ſecundũ
ſextus nouã academicã & rerũ cõpræhẽſionẽ negantem appellarat.nãq; inter eius ſextũ quatu/
ſectæ uiros nominat Clytomachum inter principes nouæ academiæ conſtitutũ . Mix or ſecundum
tæ ſectæ Xenophanẽ addixit & Democritũ/Illũ uidelicet dubitantẽ de oibus & nihi/ Galenum,
lominus aſſerentem oia unum eſſe & eundem eſſe deũ.hunc uero ambigentẽ de om
nibus pterq̃ de Atomis & uacuo.Sed cui nã ſectæ phorum ſi priſcis illis tpibus uixiſ
ſet Nicolaũ cuſam addixiſſemus.'ſciri poſſe aſſerentẽ/negantẽ nihilominus qcq̃ ſci/ N.Cuſa
ri poſſe pciſe.quæ oia ille pſequit latiſſime & in libris de docta ignorantia & de con
iecturis & de uenatione ſapientiæ/qbus in libris ſupra rõnem eleuatus coicidere(ut
eius utar uerbis)oppoſita exiſtimauit/& nihil pfecte cognoſci pcul omni dubio ſan
xit.Sed reuertamur ad antiquos phos quos ꝓprias ad ſectas uetuſti illi rerũ ſcruta
tores ſine lite nõ redegerunt/nã alii Democritũ inter dubitabũdos.Sextus aũt inter
dogmaticos reponit uti pgreſſu opis patebit.neq;.n.oino clarũ & incõtrouerſum de
qbuſdam huc ne an illuc flecterent/an uerius uel litigio ppetuo uel ppetuæ dubita
tioni eos quibus id internoſcendi cura fuit addicerent.par.n.circa Heraclitum quæ

circa democritū quæſtio, nam fuere qui dicerent ſcepticam phiam cum democritia
cōmunionē habere, quibus a ſcepticis reſiſtitur uel ex eo quoniam aſſerebat demo-
critus & Atomos eſſe & uacuum, a quibus aſſenſum pyrrhonii cohibebant, qui & cō
tra Democritum dicerent. & pro Democrito, ſi quiſq̃ illum falſo decreuiſſe putarēt.
quæ quidem diſceptatio non uergit proprie ad ſectas diſpartiendas, ſed ad hoc ip-
ſum, haberi ne poſſet aliquo ueritatis inſtrumento ueritas. Scepticam uero ſectā nō
nulli pyrrhonium ænesidemum ſecuti uiam eſſe putabant ad heracliteā, Quoniā ſen
ſiſſet heraclitus & eidem ſubiecto ineſſe contraria & uideri: hoc autem ultimum ēt
a ſcepticis admitti. Contra ſtetit Sextus & ipſe pyrrhonius afferēs cōtraria circa idē
uideri, non eſſe dogma ſcepticorum, ſed negocium potius non modo ipſis ſed omni
bus ferme philoſophis commune: Atqui & cōmune eſſe cuilibet e medio, quoniam
mel dulce ſanis eſſe, amarum ictericis cui non uideatur reperitur nemo, ſit autem ita
nec ne ſuapte natura, conſideratione dignum eſſe. Verum quoniam heraclitus mul-
ta profert dogmata eis contradicunt dubitabundi tanq̃ arroganter aut negata aut
confirmata, ſicuti & cæteris qui quicq̃ aſſerendi cūram ſuſcepere. Cyrenaicos alii uo
lebant ſcepticis adſcribi quoniam & ipſi naturales dūtaxat affectiones compræhen
di putarent, reſiſtunt ephectici, uoluptatem carnis & mollitiē quā finem cenſebāt cy
renaici reiiciendo, & amplexando quā ipſi uocant ἀταραξίαν latine inperturbationē
De platone intelligendo quot et q̃ta diſſidia. ſi licet interꝑtemur, Ad quā ſuſpenſione iudicii deueniri putabant. ꝑter hæc alii pla
tonem inter dogmaticos reponunt, Alii dubitabundū cenſent fuiſſe. Alii partim q-
dem inter eos, partim ēt inter, illos reponendū arbitrant̄, ſicuti ꝑmedotus & Aeneſi
demus. Ii cauſam hanc ſui ſenſus afferuntq́ in Gymnaſticis dialogis ubi maxime ſo
crates introducit̄ aduerſus ſophiſtas aut ludens aut luctans, ambiguum uideat̄ ſer-
monis genus inuehere, ubi uero quicq̃ affert ſerio & pēſiculate uel in perſona ſocra
tis uel timei, puta de Idæis de ꝓuidentia uel de uirtutibus & uitiis deligendis uitan-
diſq́, tum dogmata ꝓferat. a quibus diſſentit Sextus ipſe pyrrhonius nullo pacto du
bitabundis platonem adſcribi uolens, quoniam uel unum dogma ſi ſtatuat uel uni
iudicet ſtandū ne ſit an ne, tū non ambiguorū in numero ſed in iudicātiū & dogma
ta ꝑſcribētiū ordine uti colloceſ exiſtimat. Idē & phliaſius timō de Xenophane ſcri
bens perhibetur ſenſiſſe. M. autem Varro apud Ciceronem in primo academico uo-
luit platonem nihil affirmare, contra uero magna platonicorū turba inter quos ēt
Apuleius & Alcinous, quorū uterq́ Dogmata collegit explicuitq́ platonica. & hæc
quidē antiqui uariarū ſectarū philoſophi ipſiq́ etiā platonici de platone ſentiebāt
in uniuerſum, præter academiarū diſſenſiones de quibus paulopoſt dicturi ſumus, ꝑ
ter id etiā quod ſuper particularibus eius dogmatibus de deo, de anima, de ueritatis
iudicio, de uoluptate an bonū an malū ſummūue bonū ſummūue malū, an indiffe-
rens, atq́ etiā de Aliis quot pene capita tot ſenſa, ut i pleriſq́ palam fiet ipſa operis
quod habemus in manibus lectione. Hinc q̃ incerta ſit platonis doctrina percipi-
poteſt, quæ a ſectatoribꝰ & ꝑ partes & ꝑ particulas & ꝑ minutias etiā lacerata ſit. Sed
enim q̃tū attinet ad affirmationē ipſius uel ambiguitatē non defuere platonici qui
ætate noſtra aliā de eo ipſo ſniam ferrent, docere illū ubiq́. uerū inter hāc doctrinā
Marſilius ficinus. id attulit diſſidii Marſilius ficinus q́ q̃ in epiſtolis uel in libris de legibus uel in epi-
nomi ſiue pho differit plato ſuo ipſe ore, ea haberi debere certiſſima uult: q̃ uero in
libris cæteris Timei, ſocratis, parmenidis, Zenonis ore diſputat, ueriſimilia. ſed tāta ē
in platone

in platone uãrietas ut ipſi ẽt Dialogi qua de re ſint cõpoſiti adhuc certẽt, parmeni
dé de uno eſſe rerũ principio deqꝫ Idæis & Marſiliꝰ & Alii ſcripſere. Io. Picus patruus Io. picus
in libro de uno & ente Dialogum ipſum inter dogmaticos minime reponendum cẽ
ſet, ut qui ſit logicæ exercitationi uerius accõmodatus. & ſi qs Marini platonici dog Marinus
mata qui ꝑclũ audiuit ꝑpendir, eũ ꝓ patruo litẽ dediſſe facile cõpræhendet, ad ſtipu
labiturqꝫ ei Atticus platonicus eo in ope quod aduerſus eos ſcripſit q poſtq̃ Ariſto Atticus
telẽ ꝓfiterent platonẽ minime ſequebant. affirmat. n. Zenonẽ parmenidẽ & q eleati
cæ diſciplinæ ꝓfeſſores eſſent logicæ facultati tantũmõ ſtuduiſſe, apud platonẽ uero
eo in Dialogo de parmenidis opinione & doctrina tractari qs ambigat? ſecundæ aca De ſecta aca-
demiæ q & media dicit princeps Archeſilaus diſſenſit a primæ principibus & hæſit demia
pyrrhoniis adeo, ut quaſi eorũ cõſectaneus hitus ſit. Numenius in libro de academi- Archeſilas
corũ diſſenſiõe, re illũ fuiſſe pyrrhoniũ affirmat, noie academicũ, crantoris a quo ama Numenius
bat pudore, q. ſ. magni fuit in academia nois: tã & ſi Archeſilas nihil ſciri poſſe affir
maret, nec hoc ipm nihil ſcire, quod ſibi ſocrates relinqbat: eundẽqꝫ a prima nõ dif-
ferre academia. M. Varro apud Ciceronẽ eſt author, q̃q̃ alii q ſe putãt acutiꝰ eius ſen
ſa diſcuſſiſſe, uelint multiformẽ haberi Archeſilam, ut qui ad experiendos auditores
ſi nodos platonicorũ dogmatum ualerent diſſoluere, ſcepticũ ſuſcepiſſet negocium:
ꝓbatis uero atqꝫ legitimis tenenda Platonica dogmata iſinuaſſet, quapropter de eo Ariſton
Ariſtonis dictum afferri ſolet, Archeſilam anteriori parte quidem eſſe Platonẽ, po-
ſteriori uero pyrrhonem, at media Diodorum dialecticum uidelicet illũ cuius utere
tur ꝑceptis: Clare uero illum ipſum & manifeſte platonicum cenſendum eſſe ſextus
confirmat, Numenius negat. Sed de eo plura libro ſequenti. Hũc ipſum Archeſilam
ſecutus carneades dicit, a pleriſqꝫ, q cũ eo nouã uolunt academiã cõſtituiſſe. neqꝫ. n. Carneades
Cicero in libris quos ꝓ academicis edidit mẽtionẽ facit niſi ueteris & nouæ, neqꝫ itẽ
Lactantius in tertio cõtra gẽtes. Auguſtinus tamẽ in his quos ſcripſit cõtra acade-
micos principẽ tertiæ academiæ carneadẽ recipit, quartæ aut qntæ nõ meminit, q̃q̃
de philone & antiocho & plotino uerba facit. nouæ academiæ cui & tertiæ cognomẽ De tertia aca
ẽ factũ principes in eo ꝑſeuerabãt ab aliis diſſentiẽtes, oia eſſe ĩcõprehẽſibilia, q̃ alii demia
certa alii dubia iudicaſſent, cuius opiniõis inuẽtũ alii in Xenophanẽ referũt. Alii re
petũt ab homero, Origenes uidet ecphãto id ſyracuſio tribuẽ. utcũqꝫ ſit carneades Origene
ſi eã nõ inuenit certe auxit eximie, cuius tamẽ ſectatores nõ ſaniter atqꝫ fortuito ſe
res aggredi fatebant. nã ut alii certa dicebãt & incerta, ſic illi ꝓbabilia & ĩprobabilia
nũcupabãt, Cuius ẽt diſtinctiõis cũ alibi tũ in ſecũdo de officiis meminit Cicero, cer
ta ipſi & incerta nolebant dicere, atqꝫ p hoc non cõprehẽſibilia, & in eo euariabant a
ſcepticis ꝙ quæ uertebant in diſputatiõe ea cõpræhendi negabant ꝑter hoc unum,
nec hoc qdẽ expreſſe, ꝙ certo cõpræhendi ea nõ poſſe cõpræhẽderẽt. ipſe uero Cice
ro in primo academico Varronis ſnia carneadis opinionẽ nõ admodũ diſtinguit ab
opiniõe archeſilæ, ut pote cuius academiã nouã dicat eſſe, & ita ẽt in primo de legibꝰ
& alibi, q̃ tamẽ ſolet ut diximus ita carneadi attribui ut Archeſilæ media. In ſecũdo
uero libro docet utriſqꝫ decretũ eſſe nihil ꝑcipi poſſe q̃q̃ epochen. i. aſſenſionis retẽ
tionẽ uidet Archeſilæ q̃ carneadi libentius tribuere, q tamen ſimul a dogmaticis eo
differebant ꝙ compræhenſio illis ſine cõtrouerſia decernebatur rerũ & multarũ &
magnarũ: iudicio quoqꝫ bonorũ & malorũ tã inſigniter euariabãt a pyrrhonis car-
neadei, ut ea ponerẽt ĩ ꝑſuaſiõe, illud eẽ cẽſentes bonũ quod magis ꝓbabile & ꝑſuaſi

bile magis:ſuoq; mõ ſtatuebãt maliũ pportiõe pari/cũ ſceptici ἀδοξάστως ũt ipſi dicebãr in eis penſandis diiudicãdiſq; ferent/nulla diſputatiõe freti/cõem ſequentes uitã uſuiq; Cõi aſſentientes/ne oino ſine actiõe manerent.quod ſeruabãt in naturæ inclinationibus/in neceſſariis affectibus/in ſuſceptiõe legũ & morũ/in artiũ traditiõe.p̃tereaq; pyrrhonii phi æquales potius putabãt eſſe phãtaſias rerũ earũq; cõceptus/ita ut altera nõ eſſet altera pbabilior/Cũ tamen Carneadei & Cæteri eiuſdem ſectæ alias pbabiles alias iprobabiles exiſtimarent/atq; in ipſis ẽt pbabilibus perſuaſibili

Origenes

buſq; cõſtituerẽt gradus/ut hinc mirer me in libro φιλοσοφουμένων Origenis legiſſe/academicorũ pricipẽ fuiſſe pyrrhonẽ/aquo ſint pyrrhõii nũcupati/diſtare.n. ab illis magnope ſupra narrauimus/ſed tamẽ minus eo mirãdũ/q uetus qſtio ẽ & a multis (ut Gellius pdit)ſcriptoribus græcis tractata/an/qd/& quãtum inter pyrrhonios &

Gellius

academicos interſit/atq; utroſq; affirmat ipſe & ſcepticos & ephecticos & dubitãtes olim appellatos/Illud certe maiori dignũ nota ab Origene ibidẽ pditũ/q prim9 omnium pyrrhon rerũ incõpræhẽſionẽ inuexerit/nãq; ille neutiq̃ hoc/ſicuti nec aliorũ quicq̃ affirmauit/& eodẽ in ope ipſemet Origenes Zenophani ἀκαταληψίαν ut eius utat uerbo hoc ẽ incõpræhenſionẽ primo oium ad ſcribit/& eiuſdẽ ſniæ fuiſſe ecphãtum ſyracuſiũ poſt paulo ſubiecit/hoc eſt uerã nõ haberi rerũ cognitionẽ. Miror ẽt Ciceronis primo in academico poſitũ/Carneadem nihil oino pcipi poſſe dicere nihil excipiens/quãdo ſatis receptũ eſt excœpiſſe illũ hoc ipſum quod eſſet nihil poſſe cõ

De qrta academia

præhẽdi.Cæterũ quartæ academiæ cultores philoni hærẽres cenſebãt captatrici phãtaſia res ipſas capi nõ poſſe/In ſe ipſis aũt eas eſſe Captabiles atq; cõpræhenſiles/ita enim ſextus memoriæ pdidit/Numenius uero in libro de academicorũ diſſenſiõe ſcribit philonẽ cõfirmaſſe & amplificaſſe dicta Clytomachi/ac ſe aduerſus ſtoicos oibus armaſſe uiribus/ſed tpis ſpatio rerũ ueritate effectũ eſſe ut cõpræhenſibilitatis opinio cõuicta fuerit/philonẽq; ipſum ne trãſfuga uideret redargui ſe magnope cupiiſ

De qnta academia

ſe.Antiochus uero(ut Auguſtino uidebat)diſſipatus atq; diſpſus/quintã ex porticu academiã ædificauit in eãq; ut eſt author Numenius aliena dogmata inuexit/ philoni p̃ceptori in pleriſq; aduerſus/dicere ẽt ſolitus authore ſexto ſe ſe in academiæ ſpatiis ſtoica phari.oſtendere nãq; ſategit ſe apud platonẽ ſtoica dogmata repiſſe. hic ipſe Antiochus ut ſcribit ſiue in primo academico ſiue in hortẽſio ná uterq; libro titulus eſt/appellabat qdem academicus/erat aũt ſi pauca mutauiſſet germaniſſimus ſtoicis/quare mirũ in modũ ab eo ſceptici diſſentiũt q in ullã ſectã uehementius nõ iuehunt q̃ in ſtoicã/i eãq;(ut Auguſtini uerbis utar)potiſſimũ academicorũ exarſit ingeniũ:idẽ quoq; Antiochus ueteres a iunioribus defendere ſategit/q uiſus eſt(ut eidẽ Auguſtino cõtra academicos diſſerẽti pdit)nõnullis gloriæ cupidior q̃ ueritatis/de cuius qdem Antiochi dogmate/multa apud Ciceronẽ diſſerit Lucullus/an ſincere/neſcio.illud certe ad calcẽ diſputatiõis ei tribuit ut carneadis minus pbarẽtur placita.qs ſingr aperte pſpicueq; & puerſa & falſa ſecutus eſſet niſi tanta in archeſila multo ẽt maior in carneade & copia rerũ & dicendi uis fuiſſet.is idẽ a Cicerone itroducitur dicere pingue & ſibi contrariũ eſſe quod in antipatrum referret repræhenſum/quod diceret cõſentaneũ eſſe ei qui affirmaret nihil poſſe cõpræhendi/id ipſum ſaltem dicere poſſe cõpræhendi.quando non põt conuenienter dici nihil cõpræhendi poſſe/ſi quicq̃ cõpræhendi poſſe dicatur.Illo mõ potius putat urgendũ fuiſſe carneadẽ/cũ ſapiẽtis decretũ nũllũ eſſe qat niſi cognitũ pceptum atq; compræhenſum:

ut hoc

ut hoc ipſum decretũ quod ſapiẽtis eſſet/nihil poſſe ꝑcipi/fateref eẽ ꝑceptũ. ꝓinde inqt idẽ Cicero quaſi ſapiẽs nullũ aliud decretũ habeat/& ſine decretis uitam agere nõ poſſit.Sed ut ille habet ꝓbabilia non ꝑcepta/Sic hoc ipſum nihil poſſe ꝑcipi/nã ſi in hoc haberet cognitiõis notã/eadẽ uteref in cæteris.quã qm̃ nõ habet utif ꝓbabili.& poſt paulũ.tã uera q̃ falſa cernimus/ſed ꝓbãdi ſpẽs eſt/ꝑcipiẽdi ſignũ nullũ habemus.Plotin9 & Iãblichus & ꝓclus primæ uidenf academiæ hæſiſſe magis/ſed plotinus ſermonis obliqtate fretus/Remotioribus uero myſteriis addicti/Proclus & Iamblichus/q uidef ẽt delectatus ſacrificiis Dæmonũ Porphyriũ ſecutus magiſtrũ/q̃ tamẽ plotinus antea cõtẽpſerat.Inter ſcepticæ quoq; ſectæ cultores q̃q̃ dubios in ipſis ẽt dubiis nõ Clara cõſenſio/quod ex iis q̃ diximus & ſi alia de hac ipſa re non diceremus colligi poteſt/idq; demum concludi poteſt:inter ſectarum principes & conſentaneos ſiue ii aſſerẽnt rerum compræhenſionem/ſiue negarent/ſiue dubitarent ambigerentq; nullam in uniuerſum interceſſiſſe concordiam. De academia Plotini et Iã/blichi et procli.

Quod ſuper ueritate phiꝗ rõnalis/naturalis/ſupnaturalis/mathematicę/moralis/geniſũ philoſophi nihil attulere certi atq; conſtantis. Caput Quintum.

E X iis q̃ ſunt allata ſatis cõſtat ſup ueritate/haberi ea poſſet/an minime? gẽtibus nõ cõueniſſe.nunc ſi phiam ipſam ueritate niti putarint diſq̃ramus/quod negociũ ipſe potius diſputatiõis ordo poſtulat ut ſuſcipiamus/q̃ rei ipſa nã.Nãq; ſi diſſentiũt ſup ueritate noſcẽda/Hoc eſt ſup ea re q̃ illis ſũme in uotis & fuit & eſſe debuit:Quæ nã amplius phiæ ueritas?q̃ nã q̃ſo erit humana ſapientia? niſi hoĩes ſapiãtqs fructus phiæ?Si amor ſapiæ & ſtudiũ inefficax & prorſus iane? quõ aliqd ſe ꝓfitebunf noſſe?quõ efficiẽt aliqd phia dignũ?ſi certũ adhuc nõ ẽ an fieri poſſit ut quiſq; ſapiat?ſup qua re q̃ſo fundabif phiæ iudiciũ/ſi nulla res cõpræhẽdi queat? uidim9 ſupra alios aliud genus cõtẽpſiſſe phiæ & abieciſſe:aliis logicũ/phyſicũ aliis/nõnullis morale tm̃ mõ ꝓbari.qbus ſi liceat eſſeos hebreorũ phos addamus/de qbus ẽ apud philonẽ(iudæũ.ſ.nõ illũ q quartæ dicif academiæ cõſtitutor & ꝑceptor Antiochi)ꝓbaſſe tantũmõ eos & moralẽ phiæ ptẽ & eã quæ de Deo & de creatiõe oĩum ꝑſcrutaf.Rõnalẽ uero phiam nõ exiſtimaſſe ad uiuendũ neceſſariã: naturalẽ aũt maiorẽ q̃ ab humana capi nã poſſet: atq; hãc leuioribus hoĩbus/illam ſophiſtis reliqſſe.uidimus itẽ ſectas omneis ad tria reductas genera phorũ.q docerẽt & ſe ſcire affirmarent/q docerent ſe ſcire quod nihil ſciri poſſet/q dubitarẽt :atq; ẽt iter hos qs cui debeat adſcribi nõ eſt clara cõſenſio/atq; has oẽs diſcordias ſup ipſa cõphẽdẽda ueritate fundari uidim9.Duæ igif ptes ex tribus uidenf rõnalẽ phiam q̃ artem docet ueri noſcendi prorſus tollere de medio/& interimere uniuerſam ſapientiã.nã cũ apud phos quorũ ſtudiũ erat in ueritate rerũ & noſcẽda & Aliis pate facienda/tã magna ſint de ipſa ueritate in uniuerſum ut uidimus pugnata in ordie bella/quid de regulis quibuſdã quas niti ueritate putant alii/negãt alii/decernendũ erit?qd poſtea de ipſis naturali & morali phia quas ad illas dirigimus regulas & earum ꝑpendiculo metimur?nam qui docent/ueras putãt ſe habere regulas alioq doctrina oĩs aũt ꝑiret aut exciperef inaniter.qui res negãt compræhendi poſſe/hac una re cõtenti quã habere ſe putãt quod nihil ſciaf cõpræhẽdaturq;:reliqs ueritatibus nunciũ remittũt.A qbus uero ſemp ambigif & in oẽs litteraria ꝓlia ſuſcipiunf ab iis quidẽ ipſa uidef ſubneruata uniuerſa phia/eoq; magis q̃ nõ ſolũ pauci quos Philon

memorauimus iudiciũ ueritatis in oĩ parte pħiæ oĩq doctrĩa ſuſtulerũt: ſed & Ana
charſis q ut inqt Apuleius ſapiẽs inter ſocordiſſimos Scythas natus eſt/& Dionyſio/
dorus/& ꝓtagoras/& Gorgias/& Metrodorus Chius/Anaxarchus quoq/ monimus
Eudemonicus/ꝑtereaq Xenophanes Colophonius/& Xeniades Corinthius. Nec exi
ſtimes dubiũ tantũmõ eſſe apud Timonẽ/pyrrhonẽ/& ſcepticorũ turbã/ueritatis iu
dicatoriũ: ſed ẽt apud illos q illud ipſum nullo pacto ſuſtulerũt. q & ſi in hoc cõcor/
des uiſi/diſcordes in reliquis depħenſi ſunt. nã fuere q illud in rõne dũtaxat eſſe uo/
luerint/fuere q in parte ſolũ irrõnali/fuere q in utraq. nam Thales & Cæteri antiq
phyſici/ſenſu poſthabito ĩ mẽte ueritatis iudicatoriũ collocarũt: atq ii potiſſimum
naturalẽ pħiam incertã putabãt/qa ſenſum quo res naturales cognoſcunt/incertũ
fallacẽq putabãt: Inter quos Anaxagoras q ꝑ excellentiã φυσικώτατος eſt appella/
tus/aquo nec abhorruit Aſclepiades. ſed inter eos q mentẽ ſtatuerũt ueritatis iudi/
cem/non plana cõſenſio. nã pythagoras & philolaus numerũ ſimul cũ mente iudicẽ
creauerũt/Epicurus & Cyrenaici/& Alii qdam rõne non uſi/ſenſum maluerunt. Hera
clitus quẽ & Ariſtoteles ſecutus eſt utrũq aſciuit ad iudicandã ueritatẽ/atq iter eos
q utroq nixi ſunt Alius aliud magis atq in primis adhibuit. nã ꝑpoſuit Ariſtoteles
ſenſum. ut q ꝑ firmo & Cõſtanti habuerit/nihil eſſe in intellectu hoĩs qn ꝑrius fue/
rit in ſenſu/Alii ſenſui mentẽ ꝑtulere. Fuere & q affectibus de phãtaſia ortis tribue
rint multũ/ut Carneades & Clytomachus ex academicis. & ſtoici quoq phãtaſiæ cõ
ceſſere/qq̃ inter eos magna ſit pugna/quæ libro ſequenti ſpectabitur. Nec defuerũt
qui non duobus cõtenti/ſex ad ueritatem adhibuerit iudicia/ſed utinã centum adhi
buiſſent inſtrumenta milleq ſagenas/ne per latiores plagas/ tanq̃ piſcis paruulus/
aut per manus tanq̃ lubricus anguis elapſa fuiſſet.

Quã uariẽ ſenſerint gentiũ pħi de grãmatica/de rhetorica/et Dialectica artibus: quẽ
inſtrumenta captandẽ ueritatis haberi ſolent. Capur Sextum.

V T aũt ꝑ ꝑtes hoc dignoſcamus exactius/de ipſis captãdæ ueritatis ĩſtrumẽ
tis agẽdũ ẽ/q̃ qdẽ ſi examinauerimus/cõperiemus utiq ẽt ſi ſtatutũ apud
eos ſit haberi poſſe ueritatẽ/& ſuꝑ ipſiꝰ iudicatorio cõuenerit/ & uere poſ
ſe hoĩes pħari cẽſuerint/diſſentire tamẽ ſuꝑ inſtrumẽtis/& in ipſa ẽt inſtrumentorũ
ianua confligere. Ac primum quidem illud cõſtat Alios putaſſe grammaticã artem
conſtare/alios minime/alios ambigere/diſtinxere Alii & multiplices attulere diſſec/
tiones/iiſq omnibus contradixere: de eius quoq definitione inter ipſos minime cõ/
ſtitit. Dionyſius Thracius exiſtimauit grammaticam eſſe ἐμπειρίαν hoc eſt peritiam
experientiãue eorum quæ apud poetas plurimũ uerſarent. Contradixit Prolemæus
peripateticus ἐμπειρίαν nõ eſſe grãmaticã apte cõtendẽs/Cui & nõnulli aſſenſere in
ter quos Aſclepiades. At ꝑfectã grãmaticã Chares habitũ dixit eſſe quo ex arte dic
tiões atq ſenſa noſcerent. Crates inter grãmaticũ Criticũq diſtinxit/illi ſolã lingua
rum notionẽ/huic & omnis logicæ peritiam adſcribens. Demetrius uero cui fuit co
gnomẽ Chlorus/cognitionẽ dixit eſſe grãmaticã earũ q̃ apud poetas & apud cõem
uſum eſſent dictionũ. Sed multa certe apud grãmaticos in ipſa grãmaticæ diuiſione
diſcordia. ſunt q partes eius faciant/tres/Alii plures/Dionyſius ſex/Tauriſcus/ criti/
cæ artis cui & ſuppoſuit grãmaticã tres quoq ꝑtes adnotauit/ſed q tres grãmaticæ
partis fecere eas noĩauere artificialẽ/hiſtoricã/ꝓpriã/artificialẽ dixere in qua de ele

mentis

mentis litterarũ de ptibus orationis de orthographia & quæ iis ãnexa ſint ꝑcipiat Hãc partẽ nõ cõſiſtere pleriq; uolũt litteris dictiõibus ortographiæ ethimologiæ analogiæ cõtradicentes: quorũ rõnes tertio libro a nobis in mediũ afferent. hiſtoricam ẽt ptem nõnulli cõdẽnant & cenſent inſtabilẽ eam dixere qdam agere de perſonis diuinis humanis heroicis de locis quoq; puta montibus, fluuiis fictiõibuſq; fabuloſis proprie uero uei ſari putauerũt Circa poetas & hiſtoricos ut dignoſceret q̃ obſcure dicerent & inuolute quæ clare & apte ut Demũ a legittimis adulterina diſpeſceret adue ſus quæ multi diſputarũt q & reliquas omneis grãmaticæ ptes p utili ſuſtulerũt. Rhetoricã quoq; facultatẽ abieciſſe multos plane cõſtat uarie quoq; de ea ſit ne ars an minime diſſeruiſſe ſic in Gorgia plato ſic lyſias & alii manifeſtarũt nam & qd ſit & quo tendat non oĩbus conuenit. Alii ſcientiam ut ſtoici. Alii nõ ſciẽtiã ſed artem dixerũt eſſe ut Xenocrates ſcientiæ abuſus noĩe uice artis more antiquo ii ſcientiã bene dicendi Ariſtoteles ſermonũ artẽ definiuit plato pſuaſiõis artificẽ ſermõe intermedio ſed alii magis pſuaderi rebus poſſe putauerũt ut auro glorię q; cupidine & Corporis ẽt pulchritudine. certe & platonis aliq ſectatores & ꝑcipue Clytomachus atq; Charmdas & Critolaus peripateticus malã artẽ uerius quã artẽ dixerũt eſſe rhetoricã: qui aſſenſi uident Creticis legibus & lacedemoniis quorum ẽt ephori ſpartiatã iuuenẽ q rhetoricã didiciſſet pœnis pſecuti ſunt. tantũ abeſt ut arrogantiã byzantii rhetoris tuliſſent q interrogatus quo pacto ſe ſe lex byzantiorũ haberet ut ego uolo reſpondit. de logica ẽt facultate ꝑter id q eam multi ſuſtulerũt ut ſupra ſatis relatũ uideri põt clarũ ẽt apud eruditos eſt ptes ex quibus conſtat a multis phis eſſe ſublatas. ſic. n. ſceptici neq; ſignũ neq; demõſtrationẽ neq; inductionẽ neq; ſyllogiſmũ admittũt. qbus aũt ea rõnibus expellant libro tertio patefiet. uniuerſam uero non ſecus abiecere empirici medici ac ipſi logici & dogmatici phi acceſſuerint aſſenſere aũt empiricis ſceptici quatenus eã non pbauerunt & in dogmaticos & logicos inuexerũt accerrime. Ac uidet ſcepticis aſſentiri Democritus dũ ſuo i ope quod canones uocatur logice demonſtratricię facultati acriter cõtradixit: q uero admiſere logicẽ alii pluribus alii paucioribus cõtenti ptibus fuere: & qdam expulere dialecticã nõnulli eã principẽ conſtituere. Multaſq; illi facultates ſubmiſere. eã Alcinous platonicus ptitus eſt i. diuiſiuã qua genus in ſpecies totũ in ptes uox in ſignificata accidẽs in ſubiecta ſubiectũ in accidẽtia dirimit in definitiuam ex diuiſione generis p differentias & cõpoſitione generis cũ differẽtia pxima corrogantẽ: i inductiuã uel a ſimili uel a ſingularibus ad uniuerſalia. In reſolutoriã cuius officium pgredi a ſenſibilibus ad intelligibilia a pbabilibus ad ppoſitiões ſine medio a ſuppoſitionibus ad principia quæ nõ ſubiciunt in ſyllogiſticã q̃ utat & neceſſario ſyllogiſmo & opinabili & rhetorico enthimemate & ſophiſtico.

Plato
Lyſias
Stoici
Xenocrates
Ariſtoteles
Ephori lacões
Bizãtius rhetor
Democritus
Cãnones
Alcinous platonicus

Quod ſuper mathematicis artibus arithmetica et Geometria ſuperq; mediis aſtrologia et muſica gentium philoſophi non conueniunt. Capur Septimum.

At forte inconſtantes apud philoſophos artes habentur a nonnullis appellate ſermocinales quibus tanq̃ triuio nonnulli putabãt iter eſſe ad ueritatem forte eam in quadriuio dicent eſſe cõcorditer forte & amabiliter rationis quadrigis ueri ſtadium pcurſuri ſunt. quãdo qdẽ hæ nõ artes mõ liberales dignas hoĩe ſed & ſciæ quoq; aliis oĩbus certiſſime maximeq; duæ

illæ priores habitæ ſunt/quibus uniuerſa quæ a Græcis dicit Cyclopedia plurimum
conſueuit honorari.Ac multi quidem a Geometria exorſi tollere illam de medio p-
curarunt/ſublatis omnibus quæ ipſi ſupponunt nec probant: pricipiaq; omnia/uni
ca negatione tanq̃ falcis tractu diſſecuere.ac definitionem puncti/lineæ/ ſuperficiei/
corporis/non magno(ut ipſi putant)labore ſuſtulere.Alii extare illa oĩa/nec euani
da eſſe figmenta plane contenduut.quærunt alii & magna in ambiguitate uerſant.
Non ſecus de arithmetica faciunt/atq; in ipſis eius principiis aperte rixant/ Aſtrolo
giam uel eo infirmantes/q incertus non modo aſtrorũ numerus ſed planetarũ/uti
Phauorinus. Clare phauorinus aſſeuerauit.Sed & ambiguũ eſt/nec in eo antiquioribus cũ Iunio
ribus unq̃ plane cõuenit/quotuplex Cœlũ/cum octo alii/pleriq; nouem/nõnulli de-
cem aperte cõſtituant/Alii multo plures inuexerint/qua de re quinto de rerũ ꝓno-
Lib.auth. de rerũ ꝓnotiõe tione libro ſatis a nobis eſt dictũ/ut oſtenderemus hanc ipſam dimetiendorũ aſtro-
rum rationem incertam eſſe facultatem/eam uero quæ futura uaticinando ꝓmittit/
uanam atq; fallacem:qua de re & tertio huius operis libro multa quoq; repetere cõ
ueniet.Muſicæ autem facultatis exordia plane non ꝓbant multi ꝓhorum/Adeo ut
quod ab aliquibus laudet/uituperet ab aliis duplici de Cauſa/quippe cũ inuenian-
tur qui eam abiiciant ut mutilem & noxiam ẽe adipiſcendæ fœlicitati :quidam uero
ut uanam & inconſtãtẽ ſuiſq; principiis nutabundam & uacillantem:quare ſubru
tis principiis de medio tollere nixi ſunt.q̃q̃ fuere qui eam probarint/fuere q nec nu
tu/nec renutu/aut fauere aut aduerſari uoluerint.qbus de rebus ipſo Cuius ſæpe me
minimus huius operis tertio libro/ſepoſitus eſt diſputationi locus.ubi & quæ con-
tra rhythmos/Tonos/pedes/harmonias eleuationes/depreſſioneſq; muſicas/ & qbus
etiam rationibus afferantur/q̃tum operi conducere uidebitur colligemus.

Quã uarie quiſq; pugnaciter de ſupnaturalis/naturaliſq;/et moralis phiẽ ꝑtibus generali-
bus maximeq; principalibus/phi gentium ſenſerint atq; decreuerint. Caput octauũ.

A N in philoſophia mathematica ſolum diſcordes gentium philoſophi/in ſu
pernaturali uero naturali atq; morali concordes/an magis in iis bellaces
pugnaceſq;/& ſuper earũ partibus maxime principalibus atq; generalibus
rixarum pleni & perpetuis litibus addicti/q̃tum ad genus theologicum ptinet fue
re ipſum qui tollerent/ſed adeo pugnaciter ut quidam & rem ipſam & eius ex ani-
mo notionem tollendam arbitrarentur.Alii notionem in hominũ animis relinque
bant/rem ipſam iri ſublatam non contendentes.fuere qui hæc omnia ſtatuerent/ſed
non concorditer/quando alii diuinitatem iri unum/Alii in plures diſpartitam deos
uoluerunt:& qui in unum maluerunt nomine non conuenere.hinc plura apud poe
tas nomina/hinc Anaxagoræ intellectus/amor heſiodi/& parmenidis.Contradicunt
alii non ſolum qui omne diuinum ſuſtulerunt/ſed & qui notionem reliquere/ut Epi
curei/& qui deorum Cateruas inuexere.Nec defuerunt qui non ſolum deos & eorũ
curam prouidẽtiamq; ſuſtulerint/ſed quibus etiam placuerit/huiuſcemodi ficta om
nia ad frenandos hominũ animos/uti Critias athenienſis/quiq; deos nihil aliud fuiſ
ſe q̃ homines egregios/uti euhemerus arbitratus eſt.prodicus autem Cius ſolem lu
nam/fontes/flumina/& quæcunq; mortalibus uſui eſſent/deorum habita loco dicit/
quemadmodum ægyptii nilum ꝓpter fertilitatem regionis.Cererem quoq; tritici in
uentione/Dionyſium uino inuento/neptunum aquæ/uulcanum ignis uſu monſtra-
to inter

to inter deos collocarunt. Democritus exiſtimauit ſpectra q̄dam & ſimulachra iter mortales uerſari, quorū alia benefica, alia malefica inuenirent, ei ſq; futurarū rerū p̄ſenſiones hauriri, hos deos eſſe. Certe Ariſtoteles duobus ex locis deorū notióem hoíbus inditam exiſtimauit, hoc eſt ex ĩis quæ humanis accidunt animis, & iis quæ in ſublimi fiunt quibus factū eſt nomen meteorologica, ſed qm̄ de Ariſtotelis circa deos opinione ſatis egimus prima eius noſtri operis parte quod inſcripſimus de p̄uidentia dei cōtra philoſophaſtros & acturi ēt ſumus opere p̄cedente p̄pterea hoc loco nil amplius referendū puto. Aduerſus aūt omnes qui deos eſſe dicerēt, Carneades ui multa diſſeruit ut excitaret (inquit Cicero) homines non ſocordes ad ueri uéſtigandi cupiditatem. Sed ſane circa deos non ſolū ut circa alia dogmata tripliciter bellatū. quia uidelicet fuere p̄hi appellati qui eos negarent, qui aſſererent, q ambigerent. Sed & in eorū quoq; notione & æſtimatione diſcordia. ac de iis hæc ēt aſcepticis eſt diſtinctio excogitata, ut ſecundū religioné & patrias leges putarent eſſe, ſecūdum p̄hiam nec admitterētur nec excluderent, ſuē ēt & q faterent ſe neſcire ut ſimonides & q tēpus delibērādi q̄rerēt in exteris libē decernērēs. uti Mileſius Thales. qb9 de rebus latius tertio huius operis libro diſputabimus, atq; inde colligemus q̄tum Chriſto debeamus q & gentiū tenebras illuſtrauerit, & uerā de uno deo ſniam pectoribus credentiū inſeruerit, & infinitis miraculis confirmauerit. Naturæ uero partes primas & maxime uniuerſales Alii ſuſtulere, Alii reliquere, Alii an relinq̄ tollīue deberent dubitauere. Sic, an agerent res quæpiā an minime, paterenturue quæpiā, ita ut aliquid alterius dici cauſa poſſet, ī cōtrouerſia fuit apud p̄hos: nā uel oēs uel plurimi dogmaticorū cauſas & effectus attulere, nō eſſe aūt trāſmutantē cauſam & motum plurimis placuit, quā & nōnulli ſophiſtæ ſuſtulere. non magis hoc q̄ illud ſcepticí p̄bauere. De toto quoq; cui & uacuum pleriq; nectebāt, deq; modo accipiendi oē & totum, itemq; de parte, inter ſtoicos, Epicureos, peripateticos, pugna. Aeneſidem9 aūt heraclitum hac in re ſecutus & idem eſſe & diuerſum eſſe, aperte totum ipſum p̄nunciauit. De corpore quoq; non leuis oíno diſcordia. Item de motu, loco, tempore, generatione & corruptione, non modo uiguit triplex illa quæ eſt ſupra a nobis ſæpe citata diſſenſio, ſed aliæ permultæ, ſit ne motus an minime, & ſi ſit quid ſit. nā Aliā alii definitionem attulere. Cæterum motus mutationiſue ſex ab Ariſtotele conſtitutæ ſunt ſpecies, plures aūt Aeneſidem9 & ſectatores poſuere, ſed & oēs ſuſtulere parmenides & Meliſſus & Diodorus chronus, ſceptici uero illas quidem reliquere q̄tum pertinet ad ea quæ uident & ſenſibus obiiciunt, hac in re a peripateticis epicureis & reliquis dogmaticis non diuerſi, Q uātū uero ad philoſophicas rationes attinet nō admiſere. Super loco aūt & tempore non parum multa bella pugnata ſunt, nam & ſi ſit locus dubitant, & ſi ſit quid ſit ambigunt. Temporis aūt alia a peripateticis, alia a Stratone phyſico, alia ab Ariſtarcho mathematico, Alia a Democrito & Epicuro tradita eſt definitio, aliæ ab aliis quoq; poſitæ. oēs autem a pleriſq; p̄his ĩpugnatas multis rationibus fuiſſe tertio libro manifeſtabit. hinc generationis & corruptióis uim non ſolum q̄ ſub mutationis cōtinētur genere, ſed aliis etiam de cauſis ſublatam iri uoluere. Morale uero genus p̄hiæ maxime ab ipſis philoſophis eſt ĩpugnatum. nam boni & mali fines ducunt in controuerſiā. dubitāt ſi eſt aliquid a natura bonum uel malum, atq; ita & qui affirment & qui negent non defuere. De fœlicitate quoq; non parua diſſenſio, ambigentibus pleriſq; utrum p̄ſtetur hoíbus fœliciter uiuere ſuapte

Authoris liber de prouidentia

Quā chriſto debeamus.

natura ſuppoſito ēt conſtitutoq; & bono & malo.utrū ꝑtetea aliq̄ ſit ars degēdæ uitæ,& ſi eſt an poſſit hoibus doctrina māifeſtari.Sed qm̄ hæc nimis fortaſſe i cōi generatimq; dicunt.particularim ab initio repetere nō inutile fuerit, & phorū dogmata diuerſa,de rebus diuinis,de nãlibus,de moralibus,ad uſq; primi huius uoluminis finem recenſere.Mox harum opinionum ſententiarumq; rationes diuerſas,duobus q̄ ſequentur uoluminibus afferre.

Quod gentium phi de omnium rerum principio differentes nō conueniunt. Caput nonū.

At forte q ueritatē p ſe capeꝑpter diſſenſiões nō potuerūt,nec phiam iiſdē ipſis in ſe ſe ueritate niti putauerūt,inſtrumētaq; nō oino uera cēſuerūt,& partes naturalis ſupnaturaliſq; & moralis doctrinæ uniuerſales & maxime principales atq; cões,tanq̄ ipſa ueritate minime nixas abiecerūt: Nihilominus uideri poſſet illos exiſtimaſſe pticularia phiæ dogmata nō abhorrere a ſimilitudine ueri ppterea in eã cõi cõſenſu delatos,placideq; & amabiliter de illis decreuiſſe.At nō ita eſſe liqdo cõſpiciet.Vt aũt a ſũmo ad imũ diſcordes phorũ errores dephēſuri aliquo freti ordine deueniamus:diſſenſiões eorũ colligamus nõ oẽs qdē ſed plurimas atq; inſigniores nec ex Ariſtotele ſolũ,platone,Plutarcho,ſeneca,Firmiano,Laertio,Auguſtino,Ambroſio,& Euſebio nõ eo q uerſus in noſtrã linguã a Georgio trapezuntio,nã diminutus & mãcus adeo,ut nec tertia pars uideat eſſe tranſlata: At ex græco ipſo Euſebii cõtextu magno in primis & copioſo,ſed ēt ex Galeno,Iãblicho,Sexto Pyrrhonio,itēq; Athenagora Iuſtinoq; Chriſtiãis phis,& Theodorito Aliiſq; nec tritis oino authoribus nec uulgo cognitis.Primũ aũt nobis ſe ſe offert de primo rerũ principio diſſenſio.& ſane fuere q principiũ qdē rerũ ſtatuerēt,fuere q tollerēt, fuere q in eo & tollēdo & ſtatuēdo ambigui manerēt,Nam q dogmata ſe ſe traditu ros pfeſſi ſunt,aliquod aſſerũt rerũ eſſe principiũ,ſed quod nã id ſit deus ne,a rebus oibus ſecretꝰ,an mũdi aĩa,an magis nõ unũ ſed multa,Prætereaq; corpus ne ſit an ſpiritus,inter eos multa diſſenſio,q nihil dephendi poſſe affirmãt,nec illud qdē primũ rent ſub ueri cognitionẽ cadere,q uero de oibus ambigũt,uertũt ēt in dubium ſit ne principiũ an minime.Sed hac in re diſcrimen quoq; reperit: nã ſceptici ita de principio ſentiebant ut de religiõe & legibus.quibus ſine doctrina atq; ut ipſi dicebant ἀδοξάστως acqeſcebãt,qua uero phi ſceptici nullo pacto,ſed in alterutrã partẽ æquis ut ipſi autumabãt argumẽtis diſputabãt.At multi ambigebãt hac una in re,q̄ uis minime dubii cæteris in rebus manerent: iiq; potius q̄ academici exiſtimabant cõtrariarũ rõnum paria eſſe momẽta.Certe & dii quoq; negabant eſſe nõ a phis mõ q & cætera prorſus abnuerēt,ſed ab iis q aſtruebãt multa,quales fuere Diagoras Mileſius ſiue meliꝰ ut qdã,& Theodorus cyreneꝰ,& euemerus,Tegeates ille qdē ut Plutarchus ut Sextus phus ut ēt Theodoretus Eps uoluit,ex meſſana uero Ciuitate Lactantius pducit euemerũ,cuius opus ab Ennio in noſtrã linguã uerſum eſt. At,qui principium eſſe aliquod rerum fatebantur,nec numero conueniebant,nec eſſentia ſiue natura,nec ſede.nam ſtellas deos eſſe cœleſtes Anaximandro placuit,ducto forte de ægyptiorũ placitis argumẽto,quos Diodorus pdit primos exiſtimaſſe ſolē & lunã deos eſſe,atq; huic Iſidis illi oſiridis nomen feciſſe,quos græci forte ſunt imitati,ſi quidem ſcribit in Cratilo plato,uideri ſibi primos hominum qui græciam inhabitarint,eos dũtaxat putaſſe deos quos & ſua tempeſtatę multi barbarorum ſolem uide

Vnde nã collegerit author phorum diſſenſiones.

licet

licet & lunam & aſtra & terram & Cœlum, quæ quidem ut uiderunt curſu quodam
ferri atq; ut ille dicit θέοντας ab hac ipſa τοῦ θέειν hoc eſt currendi natura θεοὺς id eſt
deos nuncupauiſſe. Democrito uiſum eſt deum eſſe mentem igneam & mundi ani/
mam: corporeos eſſe putauit Epicurus deos ab hominibus tamen longe diſcretos
ſed hominum figura. quanq̃ nec defuere qui ex hominibus deos conficerent quiq;
non Demones modo prauos, ſed hominum uitia & morbos pro diis haberent, aduer
ſus quos & in hymnis & in libris de prænotione rerum diſſeruimus. Stoici diuinam
ſubſtantiam intelligibilem & igneam eſſe decreuere, carentem forma, tranſmutari
autem in ea quæ uult & omnibus aſſimilem fieri, nec id omnino conſone: antiq enim
aliter, poſteriores aliter decreuere. & ipſe quoq; Seneca in naturalibus quæſtionibus
Deum uniuerſi mentem ſcripſit, & totum quod uidetur, & totum quod non uidetur
& id quod maius non poſſit excogitari. Sed & alii artificem quoq; ignem Deum eſſe
dixerunt, multo peccantes magis, q̃ ſi duces aliquos antea non habuiſſent, de primo
rerum principio rectius decernentes. ſiquidem Anaxagoras in ægypto diuerſatus
affirmauit principio conſtituta eſſe corpora & Dei mẽte fuiſſe exornata, & omnium
generationes ea eſſe perfectas. eaq; magis peccaſſe uidetur Cleanthes, qui ſolem do
minari & rerum potiri putauit, ſi uera Cicero ſcribit aduerſus Lucullum diſputans.
neq; enim in huiuſcemodi opinionibus referendis omnes conueniunt. Pythagoras
item ægypti ſpectator unitatem principium & Deum opinatus eſt eſſe: Lyſis & Philo
laus pythagorici nõ ita uidentur ſenſiſſe, nam alter numerum ineffabilem, alter ma
ximi, intimiq; (ita dixerim) numeri ſummitatem. Plato quoq; principium rerum om
nium Deum magna uoce teſtatur, q̃q̃ & alios ipſe inuexit deos, quos etiam Ariſtote
les admiſit, eorum uero ſupremum in æthereo ſupremo corpore collocauit, in ignea
uero ſubſtantia plato, ſed de hac re latius ſexto huius operis libro diſputabitur. Cæ
terum Origenes opiniones refert hac in re platonicorum uarias, quando alii dicũt
Platonem putauiſſe unum & ingenitum & incorruptum eſſe Deũ, argumẽto eo q̃ i
legibus ſcribitur, Deus quidem ut eſt antiqua oratio principium finem & media om
nium habet. Alii multos: Inde id ſuſpicati quoniam ea ſcripſit uerba, Deus deorum
quorum ego opifex & pater ſum. ſunt etiam qui non indiſcriminatim ſed proprie
atq; diſtincte dicant ab eo appellatum Deum, illis moti uerbis, & magnus quidẽ in
cœlo Iupiter uolatilem currum impellit, atq; illa eius quoq; uerba, in ſuffragium uo
cant, quibus cœli & terræ citat genealogiam. Nec defuere quibus placuerit conſtitu/
tos ab eo plures deos generabiles quidem, ſed eius ipſius uolũtate imortales, ꝑpter
ea q̃ in Timæo dialogo referuntur, & propter illa quibus dæmonũ quoq; naturã ad
mittit, quorum alios bonos & ſalutares, alios malos & noxios prædicauit. Sed hacte/
nus ad præſens diligentius alibi. q̃tum uero ad hoc primum attinet operis uolumẽ
bene actum uidetur fuiſſe, ne ordo inuerteretur monſtraſſe de primo rerum princi
pio non conueniſſe philoſophos gentium, naturæ fretos adminiculis. opus eſt enim
diuino ſupernoq; lumine & ſacris, nõ ab homine ſed ab uno & uero Deo traditis elo
quiis, in quæ ut Orpheus incidit dum eſſet i ægypto plurium olim deorum aſſertor,
apertiſſime recantauit, unius omnium rerum principii, unius Dei mẽtionem hono
rificam litterarum monumentis relinquens. Ex hoc tanq̃ fonte rerum minime com
perto, non modo rerum naturæ flumina ab ipſo manantia, ſed quæ ad ipſum perti
nent fontem incõperta mãſere, ſed & actio quoq; principii eiuſq; cura rerum huma

Auth. hymni et libri de prænotione.

Seneca

Anaxagoras

Cleanthes

Pythagoras

Plato

Quam uariæ platonici opinioné platõis de deo interpretati ſunt.

narum.nam q̄q̄ alii & fere omnes curare Deum humana dixerūt,paucis reclamantibus.non una tamen illud ipſum uoce patefactum eſt,quemadmodum cum de prouidentia Dei contra philoſophaſtros ageremus libro dicato monſtrauimus. Sic nec de modo eum colendi ulla conſenſio,quæ res tum patebunt cum aduerſus gentium deos & falſum eorum cultum decertabimus,nunc quæ nam circa res naturales pugnæ philoſophorum extitere tractandum eſt.

Auth.liber d ꝓuidentia.

Quod ſuper cauſis rerum ſuperq; natura et eius principiis decernendis,inter gentium philoſophos multa diſſenſio. Caput Decimum.

I Taq; ea quæ de rerū pricipio cum diſſereret philoſophorum turba diſſenſit,minime quoq; inuenta eſt concors,de cauſis principiiſq; naturalibus præcipiens.hic enim diuinas ille naturales materialeſq;,mathematicas alius cauſas commentus eſt,nam Anaxagoras,pythagoras,Plato.diuerſe decreuerunt.nec defuere qui unam tantum & qui duas inuexerint,& qui tres accerſiuerint.nec laborioſum quoq; reperiſſe,qui tribus contenti abnuerūt cæteras,nec non quibus quattuor non fecere ſatis,& præter ea concauſas adſciuerint. uerū nec ſola ſuper numero diſcordia.In rebus ipſis quales ne ſint & quibus appellari nominibus conueniat? adhuc magna concertatio.Nam corporeas alii,nōnulli contendunt incorporeas.Tres ducunt in medium ſtoici quarum unam προκαταρκτικὴν uocāt aliam προηγουμένην tertiam συνεκτικὴν.ſunt & qui συνεκτικὴν admittant quidē ſed & concauſam uelint,& alias quoq;,quæ ſi cooperariæ dicanſ a quopiā,ſi a græco uerbo συνεργὰ non exciderit,peripatetici duas intrinſecus accipiūt formam & materiā,extrinſecus duas agentem ſiue traſmutantem & finem,nam qui tranſmutat,materiā informat alicuius rei gratia,atq; ubi ſe ſe id quod agit oſtentauerit,ſtatim proditur materia,exoritur forma,& aperitur finis.Addidere platonici concauſas,quando & Ideas quibus informatus artificis animus excitetur ad agendum,requiri dicunt,& inſtrumenta quorum ope conficiat quod concepit in mente.Sed hac quoq; de re cōtrouerſia:quoniam Plato ſeparat Idæas a materia,cui reſiſtit Ariſtoteles,quem hac in re Alii aliter exponunt,& Xenocrati ſententiæ non Platonis aduerſum itare decernunt.Noſtras tantum quæ in mente gerimus rerum Idæas ſiue ſpecies,Stoicus Zenō agnouiſſe uidetur.nec ſuper hac re concordia,quando animæ congenitas multi uolunt,pleriq; uero de rebus inuſtas affirmant.Cæterum ſceptici nullam agentem cauſam admittunt,& in reliquos inuehuntur philoſophos,quorum argumenta tertio huius operis libro explicabuntur.At in principiis naturalibus,Quæ lites quæ pugnæ diſſentientium philoſophorum ipſa etiam in natura quia nam ſit aperte bellātium?Alii ignem artificioſum eam dicunt,Alii Deum,Alii totius uniuerſi uim,Alii principium motus & quietis,Anaxagoras compoſitionem & diuiſionem,Alii nihil omnino,non propterea ꝙ aut Carneadei ſint aūt ſceptici:ſed quia nihil ipſa per ſe ſe uiſa ſit eſſe natura,niſi mēſura,& mixtura elemētorum,ut putauit heraclitus,Alii nihil omnino principii admittendum cenſuere,Alii contra,Alii inter utranq; opiniōem poſiti obmutuere,quantum ad iudicium proprium attinet,Alioquin alienis in opinionibus confutandis uocaliſſimi.Eorū aūt qui admiſere principia,Alii corporea ſimul & incorporea,ſpiritalia & materialia miſcuere,Deum uidelicet Idæas & ma

Quid natura,q; uaria ꝑdantur

teriam

reriam,quam quidem opinionem Socrati & Platoni Plutarchus inter gentes ex noſtris Ambroſius Platoni prorſus attribuit,Iuſtinus martyr Platonem ſcribit in ſententia de principiis ſicuti & aliis pleriſq; in rebus uarium:quando interdum tria,principia poſuerit,Deum,materiam,ſpeciem,interdum quattuor :quippe qui mundi animam tribus illis adiecerit.Ariſtotelis omnibus iam fere nota ſententia eſt materiæ formæ,& priuationis,q̃ rerum naturalium principia cõſtituit.unde mirer cur apud aliquos legerim & apud ipſum quoq; Ambroſium in primo Hexaemeron libro duo Ariſtotelem poſuiſſe principia,materiam,& formam ſpeciemue,& cum iis tertium quod operatorium dicitur,cui ſuppeteret competenter efficere quod adoriundum putaſſet.Forte priuationis habere mentionem noluit,& efficientem potius & per ſe operantem cauſam aſciuit.Zeno Cytieus fere conſenſit,ſed nec priuationis meminit nec quinti corporis,cui propriam naturam propriumq; ineſſe motum arbitratus ẽ a rebus naturalibus compoſitis omnino diuerſum.q̃q̃ hac in re Ariſtoteli & ex gentibus & ex noſtris multi contradixere,uti opere procedente patefiet.Cum autẽ nos ad præſens principia dicimus,materialia potiſſimum intelligimus,ſaltem compoſita non prima illa & ſimplicia quibus rettulere accepta quæcunq; fiunt philoſophorũ plurimi.Sed quoniam confunduntur hæc ſæpenumero ideo non ita exacte & ſignate elementa compoſita a ſimplicibus principiis & cauſis diſpeſcuimus,Itaq; q de cõpoſitis principiis locuti ſunt,Alii corporea prorſus naturaliaq; excluſere,Alii naturalia tantum admiſere non corporalia,Alii corporalia quidem non naturalia,Alii tam corporalia q̃ naturalia ſtatuerũt.Pythagoras abiectis corporibus naturalibus motui mutationiq; ſubiectis,mathematica inuexit,numeros uidelicet & commenſurationes quas Harmonias nũcupat,& ex iis compoſuit elementa geometrica,nam & antea unitatem conſtituerat & dualitatem ſine termino.Mathematici quoq; nonnulli fines & extremitates corporum poſuere.Straton phyſicus qualitatibus duntaxat naturalibus cõtentus fuit.Democritus autem indiuiſibilia corpora & Epicurus atomos poſuit,quas,corpora.ſ.uoluerũt eſſe ratione ſpeculabilia,ingenita,infinita,perpetua,incorruptibilia,quæ nec frangi quirẽt neq; mutari,q̃tum ad eorum attinet ſubſtantiam,per infinitum nihilominus uacuum motarentur.Euariarunt tamen eo q; duo tantum corporibus accidere putauit Democritus magnitudinem atq; figuram,quibus etiam pondus Epicurus adiecit,Heraclides ponticus,& Bithynus Aſclepiades poſuerunt,ἀνάρμους ὄγκους,ii uero qui & corporalia ſimul & naturalia introduxere principia,motumq; & generationem atq; corruptionem rerũ nõ ſuſtulerunt,mirum quoq; in modum uarii.Alii uno cõtenti fuere principio,ſed nec quidem concordi ſententia.nam & finitum & infinitum,alteram peperit controuerſiam.De qualitatibus elementorum prodiit altera.porro fuere qui & duo maluere principia inter quos etiam Zareta Chaldeus lucem & tenebras ſub patris & matris nomine ſtatuit,& illius calidum eſſe,ſiccum,leue,uelox,huius autem frigidum,humidum,graue,tardum.Alius tertium duobus adnexuit.Aliis quaternarius hac i re placuit numerus.nec defuere quibus grata magis quinq; fuere principia.ſunt & q ſextum adiecerint.Verum enim uero nec ſtata & pacifica magis in rei natura & qualitate inuenitur,q̃ in numero fuerit concors philoſophantium turba . ſi quidem eorum qui unum duntaxat inuexere principium,alius id uoluit terram eſſe, Alius

Plutarchus
Iuſtinus martyr.

Expoſitio loci Ambroſiani.

aquam,Aerem alius,Alius ignem,pari quoq; pacto qui duo & tria ſimul uoluère quæ nam ipſa duo uel tria cõſtituenda eſſent ſimul non conuenere. Adeoq; omni/bus huiuſcemodi in rebus uariarũt,ut nec etiam defuerint qui per multa quoq; ma

Pherecidis terrã princi/pium poſ. Thaletis ſnīe uaria cauſa.

terialium principia,& qui infinita commenti fuerint.pherecydes ſyrus terram dixit eſſe principium,thales primatum aquæ dedit,ex qua modo denſata ut Origenes ait in libro φιλοσοφουμένων modo rarefacta,omnia conſtituerentur.Motus autem ad eã promendam ſententiam fuit,ut quidam putant,homerico uerſu illo,oceanum diuũ geneſim tethymq; parentem,uel illo magis,oceanus Geneſim qui cunctis omnibus affert,etiam ex animalium ſemine,quod humidum conſtat eſſe & humido etiam fe/re utantur animantes nutrimento,& q̃ per ſtygem aquam iurabãt: quarum rerum

Ariſtoteles

meminit etiam Ariſtoteles in primo libro metaphyſicorum,uel forte ægyptiaca illa imbutus opinione qua Nilus credebatur Deus ex fœcunditate regionis,quæ aquæ niloticæ ferebatur accepta:Si quidem in ægypto diu philoſophatus Thales iam ſe/nex Miletum repetiit.Anaximenes autem Mileſius aerem putauit eſſe principium quoniam animam quæ nos continet aerem credidit,uniuerſumq; orbem ſpiritu & aere contineri exiſtimauit.cui & annumeratur a quibuſdam Diogenes Apollonia tes & Idæus imereus,ac ut a nonnullis memoriæ proditum eſt,eis etiam ad ſcribitur Archelaus Athenienſis magiſter ſocratis,ſed infinitum aerem illum putauiſſe re/rum principium & Plutarchus in placitis,& Iuſtinus quoq; martyr memoriæ pro/dunt,eiq; miſcuiſſe dicunt denſitatem & raritatem:Nec defuere qui ſcripſerint opi/nioni huic acceſſiſſe heraclitum,nullumq; aliud principium præter aereum adſci/uiſſe,eum tamen fama conſtantior uulgauit ſicuti & Metapontinus qnoq; hippa/ſus uoluit,ſolum ignem rerum eſſe principium exiſtimaſſe:atq; ex eo fieri omnia,& in eum omnia reſolui,ſicuti & illi quos ante citauimus de aqua & aere prius exiſti/mauerant.In opinionem uero pherecydis qui terræ primatum largitus eſt,uti a Sexto philoſopho & Theodorito ſcribitur theologo,conceſſit Xenophanes Colo/phonius exiſtimans uniuerſum quidem eſſe perpetuum ſempiternumq;,ſed ex ter ra omnia manaſſe,quam opinionem ab eleate Parmenide ſcribit confirmatam. & quoniam libri horum authorum non omnibus noti,quia in latinam linguam nun q̃ fuere(quod ſciam)conuerſi,ſed & græca quoq; illorum exemplaria rariſſima ha/bentur,placuit ne noua hæc uidẽtur de primatu terræ ſententia,tam philoſophi q̃

Sexti phĩ uer ba.

theologi uerba græca ſubſcribere.In tertio itaq; libro πυῤῥωνείων ὑποτυπώσεων Sex/tus ita ſcribit.φερεκύδης μὲν γὰρ ὁ σύριος γῆν εἶπεν πάντων εἶναι ἀρχὴν idemq; in no no libro πρὸς φυσικοὺς cum dixiſſet alios exiſtimaſſe rerum elementa corporea eſſe,alios putaſſe icorporea:eorum explicaturus dogmata qui corporea cenſuiſſent hiſce uerbis uſus eſt φερεκύδης μὲν ὁ σύριος γῆν ἔλεγε πάντων εἶναι ἀρχὴν καὶ στοιχεῖον.

Theodoriti theologi uer ba.

Theodoritus uero in libro aduerſus gentes ſecundo in quo de pricipio diſputat ita prodit ξενοφάνης δὲ ὁ κολοφώνιος τὸ πᾶν ἀΐδιον ἐκδιδάσκει γῆς τὰ πάντα: καὶ παρμενίδης δὲ εἶτ' ὁ τούτου ἑταῖρος ὁ ἐλεάτης ὡσαύτως τὸν δὲ τὸν λόγον ἐκράτυνε Xenophani quoq; terræ opinionem ad ſcripſit Sextus Empiricus,uerum adiecit & aquam.Idem Theo/doretus in libro cui de materia & mundo titulum fecit,Xenophanis mentionem ha bet,qui putaſſet mundum ſempirernum eſſe & unum & immobilem,mox tanq̃ obli/tus.ex terra naſci omnia dixiſſet,eiuſq; ipſius hoc affert carmen ἐκ γῆς γὰρ τάδε πάν

τα

τα.κω'ſσ ευ' τάντατελευτᾶ Anaximander thaletis aŭditor unŭm & ipſe principiũ
commẽtus eſt,ſed infinitum eum maluit q̃ finitum.Rheginus autem hippus & aquã
& ignem miſcuit.Oenopides Chius,ignem & aerem. Parmenides ignem & terram.
Onomacritus in Orphicis tria connexuit ignem Aquam & terram.Tribus iis & ae/
rem adiecit Empedocles,quem & Stoici & peripatetici ſecuti ſunt. uerum tradit eũ
putauiſſe ramenta quædam minutiſſimaq; corpuſcula præſtitiſſe quattuor elemen/
tis,quæ quidem ramenta atq; minutie heraclito quoq; feruntur accepte. q̃q̃ Empe/
docles quatŭor principiis corporeis incorporea duo præfecit,amicitiam atq; diſcor
diam,quibus actio & generatio feretur accepta. Quintum uero corpus elementis
præfecit Ariſtoteles,ut eorum inde uirtus penderet gubernareturq;. Innumerabi/
lem porto turbam principiorum materialium Anaxagoras inuexit quibus ὁμοιομε
ρεῖ hoc eſt ſimilium particularum nomen & ipſe conſtituit.& Diodorus qui cogno
minatur cronus minima eaq; indiuiſilia corpuſcula commentus eſt. atq; hæ de pri/
cipiis diuerſe pugnanteſq; ſententiæ ſat fuerint,ne altius a Moſcho phenicio uiro Moſchus phe nicius
opiniones repetam antiquiores,quãdo eas duxiſſe ab illo originem poſſidonius uo
luit,quem exiſtimo eum fuiſſe cuius meminit Iamblichus in primo de ſecta pytha/
gorica.Sed Mochi non Moſchi facit mentionem,cum ſcribit pythagoram in phœni/
cia cum Hierophantibus & prophetarũ filiis & Mocho phyſiologo diuerſatum. Ori
genes uero Diodori eretrienſis & Ariſtoxeni muſici teſtimonio,ſcribit ad Zaretam
Chaldeum iuiſſe pythagoram,& ab eo hauſiſſe multa:Sed de his hactenus alias ad
controuerſias properandum eſt.

De cõſtitutiõe mũdi et fine,deq; eius unitate, magnitudine, et figura,deq; materia,et for
ma,q̃ uaria quãq; pugnantia prodantur a p̃his. Capur Vndecimum.

H Anc qua ambimur uniuerſi machinam,quam mundum ab ornatu a fi/
gura orbem ueteres appellauere,cuiq;(ut inquit Plutarchus de placitis
diſſerens philoſophorum)primus pythagoras ab ordine, Coſmi nomen
inſtituit:num forte philoſophi nos docebunt unanimi conſenſu, pace iã
inter eos conſtituta? minime gentium,Maiora etenim ſemper inter eos prœlia, nul/
la pax,nulla conſenſio.nam Alii dei proŭidentia conſtitutum uolunt ut pythagori
ci,ut platonici,q̃q̃ ſunt qui cenſeant Platonem pythagoricos ſecutum,non ita pror/
ſus exiſtimaſſe.Alii nec hoc nec illud prorſus,ſed mixtum quaſi dixeris quidpiam ex
prouidentia & caſu:ſi quidem & Atticus & Plutarchus Platonici ordinem mundi ha
buiſſe principium exiſtimant,ſed præfuiſſe inordinatum motum ab anima praua &
informi exagitatum.tanta eſt de Platone in omni pene queſtione quid ſenſerit exci Difficultas i
tata controuerſia,ut & diximus & latius dicturi ſumus.certe Dei prouidentia con/ telligẽdi ſen/
ſtitutum iudicant quicunq; moſaica & didicerunt & ſŭnt ſecuti,eundemq; ipſius uo ſu platonis.
lŭntate nunq̃ exiſtimant eſſe deſiturũ:q̃q̃ ex ſe qdẽ diſperire poſſit atq; corrũpi.ſic
& antea pythagorã putauiſſe Plutarchus ẽ author,ſic uoluiſſe Platonẽ eius dialog9
q Timæus inſcribit ſatis apit.Timæus aũt ipſe locrẽſis quẽ eo in ope Plato magno
ſtudio cõſeqt,pythagoreus fuit.& ei9 quoq; de mũdo extat ad hũc diẽ liber Idioma Opus Timęi
te dorico cõſcript9,& q̃q̃ apud unũ q; ſciã Tertullianũ i apologetico obſeruaui hoc pythagorici

mundi corpus exiſtimatū a Pythagora innatum(ut eius ūtār uerbis)& infactū.
tamen alii de eo aliter prodidere, & a Platone explicatam eius fuiſſe ſniam dixere.

Ambroſius

Ambroſius in primo Hexaemeron Scribit Platonem pūtauiſſe materiam increatam
& ſine initio ex quā mundum Deus non tanq̄ creator,ſed tanq̄ artifex conſtitue-

Varro

rit. Varro ſane inter initia ſecundi rerum ruſticarum libri de Origine rei pe-
cuariæ dum diſſerit, affirmat pythagoram & Ariſtotelem putaſſe animalium,
principium extitiſſe nullum. contra uero Thales Mileſius, & Cytieus Zeno. Sed
multi certe factum putarunt.nec inter eos defuerunt qui exiſtimarint illud ipſum
corrumpi defectu nutrimenti,quæ opinio riſu ne magis an ex ſibilatione digna,an
potius ſilentio non ſatis dixerim,fuere enim qui uaporibus ali aſtra Cœlumq; pro-
diderint,Stoici conflagrationem & purgationem mundi huius futuram accipiunt.
Sed non conſone,quando Alii totius. Alii partis dicunt fore.atq; ita per partes pur

De fato et ꝓuidētia q̄ uaria.

gari & renouari & tanq̄ reſurgere,ii ipſi quoq; fatum eſſe contendere idq; explica-
runt exemplo canis ſuper curru alligati,qui ſi uult ſequitur ſi non uult cogitur.Alii
ipſum fatum negarunt,prouidentiam tantum admittentes .uiſum & aliquibus eſt
utrunq; dari oportere,ſed inter hos pugna,quando non ſatis conuenere quomodo
inuicem ſe haberent & cui plus dandum tribuendumq; eſſet.Redeo ad mundū quē
concūrſu atomorum Alii & fortuito factum eundemq; interriturum putant. Alii
Ariſtòtelem ſecuti nullum habuiſſe principium nullumq; finem habiturum autu-
mant cœlum & elementa,idq; certiſſimis putant ſe demonſtrationibus confirmauiſ

Cōtra Ariſtotelem.

ſe,hoc nixis fundamento,quod alioqui motus anteq̄ ullus eſſet motus fuiſſe depræ-
henderetur.o rerum inopes & rationis egentes,quaſi per motum Deus cœlum & q̄
eo Clauduntur condiderit,& non eius uoluntate manauerint,ut noſtra & credit &
optime credit Chriſtiana religio.Qua de re ultimō operis libro cum in Ariſtotelis
Dogmata diſputabimus ſepoſitus eſt locus ad diſſerendum.At qui mundum Dei ꝓ
uidentia exiſtimant conditum philoſophi,eademq; regi putant,non conueniūt om
nino.quandoquidem alii Deo ſummo,Alii menti propinquæ id tribuunt, diuerſeq;
pro Idæarum opinione diuerſa.qua de re ſecunda operis noſtri parte,quod inſcribi

Auth. liber d prouidentia.

tur de prouidentia Dei contra philoſophaſtros multa ipſe diſſerui.Certant & ii qui
mundum conſtitutum uolunt non æternum,unde. ſ. nam cœperit eius exordium?
quod primo initium,primo ſuſceperit ortum?& qui Chaos præceſſiſſe mundum uo
luerunt,ex illo,aliud alio in primis,trahunt.Empedocles æthera primum ſecreuit ī
de ignem,terram poſtea,demum ſcaturiuiſſe aquam uoluit, ex qua ſit ortus aer &
cœlum cōſtitutum quidem ex æthere,ſolem uero de igne prodiiſſe, At humiliora &

Zareta Chaldeus

terreſtria de Aliis eſſe conflata.Zareta Chaldeus is quem Pythagoras audiuit ex lu
ce & tenebris tanq̄ ex fœmina & uiro mundum generauit,quem eē uoluit idē quod
natura & muſica Harmonia. Nonnulli a terra tanq̄ a centro putant initium fuiſſe
deſumptum. Plato uiſibilem quidem mundum ad exemplum intelligibilis cōſtituit,
eius uero quod uidetur animam,Mox & corpoream eduxit molem ex igne & terra
exq; aqua & aere cōſtitutā.Pythagoras a primis corpibus,ſed ſua ipſe corpa mathe
matico imergēs pelago,ex qnq; figuris ϛεϱέων.i.ſolidorū fabricat mundū,ex pyrami
de ignem extrahit,aerem ex octangulo,ex uigenangulo(ita dicere liceat)aquam,
terram ex Cubo facit emergere,dodecāgulo ſphærā machinatur uniuerſi.Cuius opi
nione

nione delectati & Pythagoreus Timæus & Plato, idem Pelagus proprio nauigio ſul/
carunt. At qui de eius unitate & magnitudine, quanta uiguit inter gentes concer/
tatio? Thales, Pythagoras, Anaxagoras, Parmenides, Meliſſus, heraclitus, Ze/
no Cytieus, Cratetis diſcipulus & ſtoicæ ſectæ princeps, & Alii unum eſſe decernunt
maximeq; Ariſtoteles & Plato, quanq̃ eorum argumenta quibus id probare conati
ſunt diſſoluere conentur multi, ut operis decurſu patebit. Anaximãder uero & Ana
ximenes, & Archelaus, & Alii, uno minime contenti mundo, multos ædificarũt. Sic &
Diogenes & leucippus. Democritus quoq; & Epicurus innumerabiles fabricarunt,
atq; ille quidem infinitos & magnitudine inter ſe differentes adeo, ut i aliquibus eo
rum neq; ſolem eſſe dixerit neq; lunam, in aliquibus autem maiores inueniri q̃ quæ
apud nos uiſerentur, ſed in quibuſdam eorum plures eſſe ſoles: Diſtare autem inter
ſe ſuos mundos inæqualiter ſanxit, quorum alios augeri (uti refert Origenes) alios
minui atq; corrumpi decreuit: idq; euenire cum alius in alium inciderit. eſſe uero
quoſdam mundos animalibus deſtitutos, & plantis, & omni humore uacuos. In no/
ſtro autem hoc quem incolimus terram prius fuiſſe q̃ aſtra. Et ſane Metrodorus non
ſecus abſurdum putauit unum tantum in infinito mundum collocari, ac ſi magno
in campo una dũtaxat frumenti ſpica naſceretur. porro quod attinet ad magnitudi
nem finitum alii dixere, Meliſſus Mileſius & Alii infinitum, nulliſq; terminis clauſum
putarunt. primæ opinionis Plato & peripatetici: ſecundæ Democritus, Epicurus Se/
leucus. At Diogenes infinitum quidem eſſe uniuerſum, mundum uero clauſum ter/
minis affirmauit, diſtinctionemq; inter mundum & uniuerſum excogitauit, excogi/
tauit etiam Empedocles, cum mundum quidem unum duntaxat cenſuit, totius uero
ſiue uniuerſi eum eſſe portionem perexiguam, uel alterum horum, uel utrunq; ui/
deri multis poſſet imitatum eſſe ſtoicos, nam quidam putãt pro infinito a ſtoicis ha
bitum eſſe πᾶν ab aliis contra ſentitur. certe πὰν quod uacuum exiſtimant & infini
tum cum Democritus tum ſectatores, & abnuunt ſtoici, & deridet Empedocles, & cõ/
futat Ariſtoteles. q̃q̃ ſtraton partim iis ptim cõſentit illis. nã extra mundũ nihil eſſe
uacui cẽſet, intus uero ut ſit nõ phiberi. ſed de iis poſtea. At de mundi quoq; figura
multa quidem & pugnax opinio, ſphæricum pleriq; philoſophorum & maxime Ari
ſtoteles & ſtoici eum uolunt eſſe, Alii minime, Nec inter hos ſenſuum communio.
Nam ſunt qui pomi ſpetie malint. ſunt qui in coni figuram putent fabrefactum.
Aliis oui magis placuit figura. Sed Epicuro ſuos mundos ſphæricos quidem eſſe gra
tum fuit, non diſplicuit autem & Aliis quoq; figuris eſſe formatos. Nec defuere phi
loſophi qui de figura mundi tantas non excierint lites, modo is rotæ inſtar uoluere
tur. Sed nec ultra de eius materia fit queſtio, quam alii putarunt aquam, Alii ignẽ,
Alii mixtam quandam ex elementis naturam, nam qui principia rerum fecerunt
elementa, ex iis uniuerſum quoq; mundum conflari extimarunt. Alii unam duntã
xat materiam priorem elementis cogitatione ſaltem conſtituerunt, quæ illis ipſis
ſicuti & Cæteris, quæ illorum mixtione & coagmentatione conflantur & coaleſcunt
ueluti baſis quædam communis & antiqua ſubſternatur. atq; inter hos etiam lites
& prœlia. diſquiritur enim perpetua ne ſit, an condita? una ne an plures? ex/
demq; illam circumplectuntur ambiguæ philoſophorum ſententiæ, quæ & mun
dum etiam ipſum arbitratu diſſono uariarunt. & prætetea non parum mul/
tæ conſurgunt extrinſecus. ſunt qui eam ipſam tribuant elementis dumtaxat

De unitate et magnitudine mũdi q̃ta diſſenſio

De uacuo quã uaria

De mundi figura q̃ uaria.

De mũdi materia q̃ uaria

ab ea uero & cœlum & ſuperiora omnia corpora gyro agitata perpetuò prorſus exi
mantur immunia materiæ ſuſq; deq; ſint modiſq; omnibus expertia.ſunt qui unam
omnibus in corporibus collocandam exiſtiment materiam,nec hoc etiamnum con/
ſone & amabiliter,nam litteraria ſuſcipiuntur prœlia,Eiuſdem ne rationis & naturæ
ſit an diuerſæ ea,quæ in ſuperioribus, & quæ in imis corporibus inuenitur . Ad hæc
ſuper dimenſionibus materiæ certatur,in terminatæ ne ſint,an terminum ſuſcepe/
rint aliquem,neq; in hoc pugna finitur.contendunt enim actum ne habeat aliquẽ
ex ſe ſe,an mera ſit poteſtas,quæcunq; recipiẽdi,& omnibus quidem apta ueſtiri for
mis:quãtum uero ad nudam eius eſſentiam pertineat,omnis actus expers & uacua.

O biectio Dices hæc etiam inter Auerroẽ & noſtros theologos eſſe iam pugnata in ordine bel
la,de cœli.ſ.materia & de dimenſionibus,ſuperq; eadem cauſa inter Thomam & Sco/
tum & Aegidium diſſenſiones uiguiſſe & adhuc eſſe ſub iudice lites,quando ſup ip/
ſius actu materiæ Thomæ & Scoti ſectatores non conueniant,nec duplicis actus diſ

Solutio cretionem efficere potuiſſe ut cõtrouerſia tolleretur.Fateor id quidem ſed unde nã
hæ manarunt diſcordiæ?Certe nõ ex Moſe aut duodecim prophetis q; meminerim:
nec quod ſciam ex euangelio:At ex philoſophis gentium prodiere ,præſertimq; de
peripateticorum doctrina fluxere,q adeo locuti ſunt ambigue ut eorũ ex dictis qſ/
q; propriam confirmare ſententiam ſategerit,Non nihil tamen hac de re theologos
ueteres egiſſe omnino non negauerim,ſed parcius:ut qui aliis in rebus quæ ad hu
manam pertinent ſalutem & in primis ad Dei ipſius amicitiam conſequendam,occu

Ambroſius pationes fuerunt Adeo,ut Ambroſius ille magnus dum in opere quod inſcripſit
exahemeron ſermo incidiſſet de loco,& ſede elementorum,queſtiõe uidelicet iam tri
ta & tam ipſis diſcuſſa ueteribus q̃ quæ maxime,eam tamẽ reiecerit ex propoſito,uti
lioribus uacaturus.Sed uidebor fortaſſe in noſtri temporis homines inuehere qui
in illis occupantur euentilandis:quare ad priſcos gẽtium philoſophos reuertor de
materia uarie difformiterq; præliatos,Thales enim & Pythagoras & Anaxagoras &
Heraclitus & ſtoicorum turba uertibilem & tranſmutabilem eam putarunt eſſe. De
mocritus uero & Metrodorus & Epicurus eam nec pati quidem uoluit,quia atomi &
uacuũ ſint(ita loquar)ipaſſibilia, & eam quidẽ alii cũ mundo factã,alii æternã uti &
peripatetici & platonicus Xenocrates.In forma etiamnum diſcernenda inuenti nõ

De forma et aia mundi q̃ uaria. ſunt inermes philoſophi,forma inquam non figura qua extrinſecus uel in orbẽ,uel
in conum,uel in oui ſpeciem,aut pomi,putetur conditus mũdus,ea enim forma quæ
dicitur uerius figura aduenticia eſt,ut pote quæ accidat eius eſſentiæ,iam conſtitu/
tæ,proprie enim ea dicitur forma,qua res id ipſum quod eſt acquirit . hanc formam
alii animam eſſe dixere.Cæteri animam ſuſtulerunt prorſuſq; negauerũt ineſſe mũ
do.Alii adeo bicipiti ſenſu locuti ſunt,ut ad hanc diem ſuper aliquorum uerbis phi
loſophorum certetur,qui duobus forme annorum abhinc milibus ſua ſenſa littera
rum monumentis prodidere,Nec deſunt inter theologos lites hac de re motæ quo/
niam philoſophos gentium legerunt uaria decernentes.Creditur enim a multis Pla
tonem exiſtimaſſe mundum eſſe animal. Alii Ariſtotelem eiuſdem putant eſſe ſentẽ/
tiæ,Contra ſtant multi nullo pacto cõſentientes ab Ariſtotele eſſe mũdo aiam tribu
tã:ex theologis q pariſiẽſes appellant Thomas aquinas excellẽti uir iudicio mũdũ ne
gat aial; eẽ.aſſerit multis rõnibꝰ Aureolꝰ.Q uibꝰ reſiſtit ab iis q a Thoma ſtãt.ex an
tiqs aũt theologis Hieronymꝰ ſup eccliaſtæ Salomõis aiatũ ſolis orbẽ uidet uoluiſſe.

Sed

ed noſtros ad p̃ſens non diſcutiamus,gentium ſenſa depromentes,cum ex iis q mũ
dum quoq; animatum putarint ſit diſcors ſententia,quæ nam illa ſit anima,quã alii
deum putant,Alii ſubſtantiã quidem præcellentem,& intellectilem.ſed multis a pri
ma mente gradibus pendentem.In qua.ſ.reponant Idææ rerum efficiendarum.Alii
primam quidem mentem,Sed ab uno & ſummo deo creatam mundo præficiunt,cu
ius etiam puidentia putant adminiſtrari.Sic inter Plotinum,pclum.& cæteros pla-
tonicos,de mundi forma diſcordia,quam & de toto quoq; uniuerſo q̃tum ad conſti
tutionem,& finem,& magnitudinem,& figuram,& materiã inter præclariſſimos pĥo
rum uiguiſſe iã conſtitit.qua contemplatione ſequeſtrata,ſpectandũ nobis occurrit.
utrum in partibus mundi & effectibus conſtuendis decernendiſq; ita diſcordes pĥi
dep̃hẽdi q̃ant,ut in ipſa iam uniuerſitate controuerſos pugnaceſq; dep̃hendimus.

Pĥos gẽtiũ diſcorditer atq; pugnaciter tã de mũdi ptibus ſup̃mis Cęlo ſtellis atq; oĩbus q̃ i ſu-
blimi generãtur,q̃ de imis et ẽt ſubterraneis eorũq; motibus diſſeruiſſe. Cap.duodecimũ.

A C primum quidem Cœlum mũdi partem nobiliſſimam atq; ſupremam in
multas lancinant partes,nec omnino concorditer:Nam alii octo,Alii no-
uem,Alii pluſq̃ triginta,etiam & quadraginta conſtituere:atq; his Ariſto
teles de metaphyſicis agens aſſentit potius ad Calippum.ſ.ſe referens & Eudoxum,
q̃ ut curam inueſtigandæ rei ne dum comprehendendæ ſuſciperet.Mitto epicyclos il
los,ſiue globulos maioribus ut quidam exiſtimant globis inſertos,ut quidam mini
me,tanq̃ id uarie & pugnaciter ut Aueroys controuerſias eiuſmodi componere iu-
uenis confiſus,deſperauerit ſenex.Cæterum eorum in ordine ſanciẽdo nullus apud
philoſophos ordo.Plato poſt ſphæram non errantem ſtatuit quidem errantiũ ſide De cęlo et glo
rum globos,primo Saturni,mox Iouis,inde Martis,poſtea veneris,deinde Mercurii, borũ ordine
deinceps ſolis,poſtremo lunæ.Contra uero & Anaximander & Metrodorus Chius & cęleſtium.
Crates.ſupremum omnium atq; extimum fecere ſolem,deinceps lunam & Metrodo
rus,& Crates,& Anaximander ordine poſuerunt,poſtea uero & immobilium
ſphæram ſtellarum & reliquos planetas:Ariſtarchus autem poſt ſphæram ſtellarum
non errantium ſolem.i.primum planetarum & ſupremum collocauit:Veteres quoq;
mathematici hac in re uarii atq; diuerſi.nam alii medium planetarum ſolem cõſti
tuere id ipſumq; probauit Ptolemæus,lunam uero inter eos poſtremam ſedem obti
nere,maluerunt,Alii uero ſecuti ægyptios & imitati Platonem & Ariſtotelẽ,citimã
quidem fecere lunam,ſed ſuper illam nullo intermedio ſolem collocarunt:quam opi
nionẽ & ex iunioribus mathematicis nonnulli refutato Ptolemæo ſunt amplexi:At
tamen Alpetragius(q̃q̃ nõ ex gẽtibus fuit,ſed Chriſtianũ ſe eſſe pfeſſus eſt)nec hoc Alpetragius
nec illud approbauit,ſolẽ.n.nõ in medio planetarũ ſtatuit,nõ ẽt ſupra lunã primum
uoluit eſſe,ſed pxime ſupra Mercuriũ,ita ut uenus ſole ſuperior & ĩter planetas me
dia cenſeret.Nec defuere q triũ ſuperiorũ ordinẽ prorſus incertũ pnũciarũt,cuius
rei & Picus patruus in nouo aduerſus aſtrologos,& ipſe in quinto de rerũ prænotio Io.picus,
ne,& in quæſtione de Aſtrologiæ falſitate meminimus.& hac de re etiã opere proce Autb.lib. de
dente ſepoſitus eſt nobis locus aduerſus aſtrologiam diſputandi . Nũc ad antiquos rerũ p̃notiõe
philoſophos noſtra reuertat oratio.Democritus & Leucippus quaſi quadã ueſte in et,qõ de aſtro
duit & mẽbrana obduxit mũdũ. Parmenides antea quaſdam circumplexas coronu logia
las ex denſo & raro fabrefecit,ac lumine & tenebris temperauit & impoſuit orbi.Ita

tamē ut quod ambit Cætera/Ceu murus firmum eſſet & ſolidū. Epicurus ex ſuis mū
dis aliquos raro terminauit aliquos denſo:quorum aliis motum,quierem aliis elar
gitus eſt:quo de motu q̄q̄ in gyrum fieri pleriq; omnes conſentiunt non tamen in
modo conueniunt & cauſa.Nam Diogenes & Anaxagoras ad meridiem uerti uolue
re.quorum opinioni ſiue ea ipſa freti,ſiue rationibus & obſeruationibus moti qui/
dam iuniores mathematici conſentiunt,latitudinis motum introducentes. uerum
& planetas cōtrario quoq; motu ire ac ſupremū faciat Cælū primus q; ſciā Alcmeō
dixit,poſtea multa & philoſophorum & mathematicorū turba ſecuta eſt.Illi idē ſua
ſponte moueri orbes:Alii mentibus a materia ſeiunctis motum ferri acceptum uo
luere.In dextra quoq; & ſiniſtra mundi minime concordes.orientis etenim regionē
dextram & eſſe & haberi debere,occidentis uero ſiniſtrā ſanxerunt pythagoras,pla
to,Ariſtoteles.At dextras partes tropico æſtiuo ſiniſtras autē hiberno tradidit Em
pedocles.Nec defuere quibus motus placuit a ſummo ad imum fieri. Iam nec maior
in ipſa rei natura & eſſentia q̄ in numero & ordine conſenſus apparet. Alii igneos
putarunt,Alii Chryſtalinos,Alii nullo pacto quattuor elementorum eſſentiæ parti
cipantes,ſed quintæ cuiuſdā naturæ ꝓpriæ & ab inferioribus oīo ſeiūctæ,cuius ſen
tētiæ primus author phibetur Ariſtoteles,ita ut Calorē ipſe in ſe ſe ſuaq; forma nō
contineat ſed ſua uirtute calorē inferioribus corporibus ipartiat. Democritus uero
ſolē nullo modo calidā habere naturā affirmauit authore iſtromatis plutarcho. At

De ſole et lu na eorūq; natura q̄ uaria.

in ſtellis & planetis fortaſſe concordes putaueris:ſolē & lunā igneas nubes eſſe pu/
tauit Xenophanes,ſolē ex paruis conflans igniculis & uno quoq; die illū fieri nō ne
gauit:thales uero terreſtres cenſuit & ex terra quoq; illos fabricauit Anaximenes.
At q̄ nec in figura concors ſentētia:ſphericā eſſe Ariſtoteles uoluit & naturā quinti
corporis habere.Heraclitus in ſcaphæ ſpeciē formatū ſolē maluit & lunā.nec defue/
re qui Curruli rotæ ſimilia fecerint. Anaximenes latū eſſe ſolē,& ueluti aulea q̄dam,
extentū affirmauit.Alii lunā Cylindri forma conditā ſtatuere.Maluit Diogenes eſſe
hederaceæ frondis ſpē.& philolaus pythagoricus Chryſtalina,ex igne tamen qui in
uniuerſo eſt ſplendorē aſſumere.exiſtimatū eſt a platone plurimū quidē ignis habe
re ſolē & lunā,non tamē eſſe aliorū elementorū expertia.Sane lunā Anaximenes &
Parmenides & Alii ex ſolo igne cōflarunt:pythagoras petroſum corpus arbitratus
eſt eſſe:Heraclitus terrā caligine cōpræhenſam,Anaxagoras & Democritus præter
ea q; firmamentū eā uoluerunt eſſe igneum:in ipſa etiā & cāpos conſtituere & mō
tes & ualles,ut iam nihil fere uideant aut parū a fictis Luciani diſcrepare fabulamē
tis.certe Xenophanes(ut eſt apud Ciceronē & alios)hītari dixit in luna eāq; eſſe ter
rā multarū urbiū & montiū,& pythagorei quoq; nonnulli lunā inſtar eius quā cal/
camus terræ inhabitari quidē exiſtimarunt,q; ipſa ēt terreſtris & dēſa uideatur,Sed
animalibus & arboribus quinquagies maioribus q̄ ea quæ apud nos cōſpiciuntur.
Aſtrorū uero multitudinē terreſtrē & ignitā exiſtimauit Mileſius thales,Sed Anaxa
goræ placuit terreſtria qdem eſſe aſtra ſed petras antea fuiſſe,quæ ex uniuerſi rota
tu in ſublimi raptatæ ſint & i flāmatæ affixæq; cœlo aſtrorū nomē obtinuerint.: quā
ſententiā cōfirmauit Democritus,nec diſplicuit Metrodoro ſolē etiam ex ignita pe/
tra fabricanti.ex aere aūt illa fabrefecit Anaximander & rotæ inſtar ægit in gyrū,
& impleuit igne,ut quibuſdā quaſi buccis flāmas emitterent.Diogenes ēt reſpiracu
la eſſe uoluit & hederæ figura donauit,illud adiiciens aliqua in terram quādoq; de
labi

labi ſidera quæ ubi extincta fuerint inde conuinci petræ habere naturam,refertq;
teſtimonii loco fuiſſe compertum ἐν αἰγὸς fluentis,inflãmatum quondam ſidus ceci
diſſe.Empedocles fixorum ſyderũ naturam eo diſtinxit ab errãtium conditiõe,quod
illas tantum Chryſtallo colligauit. Atqui plato quæ de ſole eadem & de luna ſenſit.
Idem & Ariſtoteles.Porro Xenophanes ex ignitis ea nebulis conflata confirmauit.
ſubdiditq; interdiu extingui,noctu tamen carbonnm inſtar inflammari:atq; lumi-
nis & orientis initium,& decũbentis finẽ,accenſioni & extinctiõi refert accepta. Nec
defuere ut Heraclides & pythagoreorũ nõnulli,q unũ quodq; aſtrũ putarent mun
dum,quo & aer & terra cõtineref,& ſphærica plurimũ figura cõſtare,a qbus nõ uſq;
quaq; diſſenſiſſet Anaximenes,cui placuerat eſſe ſydera clauorũ inſtar affixa Chry-
ſtallo.Alii maluerũt eſſe tanq̃ aulæa picturata.Cleantes ſtoicus coni ſpeciẽ unicuiq;
ſideri tributã noluit,ut minus nunc mirer Petrũ aponẽſem qui narrauit ſtellas ma
gnitudine ſacci a qbuſdam nautis uiſas & obſeruatas,ſed minus iterũ mirarer ſi fi-
gura ſacci non magnitudine dixiſſet,ne fabuloſis uerius q̃ ſapientibus pħorum opi
nionibus uidereẽ ad ſtipulari,qm̃ & ſolẽ Heraclitus pedalis exiſtimauit magnitudi
nis & Alii palmæ noluerũt excedere quãtitatẽ lunæ ipſius diametrũ,cuius tamẽ cir-
culũ Anaximander decies & nouies terra maiorẽ exiſtimauit:Parmenides uero ſoli
æqualẽ.At Anaximander ſolẽ qdem æqualẽ terræ,circulũ uero quo reſpirare ipſum
uoluit & ferri,ſepties & uigeſies terra maiorem eſſe decreuit,Empedocles aũt terræ
prorſus æqualem.Anaxagoras Pelopõneſſo cõpoſuit & maiorem ẽt exiſtimauit.Sed
forte cõcorditer unũ eſſe decreuerũnt ſolẽ?Neutiq; id qdem.Xenophanes multos ſo
les multaſq; cõmentus eſt lunas,unde & rationẽ uoluit eclipſis reddere,quã primus
Anaxagoras interuentu lunæ fieri dixit,eumq; poſteriores ſunt mathematici ſecu
ti:quẽ ſucceſſor noluit Anaximander ſeq,qui defectus cãm rettulit in ignei quo reſ
piraret oris obturationẽ. Heraclitus ueiſa illa quã imagiatus fuerat figura ſcaphæ
ſubtiliſſimã reddidiſſe rõnẽ putauit,ut Cauũ quidẽ ſupra,dorſum aũt infra noſtros
ad aſpectus uertereẽ.Xenophanes extinctione credita,quærentibus fieri ſatis,illa ip
ſa putauit.Ariſtarchus poſt fixorũ ſiderũ ſphærã collocato ſole & uerſa circum ſolis
globũ terra,putauit orbẽ ſolis eiuſmodi reuolutiõibus obtenebreſcere .Nec maior ĩ
defectu lunæ conſenſio,nã ut Heraclitus conuerſa ſcapha eum fieri uoluit,ita Beroſ
ſus conuerſa ad nos parte q̃ ignea non ſit id maluit euenire. Anaximenes obturato
ore quæ circũ rotã ſit,cõſtitutũ.Plato,Ariſtoteles,ſtoici,menſtruas occultationes in
eius ad ſolẽ cõgreſſum referunt,defectus uero illius quos græci Eclipſes uocãnt ad
nos deriuari quotiens ea in terræ umbrã inciderit.Illius quoq; lumen ꝓpriũ eſſe uo
luit Anaximãder & Antiphon q̃q̃ rarius & ob maiorẽ ſolis illuſtrationẽ ita dixerim
obumbratius.Thales atq; ẽt Parmenides & q eius doctrinã ſecuti illuſtrari a ſole ma
luerũt nõ obfuſcari.Anaxagoras idẽ nõ ſentit ſed ĩ cã putauit eẽ frigidi & terreſtris
neſcio cuiꝰ cõpoſitionẽ,unde igneo ſplẽdori tenebroſũ qdã miſcereẽ, ideq; eueniſſe
uti uocareẽ aſtrũ fallacis aſpectus . Stoici quoq; diuerſitati naturæ id ipſum ferri ac
ceptum uoluere,Diſtare aũt illã a ſole ſemel atq; iterũ magis q̃ a terra: Mathemati-
cis quibuſdã placuit nõ dupliciter ſed decies & octies.ipſum uero ſolẽ abeſſe a terra
Myriadis ſtadiorũ ſeptuaginta octo cenſuit,eratoſthenes.At ſi qs fortaſſe noſtrorũ
mathematicorũ auderet ab iis contra illos uelle ſtare,uel ſecũdũ eos magis litẽ da-
re,audiat oro Theodoritũ ep̃m,in libro de materia & mundo differentẽ,quorũ ſenſa

De ſideribus et eorũ figu-ra gener tim.

De petro Apponenſi

De ſole et lu-na,an plures

De Eclipſi

De diſtãtia ſo li, et lunę a terra.

Theodorſius

latine referam ne græce ignoratione linguæ deſinãt quidam audacis erroris admo/neri :ecquid(inquit)afferre opus eſt ea quæ illi de figuris & deliquiis & diſtantiis fabulantur,neq; enim ſolum de eorum inter ſe interſtitio differunt,uerum & quantũ ſpatii inter ipſa & terram interſit definiunt,& quatercentenas atq; eo amplius nu/merant ſtadiorum myriadas a terra ad lunam,indeq; ad ſolem totidem:neq; erube/ſcunt maris profunditatem ignorantes,quo tamen dimittere funem piſcatoriũ que unt,Aeris & ætheris dimetiendi Cupiditate deflagrare,neq; inutilis quod aſſumpſe runt negocii memores,neq; admonitionis æſchyleæ recordati illius,quæ nihil iuuãt fruſtra ne quærito:horum enim unum quodq; etiam ſi poſſet inueniri nihilominus

Xenophon de Socrate

eſſet inutile.Ac ne gentium uideamur obliti Xenophon ſuis in monumentis de So/crate uerba faciẽs ita ſcribit. Omnino autem & unius cuiuſq; Cœleſtium quæ machi natus eſt Deus curioſum eẽ uetuit,neq; enim ab homine inueniri poſſe exiſtimabat, neq; Diis putabat gratificari quærentem ea, quæ illi declarare noluerunt,periclitari autem & inſanire talia cogitantem,nec minus Anaxagora deſipere qui altum quid dam ſapiens Deorum opera patefacere tẽtauerit.Rurſuſq; de eadem re in hunc mo/dum.nullus unq̃ ſocratem uel impium quidpiam uel iniuſtum aut facientem uidit aut dicentem audiuit,neq; enim de uniuerſi natura uel de aliis ut plurimi faciũt diſ putabat,conſiderans quo pacto ſe habeat is qui a ſophiſtis mundus appellatur, & qua neceſſitate cœleſtia fiant,Sed qui talia curarent eos demonſtrabat inſanos,at q; ultra procedens pleraq; prodit inſignia ad cohibendam audacem ſcrutatorum petulantiam quæ longum eſſet enarrare.Sed redeamus unde uidemur digreſſi,ut p cipere detur eos qui nec de uniuerſitate ſtellarum nec de earum inſignioribus con corditer decreuere,de quibuſdam etiam minutis & ſimul collectis ad orbem illũ qui

De Galaxia

lacteus dicitur conſtituendum minime cõueniſſe.Eum orbem ſane comperies a qui/buſdam pythagoreis exiſtimatum ſideris eſſe inflammationem,quod a propria ſede cecideri,a nonnullis aliis fuiſſe olim ſolaris curſus orbitam,nec defuiſſe qui refrac/tione quadam radiorum ſolis eum ipſum fieri exiſtiment,ut ita appareat:quo pacto & in iride id contingat & nebulis,q̃q̃ uiſum eſt alicui nõ ſolis ſed ſtellarũ luminis q̃ non ſint ſub ſole compræhenſæ,eſſe refractionem.Metrodoro placuit ſolis eſſe trami tem,ut pote qui circulus ipſe ſolis & ſit & debeat haberi.Anaxagoras terreſtri um/bræ acceptum retulit.Ad rarum & denſum Parmenides referendum putauit, Q uo rum mixtura lacteus diſſultaret color.Democritus multorum, minorumq; ſyderum

Diuerſa opi/nio de Gala/xia Ariſtote li tributa. Albertus Plutarchus

atq; ſimul poſitorum,ob denſitatem & frequentiam ſe ſe colluſtrantium,ſplendorem eſſe cenſuit.quam opinionem poſtea recepiſſe Ariſtotelem uiſum Alberto,& eã tan q̃ propriam i meteoris collocaſſe . Verum & aliam quoq; Plutarchus aſſignauit Ari ſtoteli,ut qui putaſſet id ex euaporatione ſicca deuenire,idq; ipſum aliqua eius uer ba in meteoris uidentur innuere,& ex eius mente nonnulli ita ſuſpicati ſunt :quam

Proclus

opiniõem amplexatus uidetur in ſphera ſua proclus Platonicus dum ſcribit lacteũ circulum conſtare ex tenui nebuloſa ſubſtantia , ſecus tamen alii decreuere ut ſatis indicauimus.Sed de hac re Sexto libro.Poſſidonius quandam putauit ignis cõ ſtitutionem,& ueluti conſtipationem,quæ ſit aſtro ſplendidior & luce denſior,atq; hæc quidem controuerſia uniuerſam ſuperioris corporei mundi concludet partem. Nam cum Alii ſtellis id tribuunt quæ ſunt in orbe collocatæ & fixæ,Alii uaporibus & huiuſcemodi quæ in ſublime generãtur,ideo rei utriuſq; terminus fiet.Nũc de me

teorologicis

teorologicis agendum, ut expletis maioris mundi controuerſiis ad enaranda infe-rioris mundi placita diſcordia atq; pugnantia noſter ſermo uertatur. Occurrunt autem in primis cometæ quos pythagoreorum nonnulli ſtellas eſſe uoluerunt: ſed ſtatis apparere temporibus nec ſplendere ſemper. Diogenes item ſtellas: At Anaxagoras atq; Democritus concurſum eſſe ſplendoris a duobus uel pluribus ſtellis emiſſi. Nec defuere qui putarint cometas eſſe refractiones ad ſolem non ſecus fere ac aſſo-let in obtutibus conſpiciliorum accidere. Ariſtoteles ignitum quiddam ex euaporatione ſicca diſſultans. Enim uero ſtratoni placuit cometem Aſtri lumen eſſe denſa in nube ſuſceptum. Pontico heraclidi ſublatam nubem luce colluſtratam. Epigenidi delationem igniti ſpiritus cui terreſtris quidpiā ſit admixtum. Boetus maluit aeris eſſe rarefacti apparitionem. Xenophanes collectionem & commotionem inflammatarū nubium. Metrodorus uiolentum ſolis in nubes iactum. Nec magis in tonitruo, fulgure, fulmine, conueniunt philoſophi. Anaximander de ſpiritu hæc originem trahere exiſtimauit: quotiens enim craſſa nube compræhenſus is & uiolenter excuſſus fuerit ob ſubtilitatem & leuitatem, tunc eruptio quidem ſtrepitum, diſtinctio uero ex nubis nigredine ſplendorem perficit, ut mittam quæ retrulit Seneca in ſecundo queſtionum naturalium. Metrodori ſententia eſt cum in nubem ex denſitate craſſam ſpiritus inciderit, fractura quidem perficere ſtrepitum, percuſſu autem atq; ſciſſiōe ſplē-deſcere, uelocitate uero delationis ex ſole caliditatem adſumere, & fulmen emitti cuius debilitas deſinat in fulgetrū. Anaxagoræ opinio eſt cum calor in frigus hoc ē cū pars ætheria in aerem inciderit, ſonitu quidem tonitruum pficiꝰ, fulgura uero nebulosi nigroris aſpectu fieri, magnitudine autem & multitudine luminis ita fulmē oriri, ſicuti corpulētiori typhonem igne & nebuloſo fulgerrum. At ſtoicis placuit ita finire tonitruum, nubium colliſio, Fulgurem ita, ex colliſu accenſio. fulmen ſic, uiolentioris colliſionis corruſcatio. Ariſtoteles autem putauit omnia iſthæc in euaporationem ſiccam eſſe referenda, quæ cum occurrerit humidæ, ui exitum paret: atq; colliſu & tractu tonitrui ſonitum faciat, incenſu uero & inflammatione caliditatis, fulgura: Fulgetra uero & Typhones ſuperantia materiæ, quam eorum utrunq; ſecum trahit, calidiorem quidem illam, hunc autem Craſſiorem. Taceo de capris, trabibus globis, halo ſiue corona & cæteris de quibus & Ariſtoteles in Meteororū libris & Seneca in libris quæſtionum naturalium diſputant. quæ q̄q̄ uarii plena diſſidii, in promptu nihilominus eſſe, uel mediocriter eruditis queunt. Atqui Nebulas ex aere lōge Craſſo generari putauit Anaximenes, eo uero magis collecto denſatoq; imbres ex primi: porro niuem fieri poſtq̄ delata aqua, grandinem uero quotiens comprahenſa fuerit, humido ſpiritu. Metrodorus autumauit ex aquoſa delatione conſtitui nubes, quas Epicurus expiratiōibus cōpoſuit. ex longo aut demiſſu rotundari uoluit ſiue teretia fieri, & grandinem & pluuiam. Verum enim uero iſthæc in ſublimi generata ſubſiſtere quidem ea ſatis conſtat. At ſunt quæ minime ſubſiſtunt, apparent tamen, Adeoq; conſpicua ut admirationi uetuſtis hominibus fuerint nō mediocri. Vnde & Iris ipſa cœleſtis arcus thaumantis filia dicta eſt, propter admirationem, ut cenſuit Plato. Ea quo pacto fiat, ſiue rectis, ſiue curuis, ſiue refractis lineis, diſputāt. ſi quidem in aere contingit ex ſplendentibus lapidibus & cornibus, conſpicuas uidere lineas, inflexas autem & curuas in aqua cernimus, cum uiſio flectitur ob denſiorem aquæ materiam, unde & remi uidentur curui tam & ſi recti fuerint, cum procul ſcilicet.

De cometis

De tōitru fulgure fulmine

Ariſtoteles
Seneca

De nebulis et imbre

De iride

cet nauigiis alligatos eos & merſos mari ſpectamus, Atq; i ſpeculis multa uidemus refracta & diſſultantia. Sunt qui cenſeant euaporationem humidam, cum in nubes i ciderit, in parua confeſtim ramenta diſſeparari: itaq; ſole in occidentem uergente, ex aduerſo omnis iris cernitur, tum cum uiſio aſperſionibus ſtellarum occurſans refrãgitur: quæ quidem aſperſiones non figuræ ſed coloris eſſe formas ideo putantq; primo puniceum quiddam ſecundo purpureum, tertio ſubnigricans & uiride ſe præſentent obtutui. Metrodorus autem uoluit Iridem tum fieri cum per nubes ſol explenduerit, ut pote quia nigreſcat nubes, & ſplendor ipſe ſubrutilet. Anaximenes Iridis cauſam rettulit in ſplendorem ſolis, denſæ nubi & craſſæ & nigræ occurſantem, cum penetrare nequeant radii nubemq; transmittere. placuit Anaxagoræ ex craſſa nube q̃ ſolari coruſcationi reſiſtat, refractionem contingere placuit ſenece iridem imaginem ſolis eſſe & Roſcidam, & caua nube conceptam. In natura quoq; uentorũ diſpar conſenſus. Anaximãdro placuit uentum fluxum eſſe aeris, de ſubtiliſſimis in eo partibus & humidiſſimis a ſole uel motis uel liquefactis conflatum. Ariſtoteles ſiccã euaporationem cenſet eſſe uentum. Stoici fluxum aeris ſimpliciter nuncupant, diuerſas appellationes diuerſis e regionibus e quibus flare conſueuit ſortitum. Metrodorus exiſtimauit fieri uentum ex aquoſa euaporatione ob ſolis aduſtionem, impetu diuinorum ſpirituum. Sed de uentis & cur obliqui ferantur in commentariis hymnorum plura diximus. At de terra elemẽtorum infima & horum de quibus egimus matre & alumna, q̃ta inter philoſophos diſcordia uiguit: de numero eius, & natura, de figura, de poſitu, de inclinatione, de motu, deq; eo quo ambitur & alluitur mari. Vnã thales terram dũtaxat eſſe putauit: Id ipſum & Ariſtoteles & Stoici. Icetes autem pythagoreus duas, hanc quam incolimus, & aduerſam: ſic & philolaus, cuius opinionis meminit etiam Ariſtoteles in ſecũdo de Cœlo, eamq; pythagoricis in uniuerſum adſcribit. Ex iis autem qui unam dixere, finitam Alii putarunt, ut Ariſtoteles & ſtoici, Xenophanes autem ex inferiori parte in infinitam ꝓfunditatem radices mittere, quod etiam refert Ariſtoteles, atq; ex aere & igne conflari: idq; fortaſſe uoluit in academicis notare Cicero, cum ut uideamus inquit, terra penitus ne defixa ſit, & quaſi radicibus ſuis hæreat, an media pendeat. Metrodorus terram quidem habere ſubſtantiam, ſed fecem eẽ aquæ, ſicuti ſolem aeris fecem exiſtimauit. Thales, idem qui putauit unã eſſe tantummodo terram, eandem ſphæricam eſſe cenſuit, ſic & ſtoici & Ariſtoteles. Anaximander lapidis & columnæ: Anaximenes tabulæ ſpecie figuratam maluit: humidam ille præterea dixit eſſe, uti rettulit Origenes inq; medio libratam atq; rotundam, hic uero latam & pulſatam ab aere, exq; illa aſtra eſſe omnia conſtituta. Leucippus tympani ſpecie conſtitutam, cuius rei etiam apud Ariſtotelem, ſed non ſub Leucippi nomine mentio. Democritus diſco ſimilem, quantum pertinet ad latitudinem, intrinſecus autem concauam eſſe uoluit. poſitam illam in meditullio non ſolus Anaximander cenſuit, ſed & Thales ipſe & conſectanei, quem & Ariſtoteles & Alii permulti ſecuti ſunt: In infinitum agere radices poſtq̃ placuit Xenophanius neutiquã mediam poterit collocare. Anaxagoræ placuit latam eſſe figura, & inſidere aeri qui eam quoniam ſit fortiſſimus ferat. Philolai pythagorei ſententia eſt ignem medium eſſe elementorũ non terrã, cuius ẽt rei in pythagoreos in uniuerſum relatæ meminit Ariſtoteles in ſecundo de Cœlo: Illum enim omnium eſſe domum uoluit philolaus: poſtea terram eſſe nobis oppoſitam, Dein hanc quam incolimus conſtitui ex aduer

De uẽtis q̃ uaria.

Auth. cõmẽt. hymn.

De terra. et an moueatur loco ſuopte ordine.

ſo illi ſitam atq; delatam:própterea q; fieri ut qui in altera ſint,eos qui collocētur in
altera uidere nequeant.Inclinare noſtram hanc terram ad meridionalem plagā Leu
cippus opinatur,& cauſam fert acceptam raritati,qua meridies abundat,denſatis &
cōgelatis ob frigus partibus quæ iacent ad boream.Democritus idem eſt opinatus,
Sed eo ꝙ debilior ſit pars auſtralis,eo terram auctam deuergere:totam uero paula
tim & infinitam eſſe,& omni ex parte non uallari ab aere Anaximenes exiſtimauit,
ſi uera in ſtromatis Plutarchus docuit.Hanc ipſam terram fuere qui crederent non
moueri,In gyrum uero motari philolaus exiſtimauit,circum ignem,in obliquo cir/
culo inſtar ſolis & lunæ.Ponticus heraclides & pythagoreus Ecphantus minime illā
tranſponunt,rotæ inſtar cinctam,ſed tamen mouent ab occidente in orientem circa
ipſius eiuſdem centrum.Hanc ergo quam pleriq; immotam,alii pulſatam,Philolaus
in gyrum inſtar ſolis & lunæ motatam.Heraclides & Ecphantus in orientem ab occi
dente exagitatam,Nicæas ſyracuſius Theophraſto & Cicerone referentibus ſolam
exiſtimauit moueri,neq; præter eam quicq̄ in mundo moueri,ut pote quæ ſe circū
axem ſumma celeritate conuerteret.Cœlum uero,ſolem,lunam,ſtellas,& deniq; ſupe
ra omnia ſtare.quam etiam fuiſſe Platonis i Timæo opinionem,ſed paulo obſcurius
dictam quidam ſunt arbitrati.Socrates & Ariſton Chius,nihil horum ſciri poſſe exi
ſtimarunt,quod ſibi tamen quoquomodo ſciſſe uiſus eſt Democritus,qui medius
inter illos incedens,ab initio quidem motam & erraticam fuiſſe terram opinatus
eſt,ob paruitatem & leuitatem:poſtq̄ uero denſata eſt,& procedente tempore gra/ Nicolaus Cuſa.
uis effecta,ſtetiſſe immotam,ut minus mihi uideatur mirum,ſi Nicolaus Cuſa in ſe/
cundo libro de docta ignorantia terram nec eſſe figura orbiculari,nec eſſe immo/
bilem aſſeruerit.Intus uero & ex accidenti ꝑterq; naturalem totius molis motum il/
lam commoueri & tremere quo motu tremoreue & mutare uideantur & corruere De terræ tremore uaria
ædificia,tam clarum ut qui non credant,ſuo periculo ſæpenumero experiantur.Cur
autem id fiat uarii uaria.Thales & Democritus cauſam referunt in aquam.Anaxi/
menes ſiccitatem & raritatem terræ putauit cauſam eſſe ipſorum terremotuum,& il
la fieri auctiones & exceſſus aquarum ut quibuſdam relatum:quanq̄ aliter eam opi
nionem referat Seneca in Sexto quæſtionum naturalium.ſicuti & alia pleraq;.Ana/
xagoræ placuit in aerem cur terra tremeret eſſe querendum. Alii in ignem cauſam
motus ipſius placuit referri,quod memorat Seneca:qui ab Ariſtotele & Theophra/
ſto non ut græcis uiſum(inquit)diuini tamen & dulcis eloquii uiro & nitidi ſine la/
bore,non uidetur omnino abhorrere,in æſtimanda motus terræ cauſa.Si uero ſtoi/
cos interroges unde tremor terris,utiq; reſpondebunt concuſſionem illam eo eueni
re ꝙ humor qui eſt in terra diuiditur & ſecedit in aerem atq; excidit.At ſi roges pe/
ripateticos quid nam cauſæ eſt uti terra & moueatur & contremiſcat? propter fri/
goris concurſum reſpondebunt undecunq; collecti:callidum quippe fumum cui
cum frigore pugna perpetua eſt.feſtinare,ut ſuperiora contendat ut poté le/
uem:eius autem repagulis aduerſam exhalationem obſiſtere & excitare commo
tionem.Metrodorus aduerſa incedens uia terram commoueri nō putat naturaliter,
quoniam nullum corpus proprio in loco moueri exiſtimat,niſi quis aut trudat
illud aut trahat:Sed eius aliquos locos ab aliis impelli.Parmenides atq; Demo/
critus propterea ꝙ equaliter ab omnibus partibus diſtet,manere illam uolunt,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

minimeq; moueri, ſolum uero quaſſari. Anaximenes ob latitudinem incubare. Alii malunt eam ſuper aquam moueri non ſecus ac quæ latitudine pollent, & inſtar tabulæ quæ per undas motatur. Plato abnuit motum terræ per omnem differentiam poſitus, cum nec ſupra, nec infra, nec ante, nec retro, nec dextrorſum, nec ſiniſtrorſum agitetur, quoniam omnium ſit infima: Aliquos autem eius ob raritatem locos annuit commoueri. Epicurus etiam non nihil aeris & aquæ miſcet ut exciter motum.

De Mare et eius motu q̃ uaria.

Cæterum de mari quod terram circumluit qualis quæſtio? de ſapore, de fluxu atq; refluxu. Nanq; putauit Anaximander Maria eſſe primæ humiditatis reliquias quarum magnam partem exuſſerit ignis & tranſmutauerit exuſtione reſiduum. Anaxagoræ uiſum eſt cum ab initio ſtagnaret humor, conſumptam eius eſſe partem ſolaris itineris frequentia, & eo quod pingue erat euaporato, reliquum in ſalſuginem & amariciem conceſſiſſe: Terræ ſudorem combuſtæ ob ſolis ardores exiſtimauit in cauſa eſſe, nec ab hac ſudoris opinione uſquequaq; abhorruit Antiphō. Aliter autem Metrodorus, aliter & platonici, qui elementaris aquæ partem quæ plurimum habeat aeris ob refrigerationem collectum, dulcē eſſe, partem uero quæ ex calfatione & inflammatione exhalationem perpeſſa ſit, uolunt contraxiſſe ſalſuginem: quam Xenophanes rettulit acceptam mixtioni terræ, ea coniectura, q; in meditullio terræ & in uiſceribus montium conchæ inueniantur, repertaq; ſit olim in lapidicinis ſyracuſiis piſcium & phocarum figura quædam, in pharo autem iſula lauri figura in profunditate ſaxi. Fluxum uerum maris Alii in ſolem qui uentos eleuet impellentes undas rettulerunt: qui uenti ubi poſuere, reſidat atq; refluat pelagus. A qua opinione nec Heraclitus abhorruit, Nec Ariſtoteles. Plato aliæ cauſæ rem̄ hanc acceptam uidetur rettuliſſe. Pytheas maſſilienſis incremento lunæ, maris auctionem, decremento minutionem aſſignauit. Timeus pythagoreus fluminibus in Athlanticum pelagus mittentibus rettulit cauſam aucti & imminuri Marini tumultus. Seleucus mathematicus terram miſcuit & lunam, ut cauſam inundati & exſiccati littoris exprimeret: Alii alia ut Picus patruus in quarto aduerſus Aſtrologos & nos etiam alibi rettulimus.

Io. picus

Sed enim de motu non ſolum fluentis & refluentis aquæ, ſed de omni quoq; motu corporum num magna & ſempiterna lis? motu inquā non uiolento & impetuoſo, Sed naturali: quando alii a generante & remouentē quod prohibet, alii a forma intranea, & ii omnes ab Ariſtotele dicunt ſe non recedere. Illi uero propria eius uerba citāt, ſed iis omnibus Ecphanti ſyracuſii aduerſatur opinio, affirmantis corpora non grauitate aut impetu ſed diuina poteſtate quam mentem & animam appellat moueri. Sed iam ſatis ſuperq; fortaſſis hac de re & de toto maiori mundo narratum eſt, nunc in minori mundo q̃ magnæ inueniant̄ philoſophorum diſſenſiones & rixæ referendum eſt nobis, primum de homine in uniuerſum, mox de anima, Itemq; de iis quæ ea cum corpore dicitur habere communia, indeq; de ipſo corpore tractaturis: ut poſtea de moribus & hominum fine q̃ pugnātia protulerint diſpiciamus.

De oī corporū motu q̃ uaria.

Quam uarię in uniuerſum de homine hoc eſt minori mundo, quid ſit, unde uenerit, quo mdat, philoſophorum ſententię reperiantur. Caput Tertiumdecimum.

HOminem eſſe qui dixerunt philoſophi,quid nam is eſſet homo ſine controuerſia non dixerunt,nam & fuere qui affirmarint animal eſſe rationale mortale,& fuere qui negarent:& fuere qui ambigerent.primam dogmarici qui dicuntur philoſophi opinionem ſecuti ſunt:ſecundam & tertiam cum noui academici tum ſceptici ſunt inter ſe partiti.Sed & Socrates præterea apud Platonem fatetur ſe neſcire quid ſit homo.Dubitat Democritus. Auxerunt Alii dubitationem oraculo pythio commoniti quo noſſe ſe quemq́ præcipiebatur. Meſenius Dicæarchus hominem ſe uidere dixit, animam prorſus abnuit, nullamq́ prorſus eſſe uiſum illi & Sextus & Alii dixere:dixit & Cicero, cum alibi,tum in ſecundo academico.quem tamen librum Auguſtinus in tertio academico ſub hortenſii nomine citat,ſententiam quæ ibi eſt ducens in medium,quam tamen & in academico & in hortenſio eſſe poſſe non nego. Contra alii ſolam animam hominem exiſtimarunt ut plurimi Platonis aſſeclæ.Inter ipſos etiam Dogmaticos non parua hæſitatio:nanq; ut præterea multa quæ hac de re ſecundo libro de logica inſtitutione ſcripſi,cum de arbore porphyrii quæſtio haberetur,illud certe conſtat ſi putamus Iamblichū uera narraſſe, q́ in homine ſpecies ab Ariſtotele factæ ſunt in libro de philoſophia pythagorica, cum ita ſcripſit Iamblicho ipſo referente: animalis rationalis aliud eſt deus,aliud homo,aliud ut pythagoras.quid igitur ſit rationale quo homo dirimitur a Diis,& a pythagora,non ſatis habetur apud ipſum.quid item ſit rationale quo dirimitur a brutis,adhuc apud philoſophos ſtatutum neutiq̃ reperi. Ariſtoteles & ſectatores multi,rationali & irrationali differentia diremptos a belluis homines uoluere.Anaxagoras tamen omnia animalia eſſe rationalia putauit,eo q́ actiuā ut ait rōnem habeant non tamen intellectum,& pythagoras atq; etiam Plato ſi Plutarcho audire uelimus rationales eſſe animalium quæ irrationalia uocantur animas affirmauit:non tamen rationaliter agere propter inhabile corporum temperamentum. Diogenes participare quoq; ea intellectili parte non dubitauit,& Archelaus uti proditum eſt ab Origene omnibus animantibus innatam mentem affirmauit.Sunt & qui rationibus quoq; ex eorum actionibus id probandum ſuſceperint apud ſcepticos: & extat liber Plutarchi ſub hoc titulo περὶ τοῦ τὰ ἄλογα λόγῳ χρῆσθαι.Certe ſatyros non modo uti rōne & legatione fungi, Sed & religionem colere Hieronymus,Antonio illo magno teſte,retulit i uita Pauli primi eremitæ.Itaq; aut ſatyrus hō eſt,& ſic hoium diuerſæ ſpēs,ut pote hō q ſatyrus ē,& hō q nō ſatyrus:aut ſi nō hō,ſed brutū,ſed bellua,tū bruta rōne pollebūt.aut ſi qd tertiū cōmentus fueris inter hominem & belluam,id certe ſi diuinis uiris credimus pollebit ratione.Sed a philoſophis gentium ad noſtros aſcendi:Reuertamur ad incœpta, illud affirmantes ab honorato verg.interprete ſanciri,nymphas authore Ariſtotele ſcias eſſe qdē,ſed mortales,ut fauni & panes,ſed hac de re ēt libro qnto longe plura, cū de definitiōe tractabimus. Cæterū ſit hō quodcunq; malint aial.Vnde nā uenerit, quo tendat hoc aial multæ ſunt diſcordeſq; ſniæ. Nāq; ut mittā,q́ alii terrigenas uoluerunt homines eſſe,q́ alii ſatos & ex Draconum dentibus ortos:poetica enim hæc & fabuloſa.ſed quæ philoſophi produnt q̃ uana q̃ pugnantia? ſunt qui ſempiternum dicant hominū genus:ut qui Ariſtotelis opinionē de mūdi ſecuti ſunt æter

Lib.auth. de logica inſtitutione.

nitate/plenamq; hominibus ſemper terram fuiſſe / ſemper plenam futuram autumãt. Sunt qui initium habuiſſe malunt & temporis ortum/atq; inter hos quoq; non parua lis. Alii primum in attica natos homines putant/ Alii in arcadia /in ægypto Alii/& aliter etiam ab aliis decernitur: ut eſt apud Cenſorinum inter diei natalis initia. Apud Ariſtotelẽ legi in tertio de generatione animalium quod riſu ne an cõfutatione ſit dignius / nondum ſatis conſtitutum habeo: primam hominum atq; quadrupedum generationem/ſi ea initium habuit/aut ex ouo aut potius ex uerme prodiiſſe. Sed enim fuere qui & marem & fœminam ex eadem regione ſimul educerent: Nec defuere qui mares e terra primitus pullulaſſe credant ad orientem/& meridiem: fœminas ad ſeptentrionem: Cui opinioni de generatione maris & fœminæ agens/aſſenſus eſt Empedocles. Refragatus autem Parmenides/ad boream mares/ad auſtrum fœminas potius ortas putauit. Ac forte ea de cauſa id putauit Parmenides/ qua etiam authore Ariſtotele ſecundo de partibus animalium libro/exiſtimauit mulieres uiris calidiores/argumento copiæ ſanguinis qua fiant menſtrua: eiuſq; opinionem aliis quoq; placuiſſe refert/diſplicuiſſe Empedocli. Anaximander uero referente & Plutarcho & Euſebio / hominem ex animalibus diuerſarum ſpecierum ortum affirmauit. Iã fœlicem quidam putarunt hoc animal/ ſiue mas ſiue fœmina: Miſerum alii/nec quem finem uitæ habiturum eſſet concorditer ſanxerunt. Theognides eſſe melius non naſci hominem exiſtimauit/aut natum quã citiſſime aboleri: cuius ſententiam græci quidam & latinorum plurimi ſunt imitati. Alii animal eſſe ad fœlicitatem natum maluere / Alii inter utranq; poſiti ſententiam expectandum uitæ finem docuere/quæ ſententia Soloni fertur accepta: quam ille fortaſſe uertit qui cecinit: Sed ſcilicet ultima ſemper expectanda dies homini/diciq; beatus ante obitum nemo ſupremaq; funera debet. At quæ nam ſit hæc hominis fœlicitas/maiores omnino & plures lites ꝙ quæ de lydiæ termino produntur/qua de re ſuo loco differemus cum de moribus & bonorum fine diſſenſiones referentur. Certe quo ad pertinet ad rem hanc pythagoreus Philolaus antiquorum theologorum & uatum uſus teſtimonio/ ſcribit animam tanꝙ in ſepulchro ſic in corpore ſepeliri/daturam pœnas. Pythagoræ quoq; circumfertur ſententia animam incorporeum eſſe Dæmonem/ peccato delapſum/& pœne cauſa in corpora relegatum: quorum opinionem ut puto imitatus in Cratylo Plato/quod nos corpus dicimus/σῶμα græci/σῆμα nũcupauit/hoc eſt ſepulchrum/in quo uidelicet anima collocaretur. Contraria tamen in tertio de re publica libro rettuliſſe uidetur/ſcribens corporis habendam curam animæ gratia/& harmoniæ per quam & uiuere dabatur/& recte uiuere. hoc autem noſtrum (ut inquit ſatyrus) uiuere triſte/nec quando finiatur ſatis norũt/ nec ſignum concorditer afferunt humanæ uitæ. Ariſtoteles ſenſu illam & motu concluſit: atq; iis duobus quæ uiuerent a non uiuentibus/tanquam ſignis euidentiſſimis internoſci putauit. Alii facere iſthæc duo ſatis ad diſcerniculum uel ex eo credere nequeunt/ quoniam ullus quandoq; non depræhenditur motus: ſenſus non ullus/in iis qui obiiſſe diem & exhalaſſe animam exiſtimantur: & paulo tamen poſt uitalem trahere ſpiritum dignoſcuntur. Certe Democritus (teſte Celſo Cornelio) uit iure magni nominis/ nullum eſſe putauit ſignum uitæ finitæ. quod & ipſemet Celſus in prognoſticis refert. quare quod anima reliquerit corpus aut non reliquerit utrũ internoſci queat/inter

Cenſorinus

Cõtra Ariſtotelem.

Varietas Platonis

p̃hos

philoſophos uiguit controuerſia.Sed iam de animæ ipſius controuerſiis agendū eſſe ipſe nos admonere locus uidetur in quem incidimus.

Quam magnę et q̄ multę inter philoſophos gentium de humana anima diſſenſiones et rixę.ubi oſtenditur q̄ magnas etiam hac de re diuinitus oſtenſa Chriſto gratias agere debeamus. Caput decimumquartum.

P Eracta quantum uiſum eſt propoſito operi expedire narratione,diſſenſionis philoſophorum multiplicis,de maiori mundo & eius partibus,Iamq; minoris mundi qui homo eſt diſſenſionibus multis in uniuerſum declaratis:Reſtat ut de eius partibus diſſeramus:Cumq; duæ & ſint & habeantur maxime & principales anima & corpus,ab anima parte utiq; digniori uidetur exordiendum.Hāc in homine alii unicam, Alii multiplicem fecere.Sed de hoc poſtea.de celebrata magis diſſenſione in primis id eſt de eius immortalitate(ſi placet)agamus.Atq; ut ab initio repetam, plurimi philoſophorum mortalis ne eſſet an minime?hoc eſt num cum corpore interiret? num maneret ſuperſtes?minime perquiſiuerunt.Primus traditur pherecydes ſyrus de eius immortalitate diſputauiſſe:fuere autem qui animam non cenſuerint a corpore diſcedere,ſed una animum & corpus occidere. qui uero non extingui animum putauere, Alii ſemper,alii diu permanere,alii ſtatim diſſolui exiſtimarunt. pherecydis auditor pythagoras immortalem quidem eam aſſeruit ſed uagabundam, quaſiq; deſultoriā ut quæ in diuerſa corpora & humana & etiam belluina tranſgrederetur,uicibuſq; tēporum uariis reuerteretur.trita hæc neq; apud philoſophos tantummodo,& q eius uitam ſcripſere græce,& qui de ipſius dogmatis diſſeruerunt,Sed etiam apud poetas decantata.Quam ob rem ille in eius ipſius perſona. morte carent animæ ſemperq; priore relicta ſede nouis domibus uiuunt:habitantq; receptæ. unde autem motus ad hæc deliria promenda pythagoras,ſubditur.ipſe ego nam memini troiani tempore belli panthoides Euphorbus eram,cui pectore quondam hæſit in aduerſo grauis haſta minoris Atridæ,Cognoui clypeum leuæ geſtamina noſtræ Nuper abanteis tēplo Iunonis in agris.ſed non Euphorbum ſe ſolum fuiſſe dicebat, ſed pleroſq; alios quos citat adamantius.Alios item atq; diuerſos quos & Clearchus & Dicæarchus & poſt eos Gellius nominauere Addita etiam Alce femina pulchra ſed meretrice.Hunc multi ſecuti ſunt in uana hac opinione tuenda inter quos Empedocles qui ſe & piſcem & fruticem fuiſſe olim ſuis ipſe carminibus cecinit,Atq; ēt ut puer & puella antea fuerit uoluit credi,unde eius illa uerba κούρος τέ κορή τέ ab qua opinione Plato neutiq̄ abhorruit,tam & ſi pythagoræ & Platoni Plutarchus id attribuat ut animam putarint,minime obnoxiam corruptioni.tanq̄ exeuntem ad uniuerſi animam atq; ſecedentem ad id quod eſt eiuſdem cum ea ſubſtantiæ. quam ſententiam tenuiſſe heraclitum prodidit Theodoretus in libro de natura hominis. Sed plato animæ diſtinctionem commentus partem eius quæ rationalis dicitur exemit a corruptione,& ſuperſtitē corpori fecit:reliquas interire ſiuit.ſic aliqui uoluere, Alii cōtra,Nam proclus quidem & porphyrius ſolam partem animæ rationalem uoluerunt eſſe imortalē,Cæteras corruptibiles.Xenocrates uero & Speuſippus ſenſitiuā quoq; imortalē eſſe cōtēderūt.Numenius aūt & Plotinus uegetatiuā pariter imortalē aſſeuerarūt,Anaxagoras & Diogenes imortalē eē humanā aīam ſimpliciter exiſtimarūt

Pherecydes.
Pythagoras
Theodoretus
Plato
Varietas iter platonicos

Aduerſam huic ſemitam & ſenſibus corporis mancipati & Democritus & Epicurus poſtea tenuit:animas omnino emori cum corpore perperam opinatus/ſequitur quē plurima turba non græcorum modo ſed latinorum quorum monumenta perierūt: præterquā Lucretii ſex libri magno adoleſcentium exitio ſeruati: quoniam bellui/nis opinionibus a primis annis imbuti facile religionem poſthabent:Adeo in tene ris aſſueſcere multum eſt.neq; enim rerum prouidentiam nec ſuperſtitem corpori fore animam ratus ipſe Lucretius uoluptariis hominibus in quodcumq; obſcenum facinus habenas laxauit.quod opus Epicureum ſcripſiſſe dicitur per interualla in/ſaniæ:ſed inſanior mihi tum uidetur fuiſſe cum ſcriberet & ſanus putaretur. quoni/am extreme eſt inſaniæ ſanam Epicuri multis de rebus & de anima potiſſimum ſen/tentiam crediſſe.Stoici mediū fere ſunt inter eos quorum explicuimus ſententias: nam & ſuperſtitem corpori animam credunt:ſed non ſemper:Debilitari enim & pau latim perire quæ ineruditorum ſunt:quæ uero ſapientum uſq; ad uniuerſi confla/grationem perſeuerare:ſi quidem minime deſiuerunt a citieo Zenone qui arbitra/tus fuerat humano parentum ſemine tranſfundi animas in prolem/ quapropter id ſequebatur futuras obnoxias corruptioni:tā & ſi dictus ē quandoq; exiſtimaſſe hu manam animam non corrumpi.Panætium autem quanq̄ ſtoicum ab aliis diſſentire ſtoicis legimus:nec mirum:quando etiam ea inter ſe ſecta conflixit.Alii enim uirtu/tem ſolum bonum/alii præter uirtutem alia bona ut Ariſton & Antiochus & Alii a Cæteris diſſidentes:beatiſſimam a beata uitam dirimebant.Sed redeo ad panætium mirum aliis in rebus platonis laudatorem/eum tamen ipſius de animæ immortalita te ſententiam non probaſſe author eſt Cicero.q̄q̄ animū a mente diſtinxiſſe panætiū uidetur uelle.Certe aduerſus communem illam ſtoicorum uanam utiq; & impiam opinionem inuectus eſt & pythagoreus Numenius:& Platonicus Lōginus/Animam inquit ille & generatam dicunt & corruptibilem/non tamen a corpore ſolutam ſta/tim corrumpi:ſed immorari circa ipſum:diuerſæ tamen quoniam inſipientium ani/mæ quibuſdam temporum ſpatiis perdurēnt/hominum uero uirtute præditorum ad ūſq; rerum omnium in ignem reſolutionem.Addit Longinus/Zenoni quidem at q; cleanthi iure quiſpiam ſubiraſcetur de anima q̄ contumelioſiſſime diſputantibus ambo enim illam ex ſolido corpore ἀναθυμίασιν dixere.hæc ille & platonice quidem & pie.Sed inter platonicos non parua lis ſupra enim oſtēdimus inter proclum por phirium alios eius ſectatores non conueniſſe.præterea uero noſcendum eſt contro/uerſias quoq; alias uiguiſſe:aliis aſſerentibus affirmatam a platone ingenitam eſſe animam & incorruptibilem/ratione ea ad ſtipulante: quoniam ſemper mobilis eſt ſemperq; non modo ſe moueat/ſed motus omnis fons atq; principium:Contradicēti bus aliis atq; contendentibus Platoni uiſum incorruptibilem quidem animam/ſed generatam:& ipſam immortalitatem dei uoluntate conſecutam.Nec defuere qui & generatam dixerint & corruptioni obnoxiam a Platone exiſtimatum/eandemq; cō poſitam ſanxerint:Adducunt crateremillum cuius plato meminerit i quo ſit anima conflata & corpus illi nectunt & copulant non terroſum & graue ſed tenue & luci/dum atq; ut illi ipſi dicūt αὐγοειδὲς.cōtraſtāt multi docētes neutiq̄ id a Platone po/tuiſſe exiſtimari.ut q iudicia poſt mortē conſtituerit & pœnas & pmia.q ſane mihi uidenẗ platōice magis loq. Apud eū.n.i gorgia ſocrates.neq; inqt uiuere hic q̄tūcū q; tpis optandū eſt uiro q uere ſit uir.neq; hæc uita amanda eſt/& in eodem dialogo

Cōtra Lucretium.

Numenius

Longinus

Quam uarię ſniię qd Plato de aia ſenſerit.

Opinio authoris.

Socrates, nam mori quidem nullus formidat niſi rationis expers & ignauus, iniuſte
autem ſe gerere formidat. multis enim peccatis refertam animam ad inferos deſcen
dere extremum oium eſt malorum. In libris quoq; τῆς πολιτείας latini libros de Re.
publica uocamus, clariſſime uidetur ſcribere de animæ immortalitate, & pœnis quæ
poſt mortem manēt ſceleſtos homines. in primo enim operis eius, timoris. meminit
quo affligantur ante mortem, qui iniuſte alios homines affecerint: in decimo uero
eiuſdem, pœnas refert Aridei tyranni, atq; aliorum quorum animæ infernis ſubter-
raneiſq; in locis cruciabantur. Nulli autem dubium quin platonicorum caterua me
liorum, immortalem Platoni animam creditam eſſe cenſuerit. Sed inter hos alii tranſ
migrationem ab illo poſitam rentur, & pythagoream Palingeneſiam ſtatis quibuſdā
decretiſq; temporibus. Reſiſtunt alii aſſeuerantes, docuiſſe Platonem ſortiri animas
loca firma pro meritis, eiuſq; ipſius uerbis utūtur loco firmiſſimi teſtimonii: quibus
explicat alios cum Ioue futuros. alias cum aliis Diis, contra alios in pœnis manſuros
ſempiternis. Alia quoq; de aīa & non parua inter platonicos lis, unde nam ueniret
ī corpus, a ſummo Deo prodire illam uetuſtiſſimi putauere. Alii eius eſſe portionē.
Alii a ſummo creari Deo. Alii ab aīa mūdi. & eorū q creatā putarūt, alii ante corpus
uoluē creari ita ut extaret ipſa per ſe ſe, mox ingrederetur corpus, uel ad expianda
prioris uitæ facinora, ut qui pythagoræ placitis hæſerunt, uel ad luenda ſupplicia,
quæ ipſa luere nequiret incorporéa, atq; iis creditum animam ſubſtantiam eſſe per
ſe ſe corpore ab iūctam, nec egere corpore. Ariſtoteles de anima rationali ita obſcu
re locutus eſt ut adhuc quid de animæ ſenſerit immortalitate magna ſit diſceptatio.
Antiqui noſtræ religionis ſcriptores, & ex gentibus aliqui, cenſent Ariſtotelem pu-
tauiſſe rationalem animam eē mortalem. Iuniores immortalē. q̄q̄ nec deſint qui an
tiquorū tueant̄ ſniam, qua de re agemus cum de incertitudine ipſius Ariſtotelex do
ctrinæ maxīeq; libro huius operis quarto & Sexto diſputabimus. quid autē ipſi ſen
tiamus de opinione Ariſtotelis, in commentariis in tertium eius de anima librum
indicauimus. Vbi q̄ diuerſe ab Alexandro & Auerroe ſit intelligendus aperit, quan
do ille mortalem hic unicum ab eo doceri intellectum contendit: uterq; uane uterq;
impie. nec deſunt noſtra tempeſtate qui blaterent eorum opinionem ſaltem ſecun-
dum philoſophiam ueram eſſe. quaſi Auerroys & Alexandri ſchola ſit uniuerſa phi
loſophia, & quaſi uerum poſſit eſſe aduerſum uero, quorum errorem etiā nuper Leo
decimus Pont. maximus in Laterano concilio condemnauit, anno a Chriſtiana ſalu
te tertio decimo ſupra milleſimum & quingenteſimum, quarto decimo Kalē. Ianua
rii octaua inſeſſione, in qua & ipſe ſedi, & pronunciari decretum ipſum uidi. Sed de
hac re alias. Nunc ad opiniones diuerſas redeamus, non in ipſa ſolum immortalita
te, ſed in ipſius quid nam ſit, declaratione diſcordes. Thales primus appellauit ani
mam naturam immobilem. alchmam per ſe mobilem: q̄q̄ & hoc putauiſſe thaletem
Plutarchus eſt author. Pythagoras numerum ſeipſum mouentem cui Xenocrates
conſenſit: At numerum pro mente cœpiſſe dicitur pythagoras. Plato ſubſtantiam
intellectam ex ſe ipſa mobilem, & ſecundum Harmonicum numerum motam. Ariſto
teles Entelechiam primam, Corporis naturalis, poteſtate uitam habentem. Ente
lechiæ uero ſiue endelechiæ uocabulo ab ipſo authore primitus conflato, actus &
perfectio quædam ſubſignatur: atq; uti placuit Ciceroni ſub nouo uocabulo
quaſi continuata motio & perennis expreſſa eſt, itam & ſi de ea alibi loquens

Quā obſcure Ariſtoteles d̄ aīa ſcripſerit

Auth. cōmētariū in tertiū ariſtotelis de anima

Cōtra nōnullos

Leo decimus

Quid ſit aīa q̄ uaria et pugnantia.

Thales

Alchmam

De Ariſtotelis entelechia

quinta inquit, illa non nominata magis q̃ nõ intellecta natura. Dicæarchus nihil õi no eſſe animum docuit: q̃q̃ ſub pherecratis phthiotæ ſententia id putari poſſet quiſpiam illum expoſuiſſe, motus Ciceronis uerbis in prima Tuſculana. Sed & ipſe Cicero ita illum ſenſiſſe ponit, & ipſo opere procedente librorum eius qui leſbiaci dicerẽtur mentionem faciens, affirmat illum acerrime contra imortalitatem diſſeruiſſe. & in ſecũdo academico queadmodum ſupra dicebamus Dicæarchi refert opinionẽ, cui uiſum ſit nullum eſſe animum. Galenus in libro de phica hiſtoria & aliqui græci autores referunt Dicæarchi de anima ſententiam aut eandem prorſus aut certe non abſimilem. ac ſine ulla dubitatione Sextus pyrrhonius ſcribit nullam eſſe animam a Dicæarcho exiſtimatum: quare in ea nuncupanda & finienda laborẽ ſibi ſumere gratis noluit. At Plutarchus Dicæarcho ſcribit placuiſſe nuncupare animam elementorum quattuor Harmoniam. quam ſententiam non Dicæarcho ſed Clearcho Theodoretus ad ſcribit. Nec abhorruit ab hac finitione medicus Aeſclepiades, opinatus animam ſenſuum eſſe mutuum exercitium. Philoxeno placuit harmoniam nuncupare. Cor alii dixere animam. Empedocles corpori ſuffuſum ſanguinem uti ex eo refert Cicero. Alii Cerebri partem. Sed alii in corde, alii in cerebro collocarunt. Zeno ignẽ appellauit. alii ſpiritum maluere, unde anima & animus: ἄω. n. ſpiro unde & ἄνεμος uentus. qui omnes fere q̃q̃ diſcordes in hoc unum tamen conuenire uiſi, ut aut incorporea penitus eſſet anima, ut qui numerum eam dixere & actum corporis & ſubſtãtiã intellectilẽ, aut ſaltem non ſolidum corpus ut qui harmoniæ uſi ſunt nomine, & ſpiritus. Sed non defuere qui corporeã putarint uti Archelaus & ante illos Anaximander, Anaximenes, Anaxagoras: quibus omnibꝰ placuit eam aerea finire natura. eos aũt forte Varro ſecutus eſt, qui referente Firmiano ſcripſit aia eſt aer conceptus ore deferuefactus in pulmone, tepefactus in corde, diffuſus in corpus. Igneam uero Parmenides & Hippaſus animam putauere. Democritꝰ maluit igneam eſſe mixturã ex iis quæ ratione compræhendi quirent, quæ quidem haberẽt ſphæricas Idæas, Igneã uero poteſtatem ita ut corpus deniq; eam eſſe putarit. Heraclitum Alii nihil a Parmenide & Hippaſſo uolunt abhorruiſſe, Sunt qui malint eum exiſtimaſſe mũdi animam eorum quæ in ipſo ſunt humorum euaporationem, atq; ita animalium omniũ animam ab extranea & intranea exhalatione deduxiſſe. Stoicorum multi ſpiritalem dixere multo participantem calore. At ad lucem in ea expendenda ſe ſe contulit Heraclides. Alii de ſydereo quodam afflatu deriuari uoluerunt. Epicurus ex quattuor quibuſdam qualitatibus, ignea, aerea, ſpiritali, & alia quam neſciuit nominare, mixturam quaſi pultem conficiens compoſuit animam. Empedoclem alii non uti Ciceroſed ſimpliciori ex mixtione cõfeciſſe animam dicunt, Atq; ex æthera illã & aeria ſubſtantia conflauiſſe. Critias ex ſanguine & humore compoſitam maluit, quem forte Maro imitatus cecinit purpuream uomit ille animam. q̃q̃ ut poetæ ſolent modo hanc modo illam cœpit ſententiam uariando & ornando poemati cõſentaneã: quare ſæpenumero de anima & pythagoricæ quoq; ſenſit & Platonice. In animæ quoq; numero multa diſcordia, nam unam alii, nonnulli plures uoluerunt: tres multis eſſe placuit, unam quæ uegetum redderet corpus captando alimentum, augendo, generando. aliam, quæ ſenſile redderet, tertiam qua intelligens homo fieret. hãc ꝑpriam eſſe hominis, ſecũdam cum brutis eſſe cõmunem, aliam cum plantis quæ aialia dici uoluerunt, & Empedocles & Plato, ſi Plutarcho ſtamus, noluit Ariſtoteles. ſed aiam

De nũero aiarũ quãta diſcordia.

tamen

tamẽ habere non negauit & nũcupauit animata. At qui tres fecere, eas disclusere locis, & capiti, & præcordiis, & hepati suas dedere, fuere qui, unam dũtaxat in homine poni animam arbitrarent, quæ nihilominus aliarũ obiret animarũ officia, eaq; in se se clauderet, atq; inter hos quoq; magna discordia, portaret ne secũ abiuncta corpore uirtutes illas iferiores? an magis hæ cũ corpore simul corrũperent uti supra diximus apud platonicos dubitarũ? eaq; postea cõtrouersia ad posteriores nõdum satis terminata manauit. Cæterum & q unã dixere aiam, in ea diuidẽda nõ secus bellãt ac milites in partienda præda. sunt qui eam sibi optent integram. sunt qui bifariam dirimi uelint, nec desunt qui triplici dissectione utendum putent. Adsunt & qui omnibus reclamantes octo in partes dilacerandam malint. uetustiores philosophi unã sibi habere animam contenti, reliquis nuncium remisere. plato tres accersiuit. Aristoteles unam quæ reliquas potestare quadam & uirtute contineret, ut quæ sentiendi & uegetandi corpus obiret munia: quoaduero pertinet ad intelligentiam, inter peripateticos multa dissensio, & quãtum etiam pertinet eo ubi scilicet a corpore separata fuerit, quid nã fiat de inferioribus potestatibus? Sed enim antiqui illi qui unam dixere, eam sibi integram habere præoptantes, sibi nullo pacto sunt partiti: pythagoras & Plato duas animæ fecere partes. id quod rationale dicitur, & quod irrationale, atq; hoc bifariam dispescendum putauere, ac alteram partem irascentiæ uocabulo nominarunt, alteram concupiscentiæ nomine signarunt. Rationalem Democritus & Epicurus amplexi, non abdicandum etiam existimarunt eam quæ ratione careret. Xenocrates in sensilem & rationalem partem seiunxit animã. Aristoteles quinq; numerauit partes potestatesue, appetitricem (ita dicere liceat) nutricem, sensitricem, motricem secundum locum, intellectricem. Pythagoræ successores quinq; & ipsi partes, non tamen easdem assignauerunt. ut enim ex quinq; rebus humana corpora constituerunt, quattuor uidelicet elementis, & corpore æthereo, ita cuiq; eorum suam animæ particulam indidere, quorũ hæc fuere noia, prudentia, intellectus, sciẽtia, opinio, sensus. Stoici uero in ptes aiam diuidendã arbitrati, unicuiq; sensuum suam tradidere portionẽ, uisui, auditui, odoratui, gustui, tactui, & præterea sextã uoci particulam, septimam seminali potestati, octauam principi parti hoc ẽ rationi, qua cæteræ mouerentur, non secus ac a pisce polypo sui illi cirri multiplices. ubi uero principalis animæ pars resideret ut in regia, tam diuersa philosophi protulerunt q̃ qui maxime. Democritus, Hyppocrates, Plato eam in cerebro collocarũt. Erasistratus circa cerebri uentriculum quod uocat ἐπιμεανίδα. Herophilus in cerebri cõcauo quæ & basis est. Straton in parte frõtis interiori. Parmenides & epicurus in toto pectore sitam putauere. Empedocles & Aristoteles in corde. Stoici itidem in corde uel in spiritũ circum cor. Diogeni placuit eam in arteria cordis concaua quæ spiritalis est, manere. Inueni & qui dicerent Empedoclem in constitutione sanguinis illam posuisse. Alii circa cordis membranulam sitam maluerunt. Alii circa cordis collũ morari cẽsuerunt. Alii in toto corpore maluerunt ita, ut mentis locus esset nullus sed p totũ corpus sparsa discurreret: qđ placuisse Xenocrati Firmianus ẽ author. Nec defuere q eã in septo qđ Diaphragma dicit a græcis collocarint. Pythagoras uitalẽ partẽ circũ cor, rõnalem circa cerebrum reponi maluit. Alii ex iunioribus quos refert Plutarchus, à capite ad septũm usq; portendi uoluerũt. unde nil mirum si posterioribus quoq; temporibus de cerebri & cordis primatu dissentit ab Aristo-

De pricipali sede rõnis q̃ta discordia.

tele Galenus pergamenus medicus & Alexander in calce ſui de anima libri, pro cordis primatu multa diſcuſſerit, etiam ad diſſectiones uſq; animantium afferendas deſcendens. Horum diſcordias componere ſatagens Auerroys ruſticorum arbitrum inſtar ſe ſe geſſiſſe uidetur, partem huic partem illi concedens, & ita dirimens cōtrouerſiam, ut ab alterutro non ſtaret, & ſecundū alterutrum litem non daret, minia uidelicet operationum cordi, fines cerebro dilargitus. Cæterum nec exiſtimes conueniſſe uniuerſos, ipſam animam eſſe incorpore cuius diceretur anima. Alii enim circa corpus eſſe, Alii in ea ipſa corpus collocarunt. Sed enim fuerunt qui intellectum dicerēt ita animæ coniunctum, ut pars toto coniuncta eſt, & affectiones quæ dicuntur inſeperabiles, rei ipſius eſſentiæ cuius habentur & ſunt affectiones. Fuere qui diuerſum omnino cenſerent, Nec omnes tamen hac in re etiam concordes, nam alii id quod intellectum dicimus, animæ ipſius intellectum eſſe uoluere, unde & anima intellectrix ſiue intellectiua nuncuparetur: quam opinionem Ariſtoteli adſcripſerunt multi ex noſtris theologis, qui Pariſienſium cognomen ſortiti ſunt, ut pote apud pariſiorum uerſati ſcholas & eorum more ſcribentes, Thomam dico Aquinatem, magnæ uirum doctrinæ & titulo ſanctitatis inſignem, & Io. Scotum, & Alios complures. Aduerſam uero ſemitam calcauit Auerrois, exiſtimans intellectum alterius eſſe naturæ, & quādam ſeparatam ab anima ſubſtantiam, Sed nec in hac re conſenſio, quandoquidē ille unum omnibus hominibus itellectum putauit aſſiſtere, Alii ſingulos ſingulis hominibus datos maluerunt. Ac notior eſt apud mediocriter etiam Eruditos, q̄ ut probari debeat q̄ta in Auerroē a noſtris cōmota ſint prœlia, ita ut dicato opere multi eius de unico intellectu opinionē refutarint & præcipue Thomas Aquas, & ægidius Romanus, ambo uiri præcellentes, ille etiam numero cœlitum adſcriptus. q̄q̄ & iter multos theologorum non qua theologi ſunt, ſed qua ſunt Ariſtotelis interpres nō conueniat ſuper illa Ariſtotelis ſententia, ſeparatur hoc ab hoc, tanq̄ perpetuū a corruptibili. ſi quidem animam intellectiuam cum diſcedit a corpore gerere Alii ſecum uolūt (ut iam præmonuimus) quadam quaſi in radice omnes ſenſilis animæ poteſtates, quas alii corrumpi uolunt. Sed non eſt hic locus hac de re agendi, ut pote qui de gentiū diſſenſionibus dūtaxat agamus. quare ad priſcos reuertamur philoſophos, inter quos pythagoras & Plato uoluerūt id quod intellectum dicimus aut mentem. Græci νοῦν diuinam quādam eſſe particulam, quam neutiq̄ Ariſtoteles corrumpi uoluit. Atqui & inter eos qui primas intellectui conceſſere non eſt conuentum, quo pacto is ſe ſe ad inferiores haberet poteſtates: alii enim principem abſolutæ poteſtatis eum cōſtituerunt, uti pro arbitrio regeret affectus omnes. Alii neceſſitatis ſeruū eſſe maluerūt & ſubiecerūt parcis, & fato, & a rotatiōe cœleſti nō exemerūt. Quibus acerrime reſtitit Plato, uolēs oīno oi libertate aīam eſſe donatā, pricipēq; & dominā affectionū & perturbationū oīum: atq; in eius eſſe poteſtate cōſtitutū flectere quocūq; uelit: uincere aut uinci malit: qd' clariſſime in legibus declarauit, ſcribēs primā eſſe & optimā uictoriarū oīum ſe ipſum uincere, uinci aūt & turpiſſimū & peſſimū, ſic inter ſe phi de ſua ipſorū aīa & rixantur & pugnant, ut hinc ſicuti aliis ex multis ſi nō magis innumerabilibus excitari debeamus maximas ad agēdū gratias Chriſto deo & homini: q nos & aīæ imortalitatē docuerit, & ſuæ dogmatis eccleſiæ creari humanas aīas a Deo ſimul & infundi corporibus quorū ſunt formæ, declarauerit, eaſq; p bene actis æterna præmia, pro ſceleribus ſupplicia ſempiterna recepturas.

Auerroys inſtar ruſticorū arbitrum.

Vbi aīa; quot diſſenſiones,

Nota lector.

Diſſentire

Diſſentire philoſophos genium apertiſſime ſuper animę functiōibus atq; muneribus cor
pori communicatis. Caput decimumquintum.

SAne putandū quoq; nō eſt/ q in ipſa aīa fuere diſcordes/eos in affectioni
bus eius cōſentire/& functiōibus corpori traditis.ſenſum quē ſenſorii ꝑ
ceptionē/cōceptionē alii dixere/fuere qui animæ/fuere q & animæ & cor
poris ꝓprium exiſtimarint/eumq; multifariā diſcreuerunt noīaueruntq; *De ſenſu diſcordia.*
philoſophi.Nam ſenſu & habitus & poteſtas & actus & phantaſia per ſenſorium cō/
præhendi dicitur a ſtoicis.Rurſum & ſenſoria quoq; dicuntur ſpiritus intelligibiles
a principali animæ parte ad organa protenti:Epicuro placuit ſenſum eſſe poteſtatē
ſenſitiuum autem eſſe quod ipſe uocat ἐνέργημα.Plato corporis & animæ cōmunio/
nem putauit ſenſum eſſe.quo ad pertinet ad extranea.poteſtatem ſi quidem & uirtu
rem animæ:inſtrumentum uero corpori dedit ita/ut ambo intermedia phantaſia eo
rum quæ ſunt extra captatricia fierent.Leucippus & Democritus ſenſum & intelle/
ctionem incidentibus quæ extrinſecus iacent rerum ſpectris ſimulachriſue/fieri pu/
tauerunt.Sed ſint hac in re ſi placet concordes,nam poſtea cōuenient ut uerus ſen
ſus ueraq; & ſit & habeatur phantaſia:Stoici ueros qūidem putant ſenſus:uiſiōes au
tem ſiue imaginationes ſiue phantaſias dicere malueris non omnes eſſe ueras arbi/
trantur/Sed pleraſq; falſas.Contra Epicurus tam phantaſiam omnem q̄ ſenſum ueri
tate pollere ſanxit/Sed opinionum alias ueras putauit eſſe/alias falſitate labare . At
ſi ſenſus deciperetur quo ad ſpectat ad intellectilia dūtaxat/phantaſiā & quo ad hæc
& quo ad ſenſum pertinet/poſſe decipi exiſtimatum eſt.Empedocles & Heraclides a
cōmenſurationibus meatuum particulares fieri ſenſus uoluerunt/tum.ſ. cum unum
quodq; proprio ſenſui aptatum fuerit.Ariſtoteles decipi ſenſum putauit ſi circa cō *Cōtra Ariſtotelem.*
mune obiectum/& quod ex accidēti opponat,non aūt ꝓpriū ſit/aut ſi maiori q̄ opus
eſt interſtitio diſtet.Sed hac de re qūinto maxime huius operis uolūmine uerba fiēt/
cū monſtrabit aliis falli ſenſum modis q̄ q ſint ab Ariſtotele numerati/nec eius iudi
ciū ſolidum & cōſtans quēadmodū ille autumauerat haberi debere/quare de his ſuo
loco/nunc quod inſtat agamus.De cōi ſenſu diſſerēs Ariſtoteles/Magno utiq; Vir īge *De ſenſibus interiorib9 cōtrouerſia.*
nio maioreq; ut opinor & iudicio & aſtu/cū aīaduertiſſet/in oculo uerbi cauſa q̄ſtio
nem & iudicium non fieri de rei uiſilis magnitudine & paruitate/ſed coloris dūtaxat
diuerſitatem excipi/putauit id/ſenſum ad alium/non qui eſſet ex quattuor aliorum
numero/guſtu.ſ.olfactu/odoratu/tactu/ſed comuniorē ꝑtinere/cuius partes eſſent re
rum cōpoſitatū diſcernicula: quare non ſextū addidit/ſed cōmunem & ſuperiorem
ei conſtituit/cui diuidendo poſt Ariſtotelem multi inſudarunt:partiti enim ſunt in
teriores ſenſus ita/ut quinq; iam ſint apud multos/magis ut numero extrinſecus po
ſitis ſenſibus reſpondeāt/quā ut ulla cogat neceſſitas.Nam & phantaſia & æſtimatio
& eiuſcemodi ſenſus intranei a poſterioribus introducti ita/ut etiam Auicennæ tri/
buāt diſſidium imaginationis & phantaſiæ quas tame ille in libro de uiribus cordis
differre nō cēſuit oēs ſub uno ſenſu cōi reponunt a peripateticis antiqs/qđ & i The
miſtii & Alexandri monumentis licet animaduertere/diuerſo & nomine & officio,
non re ipſa/communem ſenſum dirimentibus. de cuius quidem ſenſus intrinſecus
poſiti ſiue ſede ſiue regia multa diſſenſio/nam fueſre qui in corde/fuere qui in
cerebro collocarint/& eorum qui plures fecere ſenus intraneos/alii alios cerebri

uentriculos,aliaſq; cellulas & receptacula ꝑ eis excipiēdis & meditati ſunt & a natura conſtitūta eſſe,& per corporū diſectiones monſtrari contendunt. Democritus autem non tot in hoie ſenſus putauit eſſe.Sed affirmauit pluresq̄ q̄ putarent uulgo in eſſe,& irrationalibus aiantibus & Dijs & ſapientibus datos.Cuuſi deos ibi accepit cœleſtia corpora,multi platonici & ex peripateticis aliqui libenter ad ſentirent,ut monſtratū a nobis ī cōmētario in tertiū Ariſtotelis librū de aīa.Verū & de uno quoq; extrinſecus poſito ſenſu multa diſſenſio.Democritus & Epicurus īncidētibus Idolis ſpectrisue aut ſimulachris rerū putarūt uiſionē cōtingere,radiorū quorūdā obiectu:q̄ ubi īciderint obiectæ rei rurſum ad uiſum reflectant.Empedocles ſpectris & imaginibus uiſæ rei radios admiſcuit.Hipparchus radios uoluit ab utriſq; oculis emitti & ad uſq; illorum terminos extēdi.Scio adhuc inter platonicos & ꝑipateticos uigē cōtrouerſiā an extra mittēdo,an ītus ſuſcipiēdo uiſio cōtingat,hoc Ariſtoteli, illud adſcribit platoni cuius ēt illa circūferri ſolita:genus quoddā ignis ut ait Gellius luciſq; de oculis exire,idq; cōiunctum cōtinuatūq; uel cū luce ſolis uel cū alterius ignis lumine,ſua ui & externa nixū efficere,ut q̄cūq; offenderit illuſtraueritq; cernamꝰ.Stoici emiſſionē & ipſi radiorū ex oculis,ſed ſimul aeris intētionē ī mediū adduxere. Multiplicata ē etiānū in ſpeculi uiſiōibus cōtrouerſia q̄ fieri putauit Empedocles ſecundū deflexū.Democritꝰ aūt & Epicurus ſpeculares apparitiōes fieri putarūt,ex ſimulachrorū ſubſtātiis q̄ a nobis qdē ferant,firment autē in ſpeculo ob reuerberationē. Pythagorei ſecundū refractiōes uiſus maluerunt.Ferri.n.uiſionē extēte uſq; ad æs,ꝑcedentē uero illā & incidentē dēſo corpori & leuigato retrocedere. Seneca prio naturalium q̄ſtionum libro affert de ſpeculis duas eſſe opiniōes.alii.n.inq̄t in illis ſimulachra eſſe putāt.i.corporum noſtrorū figuras,a noſtris corporibus cōmiſſas ac ſeparatas.Alii imagines aiunt nō eſſe in ſpeculo,ſed ipſa aſpici corpora retorta oculorum acie & in ſe deflexa.Poſtea ipſius libri decurſu:nihil.n.inq̄t iudicamus in ſpeculis niſi fallaciā eſſe,nihil aliud q̄ alienum corpus mētiētibus.nō.n.eſt ī ſpeculo quod oſtendit alioq̄ nō exiret,nec in alia ꝓtinus imagine obduceret,nec īnumerabiles mō interirēt mō excipent formæ,Q uid ergo.?ſimulachra iſta ſunt & uerorum corporū imitatio,hæc Seneca.Orta quoq; dubitatio num uideri tenebræ poſſet.?affirmāt ſtoici,ut pote cū illis uideat,ex uiſu quēdā ſplēdorē in tenebras exrēdi,neq; falli uiſionē ut pote q̄ uere uideat,tenebras eſſe.Sed alii nō id ꝑ ſe ſe ſed ex accidēti hoc ē lucis ca rētia id faterent.In auditu quoq; q̄ diuerſa audiuimꝰ ꝑhorū dogmata.? Empedocles illū fieri dixit excepto ſpiritu in auriculæ meatibus,quē dicit ſuſceptū iā in aurē,eleuari.Alchmeō auditū fert acceptū uacuo,qđ ſit auribus inſitū,& hoc eſſe id qđ reſonat,excepto ſpiritu:qm̄ uacua oīa emittāt ſonitū.Diogenes maluit aerē eē ī cāit,ut pote q in capite cū ſit a uoce uerberet moueaturq;. Plato & q eū ſecuti putauere aerē q remoret in capite ꝑcuti,ꝑcuſſum refrāgi,& diſſultare,atq; ita fieri ſenſionē auditꝰ. ſed moueat ne aer q foris ē ſono uel uoce diuerberatus,ad auditiōis uſq; ſenſoriū,diuerſi diuerſa ꝑdidē,nā ſunt q ſpiritaliter moueri dūtaxat & cieri auditū uolūt:putātq; nō aliter decreuiſſe Ariſtotelē.ſunt q eodē authore nixi & rōnibus ēt freti oportē cēſeāt ut ī auriū penetralia inq; ultios an fractus admittat aer.De ipa ueto uoce q̄.diuerſe ferant uoces nemo paululū eruditior uulgo nō nouit,qm̄ & grāmatici quoq; ī ea q̄ūq; finiēda diſceptēt,& dialectici nō nihil dictitēt,a nālibꝰ tū ꝑhis id mutuati.Putauit aūt Democritus aerē īcorpora eius figuræ penetrare,uerbi cauſa ſi rotūda fuerit

De nūero ſenſuū diſſenſio.

Commētariū auth.i tertiū de anima

De uiſu diſceptatio.

Duę de ſpeculis opiniones

An tenebrę uideantur.

De auditu diſſidia.

De uoce diſſēſiones

rit rotundis,ſi quadrata quadratis,atq; ſimul reuolui & aptari fractionibus docis:ſic
& graculus aduerſus graculum crocitare,& ſemper a deo ſimile ſimili aptari. In lit/
toribus ẽt ſcrupuli ſimiles ſimilibus,& ſuo quoq; mõ in aliis & ſphærici & ob lõgi.Pla
to uocem dixit eſſe ſpiritum per os a cogitatione deductum:Ab Epicuro proditum
eſt fluxum eſſe emiſſum a uocantibus uel a ſonantibus uel a ſtrepentibus:qui quidẽ
fluxus ubi conſimilibus figuris obuiam factus fuerit infrangatur,& cum ſimul au/
ribus inciderit,tum ſenſum auditus oboriri,atq; hinc patere ſatis poteſt:Gellium ĩ
quinto noctium acticarum non falſo retuliſſe,quid Democritus & Epicurus,de uo/
ce ſenſerint:quorũ opiniones ex aliis authoribus explicuimus. Anaxagoras uero ꝓ
didit memoriæ,fieri uocem incidente ſpiritu in aerẽ ſolidiorem,unde & ꝑcuſſio reci/
procaꝝ,& aduſq; aures ꝑferꝝ, qua de cauſa ẽt id quod echo ſolet appellari plane diſ/
ſultat.Stoici uoluere aerem non cõmiſceri ex diſtractis particulis.Corpus itẽ ne uox
eſſet an corporeum quiddã diſſenſere philoſophi.Pythagoras Plato Ariſtoteles ne/
gant uocem corpus eſſe:Stoici prorſus affirmant,illi mouenꝝ ꝙ aer illa ipſa non ſit,
Sed figura potius & affectio.Pro confeſſo autem & ꝑiudicato ſtoici uolunt,nihil age
re poſſe aut efficere quod non ſit corpus quare cum uocem imaginenꝝ(& falſo ut py
thagorei & platonici & peripatetici dicerent)agere quicq̃ facereue,auribus cum in
cidit:ꝓpterea corpus eã eſſe decreuerunt,Ictum aera,dum malunt eſſe uocem,q̃ ꝑ/
cuſſionem & deductionem aeris,inſtar aliorum.In odoratu quoq; decernendo diuer
ſe phi ſentiunt.Alchmeon eius ſenſoriũ collocauit in capite quo.ſ.tracto ſpiritu res — De odoratu.
odora ꝑcipiatur.Empedoclis autem ſententia fuit reſpirationibus,quæ a pulmone ma
nant odores diiudicari:Quo fieri uoluit uti non ſentiaꝝ odor cum grauis eſt reſpira
tio propter aſperitatem:uideriq; id liquido in iis qui defluxum pituitæ patiunꝝ. Ari
ſtoteles uero in corde odoratus ſenſoriũ poſuit.At in guſtu q̃ uarii phorũ guſtus fue — De Guſtu.
rint,ueterũ monumẽta declarãt.Si qdẽ putauit Alchmeõ humido & χλιαρῷ qđ eſt i
lingua,ob mollitiẽ ſecerni ſuccos.Dioclẽ uero ꝓdit memoria ſanxiſſe aliter & raritati
linguæ & mollitudini ſenſoriũ tradidiſſe,ꝓptereaq; nõnullas a corpore ad linguã ip/
ſam ꝑtẽdi uenas,& diſponi uolũt,q̃ diffuſos ad ſenſum ipm atq; ſenſoriũ attrahãt ſuc
cos,queẽadmodũ attrahit in ſe ſeq; admittit ſpõgia circũfuſos humores. Verũ de affe
ctiõibus aliis ꝑter ſenſum,deq; ꝑturbatiõibus corporis uaria litteris phi credidere.
Stoicis etenim placuit ſenſus excipi ꝓpriis in ſenſoriis,ſed affectiões reliquas ab ipſis
πάθη nũcupatas,Cicero ꝑturbatiões uertit,nõ i ſenſoriis ſed ꝓpriis i locis q̃ pariũ — De locis ſen
tur collocari.Tã hæc q̃ illa ꝓpriis excipi locis uoluit,Epicurus ut pote q̃ putauerit — tiendi diſcor
ſenſoriũ eſſe prorſus ipatile.Cõtra uero ſtraton ab iis oibus euariãs,oẽs affectiones — diç.
oẽſq; ſenſus,ad ſenſoria nõ ad loca q̃ quicq̃ ꝓpeſſa fuiſſent relegauit. An ſomniantes — De ſomno et
quoq; phos diſcordes nõ inueniemus:q uigiles & experecti tãtas cierint cõtrariarũ — uigilia q̃ ua/
tẽpeſtates opinionũ,ſunt q diſcerni ſomnũ a uigilia negẽt,qm multa quãdoq; & ſimi — ria.
lia & eadẽ ẽt i qbuſdã fiãt dormiẽtibus,q̃ ꝓpria ſint & habeanꝝ uigilãtiũ.ſunt q affir
mẽt diſcerni,ſed nõ cõcorditer.Alii.n.diſcretionẽ ſenſui,Alii uero cõcedũt rõni . Sed
quo pacto ſomniemus uniformiter,nõ declaraꝝ.Democritus in cã putat eſſe ſpectro
rũ ſimulachrorũue,atq; ut græce dicũt εἰδώλων ꝑſentiam.Straton irrõnali cogitatio
nis naturæ id acceptũ rettulit,q̃ in ſomnis ſit quodãmõ ſenſatior.Ariſtoteles i uapo
res aſcẽdẽtes & ubi humefacti frigidi & graues effecti fuerint deſcẽdẽtes,ſomnũ ret/
tulit,eũq; ſimilẽ epilepſiæ uoluit,& quodãmodo eſſe epilepſiam,quæ fit cum multus

ſpiritus ad ſuperna delatus fuerit/& inter deſcendēdū tūmefecerit uenas & meatus ſpirituum obturauerit. Alia Alchmeon/alia Empedocles/alia Diogenes/alia Plato/ & ſtoici commenti ſunt. nam & aer refrigeratus. & ſanguis/& remiſſio ſpiritus/ in cauſa eſſe dicuntur.

De inſomniis et eor ū cauſis ꝗ̃ uaria.

De inſomniis etiā multa quæſtio/quādo alii omnes ſomniare hoīes putent/alii minime oēs/multoſq; excipiant/ut uideri pōt apud Ariſtotelē in quarto de natura animaliū & apud Plutarchū in libro/de oraculorū defectu. de cauſa etiam inſomniorū multa lis. Herophylus alia inſomnia uoluit naturæ ad ſcribi/ Alia deo mittenti/nāq; putauit afformare ſibi animā/quod futurū eſt utile/& hæc uoluit fieri ſimulachris incidētibus/cum quæ uolumus ſpectamus in ſomnis: ſic & Vergilius an q amant ſibi ſomnia fingunt. Alia quæ deo inſpirante euenire uoluit/ neceſſario ꝓdire non dubitat. Hinc de diuinatione ꝑ ſomnum multa eſt orta diſſenſio/quā alii animæ diuinitati ferunt acceptā: eam uero Epicurus & Xenophanes ſubſtulerūt/ reliqt Ariſtoteles/ſed non clare ſatis/quid ea de re ſenſerit dedit intelligi/quoniā diuinationi ꝑ ſomnum nec acceſſit omnino/nec ab ea prorſus abhorruit. qui locus quoniā tractatus a me olim niſi fallor pleniſſime in libris de rerum prænotione/a functionibus aiæ ad corporis conſtitutiones eiuſq; partes & affectiones deſcendere iā poſſumus.

Libri auth. d̄ rerū ꝓnotiōe

In humano corpore cōſtituēdo/inq; ipſius affectōibus ꝓprietatibuſue decernēdis/inter gentium phōs etiā medicos miram diſſenſionem uiguiſſe. Capu Decimū ſextum.

HVmanū corpus poſt primā hominis conditionē conſtitutionēue/ſuꝑ qua diſcordes philoſophorū ſententias rettulimus. hominis enaſci ſemine fere oēs philoſophi conueniunt. Sed ex quibus fiat iſtud ſemē/& quid nam ſit & a quo depromaꝭ: Itemq; ab uno tantūmodo mare: an ēt a fœmina? Multa certe & magna lis. quæ duobus & eo amplius annorū milibus ſub diuerſis agitata iudicibus/adhuc ſine fine ꝑſeuerat. Alii ex quattuor elementis/alii ex quattuor qualitatibus ea cōſequentibus/& humoribus ex illis quattuor conſtitutis/cōponūt. Non defuere autē qui ex tribus cōponi dicerent/ut in iſagogico Galenus ipſe cōmemorat. tria porro illa numerabanꝭ/ſicca/humida/ſpiritus: qui quidē ſpiritus ſecundū antiquos in naturales & animales dirimebanꝭ/tertium ſtoici introducebāt habitualem: alii alia. Alchmeon cerebri partem eſſe ſemen putauit. pythagoras maluit eē optimi ſpumam ſanguinis/idq; quod ex alimento ſuperfluit generationi ſeruatū. Plato defluxum cuiuſdam medullæ ſic & ante hippon & alii cogitarant/ut eſt apud Cenſorinum. Alii ex carne & adipe deriuatum maluere. Ariſtoteles & in uniuerſum magis & caute quoq; magis locutus/id cenſuit eſſe ſemē quod in ſe ipſo cōmouere poſſet ad ꝑficiendū tale quiddā quale id eſt a quo excerniꝭ. & ꝗ̃ꝗ̃ inter geniturā & ſemen diſtinguat libro primo de generatione aīalium. & geniturā ſpumā ꝓcedente opere uocat/ſemen aūt excrementū/hoc eſt reliquias alimenti cenſet:/& partem utilis excrementi longa diſputatione colligit/tamen decima ꝓblematum particula in Alchmeonis ſententiā ꝓcliuis uideꝭ fuiſſe/cum ſcripſit uideri ſemen e cerebro ꝑ ſpinam labi. idq; argumento eſſe uoluit/ꝙ caſtrati boues maiora gerere cornua uideanꝭ/& mulieres & pueri non calueſcant. & in ſecundo de generatione aīalium ſimilē eſſe cerebro ſemen uoluit/qm̄ aquoſa eius materia eſt/& calor aduētitius. Epicurus dixit eſſe quod ab aīa & corpore ſimul euelleretur/ ipſum ab omni deduci corpore & principalibus maxime partibus exiſtimauit. atq; hinc etiam orta controuerſia/qm̄ a parti

De ſemine cōtrouerſię.

Ariſtoteles uarius i natura ſeminis declaranda

bus

bús corporis quod educit,corpus eſſe conuincit,ſed multi in corporeũ quiddam ſe-
men eſſe putauerunt.Alii quo ad uim incorporeũ dixere,quo ad materiã uero eſſe
plane corpus.Ariſtoteles eos q ab omni parte dixerunt ſemen excerni,non medio-
criter urget,eorũq; ad id ꝓbandum rõnes ſuper uehementia uoluptatis.ſuper mãcis
infantibus,quos manci.ſ.parentes generauerint,ſup ſimilitudine parentũ,quas na-
ti referãt,ſuper totius & partis ꝓportione maxime fundatas,acriter ipugnat primo
libro de generatione aialium.unius aũt ne uiri partes eſſent illud proiicere, & fœmi-
næ ſolæ partes,illud ipſum excipere.mira diſſenſio.Pythagoras,Democritus, hippo-
crates,Epicurus,& fœminã quoq; ſemen proiicere ſanxerunt.Ariſtoteles diuerſe de-
creuit,q̃q̃ ſunt qui uelint eũ idem ſenſiſſe inter quos Lactantius.poſt Ariſtotelẽ ue-
ro Galenus eo poſt habito ueteribus acceſſit.Aueroys poſtea hoc minime ꝓbato ſe-
ctatus eſt Ariſtotelẽ,omniſq; fere medicorũ poſterior caterua ſuper hac re & decer-
tauit olim & ad hanc diem plane decertat.Sed reuertamur ad ueteres. Ariſtoteles &
Zeno nouo quodã uſi comento ſunt.ut quod ſenſu quãdoq; perceptũ eſt,negare mi-
nime uiderent.Faſſi enim ſunt humorem quendã,nequaq̃ tamen ſeminalem manare
a fœmina inſtar ſudoris,qui ob exercitiũ excutitur,tã & ſi Ariſtoteles non uſquequa
q; diffiteat,aliquod ſemen a fœmina ꝓdire,nã quarto de generatione aialium ſemẽ
fœmine appellat,& ꝓcedente opere.menſtrua dicit eſſe ſemen incõcoctum, Hippon
autem prodidit non minus a fœmina q̃ a mare ſeminis effluere,atq; a uiris oſſa.a fœ-
minis uero carnem conſtitutũ iri.Ariſtoteles uero in ſecundo de aialium generatio-
ne,materiã,corpuſq; a fœmina miniſtrari cenſet:a mare aũt uim atq; animã ſenſilem
præberi.Porro marium in utero qui generent,cãm alii in ſemen in quo ipſa ſit ſexus
cõtrarietas retulere:inter quos Anaxagoras.locum ẽt matricis.dextrum & ſiniſtrũ
quoquomodo in cauſa eſſe uoluere:quãdo hinc fœminas inde mares ꝓficiſci dixerũt.
Alii maluere in uterum cãm referri:ex calido enim utero mares ex frigido fœminas
deduxere ſicuti Empedocles.cur uero ea ſit in uteris caliditas atq; frigiditas:in mẽ-
ſtruorum naturã retulere.Democritus in uterum quidem cãm reiecit,ſed non cali-
dum aut frigidum,At in quo ſemen obtinuerit:quod ab ea prodit parte qua mas &
fœmina interſe diſſentiunt:qđ & refert Ariſtoteles quarto libro de generatione ani-
malium,& longo ꝓgreſſu confutat,longoq; diſcurſu cãm ipſe refert in ſuperantiam
poteſtatemq; principii.i.ſeminis uirilis & concoctionem:a qua cum incontrarium de-
clinatur,fœminã mari contrariã generari exiſtimat:maris uero ſemen non ſuperare,
& ob iuuenilem,& ob ſenilem ætatem,& aliis etiã de cauſis exiſtimauit : atq; inde ẽt
ſimilitudines uarias diſſimilitudineſq; parentũ auorumq;,& ex integro & ex parte
deduxit,agentis motui referens accepta omnia:qm̃ non idem eſt,ſed uarius & actu,
& potẽtia,& degener,& ꝓximus,& ꝓpinquus,& ſolutus.quæ ille eo in libro latiſſime
& uerbis oppido per q̃ multis & ſæpe repetitis explicuit.Fuere & qui calidum & frigi-
dum magnum habere in ſexus diſcrimine momentum arbitrati ſint.ꝓditumq; iã eſt
nõnullos putaſſe primos terrigenas mares ad orientem & meridiem genitos : fœmi-
nas autem ad boream.Contra uero decreuit Parmenides in boreæ frigus maſculum
referens,& hanc attulit cauſam qm̃ denſi plus habet in ſe ſe uir:Rara uero magis in
fœmina temperatura corporis:quare ad meridiem potius illam quam ad ſeptẽtrio-
nem ortam.Hipponactis autem ſententia fuit diuerſitatis cauſam in ſemen cum be-
ne compactum & robuſtum,tum & fluxile & debile magis eſſe referendam.huic fæ-

An fœmia ſemẽ ꝓiciat q̃ uaria.

De cã diuerſitatis ſexus qualis.

tninas illi mares acceptos & debere & poſſe referri:quæ quidē mihi uidetur & hippo crans fuiſſe ſententia:in calce libri de fœtu plane repoſita,cum de gemellis ſiue mari bus ſiue fœminis ſiue mare & fœmina differit.Tum enim in craſſius fortiuſq; ſemen ſe xum ſeferr uirilem,in humidius uero debiliuſq; fœmineum.Fieri enim non poſſe cē ſet ut ſemper ſimile ſit ſemen,& quod primo & quod deinceps uno etiam in coitu eii citur:quare debilius aliquando & aliquādo fortius haberi,unde & Maſculus & fœmi na generenſ.Anaxagoras & Parmenides uoluere quod eſt ex dextra parte ſemē,dex tram in matricis partem,quod e ſiniſtra in ſiniſtram debere iaci:Cum uero fit huius ordinis permutatio,tum fœminas generari:Leucippus permutatis particulis id eue nire docuit.Sunt & alia ſuper hac re diſſidia.Ariſtoteles in ſexto de natura animaliū dum de coitu fœtuq; ouium & caprarū differeret,ſexum eorū rettulit in aquarum di uerſitatem,& præterea aquilonijs flatibus mares,auſtrinis fœminas adſcripſit.De ho minibus uero in quarto de generatione animalium id ſenſit,quod ſupra rettulimus q̄q̄ & ibi quoq; flatibus aqlonijs magis q̄ auſtrinis gigni mares aſſeuerauit,& aq̄uas etiam in cauſa dixit eſſe,quoniā earum plurimus uſus:unde ſi crudæ frigidæue fue/ rint,fœmineo partui conducere putauit.terras etiam ꝑpter alimentum & diſpoſitio nem corporis,ex temperamento aeris continentis,in cauſa eſſe uoluit cur ſexus di/ uerſitas paretur.Sed fingamus inter eos conueniſſe quo pacto fiat hominis cōceptio & generatio,quod poſtea diſſidium,unde nam ſit huius hominis formandi & conſti tuendi in utero principium:/Ariſtoteles primum cor putauit fieri,q̄q̄ ſecus Plutar/ chus exiſtimat ſcribitq; placuiſſe Ariſtoteli uti nō primo formeſ cor,ſed ὀσφύν.Quā do & in fabricatione Nauis primū carina conſtruiſ.Sane Ariſtoteles cor primum po ſuit,cum alibi tum ubi de Iuuentute & ſenectute,uita & morte differit,tum etiam ſe penumero in libris de animaliū hiſtoria,præcipueq; ſecundo de eorū generatione/ ubi id ipſum compertum dicit & ſenſu & ratione,indeq; uenas oriri ſcribit,& ex iis q̄ de hiſtoriis & diſſectione aīalium edidit,patere cenſet.Medici quoq; cordi primatum in generatione hominis dedere plurimum,q̄q̄ Hippocrates maluerit umbilico da/ ri,& apud eum in libro de fœtu quem ſupra citauimus legiſ,ſe uidiſſe ſemen,qđ ſex dies in muliebri matrice manſerat:atq; in eo mox ſaltibus eiecto conſpexiſſe ſubtile quoddā quod ſibi umbilicus eſſe uidebaſ,& cum illo ſpirare,& ex illo totam pelliccu/ lam,qua ſemen cōprehenderetur,extendi.Plutarchus id ſanxit in quo & uenæ & ar teriæ.Sed & uenas etiam oriri a Corde uoluit Ariſtoteles ut diximus,Deq; earum or dine & ductu,a ſyneſi cyprio,a Diogene apolloniata,a polybio diſſentit,/i tertio de na tura animalium.Alchmeon caput formari ante omnia mēbra uoluit:atq; hu iis uide tur opinionis ēt Lactantius fuiſſe in libro de formatione hominis/ſumpto ex auibus argumento,q; in eorū ouis ſæpe deprǽhenderit primum oculos in fœtibus affingi: contra exiſtimauit Ariſtoteles in ſexto de natura aīalium,cū ſcripſit in ouo cor qua ſi punctum ſanguineum in candido liquore conſiſtere,quod & ſalit iam & mouef ut animal.Nec defuiſſe credas qui cenſuerint magnum pedis,præ omnibus mēbris,digi tum afformari,quas opiniones ſi eas nouiſſet omnes Ouidius putarem ſua illa p ir/ riſu ceciniſſe.fuit illa dies qua ſemina tantum ſpeſq; hominum primæ matriſq; habi tanimus aluo.ut.ſ.ſemen dixerit quia nihil aliud formatum eſſe prius aut poſterius in aluo materna/philoſophi concorditer decreuiſſent.Verum conſenſu cōmuni ſta/ tutum aliquid de prima & reliquis affo rmatis partib9 forte(ſi placet)imaginemur.

De pricipio formati hois ſutero diſſenſio.

ceſſabūt

ceſſabunt ne rixæ tamen ſuper huius animalis origine? num & de tempore non ute-
ri ſolum ferendi ſed formationis in utero plabuntur? num & de ipſo iam formato
multa ſupererunt diſcuſſa ſemper, nec dum conſtituta? quo pacto uidelicet nutria-
tur & augeatur? ſomniet aut uigilet in aluo materna? Præterea cũ uideamus quo-
rundã uirorum ſemen minime genitale, & fœminę quoq; prorſus infœcundæ cogno-
ſcantur: num & ſuper cauſa ſterilitatis cõuenient? minime prorſus. & cum alias quo-
q; uideamus non unum tantum ſed gemellos & plures etiam uno partu profunde-
re? cum item perperã fœcundas & quæ pariant monſtra ſpectemus, forte harum cau-
ſas rerum & ſciſcitabuntur & inuenient amabiliter? At ſint omnes fœcundæ fœminæ
mares omnes genitali ſemine polleant, concipiatur infans integer unus uel plures, ſi
malumus. & nobis ſit formidini ſterilitas: prodant in luce m, ſimiles etiam parentib9
iudicentur. Iſthæc rogo ſimilitudo diſſimiles ne paritura eſt philoſophorum ſenten-
tias? Creſcat puer, adoleſcat, floreat etiam iuuentute: necnon quod plurimis optabi-
le perueniat ad ſenectam: atq; illa cum plena malis mortem pariat, num ſup iis mor-
ti ſaltem proximi conuenient, an magis altercationibus preſſi & faſtiditi diem clau-
dent extremum? indiſcuſſum etiam relinquentes quid ipſa ſit mors· quã ſimilis ſom-
ni eius uidelicet ſomni tam diuturni ſalubris admonitio? Itaq; ſingula examinemus,
diuerſa referentes placita. Futuri hominis in utero iam per receptum ſemen conce-
pti, formationem incipere uoluit Empedocles à ſexto & trigeſimo die. uniuerſis au-
tem partibus perfici ab undequinquageſimo, quadrageſimo alii: quæ opinio in Ari-
ſtotelẽ referri ſolet & Varronẽ. Certe apud Varronẽ ĩ hebdomadib9 ſi tñ rite cas Ge-
lius inſpexit, nobis enim perie re, genitale ſemen primis ſeptem diebus conglobatur,
coagulaturq; & fit ad capiendam figuram idoneum: quarta hebdomada futuri ma-
ris caput & dorſi ſpina iformatur: ſeptima fere hebdomada totus homo in utero ab-
ſoluitur. Auicenna fœminæ formationem uſq; ad trigeſimum quintum, Marem ad
quadrageſimum quitum uſq; protendit. Sane Ariſtoteles in ſeptimo de natura ani-
malium marem qui die quadrageſimo ex abortione editus fuerit, membra habere
diſcreta rettulit: apparereq; ipſum fœtum magnitudine formicæ maiuſculæ: ſed fœ-
minam quæ infra tertium menſem, abortione ipſa eruperit, nõdum eſſe plane diſtin-
ctam. Aſclepiades maſculos ob calorem a ſexto maluit & uigeſimo incipere, finiri au-
tem in partibus quinquageſimæ: A ſecundo uero menſe fœminis formãdis initium,
a quarto finem percipi. Hippocrates & rectius ut mihi quidem uidetur ſenſit, & pru-
dentius decreuit, in libro de fœtu: nam q̃q̃ quadrageſimum fœminæ formãdæ, trige-
ſimum mari ad ſcripſit diem, paulo tamen minus pauloq; etiam plus temporis con-
donauit, placuitq; ei plurimum ĩ fœminis quadrageſimus ſecundus, in mare uero tri-
geſimus. Manere autẽ in utero ſeptimũ alii mẽſem, nonum plerịq; oẽs, Decimum nõ
omnino pauci, vndecim quidã uoluere. Ariſtoteles ĩ ſeptimo de natura animalium,
unum pariẽdi tempus Cæteris animalibus datum, homini uero multiplex affirmat:
nam & ſeptimo, & octauo, & nono, & decimo, plurimum etiam undecimum nonnul-
las fœminas menſem tangere ſcriptum reliquit. Alii etiam quattuordecim menſibus
geſtari poſſe infantem uoluere, qua de re ſatis egimus in commentariis hymni noſtri
qui eſt ad uirginem, dum carmia illa exponeremus, uoluitq; nouem geſtarier aluo,
menſibus integris. Hippocrates decimum menſem aſſignauit maturo humano par-
tui, & longo quidem progreſſu. nec uult longius datum eſſe pariendi tẽpus, decipiq;

De pleriſq; rebus q̃ mul-
tę diſcordię,

Quoto die ſe-
mẽ in fętum
exurgat q̃ta
diſſenſio.

De mora ute-
ri ferẽdi q̃ta
diſſidia.

Hymni Au-
thoris et eo-
rũ cõmẽtaria

fœminas quæ id aſſeuerent exiſtimat:ut quæ uento turgeant matrices.turgere ſemi ne falſo cenſeantur.nec breuius etiam datum putat.niſi aut uis quæpiam inciderit, aut defuerit alimentum.In libro uero de alimento & nonum & decimum aſſignauit, & ocius & ſerius etiã fieri partum uoluit:q̃q̃ nec ocius multo,nec multo ſerius.Varro in hebdomadibus quadrageſima hebdomada poſtq̃ conceptus eſt,naſci infantem uoluit,At in quarto decimo rerum diuinarum,Vndecimo etiam menſe ut Gellius refert,naſci poſſe uoluit,octauo etiam quandoq; natos affirmauit.Præterea uero inueni qui dicerent octauum menſem non aliquando ſolum eſſe uitalem uti putauit Ariſtoteles & Auicenna,Sed utilem etiam partui:quod tamen negauit hippocrates dicato libro:ita enim ſenſit polybus & Diocles.quorum primus etiam ſex menſium uitalem infantem naſci cenſuit:fieri autem ut ſeptimo dicatur menſe natum ob dierũ qui a ſexto transferuntur ad ſeptimum.Contra uero Ariſtoteles loco quem ſupra citauimus:decernit enim fœtum qui maturius q̃ ſeptimo menſe prodeat, nullo pacto eſſe uitalem;Sed ſunt qui uoluerint uita frui poſſe infantem,qui e materno utero ꝑdeat,modo in eo permanſerit centum & octuaginta duos dies & alteram diei partē.

Quo pacto alatur infans in utero diſſenſiões. mul teritemq; an dormiat an uigilet.

At maneant in utero(ſi placet tamen philoſophis & medicis)æquo infantes oẽs tempore,placebit ne illis poſtea ut æque alimẽtum capiant?An magis illud eis miniſtrabit Democritus & Epicurus per os Alchmeon per totum corpus:ſtoici & pleriq; omnes per particulam & umbilicum:quàm & Anaxagoræ fuiſſe opinionē quidam retulere.Certe fuit etiam Ariſtotelis,qui augeri fœtus per umbilici annexum rettulit libro de animalium generatione ſecundo:uiq; ipſa nutriendi quæ in animalibus ineſt,agi ſtatim umbilicum quaſi radicem in uterum aſſeuerat.Per umbilicũ certe augeri uoluit Hippocrates & ſpirare,per os etiã & nares ſpirare pariter affirmauit,eodem libro de fœtu.Sed putarem ego tum cum in utero erant infantes,ſi ratione uti & philoſophia ualuiſſent,potuiſſe quidem aliquid conſtituere uerius q̃ per debiles q̃bus utuntur coniecturas.Nam Democritus & Epicurus ideo nutriri putauit infantē nondum natum per os,quoniam ſtatim genitus feratur ad mammas ore comprehēdendas,quia ſolitus ſit quaſdam in matrice mãmillas ore deſugere.Caranculam alii imaginantur quos & refert & reiicit cum ipſo Democrito Ariſtoteles eodem ſecundo libro de generatione animalium.Alius tanq̃ ſpongiam imaginatus infantem undecunq; ſibi attrahere circũfuſum putauit alimentum,alii alia ut etiam dici ne animal ubi ſtatim nutriri & augeri incipit?non ſecus conueniant ac in reliquis conſenſere.

Auth. contra multos

De ſomno quoq; & uigilia dum geſtantur ũtero multa uerba,diſcutit hanc rem, Ariſtoteles,inter initia quinti libri de generatiõe animalium.atq; hinc an uigilia an ſomnus præcedat?an uerius prima illa diſpoſitio,non ſomnus ſed ſimilis ſomno putanda ſit?quoniam uita plantæ per id tempus animalia uiuant,& inquirit,& longa inquiſitione torquetur.Sed enim ſemen quo fiunt iſthec humana corpora eiuſmodi poteſt eſſe,ut nunq̃ concipiatur recte.idq; cum & ab alterutro,& ab utroq; qui coeant in unum uacantes proli,queat euenire,mirum q̃ pugnaciter hac eriã de re diſcrepent philoſophantes.Ariſtoteles,ꝙ uiri & mulieres non progignant fœtus, in libris de generatione animalium plane diſſeritmec omnino ſemel.in quarto enim dicit in cauſa eſſe defectus moderationis,aut caliditatis,aut frigiditatis.nã ſi calor ualde ſuperat exſiccat humorem ſi multo deficit,non concoquit:ut hinc eueniat,iũctos īter ſe coniuges non generare,diſiunctos poſſe,In ſecũdo uero eiuſdē operis non in

De cãſs ſteri litatis q̃ mul tę pugnę.

hominibus

hominibus ſolũ,ſed in cæterorum etiam animalium genere ut equorum, & ouiũ,ꝙ
mares & fœminæ prolem non faciant,euenire putauit locis ad coitũ commodis oblæ
ſis,ſiue ab ortu naturæ,unde & quidam uiri non barbeſcant,& quædam nõ pubeſcãt
fœminæ,ſiue procedente ætate,propter corporis nutricationem pleniorem. vnde ui
ris pinguioribus ſemen,Mulieribus uero menſtrua deſunt,ut pote quæ in corpus ab
ſumant.Morbo etiam fieri poſſe docet ut uiris humidum nimis & frigidum ſemen
emittatur:mulieribus uero purgationes uitientur,& morbida reddantur excremen
ta.ſupra uero hoc eſt primo de animalium generatione libro,ſterilitatem ex immo
dico genitali membro deduxit,eo quod ſemen longe admodum fertur,atq; ideo fri-
gidum & infœcundum euadit.Diocles hominibus qui proli uacent & ſpe fruſtrẽtur — Diocles
id in cauſa exiſtimauit eſſe,ꝙ uel non ſoli ſemen iaciant,uel ꝙ minus ſit effuſum quã
oporteat,uel ſit uitiatum ac propterea minime genitale,uel ꝙ membra ſint reſolu-
ta ſuopteq; deſtituta munere,uel exiſtimat fieri poſſe propter obliquitatem uirilis
uirgæ,qua nequeat recte ſemen emitti,uel propterea ꝙ genitales tam maris q̃ fœmi
næ partes inuicem non poſſint aptari:quod & putarunt ſtoici.puderet hæc me ſcri- — Epiſtolę de-
bere niſi multo etiam apertius ſimilia proderentur,in libris catholicæ noſtræ eccle- — cretales.
ſiæ probatiſſimis,cum de frigidis & maleficiatis agitur in epiſtolis decretalibus.& cũ — Theologi.
de moribus ad ſalutem pertinentibus & coniugum coitu,a noſtris theologis diſpu-
tatur ut peccata quæ homines ſacerdoti oporteat Chriſtiano ritu confiteri,queant
internoſci.Itaq; Dioclis opinio ſic ſe habuit.Stoici etiãnum cauſantur inimicas eorũ — Stoici
qui liberis operam dant uires & qualitates.quare putant euenire ut quæ cũ uno in-
fœcunda fuerit uiro.eam cum alio uterum ferre & parere.Contraq; qui ad nouã ac
ceſſit coniugem,quod cum priore non potuit,effeciſſe ut conciperet.Medicorũ mul
ti & præcipue eraſiſtratus culpam reiciunt in matricem,uel ꝙ craſſioris,uel ꝙ rario — Eraſiſtratus.
ris,uel ꝙ durioris temperaturæ ſit.uel item ꝓpterea ꝙ obturati ſint meatus, uel ꝙ
carnei nimis,uel ꝙ imbecilles nimis & debiles.uel habitudinis malæ,uel ꝙ diſpergi-
tur iam conceptum ſemen,uel ꝙ conuellitur.In matricem quoq; infœcũditatis cau
ſam quo ad fœminam attinet Diocles rettulit,nec in matricem ſolum,ſed & in ſemen
quemadmodum & in uiro decreuerat,Sed de matrice diſſerens teſtatur ſe ſpectaſſe i
anatomes ſiue(ut latinæ dicam)i diſſectionibus,mularum,eaſdem quæ & mulierum
ſterilitatis eſſe cauſas,& Empedocli ſubſcribit affirmanti,non propter aliud euenire — Empedocles
ut non concipiant,ferantq;,niſi uel ob paruitatem,uel ob humilitatem,uel ob angu
ſtiam matricis,quæ diſtorte adnata ſit uentri,ita ut ſemẽ recte in eam iaci nequeat.
neq; etiam ſi iaceretur ſuſcipiat.Sed aliam ab ea quam Diocles hic attribuit Empedo
cli opinionem,Ariſtoteles in ſecundo de animalium generatione illi ipſi adſcribit.
utra uerior præterq̃ ex Empedoclis carmine,uideri poſſe non arbitror.ait enim illũ
putauiſſe quemadmodum & Democritus putauerat,omnia quæ præter ſuam cogna
tionem coeant eſſe ſterilia.& ſupra docuerat Ariſtoteles i canibus,& uulpibus,& lu-
pis,miſceri coitum:& canes indicos ex bellua quadam ſimili & cane generari.Atq; in
auibus etiam id ſpectatum ut i perdicibus,in Gallinis,in diuerſo genere accipitrum.
Addit creditum etiam in marinis,ut rhinobati uidelicet ex ſquatina & raia naſcan-
tur.in africa quoq; idem fieri,unde natum prouerbium africam ſemper aliquid no-
ui afferre.Refert ipſe potius ſterilitatem in naturam & temperamentum equi & Aſi — Opinio Ari
ni,idq; longo progreſſu,& ſubtili quidem,neſcio an uera perpenſione utriuſq; ani- — ſtotelis de ſte
rilitate mulo
rum.

malis,& naturæ,& qualitatis ſeminis,& temporis coeundi,quo fieri ē̃t quandoq; poſ
ſe & factum eſſe dicitur mula concipiat,ſed non enutriat,maſq; itidem generare poſ
ſit.Sed potius in continētis aeris naturam,& qualitatem ſoli & pabuli referri poſſet,
Columella — ſi uerus eſt author Columella,Marcum Varronem,Dionyſium,magonem, prodidiſſe
mularum fœtus regionibus africæ adeo non prodigioſos eſſe ut tam familiares ſint
incolis partus earum,q̃ ſint nobis equarum.alii præterea authores idem prodidere.
At mulos neutiq̃ generare putauit Alchmeon,ppter ſubtilitatem ſeminis. Sed re/
deamus ad homines quorum ex ſemine iam concepto,cum tam diuerſa formentur
nam plures quandoq; & recti & integri infantes,quandoq; uix unus iſq; tam defor/
De numeroſo partu q̃ magna diſſenſio. — mis ut monſtrum non legitimus naturæ cenſeat partus,diuerſæ ne erunt ſuper hac
re ſententiæ?quis dubitat?Empedocles duos aut tres una oriri acceptum rettulit ſe
mini,quod & nimis multum ſit effuſum,& multifidū.Ariſtoteles etiam quarto de ge
neratione animalium in ſeminis multitudinem refert,quod quoniam a natura quæ
terminum cuiq; rei ſuum præſtituit,non quantælibet molis animal conſtituere po/
teſt,ideo plura gignit animalia:quæ cum ab uniparis eduntur inter portenta nume
randa ſint:hominem uero & uniparum,& pauciparum,& multiparum interdū eſſe.
Aſclepiades — Aſclepiades ob differentiam corporum & proprietatem cenſet euenire, quandoqui
dem ſunt & habeant ſemen magis q̃ alii genitale,ſic ordei aliquod granū,binas uel
Eraſiſtratus — ternas quandoq; ſpicas afferre.Eraſiſtratus(quod & euenire irrationalibus animan
tibus docet)id refert in matricem,quæ ſi bene ſit purgata,itum in conceptum ſit ma
Stoici — gis & prompta & expedita.Stoici locos quoſdam uel cellas plures imaginātur in ma
tricem in quis cūm ſemen inciderit,plures decernunt fœtus oriri.hos alii plures ſta/
tuunt,alii pauciores.fuere qui ſeptem in diſſectionibus dicant repertos, Alii negāt
nec id cellulis ſed quibuſdam quaſi rugis,& tanq̃ ſulcis multiplicibus attribuāt,qua
re ſeptem dūtaxat ſimul poſſe concipi plures nequaq̃ fuere qui dixerint. quos pau/
Nota numeroſum partum. — cis ante annis refutauit uanoſq; fecit experientia.cum Dorothea in alpibus mulier
(quod in commentariis quoq; noſtrorum hymnorū ſcripſimus)uiro ſuo duplici par
tu uiginti filios pepererit,undecim uno,nouē altero,ut iam deſinant mirari,q apud
paulum iureconſultum libro quinto digeſtorum legerunt in titulo ſi pars hæredita
tis petatur,quinquies quaternos enixam penelopem:& multas ægypti uno utero ſe
ptenos:& qui apud Ariſtotelem quoq; legerunt,quandam quattuor partubus mu/
lierem uiginti fœtus ediddiſſe,quiros ſingulis enixam partubus,ſcribit enim libro de
natura animalium ſeptimo,& de animalium generatione quarto,cum alia ſingulos
pariant,alia plures genus humanum in ancipiti eſſe. proditq; & unum fœtū,& duos
& tres,& quattuor,& quinq; cum plurimum ſimul naſci poſſe id quod & Plinius re/
cenſuit;Non eo uero modo Gellius qui & rettulit Ariſtotele authore,hunc eſſe finē
multiiūgæ hominum partionis,adiiciens ancillam Auguſti Cæſaris,quinq; in agro
Laurentæ pueros peperiſſe.Sane Hippocrates Gemellos tantum citat:numeroſi par
tus de fœtu differens,omnino non meminit:q̃q̃ ſinus & ipſe,multos & inflexos,& ſe/
xui propinquiores diſtantioreſq; citat,ut quæ numeroſo conceptui ſufficere queāt,
quoniam quæ multipara ſunt animalia multos,quæ paūcipara paucos,obtinere cō/
De mōſtroſis puerperiis q̃ multa bella. — monuit,cumq; ſemen in ſinibus diuiſum pellicula obducitur, tum gemellos oriri.Mō
ſtroſos autem partus(nam ſine manibus quandoq;,ſine digitis,ſed & Belluino pe
ſæpe capite gignuntur & ſedigiti homines & ut ſic dixerim quadrimanes)alii ut

Democritus refert in duo ſemina quorum alterum antea, alterum poſrea ſubeat & confundanť. quā opinionē & recitat Ariſtoteles & cōfutat. Empedocles uero & Alii i ſuperantiā ſeminis aut in eiuſdem referūt defectū. nec nō in motus principiū uel in diuiſionē ſeminis. placuit aūt ſtraroni id fieri uel appoſitione, uel ablatione, uel trāſ poſitione, uel inflatiōe. Medicorū aūt qdā ꝓpter id quod tum euerſa eſt, & iflata ma trix. Ariſroteles cām refetre uideť in parentes & auos libro de natura aialium ſepti mo, cū læſos, & claudos, & cæcos, ex leſis & claudis & cæcis ſcribit ꝓgenerari, & referre etiam næuos & uerucas & cicatrices auorum. In quarto uero de generatione aialiū cauſam reiecit in naturam & diuerſas conceptiones, quam ob rem monſtra raro fie ri ſcripſit in iis quæ ſingulos pariunt, motumq; illum uarium de quo ſupra ſumus lo cuti citat, q iam ſit ita ſolutus uti materia nō ſuperetur, mōſtrūq; affirmat fieri & de fectu, & ſupantia, & mixtiōe ꝑternaturā. Inter monſtroſa quoq; numerandū eſſe fi liū q aut patri aut matri nō ſit ullo mō ſimilis ibidē cēſuit. Similitudinis aūt cā diſſi millime ꝓdiť. Nā præter opinionē Ariſtotelis ſupra citatā ꝙ patri ſimiles ſint fœtus, Parmenides cām eſſe putauit ſemē, quod in dextrā matricis partē ceciderit. ꝙ matri bus ſimiles quod in ſiniſtrā excretū ſemen ſe ſe receperit. Empedocles aūt ſimilitudi nem oēm parētū in uirtutem ſeminū refert, diſſimilitudines aūt accidere putauit ob id quod ſeminis calor exhalauerit. Refert Lactantius in libro de formatione hois na torū ſimilitudinē in ſemen alterius parentis, quod alterius uidelicet ſemen ſuperaue rit, dū utraq; in ſe ꝑmixta ſemina coaleſcerent, id aūt ꝑualere quod uberius fuerit & alterū quodāmō amplexeť & includat, nec eſſe diſcrimen ſexus ullū. Id. n. euenire ſi ue mas fuerit ſiue fœmina. quare qđ potētius fuerit ſemē & uberius ſecū trahere ſi militudinē, indeq; fieri ut quādoq; unius tantū parentis ꝓles lineamenta ꝑtēdat: ſi æqua uero fuerit ꝑmixtio figuras miſceri ſcribit, ut aut cōis ſoboles, aut neutrī re ferre uideať, diſpares quoq; fieri naturas exiſtimat cū i leui uteri ꝑtē maſculinæ ſtir pis ſemen inciderit, nā & ſi gignať mas, aliqd tamē fœmineū ꝑſefert, lenitatē corpo ris, inſignem formā, delicatos artus, exuberantem candorē, uocem gracilem, animū imbecillum: Contraq; ait maſculam ita dixerim fœminam, ſi cōtra fiat generari. Hæc autem quæ attulit Lactātius de antiquis eruta phis magis q̄ a ſe meditata facile exi ſtimauerim, nāq; apud Ariſtotelē quarto de generatiōe aialiū, qđ attinet ad ſimili tudinē, duplex antiquorū referť opinio ſimilitudinis, & reiciť altera ut ab utrouis pa rēte plus ſeminis uenerit, ei ſimilis ꝓles magis genereť, q̄ opinio ab ea quā refert La ctātius nihil uideť ab horrē: Alia ut multorū q̄ſi mixtio ſeminū fiat uno i ſemie, q̄ ēt nō multū euariat ab illa, & ab Ariſtotele nō ita protſus explodiť ut īpoſſibilis. Verū ſi pentibus diſſimilis ꝓles, Aliis uero ſimilis iuēta fuerit, maior admiratio, nec minor i reddēda cā diſſenſio, q̄ & diſſidiū ſæpenūero cōiugū pepit, putātibus uiris ſe ſe ab uxo ribus deceptos, unde uulgo fere ꝓuerbiū emerſit cū gratificari patri qs noluerit i ꝓ lē, nō te iqunt decepit uxor. caſu id euenire medicorū plurimi uoluerūt, idq; maxie dū ſemia uiri & mulieris nimiū frigoris cōtraxerūt. Empedocles aūt pythagoreus phā taſiæ cōcipiētis mulieris acceptā rettulit īfantiū formā, cū ſæpenūero accidat ut ima gies quæpiā & ſtatuæ ſic mulieribus placeāt, ſic ipſæ illis afficianť, ut dū cōcipiūt illarū memores, afformēt & ꝓducāt ſimillimos fœtus. qđ forte ut alia pleraq; de ſacris litte ris ſuffuratus ē, exēplo ouiū Iacobi patriarchæ, ut opinionē taceā Auicēnæ i id ipm fe re cōuenientis. Stoici uero ϭυμπάθϵα cogitatōis & defluxuū & radiorū excretiōibus fie

Marginal notes: Democritus — Empedocles — Straton — Varietas Ariſtotelis — De cā ſimilitudinis et diſſimilitudinis natorū q̄ magna lis — Opinio auth. — De opinōe ſimilitudinis ab Ariſtotele citata — Vulgare ꝓuerbium. — Empedocles — Exēplū Iacobi. — Auicēna — Stoici

Ariſtoteles. ri alternas ſimilitudies uoluē. Ariſtoteles ſupfxtatā uario ſemie mūlierē, alterū ſuo
marito, alterū adultero ſimilē pepiſſe ſcribit i ſeptimo de nā aīaliū: factum narrauit,
cām nō diſcuſſit. exiſtimat aūt fieri, ut ples nō pentibus ſed auis euadat ſimilis, uarii
motus cuius ſupra meminim⁹ rōne, in quarto de generatiōe aīaliū ptractatī. Ipſo ue
ro i libro ſeptimo exēplū affert filix ex adulterio æthiopis i ſicilia natæ, q̄ colorē pa
tris nō rettulit, ſed q ex ea poſtmodū natus ē filius, auo. ſ. ſimilis euaſit. fœminas ma
gna ex pte matri, mates patri ſimiles, pcreari cēſet, atq̄ ēt ex diuerſo, cōtraq̄, fieri ſcri
bit. pticulatim ēt ſimilitudinē fieri docuit, atq̄ alia pte corporis matrē, alia patrē re
ferre plē cōſueſſe. naturæ ēt rōne alias ſibi, alias ſuo marito ſimiles generare, idq̄ eq̄
Pharſalicæ cognomie iuſte, exēplo cōfirmauit. Sed de cā huius rei poſtea latius in q̄r
De nutrimento q̄ uaria. to de aīaliū generatiōe diſſeruit. Hic aūt tot laboribus, tot ærūnis, & generatus & na
tus hō, quo pacto poſtq̄ cibū comedit nutriaī, nū forte cōuenē? minime certe i ne dū
Hippocrates parū, ut Cornelius aſſerit. ſi qdē Hippocrates illū ipm cibū putauit p calorē cōcoq̄
Eraſiſtratus qd & magna iuniorū turba exiſtimauit. Eraſiſtratus nō in uētre cōcoq ſed atteri ci
Pliſtonicus bū maluit. qd & placuit pleriſq̄ ſectatorū. Pliſtonicus aūt his poſterior, ut q praxa
gore fuerit auditor neutrum arbitratus, putreſcere cibum cēſuit, nō cōcoq, nō atte
Aeſclepiades ri: cui multi cōſenſere. ſed nihil horū placuit æmulis & aſſeclis medici Aſclepiadis q
Cornelius bus cōſtitit crudā materiā ſicut aſſumpta ē in corpus oē deduci. Corneli⁹ celſus affir
mat minime ab ullo quō id fiat ſcia cōpræhēſum eē. Sed quō nutriaī hoc aīal cōper
De lōgitudie uitę q̄ uaria. tum eſto? Quādiu hac fruiī uita? q̄ cito ad ſenectā oībus expetitā, mox pene oībus
Aſclepiades. uel inuiſam uel moleſtā pueniī? In æthiopia triginta ānorū ſenes eſſe pdidit Aſcle
piades, in britānia centum & uiginti, cām rettulit in calorē. q maxime urit æthiopū
corpora, ſolis ardoribus rariora: Dēſiora uero britānorum corpora pter frigus ui
Ariſtoteles uaciora putauit. At Ariſtoteles de breuitate & lōgitudine uitæ diſſerēs, lōgioris ui
tæ eſſe pdit q in calidis q̄q̄ in frigidis naſcanī locis, idq̄ ēt duobus pblematib⁹, quar
tadecima ſectiōe cōfirmat: cāmq̄ refert i naturæ firmitatē diuturnitatēq̄, ex ſiccita
te puenientē, itēq̄ in humorē refert & calorē, q diutius pſeuaī, quarum rerum inte
Stoici ritus ē mors. Stoici defectui caloris aſcripſere ſenectutē. Ariſtoteles alibi multa ad
iecit, & cordis & caloris & humoris mētionē fecit, de lōgitudine & breuitate uitæ, de
De cāīs morborū q̄ diſſona. q̄ ſenectute diſſerēs & uita & morte: cuius caloris duæ eſſent corruptiōes, altera uio
lenta, altera nālis ex inopia nutrimenti. At ſit hoc uitæ ſpatiū lōgeuū, num ſanitate
Aſclepiades. fretum an magis mille morbis interruptum? quorum cās Aſclepiades reddidit ma
Alchmeon nantia corpuſcula quæ p inuiſibilia foramina ſubſiſtendo iter claudunt. Alchmeon
qualitatum monarchiæ acceptas rettulit, cum uel calor, uel humor, uel ſiccitas, uel
Diocles frigus, uel dulcedo, uel amarities, exuperat. Diocles morborum plurimos iæqualita
ti eorum quæ in corpore ſunt elementorūm attribuit. ſic & quoſdam ex ſapientiæ p
Cornelius feſſoribus exiſtimaſſe Cornelius docet, aduerſam uidelicet ualitudinē creari cum ex
quattuor principiis uel ſuperat aliquid uel deficit. Idem Cornelius affirmat hero
Herophilus philo uiſum, omne uitium in humidis eſſe. Hippocrati uero in ſpiritu. Sed Galenus i
Hippocrate Galenus medicorum introductorio herophilum calcedonium & praxagorā Coum, in humo
ribus cauſas ægritudinum poſuiſſe dicit. Atheneum autem & Archigenē in ſpiritu,
unde & ſpiritales dictos enūnciat. Aliis autem placuit authore Cornelio tum oriri
ægritudines, cum ſanguis in eas uenas quæ ſpiritui accomodatæ ſunt trāſfunditur,
& inflāmationē quā græci phlegmonin uocāt excitat, q̄ inflāmatiōe talē effici motū
uoluit

uoluit Chiũs Eraſiſtratus qualis in febre ẽ.q gdẽ Eraſiſtratũs & Aſclepiades autho/re Galeno in ſolis principalibus & elemẽtaribus pticulis cãs morborũ collocauere. Sed.n.legi eraſiſtratũ exiſtimaſſe morborũ cãm multitudinẽ cibi & cruditatem atq; corruptionẽ.legi & apud clementẽ Alexandreũ inter morborũ cãs uarietatẽ edulio rũ ab Antiphane delio medico numeratã.hinc dolor hinc febris quã alii caloris ex/tranei & ignei uocabulo ſignarũt.Alii addiderũt ei finiẽdæ nõ parũ multa.Eraſiſtratus febrẽ putauit eſſe motionem ſanguinis q ad uaſa ſpiritus accurreret cui diuerſa quoq; rõ medendi.nã qdã uoluerunt ægri naturã exploratã habere:ſiccitatẽq; hu/miditatẽq; corporis uitæ genus laborioſum an quietũ ? cum luxu an cum frugalitate ? cõſuetudo quoq; degẽdæ uitæ ualida an infirma aſciſcẽda ? ex qbus curãdi rõ ducenda eſſet qbus reſtitit Eraſiſtratus qm̃ & Alii & idẽ alias poſt iſta nõ febricitaret. Ipſe quoq; Cornelius ſcribit cãs q uel ſecundã ualetudinẽ pſtent uel morbos excitent & quõ ſpũs aut cib9 uel detrahat uel digerat ne ſapiẽtiæ qdẽ pfeſſores ſcia nouiſſe ſed cõiectura fuiſſe pſecutos.Sed eſto uniuerſa ætas trãqlla trãſigat ſanitate quotã eius ptẽ ſibi uẽdicat ſomnus ? de quo ſupra dictum ẽ At cõueniãt in ſomno phi & fingãt ſomno corpa nunq̃ corripi.Vigiles ſint ſemp:num & mors ppterea nõ obtepet ? num & ſup ea qd ſit ẽt apte diſſentiẽt ? Alchmeõ eã putauit euenire cũ totus i uenas ſan/guis oĩno ſeceſſerit.Empedocles cum ſanguis oĩno friguerit.Diogenes cum aeriũ oẽ de uenis exceſſerit.Plato & ſtoici cum oĩno ſenſibilis ſpiritus remiſſius cõtigerit. Ariſtoteles cum oẽ calidum in corde penitus refrigũerit uel uiolẽta extinctiõe uel marcore ob ſupantiã caloris atq; ob humidi alimẽti defectum.quod ẽt pdidit i libro de reſpiratiõe.decernit.n.i libro de lõgitudine & breuitate uitæ calido & humido cõſtare uitã.At ſenectutẽ & mortẽ frigore & ſiccitate cõtingẽ eadẽq; fere i libro de uita & morte diſſeruit.In pblematũ uero ſectiõe quartadecima mortẽ putredinẽ quãdã eẽ & caloris iterioris refrigerationẽ affirmauit:& ſenectutẽ ẽt putredine definiuit. Ita q nõ in uita ſolum ſed ad mortẽ uſq; de ipſa ẽt morte phi corrixant unde ſapiẽ pcellẽtis titulo dignatus Socrates iſthec poſthabuit cõponẽdis moribus uacatur9 .de qbus ẽt moribus q̃ diuerſe quãq; pugnaciter pſent ordine cõſequẽti diſquiramus.

Erasiſtratus

Clemens

De febre ua/ria

De morte et eius cauſa q uaria.

Alchmeon

Empedocles

Diogenes

Plato

Ariſtoteles

Quot i locis Ariſtoteles d morte diſſe/ruerit.

Quod de ſummo bono deq; hominis fœlicitate et multa et magna inter philoſophos gẽtiũ bella fuere diſſenſioneſq; perpetuę. Caput decimumſeptimum.

MAgna apud hoĩes phos de bono cura fuit magnaq; protſus altercatio.uti erit uidere cum tertio libro aduerſus morales phos diſceptatio referet:maior aũt qd ipm eẽt ſummũ bonum cõtrouerſia maiorq; pugna. Vnde & alia quoq; de bono i cõi (neq;.n. quodcũq; bonũ ſummũ ẽ bonum) uiguit diſceptatio:nã q a qbuſdã cẽſebãtur bõa ab aliis ducebãtur nõ bõa.unde & bonorũ & malorũ atq; eorũ q indifferẽtia uocarẽtur nata diſtinctio ẽ:ſup qua diſtictæ quoq; phorum opiniones atq; ſnĩæ.Quo factum ẽ ut & de uirtutibus quæ ideo magnõ hitæ ſunt i ptio qm̃ ad bonum ferrẽt pugna ſuboriretur.Virtutes inq̃ morales.hoc ẽ nõ q a natura pfectæ (illas.n.neq; laudãdas neq; uitupandas phi pene oẽs uoluere) ſed q a rõne & uoluntate liberoq; ductæ arbitrio atq; uſu cõfirmatæ in morẽ pcubuere.uſu.n.mores itroducuntur.Sup iis itaq; q phos cõueniſſe putaret q lõgiſſime aberraret a uia: idq; minus credẽti fiet manifeſtum controuerſiis eorum explicatis.ſed ſummi boni nunc habenda mentio eſt.Summum hoĩs bonum & finem decreuit Epicurus eſſe ut

Epicurus

ille græce dixit τοὶ ἡδέως ζῆν hoc eſt ſuauiſſime uiuere:ut boni authores rettulere:licet
apud Gellium illa ſummi bōi ab Epicuro ſit allata deſinitio σαρκὸς εὐσταθὲς κατάστημα
quaſi dixeris bonam carnis habitudinem. Aduerſum quem philoſophorum multi in
Plutarchus ſurrexere:alios fines:alia introducentes bona quæ ſumma ipſi cenſerent: Ac Plutar
chus eouſq; etiam prouectus ut librum in Epicureos cenſcripſerit cuius titulus ὅτι
οὐδὲ ζῆν ἐστιν ἡδέως κατ᾽ ἐπίκουρον qđ. neq; dabatur ſuauiter uiuere ſecundū Epicurū.
hoc autem ſuauiſſime uiuere uoluptatē eſſe finiebant. Sed minime concorditer. Alii
enim corporis Alii animi:quidam utriuſq; maluerunt. Alii etiam non ſummum bo-
num uoluptatem.ſed ſummum malum affirmauere:inter quos Antiſthenes ſocrati
cus:inſanire potius q̄ oblectari cupiēs:ac ut ipſe dicere ſolitus μανείην μᾶλλον ἢ ἡσθείην.
Hierocles ſtoicus Ac hierocles non pythagoreus ille iunior quem confutauit Euſebius Cæſarieſis Epſ:
Critolaus ſed ſtoicus antiquior:finem uoluptatis meretriciū dogma nuncupauit:Critolao pla-
cuit uoluptatem non ſolum eſſe malum:ſed multorum parentem malorum: Speuſip-
pus autem ſic malum eſſe uoluptatem ut dolorem malū pronūciauit: bonū autē ex-
Plato extremis iis malis conflari. Plato uero Adeo multiformis hac ĩ re & uarius q̄ autho
re etiam Gellio in nono atticarum noctium:eorum quos memorauimus nonnulli in-
ter ſe diuerſi:ex Platonis uerbis ſuas traxiſſe ſententias iudicent. Sed enim Epicurus.
uti diximus uarios ſectatores habuit. Zeno uero ſtoicus nec malum nec bonum. ſed
Cyrenaici Democritus. indifferens quiddam putauit eſſe uoluptatē. Cyrenaici uoluptatum aſſertores quo-
rū princeps Ariſtippus diſſentiebant a pleriſq;:atq; ii oēs a Democrito talium parē-
te dogmatū:qui p̄ uoluptate ἐπιθυμίας quaſi concupiſcentiā dixeris bonorū finem
Heraclitus. eſſe decreuerat. εὐαρέστησιν hoc eſt cōplacentiā maluit Heraclitus. & q̄q̄ uideri poſ-
ſunt hæ ſententiæ cortice tenus concordes. ſi quis tamē eo dempto introſpexerit:nō
tantū nois ſed rei diſſenſionē depræhendet:Cū.n.diuerſi ſint hominū appetitus: di-
uerſæ quoq; pōt quiſq̄ cōcupiſcere:diuerſe cōplacere ſibi:Nā alii cōtinētia & tēperā-
tia ſenſuū: Alii diſſolutiōe & intēperantia delectant. quare ſub dubio & in Ambiguo
Hieronymus. reliquerūt:qđ auditoribus daret intelligi. bonū aūt ipſum uacuitatē doloris Hiero-
nymus exiſtimauit. At id ipſum quod magis oino p̄babile magiſq; oino p̄ſuaſibile fi
Carneades. nē bonorū Carneades & Clitomachus arbitrati ſunt: q̄uis ēt naturæ primis bōis aut
oibus aut maximis frui placebat maxime Carneadi:dū turbā ſtoicorū illā inceſſeret
quæ ſolā honeſtatem p̄ferre cōſueuiſſet. Verū tam illi ipſi q̄ mediæ academiæ cultori
bus adſcribi ſolet uti uoluerint:finē boni:i indaganda:quē alii ĩ poſſidenda uolebāt
ueritate cōſiſtere. q̄ qdem honeſtas conſiſteret uirtute a natura p̄fecta:idq; uidetur
explicuiſſe Cicero in tertio de officiis:& enim inquit quod ſummū bonū a ſtoicis di
citur:conuenienter naturæ uiuere:id habet hāc ut opinor ſniam cū uirtute cōgrue-
re ſemp.& paulo poſt illud quidē honeſtū:quod p̄prie uereq; dicit̄:id in ſapientibus
eſt ſolis:neq; a uirtute diuelli unq̄ pōt. Nota uero tria illa ſunt animi:corporis: exter-
Peripatetici. Diodorus. na bōna. qbus & peripatetici & Academici ueteres bonū metiebant̄. q̄q̄ peripateti-
Dinomachus cus Diodorus idolētiā & honeſtatē iūctas p̄tulerit. Trita quoq; Dinomachi Caliphi
Pythagoras q̄ ſententia:uoluptatum cum honeſtate copulantium. Redeo ad antiquiores Pytha
Anaxagoras goras ultimum exiſtimauit bonum perfectiſſimam numerorum ſcientiam. Anaxa-
Herillus goras ſpeculationem uitæ & illam quæ ex ea ſequeretur libertatem. Herillus Zeno-
Antiſthenes nis auditor cognitionem atq; ſcientiam. Antiſthenes alacritatem. Hecateus ſuffi-
Hecateus cientiam. Plato magnifica quadam uſus definitione ipſam abſcondiſſe definitionē ui
Plato

ſus

ſus eſt multis.finem bonorum ſtatuens fieri Deo pro uiribus ſimilem,fieri autē poſſe uirtutibus illis quattuor celebratis.Sed ſe ipſas docuit uirtutes inuicem conſequi,& unius eſſe ſpeciei,non autem uitia,ut pote quæ quandoq; ſe ſe inuicem conſequant, quandoq; ſibi aduerſentur ut prodit Origenes.eſſeq; illas exceſſus quoſdam ſecundum honorem & dignitatem,quoniam eis nihil ſit præcioſius nihil honoratius:ſecūdum eſſentiam uero quaſdam mediocritates eſſe definiuit.Socrates uero iuſtum eſſe uoluit ἐυδαίμονα,hoc eſt fœlicem,nam quod græci ἐυδαίμονα ꝓnunt,in fœlicis nomē uertere latini,& quem ὄλβιον dicunt græci,beatum Romani tranſtulere:& huius ſane ꝗ illius ſi origo uidelicet & compoſitio ſpectetur uocabuli,maior in tranſlatione ſimilitudo:quando beatum quaſi bene auctum uoluere latini.illi ex toto & uita nomen ὀλβίου cōflauere,auctu aūt facile totum nos conſequi facile uidemus. ꝗꝗ inter beatā & beatiſſimā uitam diſtinguat apud Ciceronem Marcus varro,illamq; ſolis animi bonis haberi poſſe,hanc uero minime ni corporis & quæ dicuntur externa adiūgerentur.Ergo fœlicem Socrates uocare conſueuit eum qui eſſet exornatus uirtute iuſtitiæ,& impios nominauit qui quod utile dicitur a iuſto diſpeſceret,ſolum id eſſe utile putans,quod honeſtum eſſet.In hunc plerię ſunt inuecti,iuſtum ab utili diſcernētes,uel ex eo quod iniuſtum poſſet quo quomodo uideri utile,iniuſtum uero ab inutili diſſeparatum cenſeri.quod enim iniuſtum id noxium,quod autem noxium neutiꝗ utile.Cornelius celſus(uti Auguſtinus refert in primo ſoliloquiorum libro ubi cum ſua met ratione diſputat)ſummum bonum eſſe ſapientiam,ſummū malum dolorem corporis affirmauit.uetus Academia authore polemone,finem putauit bonorum honeſte uiuere,fruiq; rebus his quas primas homini natura concilier. Timō quiete & tranquillitate qui uteretur,fœlicem putauit.Ephectici omnes imperturbationem fœlicitatis adamabant loco,idem fere quod Timon,qui a Theodoreto ſocius & equalis eſt habitus pyrrhonis,a Sexto uero præco ꝓphetaue,a laertio diſcipulus. Timon inꝗ phliaſius ſcepticus philoſophus,& poeta ſillorum ſcriptor.Simonides cuius hac in re ſectatum placita Ariſtotelem,ſunt qui cenſeant.primum ſanitatem prætulit,deinde naturalem pulchritudinem,mox ſine dolo diuitias:quorum cōtrariam paupertatem,Theognides fugiēdam putauit per inacceſſas petras & fluctiuagum mare.cui & non nihil adiecit ille qui cecinit per mare pauperiem fugiens per ſaxa per ignes.At ſtoici illi ueteres de quibus diximus neutiꝗ aſſentiri Ariſtotelicæ ſententiæ pulchrum homineq; philoſopho dignum putauerunt,opinati finem bonorū eē uirtutem quando ſe ipſa illam ad beate uiuendum eſſe contentam arbitrabātur. ac deniq; ſummum cenſebant bonum eſſe conuenienter naturæ uiuere,nihilq; animam uel iuuari corpore uel noceri,neq; ad uirtutem ſi noluerit ſanitate cogi,neq; ad uitium præter ſententiam.ſed alii alia de bonorum finibus,ut Euclides Megaricæ conditor ſectæ docens eſſe ſummū bonū quod ſimile ſit,& idē ſemp,ut alii quoq; diuerſa progreſſi uia.Sed hæc ex authoribus magni nominis decerpta,ſint ſatis.

Socrates

Marcus Varro

Cornelius

Vetus Academia.

Timon

Ephectici

Simonides

Stoici

De bonis,malis,et indifferentibus:ꝗ uarię et differenter philoſophi gentium decreuerint. Caput decimumoctauum.

A T enim diuiſionē bonorum,malorum,indifferentiū,plerię ſtoicis referre acceptam uidentur.Origenes Platonem eius authorem facit qui alia dixerit ſine medio,alia cū medio ſiue mediata(ſi dicē liceat)græci ἐμμέσα

docant.ſed bona a platone diuiſa prodit Apuleius in libro de morali philoſophia,i eximia prima,& per ſe,& per præceptionem bōa.Sed & præter hæc rerum quoq; media poſita ab eo ſunt qui uelint:atq; in primo membro ſomnum uigiliamq; & huiuſcemodi cætera collocari.In ſecundo bona & mala.In tertio quæ utriuſq; extremi naturam participant:ut rubrum quod albi & nigri particeps eſt.Sola uero & ꝑpria bona quæ ſunt in animo,quæ circa corpus & ad externa pertinent,non uera bōa. Vt hinc fortaſſe ille cecinit omnibus in terris quæ ſunt agadibus uſq; auroram & gangem paucos dignoſcere poſſe uera bona.Atq; hanc præcipuam irer Platonem & Ariſtotelem dogmatum diſſenſionem enumerant nonnulli:quoniam hic & bonis corporis & externis,bonorum nomen impoſuit.Sed & inter ipſa quoq; media ſiue indifferentia,ut nonnullis dici placuit,non exiguum diſcrimen.nam illa ipſa ſub certa lege q̄dam repoſuere.Alii eiuſmodi eſſe dixere,ut eis homines & uti poſſent & abuti.

Xenocrates. Sed enim ea ipſa diuiſione pleriq; philoſophorum cum uti ſolerent,Xenocrates nullo pacto plurali utendum numero cenſuit ſed ſingulari,hunc in modum . quodcūq; eſt,aut bonum eſt,aut malum,aut neq; bonum neq; malum.& cum alii demonſtratione firmare diuiſionem minime curarent,ſolus id tentauit.Alii aliter partiebanf ita diuidentes.Rerum quæ ſunt,alia indifferentia dici debent,alia differentia,& hæc i bona dirimebant & mala,in quo rurſus controuerſia,nam fuere qui de natura pendere illa uellent,fuere qui prorſus abnuerent.Iterum quoq; diſcordia ſuper indifferentibus,quando nonnullis placuit indifferens trifariam capi,nonnullis diſplicuit.Rurſum eorum quæ ſunt indifferentia alia προηγμένα.quaſi dixeris præcedentia , alia nō

Ciceronis locus præcedentia,alia quæ neq; iis neq; illis euenirent.Et hæc forte ſunt illa quæ Cicero i Tuſculana quinta præcipua uel producta dici Stoicis aſſerit,a peripateticis bōa nūcupata.Idem author quæ ab illis commoda,a peripateticis bōa docet,appellari:qua

Auguſtinus de re Auguſtinus in nono de Ciui.Dei ex Gellii Epicteriq; ſententia diſputat,& cōmoda a bonis uerbo magiſq̄ re ſeiungi ita exiſtimat,uti nō tam rerum ſit q̄ pugna uer

Stoici borum.Cæterum & in bonis diſcordia.Nam bonum definiebant ſtoici utilitatem uel ab utilitate non differens,utilitatem autem uirtutem uocabant,nō differens autem ab utilitate,uirtute præditum hominem.ac bonum ipſum trifariam partiebantur,i id uidelicet in quo erat ut intus prodiret utilitas,ideſt uirtus,atq; in id quo eueniebat ut quis utilitate commodum caperet,uti uirtus & præditum uirtute officium.In illud item quo fiebat utilitas,hoc autem eē & uirtutem,& uirtute præditum officiū & uirtute præditum uirum,& Deos(uti dicebant ipſi)& uirtute præditos Dæmones,putauerūt. Atq; ita ſecundus gradus primum compræhendebat & tertius ambibat utrunq;.Alii uero dixere bonum eſſe quod per ſe ſe eligendum eſſet.Alii maluerunt finiri bonum id eſſe quod conduceret habendæ fœlicitati.Alii quod ipſam perficeret fœlicitatem,quam ſtoici finierūt εὔροιαν βίου pari autem pacto ſuper malo diglādiātur:ſuper iis etiamnum quæ dicuntur indifferentia præliantur.ea uno modo uolūt eſſe quibus nec fuga fiat nec appetitio.Alio quibus alterutra eueniat ſed altera nō magis altera.Tertio quibus nec ad fœlicitatem nec ad miſeriam fiat acceſſio.Qua de re multæ deinceps natæ ſunt controuerſiæ:quid enim afferat utilitatem,quid ſit eligendum quid fœlicitatem uel efficiat uel perficiat ut ſtatuatur,hinc inde bella pugnata ſunt.Nam alii uirtutem uolunt eſſe:alii malunt uoluptatem:ſunt qui præligant indolentiam:nec deſunt qui alia conſciſcant. Nec non q̄d ſit indifferens.& quo

modo,

modo,& curſus ordinis:ambigunt,errantq́ꝫ.exemplum capiamus in ſanitate de qua tot litteris aduerſa pugnantiaq́ꝫ mandata ſunt,ut ſi quæpiam referantur, queamus exiſtimari,feciſſe ſatis ad alia condiſcenda,de quibus uti de regno corrixantur philoſophi.Sanitatem igitur alii in bonis ducendam renturaliı minime.& eorum q bo ni eam natura donant:Aliı maximum bonum dicunt eſſe illam:Aliı minime.& ii rur ſus qui eam minime ducunt in bonis,Alii inter ea quæ dicuntur indifferentia præ cedentia collocauere.Aliı inde penitus exemerunt.putauit ſane Simonides nullā ha bere ſapientiæ gratiam eum,qui nō haberet honeſtam ſanitatem. quod ante Lycim nus putauerat,mox & Herophilus ſapientiam,inſuſceptilem & incertam artem,& ui res imbelles,& diuitias inutiles,& uanam rationem exiſtimauit, abſente ſanitate. & hæc quidem ille ut Medicus propriam laudabat artem,& in libro de diæta ita ſcriptū reliquit.Crantor uero primas tradidit uirtuti fortitudinis,cui proximam fecit ſani tatem,In tertia collocauit ſede uoluptatem,Quartum diuitiis locū aſſignauit.Stoici nullo pacto bonum eſſe uoluere,ſed ex tertio modo indifferentium capiendā uo luntquæ nec ad fœlicitatem conducant,nec ad miſeriam.& in primo ordine indiffe rentium quæ illi προηγμένα uocāt collocandam.Morbum autem iis q̄ ἀποπροηγμένα dicunt connumerandum cenſent.Ariſton uero Chius contradixit aperte, nec inter ea quæ προηγμένα ſolent nuncupari putauit ſanitatem eſſe reponendam. Sic igit̄ bel lum perpetuum & incerta uictoria.Rurſum cum bonorum tria genera ſtatuerit Ari ſtoteles circum animam ut uirtutes,circum corpus ut ſanitatē,atq́ꝫ externa,ut Ami ci,diuitiæ,& Cætera id genus:Stoici plures,& ipſi bonorum ſpecies non refutauere, ſed cōmodorum(uti diximus)libentius nomine uſi ſunt.quædam autem omnino bo na,quæ nec circa animā,neq́ꝫ extrinſecus eſſent,aut adinuenerunt,aut inueniſſe glo riati ſunt:uerbi cauſa,uirtute præditum hominem ad ſemet ſolum non ad alios rela tum.Et quæ peripatetici bona putant corporis & externa,ea in bonis minime ducen tes,uirtutem ſolam ducunt amplexandam,uoluptatem uero quam multi bonum cē ſent,alii non parum multi ut ſuperiori capite diximus malum eam non bonum eſſe uoluerunt,& cleanthes illam nec pūtauit a natura proficiſci,neq́ꝫ ullam habere in ui ta dignitatem.Archedemus a natura quidem proficiſci non abnuit,dignitatem nihi lominus annuit non habere.Panætius quandam exiſtimauit eſſe naturalem uolup tatem non tamen omnem.Nec defuere inter cynicos qui uoluptatem malum puta rint.ſed hac de re capite ſuperiore ſatis abundeq́ꝫ diſſeruimus.

De ſanitate utrū bonū cō trouerſia.

Simonides

Crantor

Stoici

Ariſton

Ariſtoteles

Cleāthes

Archedemus

Panætius

Cynici

Quod de uirtutibus et legibus inter pħos gentiū multa diſcordia. Caput decimūnonum

His omnibus de rebus effectū eſt,ut non conſona modo de moribus & uir tutibus dogmata litterarum monumentis prodita ſint,ſed diſſona & pu gnantia:Nec inter populos modo & ſparſas mundo gentes,quorum ri tus & mores innumeri,totidemq́ꝫ pene ut ſcribit Plinius in ſeptimo quot ſunt hominum cœtus:ſed inter ipſos qui aliis duces & magiſtri degendæ uitæ præpo nebātur,philoſophos.Virtutes putauit Ariſtoteles & pipatetici omnes medias eſſe, inter duo extrema uitia,ut liberalitas uerbi cauſa iter prodigalitatem & auaritiam conſtituta.Stoici hoc nullo pacto admittunt,& hanc ſpernunt mediocritatem ſic ut & miſericordia & huiuſcemodi quibus animus afficitur patiturq́ꝫ,nullo pacto ducāt

Peripatetici.

Stoici

inter uirtutes. Adeoq; diſcorditer hoc negociũ de moribus ẽ pertractatum, ut quæ putabantur apud aliquos uirtutes præclariſſimæ, apud alios uitia putarentur, & cõtra quæ aliquibus pellebantur ut noxia, & uitabantur ut uitia, a quibuſdam ut uirtutes, ut ſaluberrimi omnino mores exciperentur. Ipſas uero uirtutes alii uoluerunt hominibus adnaſci. Alii acquiri ſtudio & induſtria, alii diuinitus dari, qua in re etiam non ſibi ipſi conſenſiſſe Platonẽ philoſophus & Martyr Iuſtinus aſſeuerat. Fuere autem ex noſtris nonnulli, poſterioris ſeculis, qui quod ipſi inter ſe ſe non potuerunt efficere, conati ſint in aliis: Ac tales propterea diſtinctiões attulere ut alter i alterius gratiam hoc in negocio redire potuerit, diuerſis conſiderationibus, uidelicet & effectus & cauſæ, & incohatæ & perfectæ uirtutis, & q̃q̃ in pleriſq; maiorem uerborum q̃ rerum pugnam eſſe dicerent: aliquam tamen propterea in rebus pugnam eẽ non negauerunt. Sed enim pugna non in uirtute ſolum ipſa atq; uniuerſim contingit, ſed in pleriſq; omnibus, nã & turpe & illegitimum, pulchrum & ſecundum leges a diuerſis habitum ſit: Impium & nephandum, & ſceleſtum, pro pio & religioſo ſit cultum & ſancto: qua de re tertio huius operis agemus, cum aduerſus morales philoſophos non opinionum uarietates ſolum & frequentia diſſidia, ſed ſcepticorum argumenta ducentur in medium: quæ eo confirmabuntur, q; & exempla nationum, & doctrinæ philoſophorum afferentur ſuper bono ipſo & malo, huiuſq; fuga & illius deſiderio tam uaria, ut nihil fere magis uarium poſſit excogitari. Sane in ipſis officiis non aduerſæ mõ inter ſe ſectæ, ſed diuerſiſſimi inter ſe conſectanei. Panætius ab aliis ſæpe diſcordat, alii a panætio, hecaton eius auditor ſextum de officiis librum queſtionibus referſit: in quibus terminandis Antipatri & Diogenis ſtoicorũ ſentẽtias affert ſæpe contrarias, de quibus eſt apud Ciceronem tertio libro de officiis multa uidere. Cæterum & philoſophorum plurimi & ſcriptæ leges, quid ſcriptæ leges, innata prorſus & inſita naturæ lex iubet iuſticiam ſeruari in omnes, nec cuiq̃ noceri, multo minus proprios filios non occidi: At ſolon non philoſophus modo, ſed ſapiẽtiæ cognomine dignatus, legem tulit Athenienſibus qua proprium filium unicuiq; permiſit ĩterficere. Lex erat Britannis ut uiri multi unam haberẽt uxorem. Lex apud parthos ut una mulier plures haberet uiros. Apud perſas lege lata matres, ſorores, filiæ, patribus, fratribus, filiis nubebant. Lex apud getulos mulieribus uirorum, uiris mulierum officia præſcribebat, alia quoq; multa enormia plane & ſceleſta, apud mores & leges diuerſarum nationũ, apud ipſos quoq; philoſophorum mores & politicos moraleſq; eorũ libros tertio huius operis libro legi poterunt. Sed & noſtræ ætatis ciuilibus in legibus multa & uiſunt & leguntur tanq̃ legitima, quæ nec ſeruant, nec per diuinam legem ſeruari licet, tanq̃ prophana & ſceleſta: de uſuris de diuortiis, de concubinis, aliiſq; nonnullis, quorum multæ leges in digeſtorũ libris ſpectant, & in eis ẽt q̃ ſeruant certe multa diuerſitas, nõ modo iter græcos, ſed inter latinos quoq; q a græcis acceperunt. Ac græcia quidem ipſa inter ſe pugnax & uaria, in ipſaq; legum origine aut mentita aut plane ſuperſtitioſa. Minos enim ab antro iouis ſuas habuiſſe leges clare teſtatus eſt, Zaleuchus a Minerua, lycurgus a pythio oraculo, alii aliter. neq; enim uanum illud oraculorum authoramentum perſuaſit Myrilenæis pittaci legibus non audire, & Athenienſibus Draconis, Solonis, Clyſtenis, & Thebanis Philolaii & pyliis neſtoris, & argiuis apidos, ſed uariæ ciuitates uariis in. R.P. legibus uſe ſunt, uarias quoq; philoſophi præſcripſerunt, ut apud Platonem & Ariſtotelem ſuis in libris

Iuſtinus mar tyr

Lex ſolonis

Lex ariſtino rũ et pthorũ.

Lex perſarũ.

Lex getulorũ

Leges abrogatę apud. R.

De origine grǽcarũ legũ q̃ta ſupſtitio

Quã uarii legiſlatores.

bris ubi de.R.P.& legibus agunt apertiſſime uideri daf,quiſq; epim fere ſuas cōmen
tabaf leges.hinc& apud latinos mira uarietas,nam q̄q̄ ius fieri & ſuū unicuiq; red/
Varietas lati narū legum
di uoluerint ēt ipſe gentes non ſolū noſtri:eoq; plurimū ſpectet omnis ratio ciuilis
diſciplinæ;quo pacto tamē id ipſum ius,quod eo dictū quaſi iuſtum ſit/ plurimi uo/
luere,debeat internoſci,multa diſcordia.primū quod legū interpretes ipſi uariarū
Interp̄tes le/ gū p̄horū imi tatores
ſectarū,uarios philoſophos ſunt imitati.ſi quide a ſtoicis Alii,Alii ab academicis &
peripateticis pendere uiſi.labeo Platoni addictus multa nouauit in legibus Romāis,
cuius & noſter Auguſtinus mētionē facit,& Pōponius Iurecōſultus primo digeſto/
rum libro late meminit.Marcianus quoq; eodem libro Chryſippū in lege definiēda
ſequif.Celſus Theophraſtū de legiſlatorū officio p̄ſcribentē amplectif.Verā Vlpia/
nus cum celſo niſi fallif philoſophiā affectat.quā ſi recte ſignaſſet multū illi poſteri
tas debuiſſet.De hac enim re uti uidimus multa ambiguitas,multa diſcordia.Deinde
& qui diiudicare ipſum debeat ius qui eo iure agere,qui repelli,iure uario ſancitum
eſt.Hinc de iudiciis,& iuriſdictione oium iudicum,& de actionibus,& exceptiōibus,
diuerſa tractantur:Multa actoris,multa rei atq; patroni,uariaq; officia conſtituta.
Multa & uaria pœnarū genera,Multa agendi atq; p̄bandi p̄ſcripta.Nec ullæ pene cō
muni cōſenſu regulæ.Si quidem quæ Romano nō ſubdebanf imperio,ſuas habebāt
leges,habentq; p̄prias non ſolū extra Europā ciuitates & regna,Sed nūc in ipſa Ita
Prop̄ę et pri uatę cuiuſq; ci uitatis leges.
lia uenetiæ, quæ aūt ſubſunt.Ro.imperio urbes & municipia eius ipſius authoritate
Imperii,ſuis legibus.ſuis ſtatutis utunf.q̄q̄ ſe ſe aliquādo referunt ad ciuiles & anti/
quas Romanorū leges.quarū innumerabilia uolumina conſcripta olim ſunt:,Sed ea
rum(ut uerbis utar Tertulliani)totā illā ueterem & ſquallentē ſyluā legū nouis pri
cipalium reſcriptorū & edictorū ſecuribus trūcarunt:uaniſſimas quoq; papias le/
ges poſt tantæ authoritatis ſenectutē a ſeuero principe ſcribit excluſas.Sed maximo
Antiquatę le ges
nihilominus numero legum habebanf uolumina quæ reſecauit & ad pauca redegit
Theodoſius imperator.Deinde illa ipſa Iuſtinianus uolumina enucleauit atq; digeſ/
ſit:ſup eis etiā ad hanc diem bellant acertime cauſidici.Q uoniā ea ſunt plurimū,uel
reſponſa prudentiū,uel edicta romanorū principum,uel plebis aut patrū ſcita atq;
cōſulta.Nā ut olim gentes & nationes(quod eſt in Iuſtini hiſtorici Epitomate)nul/
lis legibus tenebanf & arbitria principū p legibus erant;tamen ubi leges petitū Ro
mani miſerunt,eorum ad arbitriū & ad reſponſa,ipſis reditum Romanis eſt,adeo ſæ
pe iniqua ut opilius Macrinus iperator quēadmodū in eius uita Iulius Capitolinus
rettulit ſtatuiſſet,oīa reſcripta ueterū principū tollere,ut iure nō reſcriptis ageref,
nefas eſſe dicēs leges uideri cōmodi & Caracalli & hoium iperitorū uoluntates.Sed
& ſi lege agaf:ſi plebis ēt patrumq; firmata cōſenſu,multa nihilominus ambiguitas
ideo non exacte oium conſonat mentibus,ut pote quæ non omnino perſpicua cui/
q; ſed probabilis,nec ratio reddi poteſt oium quæ a maioribus itroducta ſunt,ut Iu
lianus ſcribit primo digeſtorū libro,titulo de legibus & ſenatuſcōſultis,& longa con
ſuetudine.neq; ēt inquiri oportere rationes eorū quæ cōſtituunf:alioquin multa ex
iis quæ certa ſunt ſubuerterenf,eodem & titulo & libro ſcribit neratius,qua de re le
gis latores antiqui,ut agentibus p̄barenf,quos.ſ.humanus oium conſenſus non pro
baſſet,ille ab antro Iouis,alius a pythio oraculo,alius a minerua ſuas leges traxiſſe
fabulatus eſt,nec ſatis eſſe arbitratus,ſi a naturæ lege quam uitiauerāt deriuare ſuas
leges ipſi uideri poſſent,uel per modum concluſionum,uel per comunium determi

nationes particulares,ut mos eſt loquendi neotericis theologis:quia.ſ. depræhendiſ
ſent diuina opus eſſe authoritate ꝓpter humani imbecillitatem ingenii. Ratio enim
in plurimis hominibus.& imaginationis & ſenſus impetum, ſæpenumero ſequitur:
& ut quiſq; affectus eſt & delinitus,ita frequentiſſime iudicat:unde uideas ab aliis cæ
des,ab aliis libidines,ab aliis alia uitia aut admitti(ut diximus)aut ſi non admittan
tur uel negligentius uel ſeuerius uindicari:de cæteris quoq; idem iudicium,cum aut
plus æquo & ſenſui & imaginatrici indulget poteſtati ratio, aut minus q̃ par eſt ſi
opus fuerit aperte reluctatur.Cæterum quia ſuapte natura probabiles erant leges,
hinc factum ut alia multoq; minor probabilitas,emanaret.In eis enim interprætan/
dis uel propter legum contrarietatem,uel propter ſenſum earũ qui ſe ſe uarie offert
uariis contẽplantibus,iureconſulti diſſenſerunt.& iuris ipſius ſtatutas regulas,alius
alio trahere conabatur,& non ſenſa modo ſed uerba interpretabatur uarie,ut hinc
ad aliam ſequioris ordinis probabilitatẽ iudicium traheretur:fiebat enim ut unus
quiſq; quem malebat ſequeretur genus uidelicet infimum ꝓbabilitatis. Atq; ita tot
ſeculis humanum genus ciuili tumultu exagitatum eſt,iis in ſuam ſententiam uel le
ges uel interpretum reſponſa trahentibus qui opes inde aut quærere,aut conſerua
re partas procuraſſent.quo factum ut diſſentientes inter ſe interpretes, tam uarias
iudicum ſententias pepererint,q̃ leges ipſæ uel contrariæ,uel ambiguæ,uaria inter/
prætum diſſidia cumulauerãt.Acceſſit ꝙ nulla uidetur in rebus humanis regula a
qua quicq̃ non poſſit excipi.& auxit ſæpenumero difficultatem quæſtio facti, teſtiũ
uocibus plurimum terminanda:qui uitiari ſolent multifariam.proptereaq; uel non
eſſe ullo modo factum,uel non ita,aut quantitate,aut qualitate,aut reſpectu loci, tẽ
poris ſolet afferri.In uitiis etiam arcendis non uariæ modo pœne.Immo uaria ſi ui
tia cẽſeri deberẽt,inter legũ poſitores diſſidia.necnõ inter ipſos quoq; philoſophos,
Nam in ipſis quæ omnes uitia faſſi fuiſſent,quanta inter ſtoicos peripateticoſq; diſ/
ſenſio?cum ii uitium aliud alio maius eſſe dicerent,illi prorſus negarent,& æqua eſſe
omnia uitia magna uoce contenderent:Alii etiam uitia non eſſe diſputarent, quæ
alii pro uitiis exterminaſſent:unde & leges quoq; uarie prodirent,& in damnando,
& in permittendo.& in ambigendo,quid permitti damnariq; deberet:anxius pluri/
mum eam ob cauſam philoſophantium animis.ut hinc celebrandi ſacras litteras ma
gna quoq; præbeatur occaſio,apud quas illud ſcribitur,lex domini immaculata con
uertens animas.

**Epilogus primi libri in examen uanitatis doctrinę gentium,ubi et de ueritate et excellẽ
tia ſacrarum litterarum agitur. Caput Vigeſimum.**

A Pparere ſane incipit & liquido quidem,incertam eſſe omnium gen/
tium philoſophiam.nam cum uarium ſit philoſophãdi genus,uariæ
philoſophantium ſectæ,uaria dogmata philoſophorum qui princi
cipes habentur,inter quos nec in philoſophia diuidenda,nec in ipſa
iam diuiſa conuenit,& quod multo eſt deterius cum ipſi inter ſe ſe
de rebus ſi non ſingulis,certe & primis & maximis & cognitu dignioribus,alter/
centur & pugnent, Nec adhuc pugnæ finis inueniatur, quid reſtat præterea ut
non ipſa gentium doctrina & uana & incerta prorſus iudicetur?Damnata hæc a

Xenophonte

Xenophonte ἰνἀπομνημονεύμασι ex ipſa diſcordia/ut etiam philoſophos qui ſubli/ Xenophon
mia naturæ quærerent ſpeculamina/ſimiles furentibus longo pulchroq; diſcurſu iu
dicarit.Irriſa hæc a Luciano in Timone/ob eandem contentionem.cum iocatus in io Lucianus
uem eorum aures obturatas dicit diſputãtium clamoribus philoſophorum:atq; ob
id preces non audire.Magna hæc quoq; cenſura Senecæ notata/de liberalibus ſtudiis Seneca
differentis/q; ad ſyllabarum ſcilicet dictiones/& coniunctionum ac præpoſitionum
ꝓprietates deſcenderent philoſophi/ut diligentius ſcirent loqui quã uiuere Fabius Quitilianus
Quintilianus affirmauit ſui temporis philoſophos pleroſq; nõ uirtute ac ſtudiis ut
haberentur philoſophi/laboraſſe.ſed uultum & triſticiã & diſſentientẽ a cæteris ha
bitum peſſimis moribus ꝓtẽdiſſe.Taxata hæc eadem a'Cicerone in opere de legibus Cicero
dum narrat Gellium procõſulem Athenis philoſophos qui tum erant/in locum unũ
conuocaſſe/ut aliquando controuerſiarum aliquem facerent modum:q; ſi eſſent ex
animo ut nollent ætatem in litibus conterrere/poſſe rem cum eo cõuenire : & ſimul
operam ſuam illis eſſe pollicitum/ſi poſſet inter eos aliquid conuenire de eorum in/
ter ſe diſſenſione.At q̃ta illa quæſo & q̃ multiplex & q̃ in terminata diſcordia?uidi/
mus enim q̃q̃ nec omnes diſſenſiones collegiſſe fateamur/nec ipſis in diſſenſionibus
enarrandis uno modo ſcribant authores/q̃ & magna eſt & q̃ multiplex/ uariarumq;
ambiguitatum fœta diſſenſio.uidimus ſectarum principes & conſectaneos/ & in uni
uerſum/& per partes diſidiſſe:Ac ſingulatim enarratis dogmatibus/de rerum prin/
cipio uarie atq; pugnaciter decreuiſſe:in cauſis etiã rerum naturalium in ipſaq; na/
tura principiiſq; materialibus diſcordes fuiſſe:In mundo conſtituendo/in decernen
do illius fine/in dimetienda magnitudine/in deſignanda figura/& huiuſcemodi cæ/
teris/plane inueniri uarios/inconſtantes atq; pugnaces.Iam de ipſius mundi parti/
bus cœlo & ſtellis cum differerent/nihil eos fere una uoce ꝓferre:cum de imis & ae/
reis diſputarent affectibus/plures induere facies q̃ autumnus.De homine uero cum
docerent nihil docuiſſe/de eiuſdem anima cum diſputarent/tam inconſtanter id effe
ciſſe/ut caruiſſe illos anima ſuſpicari quiſpiam poſſet/nec philoſophos fuiſſe/ſed eua
nidas potius umbras & ſimulachra uiuentium.Mitto de animæ functiõibus atq; mu
neribus uaria iudicia:ſileo de corpore:taceo prorſus de hominis fœlicitate/& ſum/
mo bono/& moribus/quis id queat haberi:Cum ĩ his omnibus nihil certi ſtatuerint
& pacati/ſed omnia & nutãtia & bellici plena tumultus oppidoq̃ inſipienter effude
rint/Adeoq; uane ut ſub ambiguo etiam reliquerint depræhendi rerum ne ueritas
poſſit an minime?Studium præterea inter eos ꝓcipuum ut alter alterum inceſſeret.
& qui poſterior eſſet eos qui ante ſe ſcripſere uexaret.Plato enim ſuperiores omnes Plato
tanq̃ cenſor notauit.quod maxime uidetur feciſſe in theeteto/atq; in ſophiſta dialo
gis.Platonẽ peripatetici incuſarunt.Noui Academici peripateticos & ſtoicos.hi ue/ Peripatetici.
ro & in peripateticos inuehuntur & inter ſe confligunt.ab ipſis q; eorum primor/ No.Acad.
diis factiõibus æſtuarunt/atq; ut ait Numenius inter ſe ſe adeo diuiſi fuerunt/ut Alii Stoici.
magis alii minus ſe ſtoicos eſſe faterentur.Sceptici in omnes argumentati ſunt/eoq; Sceptici
res deuenit/ut non uerbis modo ſed pugnis(ut ille inquit)bellum inter philoſopho
rum ſectas iniretur.Conferamus hæc litteris ueteris & noui teſtamẽti ſacrorum elo Diſciplia xp̄i
quiorum/a quibus noſtram.i.Chriſtianam diſciplinam petimus:& in illo ueritatem ana.
ſub nube figurarum atq; uelamine contemplamur/in hoc eam ipſam cernimus cla/
ra & manifeſta in luce reuelãtam.Conferamus inq̃ noſtram diſciplinam quam uere

Doctrina gē tium

diſcimus ex ſacris litteris cum doctrina gentium, quæ quod nō didicit ſæpenumero docet, modo falſo, modo incerte, ut mittam q̄ arroganter, & interconferendum bo rum ueritate & pondere, illarum uanitatem facilius depræhendemus. quid pondus, quid uanitatem dixi? quādo unum dogma ex moſaicis, ꝓphæticis, euangelicis, apo ſtolicis litteris, in examine poſitum, omnibus qui in altera lance collocari queant gē tium doctrinis longe præponderet. Sane uidebimus ſi in trutina ponātur, cum mul ta & digna ſcitu, & prorſus utilia, tum illud in primis, ꝙ ſicuti rude illud ignarumq; & parui ſemper apud bona iudicia momenti uita & philoſophorum hoc, longe erudi tiſſimum, multæq; æſtimationis & gloriæ, ſcinditur incertum ſtudia in contraria uul gus. In unum autem eximia concordia cōuenit, noſtrorum multitudo theologorū: in ſacris litteris omnino concors, in eccleſiæ præceptis admittendis obſequens, una pollēs fide, una comuni ſpe freta, una caritate ſuffulta. Si quid uero inter ipſos theo logos diſcordiarum emerſit, id totum fluxit a fontibus philoſophorum, quando eo rum lutulentam aquam augendæ potius q̄ extinguendæ ſiti, per ſe ſe cōducentem, limpidiſſimæ illi atq; uiuæ diuinorum eloquiorum uenæ, quo magis hæretici homi nes proprii eorum erroris admonerentur, noſtri ſæculis poſterioribus theologi miſ cuerunt.

Q đ oēs phi aliqd didice rint ex ſacris litteris

Veriſſima illa quidem & ſacratiſſima eloquia, ab eiuſmodi philoſophis ma gno adeo in prætio habita ſunt ut ad ea cognoſcēda nauigarint, exilius uerius q̄ pe regrinationibus ſuſceptis, ut illa ipſa ꝑcallerent. ea de cauſa petiit ægyptū orpheus,

Orpheus

& a moſaicis didicit monimentis, unum eſſe deum qui coli deberet ab omnibus. Ea ꝓ pter eorum quæ antea docuerat cecidit palinodiā præclaro hymno, & hac de re mu ſæum admonuit.

Thales
Pythagoras
Democritus

Thales ægyptum inuiſit eodem ſe pythagoras & Democritus cōtu lere: nam & multo ante philadelphi tempora ut Ariſtobulus & Euſebius & Alii me minere, lex moyſi in græcam linguam, non exacte quidem uti poſtea per duos & ſep tuaginta interpretes gratia Ptolemæi, ſed utcūq; fuerat conuerſa, ut pateret quo quomodo græce ſcientibus, quare non modo per uiuas interpretum uoces, id enim a nullo uidetur poſſe negari, ſed per ſe ſe aliquando legere uetuſti illi philoſophi po tuerunt Moyſi legem, ſi uera illi quos retulimus narrauerunt, hoc eſt eam ante Pto lemæi tempora in græcam linguam fuiſſe conuerſam.

Concordia in ter nonnullos diſſidentes theologos

Hinc ſatis colligi poteſt eos q ante ſeptuaginta editionem interpretum, dixerunt ignota græcis moſaica monumē ta, ut uidetur uelle Auguſtinus in octauo libro de ciuitate Dei, redire poſſe in gratiā cum illis, qui ante illa ipſa tempora græcis nota fuiſſe, hiſtoriæ mandauerunt. ii enim de cognitione non perfecta & expolita, ſiue ægyptiorum ſiue hebreorum in ægypto uel uoce uel ſcripto interpretantium mentiōem fecere, qui Moyſis tantū libros trāſ tulere: Illi uero de perfecta & examinata, probataq; ſeptuaginta interpretū editio ne locuti ſunt.

Numenius de platone
Iuſtinus d pla tone
Euſebius de platone
Ambroſi9 de platone
Clearchus d ariſtotele

Certe quacunq; uia potuit in moſaica doctrina, Plato tam ē uerſatus (ſi Numenio pythagorico ſtandum putemus) ut nihil aliud ſit ipſe Plato q̄ Moſes at tice differens: ſi noſtro Iuſtino & philoſopho, & Chriſti martyri, omnia inde ꝑcipua ipſius dogmata traxerit, ſed ariopagi metu fabulis obtexuerit. plura quoq; ide illū & traxiſſe & inquinaſſe, non dicit modo ſed duobus libris ꝓbat Euſebius. diuus quo q; Ambroſius cum alia de Platone tum illud præcipue affert in libro de bono mor tis, ꝙ ſuos illos Iouis hortos, ex canticis Solomōis acceperit. Ariſtotelem quoq; a iu dæo quodam uiro, & multa & egregia didiciſſe, Clearchus peripateticus in libro de ſomno memoriæ prodidit: & Theophraſtus atq; porphyrius ex hebræis multa lau

dauere,

dauere,ut facile eſt uidere apud Euſebium ea ipſa ex parte referentem.In nouó quo q; teſtamento multi philoſophorum inſudarunt,idq; laudarunt inuiti,ut Amelius platonicus & Alii.de qua re quoniam & ab aliis & a nobis etiam alias pleraq; ſcripta ſunt,nunc innuiſſe pauca q̃ explicuiſſe multa ſit ſatius.Noſtræ itaq; fidei dogmata diuinitus tradita,diuinitus etiam confirmata ſunt,non fucis uerborum ullis aut ſyllogiſmorum ambagibus: quãdoquidem rerum omnium maximum,ut ille inquit,iudicem decebat non argumentari:ſed breuiter ac nude pronunciare,addo & pronunciata firmare ſignis atq; portentis.neq; enim conuenit ut ſi diuina ſint principia & ſupra naturam,deterioris generis debeant haberi ea quibus comprobent,quare miraculis quoq; ſupra naturam confirmata,hinc mundi maxima eſt admiratio ſuborta & ipſorum illa ueneratio philoſophorum.qui & magis etiam demirati fuiſſent,ſi perſpexiſſent & aduertiſſent animo:q; principia noſtræ Chriſtianæ religiõis ſunt diuinitus tradita,quod media ſignis diuinitus editis robur accepere.q; finis eſt æterna fœlicitas,ut hui9 noſtri ſyllogiſmi prima quaſi propoſitio fides habeat,diuino lumine patefacta,deinde tanq̃ ſecunda ſubſequatur miraculorum innumerabilis multitudo ad ipſam fidem & opera quæ inde promuntur confirmãda eodem lumine clariſſime perſpecta:demumq; uita omnino fœlix ex ipſis ueluti aſſumptionibus colligatur,diuino illo & præcellentiſſimo lumine in cœleſti ſede conſumata. Ipſis igitur in ſacris litteris quæ a deo profectæ ſunt,ueritas,pmiſſa fœlicitas,cõſtantia. In libris philoſophorum qui ſenſum maxime ſecuti & phantaſiam,uanitas,incertitudo,diſſidia,quæ qdem diſſidia ubi hoc primo huius operis libro magna ex parte enumerauimus,authoritatibus freti,& tanq̃ hiſtoria recenſendarũ opinionum uſi.Nũc rationibus & diſputationibus id ipſum ut fiat,& tempus & promiſſa poſtulant. qua in re nec ab ordine abhorrebimus Ariſtoteli ſeruato in doctrina de aialibus edẽda,quandoqdem quæ ad eorũ ſpectarent materiam,nonnullis libris explicuit,hiſtorica uſus narratione,unde & ii libri non de natura,ſed de hiſtoria animaliũ græca,in ſcriptiõe notant,ſatiſfacitq; id ipſum quæſtioni rei quod eſt,ſiue ut ſit,neoterici quia eſt ſolẽt appellare.poſtea uero ſeorſum aliis libris egit de pribus,& aliis de generatiõe ipſorũ,ut cauſas & finis,& formæ,quas eſſe ppe eaſdem cenſuit,in illis quidem libris perquireret,in his uero poſtremis,cũ partibus ad generationẽ ſpectantibus,eam præcipue quæ nomẽ efficiẽtis accepit.ut quod hiſtoria experimẽtis nixa,qbuſdam libris apuerat,deinde reliqs libris id ipm diſputatio rõnib9 freta diſcuteret atq; firmaret.

Amelius de euãgelio

Quõ noſtræ fidei principia,media,fi nis,ſupra natură idq; ſub exemplo ſylloгiſmi

Q d' author eũ ſequr ordinẽ quẽ ſeruauit Ariſtoteles ĩ libris de aialibus.

IOANNIS FRANCISCI PICI MIRANDVLAE DOMINI ET CONCORDIAE COMITIS IN EXAMEN VANITATIS DOCTRINAE GENTIVM ET VERITATIS CHRISTIANAE DISCIPLINAE LIBER SECVNDVS.

PROOEMIVM.

NIhil fere poſſumus,comperiendæ gratia ueritatis humanitus excogitare,quod a ueterib9 gentiũ phis nõ aliqua ſit nobis ex parte ſubindicatũ,qui ſi cõueniſſent rectis pditi moribus,ab ea quæ diuinitus purgatis mẽtibus affulget luce colluſtrati,potuiſſent ĩ poſteros quicqd eis illuxiſſet ueri,nulla inuidia refundere. Sed

huc illuc p anfractuoſas diuagari ſemitas,ad regiã ne conuenirent,aut ignoratiõe, aut ambitiõe,detenti ſunt.Erat aũt in eã quod & ſuapte natura ueritas humano q̃ſi ta more,oppido q̃ difficilis eſſet inuentu,& inuenta maxio haberet̃ in p̃cio,magnaq; poſſeſſorẽ laude cumularet,q̃q̃ & inſincera,& plena difficultatum,ii ipſi quoq; diui næ hauriendæ luci,ob uitiorũ tenebras idonei minime reddebant̃,quãdo & id ipſum lumen quod q̃dem p̃pħa cecinit eſſe ſup nos ſignatũ,quodq; oẽm illuſtrat hominẽ uenientem in hunc mundũ,& ſi non potuerunt penitus abiicere,ei tamẽ nubes ma le peruias oppoſuerunt.hinc Dei notionẽ naturaliter inditã & inuſtam mẽtibus hu manis,uel diſceptationibus tentabant abolere,uel ſi id nequiſſent,uitiis eliminare.il lud aũt & pħorum uulgus exploſit,hoc uero paulus cõdẽnauit ſcribens,cũ Deũ co gnouiſſent,non ſicut Deũ glorificaſſe,aut gratias egiſſe,ſed ſuis ĩ cogitatiõibus eua nuiſſe.& dicẽtes ſe eſſe ſapientes,ſtultitia laboraſſe.ac ſane aliis de ueritatibus q̃d ip ſi decernere potuerunt ſapienter pħi,quãdo in una tã clara & ab ortu naturæ cõna ta,tã imprudenter hallucinati ſunt,dubitãtes an uerũ aliquod inuenirent̃? Nõ uſque quaq; tamẽ obcæcati,ut in hoc decepti ſint,id.ſ.eſſe difficile cognitu.q.n.abſconditã dicebãt ueritatẽ & incõpræhẽſam,minime tamẽ ſe inficiari dicebãt,poſſe compræ hẽdi.q ſempiterna ſuſcitatiõe cõtenti erãt,aliis q̃dem negociũ faceſſebant,nec inue niſſe illã cõtendebãt:dubitabundi uero manebant ipſi nihilominus,& q̃rebãt ſemp. At q putabãt ſe ueritate potiri poſſe,& alias ẽt ſe eſſe potitos,multo illã tamen ſtu dio,magnis quæſitã laboribus affirmabãt,ut aliis ẽt paulo minus inaceſſam facerẽt, eatenus uidelicet,ut q paruo emptã uellẽt,magno tamẽ cõſtare illam erudirent̃. Sic Alius in puteo demerſam,Alius in horrendis latitaret antris dicebat. Atq; ille in ea q̃rendæ,ridebat hoium ſtudia,& ſolitarius diſputabat ſecũ,ſepulchrorũ ẽt habitator factus:hic eadẽ ſtudia hoium,lachrymis p̃ſequebat̃. Ac pricipio ſe nihil ſcire,ad finẽ oĩa ſcire teſtatus,obſcure tamẽ ſic,ut tenebricoſi nomẽ inde ſuſciperet,ab ipſa forte bi le atra p̃citus,qua laboraſſe illũ ſcribit Theophraſtus. Hinc ille in dianæ tẽplo talo rum luſus,hinc odio hoium uita in mõtibus acta,hinc uitæ finis nõ dignus pħo. Fue re tamẽ nõ multo poſtq magis in promptu illã eſſe cõtenderint,qnorũ diſſenſio fal ſum ab eis p̃mi ſatis ap̃te ſignificauit. Nã ſenſu nõnulli,plerią; phantaſia,q̃dam ĩtel lectu,pars oĩbus iis modis dep̃hendi & diiudicari poſſe illã decernebãt cõtraſtabãt alii & uniuerſim,& ſingulatim,multa fundentes adeo,ut ad tria hæc capita totũ pħo rũ de ueritate,an.ſ.ea haberi poſſit,an ulla te pueſtigari,negociũ reductũ eſt,ut alii cenſuerint neceſſariũ eſſe ueritatis oẽ iudicatoriũ ſublatum iri. Alii relinqui,uarie tamẽ hoc ab eis cõtendebat̃. Alii primis adhærentes magis,illa ipſa quæ ab aliis ſunt relicta,debere tolli. De q̃bus oĩbus p̃ſenti libro diſſeremus nõ authoritatibus dũta xat nixi,quod fecimus libro ſuperiore,ſed argumentis ipſorũ uſi,q̃ ubi p uiribus ex plicuerimꝰ,ueritatẽ,ĩp̃am,e ſacris haberi litteris poſſe,ideq; petẽdã eẽ ſubſignabimꝰ.

Quã difficul ter poſſit ha beri ueritas pħorum teſti monio.

Triplex ſecta in uniuerſum d̃ ueritatis iu dicatorio

Quod iudicatorium κριτήριον a grecis uocatum multis capitur modis et quid de eo agen dum:quidq; hoc ipſo libro tractandum,et quomodo. Caput primum.

S Vperiore libro mõſtratũ eſt,ſup ueritate diſſenſiſſe gentiũ pħos: quæſitũ q; diu,nec plane & cõcorditer cõſtitutũ,ea ne p pħiam,rõnaleq; eius p̃tem haberi ab hoie poſſet an minime?nec iudiciũ aliquod fieri de ea poſſe,ex p

petuo philoſophorum bello colligere ſatis aperte potuimus. Id autem & uniuer ſim
oſtenſum eſt, & authoritatibus dumtaxat probarum. Nunc & particulatim, & ra/
tionibus, id ipſum monſtrandam comprobandumq́ eſt. Occurrit autem primo
ueritatis κριτήριον quod dicitur a græcis, cuius uice iudicatorium tranſferimus — Judicato/
potius q̃ iudicium, uerbum reddentes uerbo. Vt enim peripatetici latini αἰσθητή/ — rium multi
rion apud Ariſtotelem, tranſferunt ſenſorium, & etiam inſtrumentum ſentien/ — fariam acce
di: ita & criterion, iudicatorium uertamus, & inſtrumentum iudicandi, ſiue locum — ptum.
iudicii, quare ſemper cum de criterio erit mentio, iudicatorii utemur nomine, &
inſtrumentum quo fit aliquod iudicium, dabitur intelligi, & etiam locus quo/
quo modo, in quo cauſa ſiue lis iudicatur. id autem nomen multifariam cum ſu/
mi poſſit, prius explicandum uidetur, ut eo id in ſignificatu capiamus, qui no/
bis erit propoſitus. κριτήριον pro eo poſitum eſt, quo quicq̃ agimus aut deſiſtimus
in obeundis actuoſæ uitæ muneribus. Pro eo item quod fidem nobis facit rei — Veritatis iu
alicuius, ſit ne an minime: & hoc ueritatis appellatur iudicatorium, quod & triſariã — dicatorium
accipitur, cõmuniter, proprie, magiſq́ ꝓprie. Primo modo res quælibet qua utimur — triſariam.
ad quicq̃ depræhendendũ, iudicatorii nomẽ accepit, uti uiſio, auditio, cæteri ſenſus
naturales. Secundo modo omnis res quæ arte quicq̃ appræhendit metiturq́. Sic &
regula omnis, & amuſſis, perpendiculum ue, quorum ope dignoſcimus rectum
ne ſit lignum aut curuum: iudicatorii uice deſumimus. Tertio res omnis cuius
ope, uſu ue, in rei latẽtis & minime claræ cognitionem deuenimus. quare quæ ratio/
nalia dumtaxat & ſunt & habentur, iudicatorii nomẽ præcipue obtinuere, quem in
modum, q̃ dicuntur dogmatici phi, ad ueritatẽ iudicandã ferri ſolent. hoc aũt ratio — Rõnale iu/
nale iudicatorium, tribus & ipſum modis modis accipi conſueuit. nam id a quo eſt, — dicatorium
& per quod eſt, & ſecundum quod eſt. ita enim illi ὑφ᾽ οὗ, δι᾽ οὗ, καθ᾽ ὃ. id autem a quo — triſariam.
dicitur eſſe iudicatorium, homo eſt, per quod uero, ſenſus, ſiue mens: At ſecun/
dum quod, phantaſia imaginatione ue. quando eius intermedio, homo ducitur ad — In ponderi
iudicandum quicq̃ eorum, quæ ſolent in medium gratia diſputationis afferri, Sic & — bus exami/
in ponderibus examinandis tria hæc uidentur conuenire: Adeſt enim artifex, q̃ me/ — nandis tria
tiendo ponderi uacat & bilancem tenet: Adeſt & ſtatera ipſa ſiue bilanx per quam — conuenire.
pondus libratur: Adeſt & poſitus quidam ſtateræ ipſius, & habitus, ſecũdum quem
aut huc aut illuc uergit. Homo igitur componitur ei qui põdus librat, ab eo enim
fit iudicium. Mens & ſenſus ſtateræ comparantur, per quã fiunt iudicia: Phantaſiæ
uero iactus & habitudo quædam, poſitioni & habitudini ſtateræ coaptatur, ſe/
cundum quam perſuaderi ſolet homini ut quicq̃ diiudicet. Hoc itaq́ iudicato/ — Quã diuer
rium ueritatis, quidam exiſtere affirmauerunt, ut peripatetici, ſtoici, & præterea nõ — ſa iudicia
parum multi: Alii negauerunt prorſus, nonnulli ſub dubio reliquerunt. & qui — apud p̃hos
affirmauerunt, Alii in ratione collocarunt, Alii in actionibus dumtaxat irra/ — de ueritatis
tionalibus eſſe uoluerunt, Alii in utriſq́. De ipſo igitur in primis iudicatorio — iudicatorio
uidetur agendum. opus eſt enim eis qui ueritatem ſibi conſciſcere artificioſe
uolunt, ante omnia ſibi & principium & modum inueniendæ illius conſtitu/
tum, & ratum habere: quod ſi nutauerit, non ſolum authorum diſſenſione per/ — Quo pacto
petua, ſed uacillauerit prorſus & rationum ui, & experientiæ poteſtate: ſa/ — hoc ſecũdo
ne tum & reliqua infirma, nutabunda, ruinoſa eſſe liquido conſpicietur: — libro proce
Itaq́ hoc ſecundo libro de iudicatorii ueritatis diſſeremus infirmitate. primum — dendum.

mum diſpicientes ullum ne habeatūr in cōmuni ueritatis iudicatorium,ullum ne
uerum in cōmuni apud philoſophos conſtans habeatur?Deinde utriuſq; tam iudi
catorii q̃ ueri ipſius,opiniones diuerſas,diuerſaſq; rōnes,qbus in illis aut cōprobā
dis,aut refellendis uſi ſunt phi.ſeorſum referemus. Inde ſcepticorū cōtradictiones
afferent in cāpum,aduerſus eos q affirmauere ueritatis eſſe κριτήριον:& ordine con
ſequenti de eo cui nomē factū eſt,a quo,exin de alio cui obtigit nomēclatura p qd̃,
de tertio demū quod ſolet nuncupari,ſecundum qd̃,tractabimus.Poſtea de uero ip
ſe exiſtat an minime?& ſi exiſtat qbus id in rebus liceat depræhēdere,non iā in cō
muni ut antea,ſed particulatim ſingulatimq;,ſingulorū diuerſa placita, diuerſaſq;
in illis cōprobādis rationes,quēadmodum in iudicatorio ſeorſum facturi ſumus, re
feremus.Demum ubi ſit ueritas indicabimus,quæ omnia ſtatuto iā ordine ubi diſ-
cuſſa abſolutaq; fuerint,tertio libro manus admoliemur.ubi quæ nā in liberales ar

Q nā recte agatur de iudicatorio

tes & omnem phiam argumenta ſceptici excogitarunt,explicabuntur.Quæſtio igi
tur de iudicatorio ueritatis nobis oportune ſuſcipitur euentilanda, non ſolum qa
homo ſuapte natura aial eſt ueritatis amicum,nec ob id tātūmodo q pulchrum,
& præclarum pleriq; omnes exiſtimāt,eorū in quibus ſectarum principes, & totius
humanæ phiæ præſides digladiantur:ſe ſe aliquando pacate potiri poſſe: ſed ppea
qd̃ de iis quæ ſequentur phiæ partibus uniuerſis,ulla ferri ſententia nequit a phis
gentium,hoc quaſi totius controuerſiæ pbatiſſimo teſte, imo omnimodæ cauſæ ar-
bitro,non adhibito in conſilium prius,& non audito, & diligenter non auſcultato.
Vides.n.alios ueritatem ſe ſe & noſſe & docere iactantes. Alios bene ſibi & glorioſe
putantes actū,ſi eorū iactātiam frenare potuerint.Rurſus adſunt qui præcipitem,
ut putant ipſi,uel auferentiū aſſenſum,uel cohibentium,temeritatē reuocare, & ad
iudicium uel ſenſus uel mentis adducere,dignum hoīe pho coniectētur. Ergo cum
tota quæſtio propoſitio ue qōnis,contineatur duobus uocabulis,iudicatorio uideli

Qd̃ de uero & ueritate aliter phi gētiū aliter noſtri theologi loquūtur.

cet & ueritate,quæ ab ipſo uero ut qdā putant cōpræhēditur.Non.n.ut noſtri theo
logi,ita & phi gentiū omnes,& maxime ſtoici decernunt,ut illa abſtractum ſit no-
men,hoc concretū,atq; illud trāſcendens ēt uocabulū habeatur, ſed aliter omnino
ut ſumus dicturi,& quidē arrogāter(ut uidebit)præcipiunt. cū inq̃ tota quæſtio &
iudicatorio & ueritate,ſiue uero,contineatur:ac de iudicatorio quo ad nomē atti-
net,quotq; modis capiatur iam egerimus,nunc an ſit aliquid? qd ſub eo noīe uere
& ſine cōtrouerſia iaceat,diſqramus. Deinde id ipſum de ueritate uel uero,pari pa
cto percepturi.mox ad alia quæ promiſimus exequenda,ſeorſum utrūq; diſcutien-
tes,quaſi a ſummo ad imum progrediemur.

Vtrum habeatur aliquod ueritatis iudicatorium,utrum uerum ullum in cōmuni repia-
tur an minime,q̃ multę rōnes hinc inde afferantur. Ibiq; ēt qd uerū ſit. qd ueritas.
multę tā ſtoicorū q̃ pipateticorū noſtrorūq; theologorū ſniç. Caput ſecundū.

Argumēta dogmaticorum in ſcepticos.

Taq; ſunt qui affirment aliquod eſſe iudicatorium ueritatis, quādo
fere ita omnibus uideatur.contradicunt ſceptici nec admittunt cō-
ſecutionē.quoniā quod non eſt tale,poteſt tamen tale uideri. Iterū
poſſunt eos urgere dogmatici,ut tentēt ipſos qd̃ negauerāt fateri
quos ductū naturæ cōſtat agi uel ad appetēdū qdpiā uel declinādū: & p confeſſo
quoq;

quoq; poſitum præſcriptūq; eſt,cum afficiantur moleſtiis,cum lætitia mulcentur habere ſe ſe aliquod quo ueras eſſe non falſas,non illuſorias affectiones eas pcipiāt, nec poſſe illos abnegare dum leges ſuſcipiunt patrias,dum docentur,ſe prorſus care re iudicio,ſe lumine aliquo interiori non pollere,quo uel bene uel male,uel uero uel falſo agere,nō internoſcant.Reſpondēt ipſi iudicatorii cuius ſupra meminimus mul ta diſtinctione uſi;fatenturq; ne omnino ſine actione ſint,ne aſymboli ab hominum conſortio maneant,ſuſcipere ſe aliqua ſine diſcuſſu,ſine cōtrouerſia:quæ ubi ſub exa mē pbiæ uenerint,alia quæſtio.Neq; enim eo progreſſi ſunt ut negēt quod uidetur? ſed eo ipſo ducuntur ad agendum.an uero id quod uidetur ita ſit,& tale uti uidetur, de hoc multa & magna quæſtio:Adeoq; multiplex,ut ſemper ab illis diſcuſſa & diſ putata,nunq; uero aut conſtituta ſit aut decreta.Sed enim aduerſus illos qui iudica torium conſtituunt ueritatis,hūc fere in modum ſceptica familia diſputat. uos quæ ſo Stoici & Peripatetici & quicunq; in hoc albo eſtis;ut ſit iudicatorium. uos appel lo,ut pote quibus non conuenit,quale nam id ſit,& quo numero?qui uero negant, uideri quidem ita non abnuunt,ſed eſſe non conſentiunt.Ambigimus nos & adhuc diſquirimus.Tam multiplex igitur diſcordia diiudicari ne poteſt an minime?Si di iudicari nequit,nobis conſentite,cohibentes aſſenſum & ueſtigando philoſophan tes.ſi poteſt:quo id fieri queat modo?nobis etiam comunicate.Sed qui hoc ualetis? quando adhuc decretum non eſt,non modo quod ſit,ſed an ſit ullum: qua ſuper re ipſi perpetua lite maceramur.Rurſum ut de iudicatorio cōponatur diſcordia,opor tet nos habere iam confeſſum & conſtitutum iudicatorium,ut ipſa. ſ.diſcordia tolla tur,ut in alterutram partem ſit aut non ſit ipſum iudicetur:Atq; ut queamus iudi catorium habere certum & conſtans,principio tolli eſt opus & iudicari multiplicem de eo ipſo diſcordiam,ſi autem iudicatorium iudicatorio diiudicari dixerint,in infi nitum rem abituram qui neſciat inuenitur nemo.pari pacto ad infinitam diſquiſi tionem occaſura res eſt,ſi demonſtrationis(qua de re ſumus late diſputaturi)men tio fiet.nam demonſtratio iudicatorio indiget,nulla enim ſine iudicio ſenſus aut in tellectus aut utriuſq;,demonſtratio communietur:ut aperte & extra omnem con trouerſiam notum eſt iis,quibus aut peripateticorum aut Stoicorum tractatus de demonſtratione perlecti ſunt,ne dixerim in manibus ſumpti.Si autem demōſtratio ne iudicatorium indiget,circulo res agitata perpetuo nunq̄ terminabitur. cum al ter altero & alterutro alterutrum ſemper indigeat.Sed aiunt eſſe aliquod habeatur iūdicatorium,id uanum inquiunt & inutile,cum uerum ſuapte natura exiſtat ne an minime,clarum non habeatur?ueteres enim philoſophi uerum a ueritate tripha riam ſecreuerunt,eſſentia,conſtitutione,poteſtate.eſſentia quia uerum dicebant in corporeum,corpoream ueritatem.uerum enim ſi Stoicis audimus eſt ut λεκτόν.i. di ctum,ita transferre nobis liceat ſiue enunciatum,& ἀξίωμα,idest dignitatem: quod nomen Cicero in prima tuſculana uertit pronunciatum . Veritatem uero ſcientiam omnium uerorum declaratricem,quæ quodammodo ductrix habeatur. huiuſcemo di autem uocant corpus.eſt enim ſecundum ipſos ſpiritus. Cōſtitutione autem quo niam uerum ſimplex quiddam eſſe putabant,ut uerbi cauſa ego ſcribo: At ueritatē decernebant multorū quæ uera eſſent,cognitiōe cōſtitui.poteſtate uero q̄m ueritas ſcia haberet:uerū aūt nō oino.quapropter i ſolo ſapiēte & uirtute p̄dito,uolūt ueri tatē i eē Stoici,uerū aūt & i ignaro eē poſſe nō negāt,quē uera q̄doq; fari cōtingit.

Argumenta ſcepticorū in dogmaticos.

Quō uerū a ueritate diſti xerunt uete res pbi.

At uerum ipſum ſubſiſtat an minime/dubitant quã maxime permulti: & quoniam i
ipſo Circũſcribiſ ueritas quæ diciſ multorum quæ uera ſint collectio/eædem fere li/
tes & diſſenſiones quæ & ſupra ſunt allatæ.Sed de hac omni re ꝑcedente hoc ipſo uo

Quõ noſtri uerũ a ueritate diſtinxerit et quotuplex apud eos uerum aut ueritas.

lumine dubitatio tumeſ.& perpenſio fiet.Noſtri uero inter quos Auguſtinus præci
pue in libro Soliloquiorũ primo ubi cum ſua ipſe diſputat rõne/ita ueritatem a ue/
ro uti caſtum a caſtitate diſtinguit:ueritatemq; uero ꝓſtantius affirmat.quoniam ſi
quid uerum eſt/ueritate ipſa uerum eſſe diſſeruit.Alii uero ex noſtris de quo etiam
eſt apud.ſ.Thomã/ueritatem qdem & uerum trifariã acceperunt definieruntq; prio

Thomas

id in quo uerum fundaſ/atq; ita Auguſtinus dixit uerum ẽ id quod eſt/ꝓcedit enim
rõnem ueri ipſum ens/tanq̃ fundamentum.Secundo id quod proprie ipſam ueri rõ
nem perficit/quo pacto diciſ ueritas conformitas & intellectus & rei.æquatur.n. res

Ariſtoteles

intellectui.atq; hinc forte dixit Ariſtoteles in libro periherminias/ex eo ꝙ res eſt uel
non eſt/aut ueram aut falſam dici orationem.& in quarto Metaphyſicæ facultatis in
quit uerum dicimus cum dicitur eſſe quod eſt/aut non eſſe quod non eſt:Tertio effe

Hylarius

ctus ueri uerum ſolet appellari quem in modũ Hylarius uero cenſuit ipſum eſſe ma
nifeſtari/& Auguſtinus in libro de uera religione docuit id quod eſt/oſtendi uerita/
te/& ſecundum ueritatem de rebus inferioribus iudicium ferri.Res item/intellectus/
& qui inter ea medius eſt ſenſus:qui.ſ.& res iudicat.& ipſe ab intellectu iudicatur/ei/
q; etiam confertur/ut res quædam & index rerum inferiorum.Atq; ut ſemel dicaſ tã
ueri fundamentum/quã & terminus/& ipſa quæ inter ea ẽ habitudo/atq; relatio/ue
ritatis exprimiſ noie:& a quibuſdam dicitur in re eſſe ut i cauſa/In anima reponi ut
in ſubiecto/oratione uero tanq̃ ſigno exprimi & indicari.utcunq; uero ſtatuaſ/ mul
ta ueri & falſi nomine ſignantur.ipſum autem uerum & ueritatem atq; horum iudi
cium.quẽcunq; philoſophorum in ſuam trahere uelle opinionem & ſupra ſatis eſt
patefactũ/& operis ꝓgreſſu maxime declaratũ iri exiſtimamus.Quare noſtris ad ꝓ

Diſputatio inter antiquos pħos de ueritate.

ſens omiſſis/philoſophorũ in philoſophos diſputatio referatur . Aiunt.n. cum tãta
ſit de uero & ueritate controuerſia/q̃ta & de iudicatorio fuerit:diuerſis philoſopho
rum ſectis & negantibus/& aſſerentibus/& ambigẽtibus/qui fieri facile poteſt ut diſ
ceptatio tollatur?qui enim uerum aliquod eſſe fatetur/ſi ſine demonſtratione id ꝓ
tulerit/ei fides nõ habebitur/ ob uaria diſſentientium philoſophorum placita.Si de
monſtrationem afferre tentauerit/ea ſi falſa fuerit repelletur/ſi ueram dixerit eẽ cir
culo res euoluetur quia per demonſtrationem ut uera ſit quæretur:quæ demonſtrã
tio an uera iterum an falſa ſit/demonſtratione patere conueniet.Itaq; fiet ut hæc ꝑ
illam/illa per aliam ita fulciatur/ut ad nullum tandem finem ſit inquiſitio peruentu
ra.Amplius aut quæ uidentur ſolum uera ſunt/aut quæ non uidentur.uel eorũ quæ
uera ſunt/alia uidentur manifeſtaue ſunt/alia minime.nihil autem horum uerũ eſſe
dicũt/nullum igitur uerum.ſi enim ſolum quæ uidenſ apparentue nobis/uera ſunt/
uel omnia dicent eſſe talia uel quæpiam:At ſi omnia dixerint/ſermo circũuoluiſ ſub
uertiturq;/uidetur enim aliquibus nihil eſſe uerũ.neq; enim quiſpiam ſuum autho
rem alieno iudicio in pari cã iure poſtponet.q; ſi aliqua reſponderint ex iis quæ ui/
dentur eſſe uera/abſq; iudicatorio ſi id reſponderint/quo pacto res occaſura eſt?ne/
q; enim poterunt hæc ab illis ita ſecernere/ut aliqua uera aliqua falſa ꝓnuncient.uſi
autem iudicatorio/aut manifeſtum dicent & apparens illud ipſum iudicatorium.aut
minime:hoc autem neutiq̃ dicturi ſunt/ſola enim ad præſens uera ſupponimus eſſe/

quæ

quæ uidentur,quæ apparent,q̃ manifeſta ſunt:Quare manifeſtum & apparẽs id eſſe fatebuntur:quod ubi dixerint inſtabimus ita.quoniam quæritur quæ nam apparentia ſint uera,quæ nam falſa,idcirco quod ſummitur apparens manifeſtumue ad iudicandas res quæ uidentur,in eadem etiam ipſum quæſtione uerſabatur,ut pote apparens,quare alio egebit apparenti iudicatorio,num uerum ſit an falſum ut internoſcamus:& illud alio,deinceps alio aliud,adeo ut finem in quiſitio non inueniat:ſed cum infinita iudicare nequeamus,etiam non poterimus certo compræhendere an ſola quæ nobis offeruntur apparentia,ne merito,q; uera iudicari debeant:pari pacto eueniet ſi ſola quæ non uidentur,quæ manifeſta non ſunt,quæ minime parent,uera eſſe dixerimus.omnia enim uera eſſe non dicent.neq; enim quiſpiam rationabiliter dixerit,pares haberi ſtellas,neq; etiam idem merito affirmaturus eſt impares. Atqui ſi rem aliquam quapiam alia re diiudicauerimus,ut hæc quidem non manifeſta neq; apparentia dicamus eſſe uera,illa minime,Apparenti aliquo tanq̃ iudice,ſi ſententiam non feremus:eadem nos circũſtabunt,quæ ſupra.ſ.præſſerũt incõmoda. ſi uero eo quod non eſt apparens,tanq̃ arbitro laturi ſentẽtiam ſumus,tum alio nõ apparenti egebimus arbitro,nam quærimus quæ non apparentium uera,quæ falſa ſint.quare opus erit ut hoc non apparens(quando etiam de illo diſquiritur cum inter non apparentia reponatur)alio itidem quod non appareat iudicemus. hoc ipm autem non apparens obſcurumq; & ignotum ſiue non manifeſtum,alio item ignoto diiudicemus,ut noſtra tandem ad infinitum excurrat oratio.quo fit ut obſcura ſolum ignota ue ſiue non apparentia uera dici non debeant.Reliquum eſt ut id ꝑmãt eorum quæ uera ſunt,alia eſſe apparentia,alia minime,quod quidem abſurdum fuerit.ſiue enim omnia tam non apparentia q̃ apparentia uera cenſuerint,ſiue aliqua apparentia,& aliqua etiam non apparentia uera eſſe dixerint,anceps incõmodũ nõ uitabunt.nã ſi omnia,eorum rurſus peruerretur oratio,conceſſuri enim ſunt uelint nolint,eſſe uera,& non eſſe uera.nam uerum illico pronunciabit & pares eſſe ſtellas, & impares.Si ſecundum dederint.quomodo iudicabimus ut eorum quæ appareãt, hæc quidem uera,illa uero ſint falſa:Si enim apparenti aliquo utimur ad arbitrandum,noſtra dubio procul in infinitum abibit oratio.Si uero non apparenti arbitro maluerimus uti:Tum quoniam quæ non apparent indigent iudicio,quo nam teſte, quo iudice quæſo ſumus ad iudicandum uſuri:manifeſto ne an obſcuro:Apparenti an ignoto:ſi quidem apparenti,circulo ſemper agitabitur oratio.hoc enim per illud,rurſumq; illud per hoc,diuerſiſq; & permutatis uicibus id fiet:inuicẽq; alterum altero probabitur.ſi dixerint non apparenti iudicium fieri,tum res ad infinitum ꝓgredietur.pari pacto eueniet,ſi de obſcuris & non apparentibus idem habeatur ſermo.quandoquidem ſi quiſpiam obſcuro quopiam & ignoto iudicare ipſa tẽtauerit, illis ipſis infinita prorſus ſe ſe præſentabit oratio.Si apparẽti & claro,tum ſi ſemper quod apparet clarumq; fuerit adſumet,ad infinitæ probationis incõmodum recidet.ſi ab hoc,ad obſcurum fiat digreſſus,circulo ſemp agitabitur oratio .uanum igitur falſumq; tuentur eſſe,ut eorum quæ uera ſunt,aliqua ſint clara,ſiue apparentia, alia obſcura & minime nota.Quo fieri uolunt ut ſi apparentia uera non ſint,nec itẽ ſola non apparentia uera,neq; etiam aliqua apparentia,& aliqua obſcura uera,nihil omnino ſit uerum.quod ſi nihil uerum eſſe concedatur,& iudicatorium ſi ullum reperiretur uerum eſſe,in eo ſolum diiudicando fore utile:quod cum ipſum minime

reperiaꝛ, pculdubio & uanum prorſus,& inutile iudicatoriũ poſſe decerni.hæc illi & alia plura non in cõi ſolum & in uniuerſum,ſed particularim ſingulatimq; iuti dabiꝛ hoc ipſo uolumine legere.Sed diuerſas opiniones ſuis cũ rationibus & fundamentis

Quõ i hoc ſecundo libro deinceps procedendum.

antea narraſſe præſtiterit.primũ eas quibus iudicatoriũ omne ueri ſublatũ eſt . poſt ea illas qbus conſtitutũ eſt.Demũ ſcepticorũ locos ad contradicendũ & ad cohiben dum aſſenſum excogitatos.ſub indeq; rationes qbus omne ueri iudicatoriũ uerũq; ipſum,ſub ambiguo relinquaꝛ.Demũ uerum ipſum ubi nã ſit paucis aperieꝛ.

De opinione et ratione Xenophanis Colophonii in auferendo ueritatis iudicatorio. Caput tertium.

HActenus itaq; paucis de ueritate & eius iudicatorio,ſed pluribus opere procedente.Nunc aũt particularibus de utraq; re & opinionibus & rationibus explicandis uacandum eſt.Colophonius Xenophanes ueritatis iudicatoriũ ſublatũ iri uoluit, ppterea quod nulli hominũ notum eſſe uerum exiſtimauit:ut pote quia rebus in obſcuris deliteſceret:quapropter non cẽſuit uerũ quidẽ quo ad ſe ſe pertinet non eſſe:ſed quia incertis in rebus id maneret,fieri nequire ut inde penitus erueret.quare relictũ hominibus id eſſe dũtaxat,quod, uideri,ſolemus dicere.q; ſi forte fortuna quiſpiam in uerum incideret,nihilominus ne ſcire illum quo pacto id fuerit depræhenſum,ſed putare tantũmodo & opinari . Nec

Exemplum

ſecus euenire hac in re uoluit ac iis contingeret,qui tenebricoſa in domo & multa ꝓcioſaq; intus adſeruanti deſcenderent aurũ inuẽturi:namq; quiſq; eorũ ubi quidpiã ex domo captaret,id putaret aurũ eſſe,quorũ tamen nemo ita perſuaſus eſſet ut uere arbitrareꝛ,ſe ſe aurũ ǭuis in illud fortaſſis impingeret,conſequi poſſe . Ita inquit hũc in mundũ perinde ac in magnam domũ multa deſcẽdit philoſophorũ turba,ueritatem quæſitura,quam & ſi quiſpiam appræhenderit ei nihilominus aſſentiri non debemus tanǭ recte cõiectanti.Q uo fieri exiſtimauit ut ueritatis iudicatoriũ habere neqremus,ob rerũ quas quæreremus naturam & incertam & indepræhẽſam. hæc

Sextus de Xenophane

officio functus iterprætis ex græco ſexti pyrrhonii libro latine diſſerui, quoniam in

Ariſtot.d Xenophane

opuſculo Ariſtoteles eo in quo tractat dogma Xenophanis nihil horum meminit,ꝓterǭ q; de illo,ut ſic dicam,uideri,quo ipſe Xenophanes utebaꝛ uocabulo , paucula uerba inter diſſerendũ Ariſtoteles ipſe ꝓmit in hũc modũ καν" ᾗ ναιπολλά κάν' ἐμὶν

Cicero de xenophane

ὡς δ' φαίνεσθαι μόνον.Nec item Cicero multa diſſerit :namq; dũ lucullo reſpondet pro ſtoicis in Academicos diſſerenti Xenophanem & parmenidem minus bonis ǭǭ uerſibus,ſed illis uerſibus,increpare ſcribit eorũ arrogantiam quaſi iratis,qui cum ſciri

Quid ex ſexto et qd contra ſextũ allaturus author

nihil poſſit,audeãt ſe ſcire dicere.Hæc ex illo paucula.Ex ipſo autẽ ſexto lõge plura, qui ex propoſito quid Xenophanes de iudicanda ueritate protulerit nota uoluit poſteritati,ex eo igitur ſexto multa tanǭ a philoſopho contra philoſophos,& attulimus & afferemus:atq; aduerſus ipſum etiam duce ratione diſputabimus.Sed tamen eo ipſo magis utemur in qbuſdam confutandis,non tamen omnibus,& ſæpenumero,non ſemper:ſed tum maxime cũ Alii philoſophi inter ſe ſe ueri iudicatorium partientes dilacerãteſq;,poſteris documentum præbuerunt ut ipſis fides nõ haberet.

De opinione et rationibus Xeniadis corinthiiet Anacharſidis ſcythę qui ueritatis iudicatorium ſuſtulerunt. Caput quartum.

Sequitur

ſ

Equitũr Xeniadis opinio cuius & meminit Democritus. Ea perſua/dere cæteris uoluit, ſibi an pſuaſerit neſcio, oia falſa eē, & quamlibet phantaſiã, & quãlibet fallere opinioné. & ex eo qđ non eſt, omne qđ eſt fieri putauit, & ĩ eo iidẽ quod nõ eſt deſinire atq corrũpi. Quæ quidẽ opinio quantũ aut diſtet aut proxima ſit ei, quæ in Xenophané relata eſt, uel ex eo põt intelligi: qđ ſi ueri nihil depræhendamus, ad falſi.ſ. diſcerniculũ, ut pote eũ iã ſit oibus præiudiciũ falſitatis inuectũ, fiet dubio pcul, ut nõ detur iudicatorium, quo illa diſtingui queant. Cæterũ qđ oia ſint falſa & eiuſmodi ut cõpræhendi nequeant & interſtingui, cauſam rettulit in ſenſum. ac eius argumẽtationis uis hoc quaſi puncto colligitur. Si id quo cætere diiudicanť res falſum eſt, neceſſario ſequiť ut omnia ſint falſa, ſed falſum eſt illud, igitur & oia falſa: ſenſus aũt ipſi de omnibus rebus ferũt iudiciũ, atq ii fallaces, ergo inqt conficiť qđ uolebamus. Ancharſis aũt ſcytha, uniuſcuiuſq artis iudicatricẽ ſuſtulit cõpræhenſionem, ualde ſubiratus græcis, q eam reliquiſſent. qs eſt. n. inqt qui ex arte iudicat? ſane uel idiota, uel artifex, idiotã porro ſi dixerimus, quæ nã ſequenť abſurda? Inſolens. n. earum rerũ quæ ad artẽ ptinent, non ſecus aberrabit ac cæcus, q ea conatur quæ pertinent ad uidentẽ, ac ſurdus qui molitur ea quæ aures diiudicant. At ſi concelſerimus inſolenti & ignaro cuiuſq̃ artis, eius ipſius artis quã ignorat iudiciũ, quo pacto differret ab arte artis ignoratio? Enim uero ſi artificẽ dixerint ex arte ferre iudiciũ, rurſum ſequentur abſurda: aut. n. q eiuſdẽ eſt artis æqualẽ artificẽ, aut q diuerſæ eſt, diuerſæ quoq ar/tis magiſtrũ iudicauerit. Sed q eiuſdẽ nõ eſt artis, in artis artificẽ alienæ quo pacto ſententiã tulerit? Artis. n. ppriæ ſcius & gnarus cũ ſit, ad alienã trãſlatus idiota putabitur. At eiuſdem artis opifex, æqualem ſibi, hoc eſt eiuſdem facultatis artificem probare q poterit? qui iudicaret? Hoc ipſum. n. diſquirimus, qs nã ſit, qui de iis qui in eadẽ arte conſtituti ſunt, una eadẽq poteſtate prorſus arbitreť? q ſi illũ hic iudicauerit, fiet ut idẽ ſit qui iudicat & iudicetur, & cui fides & arrogetur ſimul & derogetur. quatenus. n. eiuſdẽ artis, Alienus eſt ab aliis qui iudicant, ipſe aũt cũ iudicatur ei nõ habeť fides, quatenus uero iudicat ei ptinus habebiť. fieri aũt quo pacto poteſt, ut idẽ ſit q iudicat & q iudiceť? & cui fides & habeať ſimul & nõ habeať? q̃re cõfici putauit, q ex arte iudicet repiri neminẽ, ex quo tolli iudicatoriũ plane putauit. Vis argumẽti Xeniadis.

De opinione et rationibus protagoræ quibus doluit ueritatis iudicatoriũ in uniuerſum tantũmodo ſublatum iri, ibiq non nihil contra Ariſtotelem deq opinione dionyſiodori et euthydemi, et nauſiphanis. Caput quintum.

P

Rotagoram abderitem ſophiſtã magis q̃ phm, cuius & apud plato/nem multa mẽtio, & eius nomine inſcriptus dialogus, inter eos philoſophos qui iudicatoriũ ueritatis ſublatũ iri uoluerũt, ſcriptores priſci collocarunt. Opinatus eſt protagoras, oẽs imaginationes, opiniones omnes ueras eſſe, & ita haberi debere. Sed non in uniuerſum, particulatim tantũmodo. qm̃ ueritas earum eſſet in rerum numero, quæ ad aliud referuntur. quare oẽ qđ mihi (uerbi cauſa) uidetur, apud me ita eſt. Vnde & exclamauit oium rerũ mẽſura eſt hõ, & eorũ quæ ſunt uti ſunt, & eorũ q̃ nõ ſũt uti nõ ſunt. Cõtraria quoq ſententia ſuã cõfirmabat. ſi. n. dicebat id abnegaueris, tũ confirmabitur; quia tu qui

id negas homo es. Demũ concludebat id uerum eſſe, quod cuiq; uideret, cuius opi/nionem in cratylo Socrates citat, cũ Hermogene diſputans apud platonẽ. Ibiq; uel ex hoc confutat, q; omnes homines prudentes eſſent, nullus imprudens, ſi uerum id eſſet quod cuiq; uideretur: efficaciuſq; hoc ſi non eſt, certe urbanũ magis, ut mea fert opinio, aduerſus protagoram extitit argumentum, & magis eius accomodum

Locus Ari/ſtotelis ca/ſtigatus in metaphy/ſicis.

ſententiæ, q̃ quo uſus Ariſtoteles in quarto metaphyſicorum libro. Placet eius uer ba greca ſubſcribere, quoniam recte non iacent in pleriſq; latinis codicibus, & uice protagoræ pythagorã repoſuerunt: ut etiam apud Senecam feciſſe quidam uiden/tur, ubi affirmauit in opuſculo de liberalibus ſtudiis pythagoræ uiſum, de omni re in utranq; partem diſputari poſſe ex æquo, & de hac ipſa an omnis res in utranq; partem diſputabilis eſt, & in rerum natura nihil eſſe niſi dubiũ. Id enim magis pro tagoræ conuenire potuit, & ſi non exacte, q̃ pythagoræ, de diuinis deq; mathemati/cis rebus multa aſſeueranti. Sed utcũq; hac de re ſtatuatur, certe apud Ariſtotelẽ ſæpe imperiti librarii pythagorã protagora mutauere: atq; hoc maxime loco. Diſ/putat enim Ariſtoteles aduerſus eos qui eãdem rem & affirmari ſimul & negari ue re poſſe cõtẽdebant: mox & ſubiicit ἔστι δὲ, ἀπὸ τῆς αὐτῆς δόξης καὶ ὁ πρωταγόρου λό γος. καὶ ἀνάγκη ὁμοίως αὐτοὺς ἄμφω, ἢ εἶναι ἢ μὴ εἶναι, εἴτε γὰρ τὰ δοκοῦντα πάντα ἐστὶ ἀληθῆ, καὶ τὰ φαινόμενα ἀνάγκη εἶναι πάντα ἀληθῆ, καὶ ψευδῆ. πολλοὶ γὰρ τἀναντία ὑπολαμβάνουσιν ἀλλήλοις, καὶ τοὺς μὴ ταὐτὰ δοξάζοντας, ἑαυτοὺς διεψεῦσθαι νομίζου σι, ὥστε ἀνάγκη τὸ αὐτὸ εἶναί τε καὶ μὴ εἶναι. καὶ εἰ τοῦτο ἐστὶ ἀνάγκη τὰ δοκοῦντα εἶναι πάντα ἀληθῆ. τὰ ἀντικείμενα γὰρ δοξάζουσιν ἀλλήλοις διεψευσμένοι, οἱ καὶ ἀληθεύοντες. εἰ οὖν ἔχει τὰ ὄντα οὕτως ἀληθεύσουσι πάντες. hæc Ariſtoteles: quorũ uerborũ hic ſen/ſus eſt, deriuatur ab ipſa opinione ratio protagoræ: ipſos. n. ambos (qui uidelicet af/firment & negent) ſimul & ueros & nõ ueros eſſe neceſſario conſequetur. Si. n. quæ cunq; uidentur & uera ſunt & apparentia: neceſſarium eſt ut omnia & uera ſint & falſa. multi. n. contrarias habent inuicem opiniones, & eos omneis, q non eadẽ quæ ipſi, exiſtimant, mentiri putant. quare neceſſarium eſt, idem & eſſe & nõ eſſe: & ſi hoc eſt, neceſſarium, utiq; omnia quæ uidentur, uera ſunt, oppoſita enim opinantur in/uicem, & qui mentiti ſunt, & qui uera locuti: q; ſi ita ſe ſe habent, omnes utiq; ue

Quid poſ/ſet q̃ſpiã di cere pro p̃ tagora ad uerſus Ari ſtotelem.

races. hæc Ariſtotelei contextus ſnĩa. At q̃ſpiã dicere poſſet, nihil hoc officit pro/tagoræ primo, quia id q̃d concludit Ariſtoteles aduerſus protagorã tanq̃ abſurdũ, ipſe antea præponebat p̃tagoras ut neceſſariũ: debebat hoc ip̃m q̃d cõcludit impu gnare. Secũdo q̃a non ita p̃prie, ut Ariſtotelieo proceſſu ei adſcribitur, ille exiſtima uit, nã ueritatẽ & falſitatẽ, nõ a rebus, nec ab hominibus, q diuerſa opinãtur, & quo rum opiniones diuerſæ cõferantur, metiebatur: Sed & ab re quacunq;, & a quocunq; homine: Verbi cauſa, uerum quo ad me attinet, id eſſe dicebat, q̃d mihi uidebatur. ue rum quantũ ad te p̃tinebat, q̃d tibi uidebatur cenſebat eſſe: hæc autẽ ſimul nolebat componi. Neq;. n. ſophiſtarum ſubtiliſſimus ignorabat hæc, ſi componerẽtur cõferẽ/turq;, fuiſſe futura cõtraria: ſed per ſe ſe examinanda cenſebat: tot eſſe iudicia di/uerſa, quot particulares hoĩes cõſtituens. Atq; ita uerũ nõ cõponebat, ſed partieba tur: neq; ẽt putabat q ſibi cõtradicerẽt falſa dicere, ut pote q uolebat oĩa uera, nihil falſũ inueniri. quare & uera illa dicebanẽ eſſe cõtradicẽti, & uera p̃tagore. q̃d hinc ẽt patet: Q̃ñ affirmabat inſanũ hoĩem, fidũ eſſe iudicẽ eorũ q̃ in inſania fierẽt, & dor miẽtẽ eorũ q̃ in ſomnis, & infantẽ q̃ in ĩfantia, & ſenẽ q̃ in ſenectute cõtingerẽt: neq;

enim

enim proprium putabat,ut ab iis qui differentes haberent affectiones,alii diſſimi-
les iudicarentur.Sic nec ſapientes eorum quæ inſane fierent,nec uigiles eorum quæ
a ſomno correptis funderentur,nec ſenes quæ a pueris committerentur æquos eſſe
iudices uoluit.ut enim hæc illis non uideri,ita nec quæ ab illis fierent iis uideri exi-
ſtimauit.omnia autem quæ uidebantur,ei cui uidebantur uera eſſe.quapropter uo-
lebat ſi aut inſanus aut dormiens in qua reperiebatur diſpoſitione fidus non eſſet &
firmus iudex eorum quæ commiſſerat,poſtꝗ aut ſapiens effectus aut uigil fuiſſet:ſic
rurſum eorum æquum iudicem non eſſe.ubi illa ipſi contigiſſent.quo fiebat ut iudi
catorium firmum & conſtans haberi nequiret,cum diſpoſitio qua fertur iudiciũ ua-
riaſſet.Sed enim ꝗꝗ iudicatorium collocauit in homine protagoras,ut i uniuerſum
ueritatis iudicatorium tolleret,in particulari autem relinqueret,Alia tamen uia ui-
ſus eſt incedere.exiſtimauit enim materiam fluxilem eſſe.qua ſemper dilabente.acceſ
ſio fieret loco eorum quæ defluxere.ſenſuſq; ipſos ſuo proprioq; ornatu tranſmu-
tari,& alios prope fieri uoluit:& propter ætarum uarietatem & propter corporum
diſpoſitiones:rationes autem rerum omnium quæ uidentur,in ipſa iacere materia.
quo fieri ut omnia ita ſint,ut cuiq; uidentur,ſed alias aliter ab hominibus fieri iudi-
cium,ob diuerſas affectiones diſpoſitioneſue.unde & ſecũdum naturam,& præter na
turam,& puerorum,& ſenum,& uigilantium,& dormientium,uti diximus, uaria ori
ri iudicia,& ea tamen uera decernebat.hæc pro opinione protagoræ dici poſſent,nõ
ut uera probaretur,ſed ut non fortiſſime ab Ariſtotele ad ſenſum quo locutus erat
protagoras improbaretur.Similia uero protagoræ habebãtur antiquitus & Euthy
demi & Dionyſiodori placita,ut quidam putant,ego non puto,ut paulo poſt aperiã.
exiſtimabant illi & ens & uerum inter ea quæ ſunt ad aliquid,reponi ut ſcribit Sex- Sextus
tus.Sed enim Euthydemum apud Platonem in Cratyllo me legiſſe memini, uexatum Plato.
a ſocrate,ꝙ affirmaret omnia omnibꝰ eſſe ſimiliter ac ſemper.ex quo ſequi putabat
Socrates,ut alii boni non eſſent alii mali.ſi ſemper & æque omnibus,& uirtus ineſſet
& prauitas.quare cõtraria potiuſꝗ ſimilia putabat Euthydemus protagoreæ opinio
ni.Nauſiphanes uero uti eſt apud ſenecã uoluit ex iis quæ uidentur eſſe nihil magis
eſſe ꝗ non eſſe.& hac in re mihi uidetur germanus maxime ſcepticus:qua uero Sene
ca idem refert Nauſiphani placuiſſe,hoc unum certum eſſe nihil eſſe certũ deſciuiſſe
a ſcepticis ſatis conſtat:quibus nihil erat certi,ut ante diximus & procedente opere
latius explicabimus.

Quibꝰ ſit argumẽtis Gorgias uſus i euertẽdo ueritatis iudicatorio ibiq; nõnulla cõtra Gorgiã et de metrodori et Anaxarchi ſnia,ꝗ illud ipm iudicatoriũ ſublatũ iri uoluere. Cãp ſextũ.

G Orgias uero leontinus rhetoricæ facultatis celebratꝰ artifex,cuius memor
Plato i rhetoras diſputãs pulcherrimũ dialogũ Gorgiæ noie ꝑtitulauit cui
ꝙ ut inqt Cicero i tertio de oratore,tãtus honos habitus ẽ a græcia ſoli,ut
ex oibꝰ delphis nõ iaurata ſtatua,ſed aurea ſtatueref.hic ipſe Gorgias iis q iudicato
riũ ſuſtuleRũt ueritatis adnumeraf. Is aũt ſecus ac ꝓtagoras eã in rẽ ꝓgreſſus ẽ.In li
bro.n.cui nomẽ fecit de eo qđ nõ ẽ,ſiue de nã,tria ꝑſtituit capita qbus imoratus ſuũ Tria Gorgiæ
cõfirmare placitũ ſategit.ea capita hũc in modũ diſpoſuit,ut primũ ꝓbaret ꝙ nihil diſputatiõis
eſt.Secundũ ꝙ ſi eſt ab hoie cõpræhẽdi neqt,tertiũ ꝙ & ſi quis id queat cõpræhẽde capita.
re aliis tamen enarrare non poſſit.primũ caput ita exequif.Si eſt uel ens eſt uel non Primũ caput

ens,aut(ſi placet dicere)quod eſt,& quod nõ ē,q̃q̃ & priſci authores latinæ linguæ,
& poſtea Fabius Quintilianus ab hoc nomine ens neutiq̃ abhorrent,cum tamen nõ
nulli nihil ſcii gnariq; philoſophiæ ſed parum intincti litteris humanis illud formi/
dent cane peius & angui.ſi eſt inquit aut ens eſt,aut non ens,uel & ens eſt,& nõ ens.
Sed ens non eſt,neq; non ens uti dicetur,neq; & ens & non ens,uti docebitur . igitur
nõ eſt,etenim quod eſt non ens,non eſt,ſi enim non ens eſt,erit ſimul & non erit,qua
etenim non ens intelligitur,non erit:qua autem eſt,non ens,rurſum erit,omnino au
rem abſurdum & eſſe aliquid ſimul & non eſſe,non igitur erit non ens. Aliter autem
hunc in modum.Si non ens,eſt,ens nõ erit,Aduerſantur enim hæc inuicem,etenim
ſi non enti acciderit ut ſit,ipſo enti non eſſe contigerit.Si autem utiq; ens non eſt,ne
q; quod eſt non ens.erit.At qui neq; ens erit,Si enim eſt ens,uel ſempiternum eſt,uel
generatum,uel ſimul & ſempiternum & generatum,neq; autem hoc,neq; illud,neq;
utrunq; ſimul,iquit Gorgias,ergo neutiq̃ ens fuerit.Si enim ens erit æternum(hinc
enim capit exordium)principium aliquod non habebit,quod enim genitum eſt,pri
cipium aliquod habet,quod autem ingenitum,& æternum conſtituitur.principium
non habuit:quod autem non habet principium ,infinitum eſt.Si autem infinitũ eſt,
nullo modo eſt.Si enim alicubi eſt,illud ens in quo eſt,aliud ab ipſo eſt,& ſic non am
plius erit infinitum,quod ab aliquo circũcluditur:Maius enim quod continet eo ē
quod continetur.infinito autem nihil eſt maius,quare alicubi neutiq̃ erit infinitũ,
neq; enim in ipſo circumclauditur,nam idem eſſet id in quo eſt,& quod in ipſo ē , at
q; ens ipſum duo eſſet,locus uidelicet & corpus.Id enim in quo eſt locus eſt,quod au
tem in ipſo corpus,hoc autem prorſus abſurdum.neq; igitur in ipſo eſt ens,quare ſi
ſempiternum eſt ens,infinitum eſt,ſi autem infinitum eſt,nullibi eſt,ſi autem nullibi
eſt,non eſt.igitur ſi ſempiternum eſt ea conſequi omnia exiſtimauit.Atqui neq; fieri
poteſt inquit ut genitum ſit ens.ſi enim eſt genitum,uel ex ente,uel ex non ente ge
nitum fuerit,ſed neq; ex ente genitum eſt,Si enim ens eſt,nõ genitum fuit,quia iam
erat,neq; ex non ente,quod enim non ens,facere neutiq̃ poteſt,propterea q; ex ne/
ceſſitate debebat id quod generandi habet poteſtatem,alicuius ſubſiſtentia partici
pare.Igitur genitum non eſt ens.iis ipſis confici uolebat utrunq; eſſe non poſſe ſi/
mul,& æternum.ſ.& genitum,tolli enim hæc inuicem Gorgias autumabat,nam & ſi
æternum eſt inquit ens genitum non eſt,& ſi genitum eſt,non eſt æternum.enimue/
Author opis cõtra Gorgiã ro hoc falſum eſſe & ueritas ipſa & religio monſtrat , quare diſputationem Gor/
giæ interpollemus pietatis ergo.Dei filius & æternus eſt,& genitus,quia æterno ge/
nitus,nec etiam putarunt aliqui ex noſtris æternum non potuiſſe eſſe mũdum,& fa
ctum a deo,ſi id fieri tamen ipſe uoluiſſet.Si quidem pes,quem ſupponeremus i pul
uere præſiſſe ueſtigium ab æterno,effeciſſet uti æternum eſſet ueſtigium,q̃q̃ factum
a pede.Falſum etiam inter alia illud Gorgiæ,non ens fieri non poſſe,quando ex non
ente actu quod tamen ſit ens potentia poteſtateue,fit actu ens,qua diſtinctiõe mul
ta quæ ſupra dicta ſunt,non ambigimus poſſe diſſolui.illud etiam equiuocatione la
bat infinitum quod ipſe ait,æternum eſſe,& omnia occupare,nam ĩfinitum mole po
teſt accipi,& tempore,alterum autem capit pro altero,& alterutro fallacia incurri/
tur.Sed reuertamur ad Gorgiæ diſputationem qui rurſum alio ex capite nouatu/
rus diſceptationem inquit,ſi eſt ens,uel unum eſt,uel multa,neq; unum autem,neq;
multa,ut oſtendetur,igitur non eſt ens.Si enim unum eſt,uel q̃tum,uel cõtinuum,
uel

uel magnitudo uel corpus eſt. quod nam uero illorum aliquod eſſe ponatur? unum
non erit. Si enim conſtituetur eſſe q̃tum, diuidetur, continuum autem ſi eſſet, interci
detur: ſimiliter ſi magnitudo intelligatur, non erit indiuiſibilis, ſi corpus triplex eſſe
conuincetur, longitudine, latitudine, profunditate: Abſurdum autem putare ens ali
quod illorum eſſe, igitur ens unum quiddam non erit. Atqui nec multa: ſi enim non
eſt unum, neq; multa eſt. Multa enim componuntur ex iis quæ ſunt unũ, quapropter
uno ſublato tolluntur ſimul & multa, Itaq; ꝙ neq; ens eſt, neq; non ens eſt, ex iis quæ
diximus manifeſtum fieri putauit. quod autem utrunq; etiam non ſit, collectu facile
eſt. Sed hactenus de primo capite Gorgiæ quod ſumus ad uerbum fere interpretati.
Subiecit autem cõceſſo ut ens ſit & habeatur, non eſſe id propterea excogitabile ho
mini. Si enim inquit intellecta non ſunt entia, ens non intelligitur & quidem (ut ipſe
putauit) ratione duce. Si enim inquit intellectis accidit eſſe alba, & albis accidit intel
ligi, ſic ſi intellectis acciderit non eſſe entia, neceſſario accidet entibus non intelligi.
ꝙ ſi intellecta non ſunt entia, ens non intelligitur: intellecta autem non eſſe entia tã
tiſper uolebat præſummi, dum ꝓbaret, igitur ens nõ intelligi uolebat. intellecta autẽ
non eſſe entia clarum hinc eſſe dicebat. nam ſi intellecta ſunt entia, omnia intellecta
ſunt, ubi quis ipſa intellexerit, hoc autem abſurdum. neq; enim ſi intellexerit qs ho
minem uolantem, uel in plauſtro ſuper mare diſcurſantem, ſtatim uolabit homo, uel
ſuper mare currus impulerit. Ad hæc ſi intellecta ſunt entia, quæ ſint non entia, non
intelligentur, contrariis enim accidunt contraria. & ſane contrarium eſt enti nõ ens,
& propterea ſi enti continget intelligi, non enti accidet non intelligi. hoc autem ab
ſurdum: ſi quidem ſcylla, & chimera, & multa eorum quæ non ſunt intelliguntur. Igi
tur non ens intelligitur. Vt autem uiſa, propterea uiſa dicuntur, quoniam uidentur,
& audita ꝓpter hoc audita quoniam audiunt, & neq; uiſa ſpernim⁹ & abiicimus, qm̃
non audiunt, neq; eliminamus audita quia nõ uident, unum quodq;.n. ꝓprio ſenſu
& nõ ab alio iudicari oportet. ſic & intellecta, & ſi uiſu nõ cernũtur, neq; audiunt au
ditu, fiet nihilominus ut a ꝓprio iudicatorio cõpræhendant. Si igit qſpiam itelliget
in pelago plauſtra circũagi, & ſi hæc non uiderit debet intelligere. ꝙ in pelago plau
ſtra diſcurrunt. Abſurdũ igit hoc, nõ igit ens intelligit atq; cõpræhendit. Quod ſi et
cõcedamus inquit Gorgias ut cõpræhendat ens, exponi tamẽ id aliis hominibus ne
quit. Si.n. entia uiſilia, ſunt audibilia cõiterq; ſenſilia, & eorum quæ iacẽt extra alia ui
ſu, alia auditu compræhenduntur, & non promiſcue: permutatim quoq; non poterũt
hæc aliis hominibus nunciari. ſermo enim eſt qui nunciat, ſermo autem non eſt res
ſubiecta, igitur res ipſas aliis minime nunciamus, ſed ſermonem, qui diuerſus eſt a re
bus ſubiectis. ſicut igitur uiſibile nunq̃ fiet audibile, & uice uerſa, ſic ens quod extra
iacet, non utiq; fiet id quod noſter eſt ſermo. cum autem ſermo nõ ſit, alteri quicq̃ nõ
declarabit. ſermo enim inquit ab iis rebus quæ extrinſecus accidunt nobis conſtitui
tur, hoc eſt a rebus ſenſilibus & labiorum paratur motu. quod ſi ita eſt, ſermo nõ erit
eius rei quæ iacet extrinſecus conſtitutor, ſed res ipſa erit ſermonis indicatrix. Atqui
nec dicendum quoq; eſt, quemadmodum & uiſibilia & audibilia iacent, ſic & ſermo fie
riq; propterea ut ex ſubiecto & ente, quæ ſubiecta ſunt & entia. nuncientur. Si enim
ſubiacet natura ſermo. differt tamen a reliquis ſubiectis rebus, & plurimum diſtant
corpora uiſibilia a ſermonibus, per aliud enim organum captabile eſt id quod uiſibi
le dicimus, & per aliud ſermo. Igitur multa ſubiecta ſermo non indicabit, quare nec il

Secũdum caput Gorgię diſputatiõis.

Tertiũ diſputatiõis Gorgię caput

la naturã eorũ quæ ſunt ad inuicẽ declarabunt.iis ad hũc modũ apud Gorgiã diſpu
tatis conficiebat nullũ eſſe iudicatoriũ,ut pote qui & entia tolleret.& eorum etiam ſi
eſſent cognitionẽ ſublatã iri uolebat,quæ & ſi relinquerent,alteri tamẽ ſignificari eã

Varia de gorgia et Ariſtoteles et ſextꝰ ꝓdidere.

poſſe negabat.Atqꝫ hæc quidẽ de Gorgiæ diſputatiõe ex græco pħo Sexto in noſtrã
linguã uertimus,quæ non oĩno ſimilia ſunt iis quæ peculiari opuſculo recitauit Ari
ſtoteles de dogmatibus Gorgiæ:nam q̄q̄ ibi tria illa conſtituere uoluiſſe Gorgiam re
fert,nihil eſſe,& ſi ſit non cognobile,& ſi cognobile aliis non indicabile,tamẽ alio ea
modo perſequitur,& alia interponit aliorum dogmata,& in eũ etiam diſputat quod
ideo diximus ut apud ſextum quæ ipſe proprie & propoſuit & probare curauit Gor

Quid author in gorgiam et alios

gias,recitata ſincerius uideantur.Recitare aũt eius dogma,non improbare,niſi qua
tenus ueræ fidei repugnarent.hoc loco nobis eſt propoſitum.At ad calcem fere libri
huius cum peruentum fuerit.omnes philoſophorum opiniones improbabimus,uel
potius cepticos in alios philoſophos argumentantes ducemus in medium.Sed & alii
fuere qui ueritatis iudicatorium ſuſtulerunt quorum & ſi uaria,ad eundem tamen fi

Metrodori opinio.

nem ſententia tendebat.Aiebat Metrodorus homines nihil ſcire,neqꝫ etiam hoc ip-
ſum ſcire ꝙ nihil ſcirent,Aduerſus hac in pte ſocrati affirmanti,ſe tantummõ id ſci

Opinio Anaxarchi et Monimi.

re quod nihil ſciebat.porro apud Anaxarchum & Monimum de iudicatorio talis la-
ta ſententia fuerat,ut entia compararentur umbratilibus lineamentis,& eos qui ex
ciperent,iis qui in inſaniam & ſomnos inciderent.

De opiniõe phyſicorũ q a Thalete fluxere,deqꝫ opiniõe et rõne Anaxagorę,qbus placuit iudi-
catoriũ qdẽ ſẽſus auferri,mẽtis aũt relinq,et q̄ falſo eis Ariſtoteles iſultauerit. Cap̄ ſeptimũ.

PRimi qui a Thalete pħyci fluxere,iudicatorii conſiderationem attulere in
medium,& ſenſum quidem ut pleriſqꝫ in rebus fallacem prorſus abiiciẽtes
rationem ueritatis quæ in rebus eſt,iudicem conſtituerunt.A quo ueluti a
carcere mouentes de principiis & elementis(ea initia dicunt a Marco Varrone apud

Elementa initia.

Ciceronem)ordine ꝑceperunt:quorũ elementorũ cõpræhẽſio illa ipſa poteſtate fieri
putabãt:hinc Anaxagoras ſenſuum debilitatẽ cauſatus,quod obſcuri nimiũ eſſent,
ſñiam tulit,uerum a nobis iudicari non poſſe illorum infido iudicio:id quod duorũ
permutatione colorum cognoſci uolebat.nam ſi album uerbi cauſa & nigrũm cape
rentur,& ex altero in alterũ ſtillatim fieret infuſio,non poſſet uiſus internoſcere mi
nimas mutationes,q̄uis ex ipſæ natura ſubſiſterent.a qua ratione minime Aſclepia-

Aſclepiades.

des medicus abhorruit,quin & ea quodammodo uidetur uſus,in primo de uini pro-
pinatione.ſi enim pallida inquit & nigra miſcuerimus uina,impotens erit ſenſus ad
internoſcendum ſimplex ne color fuerit,qui uiſui ſubiicitur an minime? quare Ana
xagoras ueritatis iudicatorium in ſola ratione conſtituit.atqꝫ illud etiã eſt argumen

Nix nigra apud anaxagoram

to ꝙ niuem dicebat nigram,non albam uideri,quia ſciret aquam nigram,unde illa
eſſet congregata,rõnem hanc qualẽcũqꝫ propendere ſenſui cõmuni exiſtimans. qua
de re cum alii tum Cicero mentionem facit in Academicis.hæc Anaxagoras,qui nõ
(quemadmodum illi Ariſtoteles in quarto primæ pħiæ ad ſcripſit)aſſeruit pruden-

Contra Ariſtotelem

dentiam ad rationem & intellectum pertinentem,idem eẽ cum ſenſu,& tales eſſe res
quales quiſqꝫ exiſtimaret,ſed hac de re fuſius libro ſexto cum aduerſus Ariſtotelem
diſputantes,falſo eum ueterum dogmata recenſuiſſet,palam fiet.

De opinione et ratione parmenidis, et q̄ falſo eam et retulerit Ariſtoteles in quarto libro metaphyſicorum, et reppulerit. Capuſ octauum.

PArmenides aūt q̄q̄ Xenophanis ſocius, cui uideri tm̄ & opinari placet, non autem certo cognoſci, opinabilem noticiam coniecturalemq; abiiciēs, & immobilē & certā & ſciētē aſciſcēdā autumauit: qua de re in libro quem inſcribit περὶ φύσεως multis cecinit uerſibus, cuius hæc ſententia: Ab eqs in altū ſe ferri, uidelicet more poetico. id autē eſt dictu ab irrōnali impetu & appetitu: nec nō p famoſū dæmonis ſolū itinerari: q̄bus uerbis interp̄tes putāt ſignificari phyſicæ rōnis cōtēplationē. p̄cedere puellas, a qb; ducat ſubdit: quibus tanq̄ ænigmate, ſenſus innui putauere, & potiſſime ſubindicari cenſent auditū p illa uerba δυοῖσ δινωτοῖσι κύκλοισ: uiſū aūt cū decātant ἡλιάδεσ κοῦραι προλιποῦσαι δώματα νυκτοσ. poſtq̄ uero citauit κλῆιδασ ἀμοιβοῦσ, mētē q̄ rerū certā cognitionē hēret, certāq; ſciam, ab eo datā intelligi putauerūt, eoq; magis, quo & ſub intulit ἀληθείησ εὐπειθέοσ ἀτρεμὲσ ἦτορ. Idē parmenides docet fieri nō poſſe ut rebus intellectilibus q̄ſpiā p̄pinquet, p̄terq̄ ſolo intellectu: ut etiā cōpræhendamus hinc aut calūnioſe, aut certe falſo, illi ab Ariſtotele ad ſcriptū eſſe, prudētiæ & ſenſus mixtionē, in quarto libro primæ phiæ: ut pote q intellectū mēbris corporeis cōtuliſſet, idq; ſcribit & obſcuriſſime & p̄plexiſſime: nihil plus tamē colligit, q̄ q̄ ut diſpoſitio mēbrorū eſt & tēpatura, ita ei datur & conſtituitur intellectus, non autem q̄ eadem ſint, ut clarius ſexto huius operis libro docebimus.

Aduerſus Ariſtotelē.

De opinione pythagoricorum, et de ratione etiā philolai et poſſidonii in iudicatorio ueritatis aſſerendo. Caput nonum.

PYthagorici uero rōne ſola minime cōtenti in ueritate diiūdicanda, numeros & ſimilitudines accerſiuerunt. exiſtimauit philolaus eū q ſpeculari uellet uniuerſi naturā, habere illū ad eā ipſam, naturam quandā quaſi cognatā oportere, q̄m ſimili ſimile cognoſceret, nec terrā niſi terra, nec aquā, niſi aqua uideremus, & abſq; æthere, potis nō eſſet hō, mētis acie cōſcendere in æthrā. Sed nec daret ignis præterq̄ ab igne cognoſci: nec amorē præterq̄ amore poſſe deprǣhēdi exiſtimauit. Sic & alii ex pythagoræ ſecta uoluere, ut eſt apud Ariſtotelem cōprǣhendere: Sic & platonē quoq; uideri poſſet opinatū dū diſſerit in Timæo, q̄ incorporea eſt aīa. Si. n. inq̄t uiſio ſuſceptrix lucis eſt, eſt & ſtatim lucida, & ſi anhelitus aerē p̄cuſſum diiudicat, qd̄ quidē eſt uox, ſtatim eā aeriā cōtēplamur. pari pacto in odoratu & guſtu p̄cedens, aduſq; idæas cōſcēdit, quæ q̄m incorporeæ; & numeri quoq; & termini corporū incorporei noſcunt: iidēq; q̄m excipiūtur ab aīa, eā idcirco colligit incorporeā. poſſidonius quoq; platonis timæū exponēs, lucē nō niſi lucida uiſiōe p̄cipi cēſuit, nec niſi aereo auditu uocē cōp̄hēdi: Sic uniuerſi nām, debere a cognata rōne cognoſci cēſet. Erat aūt apd̄ pythagoricos principiū uniuerſæ cōſtitutionis ipſe numerus, quare uniuerſorū iudex rō, nō eē uidebatur iure meritoq; impticeps putāda, huiuſce numerariæ ut ſic dixerim poteſtatis. unde & p ſingula diſcurrendo uel hominū officia, uel cōſtitutas artes, numeros & harmonias inueniebant, maximeq; in quaternitate illa per quam religioſe iurabant, qua de re alio ſumus loco uerba facturi.

De Opinione et ratione empedoclis circa iudicium ueritatis, et q̃ falſo Ariſtoteles eius opinionem in quarto metaphyſicorum recitat et impugnat. Caput decimum.

e

Mpedocles pythagoræ aſſectator, & ipſe ſimili iudicari ſimile uoluit. Sed eius expoſitores ſex cõſtituiſſe illũ ueritatis iudicatoria putaue re. nã præter duo efficientia rerũ principia, amorẽ atq; diſcordiã, ſi mul materialiũ principiorũ memor, terræ, & aquæ, & aeris, & ignis, hæc eſſe ẽt iudicatoria cẽſuit. Cæterũ uetus opinio eſt multorum phorum firmata cõſenſu, ſimile ſimili pcipi poſſe atq; cognoſci. A qua nec Democritus nec plato ab horruerunt. q̃q̃ diſſimilibus moti argumentis. Fuere & q Empedoclẽ dicerẽt uoluiſ ſe ueritatis iudicatoriũ ſoli rõni dũtaxat acceptũ debere referri, & nullo pacto ſen ſibus dandum: atq; i recta rõne, & diuinum qddã ineſſe & humanũ: quorum primũ explicari nõ poſſet, ſecundum explicationẽ recipet, qua ẽt in re ſenſum abdicat a p ceptione ueritatis, idq; multis pulchriſq; carminibus. Quo ſatis poſſet pcipi non re cte Ariſtotelem narraſſe opinionem eius in quarto libro metaphyſicorũ: ſenſum & prudentiã idẽ apud eũ exiſtimatas affirmãs. nã & ſenſum a rõne diſtinxit, & in rõ ne eum humanũ, tũ diuinũ qddã, ineſſe decreuit. q̃ falſo uero id ei impoſuerit conii ci põt ex ipſius Empedoclis carminibus, qbus intellectũ diſtinguit a ſenſu: Vbi & in tellectus mentionẽ facit, & aliqua eſſe adeo ſublimia canit, ut nec ſenſu nec intelle ctu cõpræhendi poſſint. Sed hac ẽt de re libro ſexto ſuſius, ubi ipſius uerba ꝓpria & referemus, & trãſferemus aduerbũ, nec elegãtiæ, nec carminũ Empedoclis habita rõ ne. Vbi.n. quærit ueritas, & maxime cõtra uiũ tã præcellẽtis ingenii tãtaq; phĩ au thoritatis, Non a fuco ſolũ, q ſemp abiiciendus, ſed ab omni ſuſpitione fucatæ ora tionis abſtinendũ. Sed.n. cognoſci dabitur Ariſtotelẽ qd in empedocle dãnat, in ſe ipſo dãnare, q animas corpora ſeq dicit: & in ꝓblematibus iudiciũ rõnis ex tempa mento corporis dicit immutari. Empedoclẽ uero q prudentiã homini & plãtis etiã dedit, diuerſa dediſſe rõne cõſiderandũ eſt. Illã.n. diuinitus hoibus aduenire ꝑ reſpi rationẽ cenſuit, rurſum in ſomnis obliuioſos eius hoies fieri, rurſum in uigilia pru dentes, accidente per corporis poros ſiue meatus, tanq̃ ꝑ ianuas, intellectu, & recen dente inſomnis: nõ eatenus tamen qn quadã quaſi in radice reliquiæ ad reſpirandũ manerent, futuræ poſtmodũ tanq̃ redinitæ, Quemadmodum carbones igni proxi mi incendunt ſtatim, pcul ſi fuerint extinguntur. hæc empedoclis opinio eſt. quæ tã & ſi cenſeatur ab ipſa ueritate aliena, nõ tamen agnoſcitur ab Ariſtotele cõfutata,

Expoſitores empedoclis.

Contra Ariſtotelem.

Nota.

De Opinione Heracliti et ratione in ueritatis iudicatorio decernendo, Itidemq; de opinione Democriti, et q eã male recitalit Ariſtoteles in quarto libro metaphyſicorũ, et Cicero male in academicis. Caput undecimum.

n

Ec Heraclitus diſſenſit ab iis quos retulimus. nam iudicium uerita tis in mentem reduxit. qui autem diceret id ab eo ſublatum: totum hoc ei calumnioſe imputaret. qđ.n. quarto libro primæ philoſophiæ ſcribat Ariſtoteles cratylum mouiſſe digitũ, & Heraclitum bis intra re in flumen uetuiſſe, ſemel etiam cratylum: nihil officit ei quod diximus. Nam nõ ad omnem id ueritatẽ referẽdũ exiſtimauit Heraclitus, ſed ad innuendũ ſignificãdũq;,

Contra Ariſtotelem.

difficillimam

difficillimum eſſe in rebus fluxilibus diabentibuſq; continue, ueritatẽ poſſe reperi: quam & abdicauit a ſenſibus & in intellectu diuinitus dato collocauit ſcribens κακ/ καὶ μάρτυρες ἀνθρώποισιν, ὀφθαλμοί. mali teſtes hominibus oculi, q tamen inter ſenſus longe eminent, & plurimæ rerũ ipſis intermediis oſtenduntur differẽtiæ, ut Ariſtoteles uoluit in primo libro metaphyſicorũ. Sed & adiecit heraclitus aures non eſſe ſinceras quæ tamen in cognitione rerũ, ab ipſomet Ariſtotele magnifiunt, quo/niam auditus diſciplinæ ſenſus eſſe perhibet. Tẽperaſſe tamen ille ſententiã uiſus eſt loquendi modo καὶ ὦτα inquit βαρβάρους ψυχὰς ἐχ όντος ſi non magis exiſtimauit partes eſſe barbaræ animæ & ineruditæ ſenſibus habere fidẽ. Nec item quo ad perti net ad intellectũ ſimpliciter, ſed cõmuni & diuino tantũmodo ueritatem percipi cẽſuit, hoc eſt eo intellectu qui ſit diuinitus datus, qualem nã uero intellectum rõnem ue physicus intellexerit heraclitus: ex Homero coniectãtur interpretes, nã excinit ille τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγῃσι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε: & ex Archilocho itidem qui eadẽ repetiit ſcribẽs, talia homines ſapere qualia indies eis indies pater omnium. qua et ſententia oĩns euripides. nec uidet hoc ab opinioẽ empedoclis oĩno abhorrere. Hoc aũt iudicatoriũ cõe, cõmuniter quoq; omnibus aſſiſtere uel ſomniauit, uel luſit, uel perperã autumauit heraclitus. q ſi cuipiã uiſum eſſet quicq̃, qd non aliis uideretur, contraria id ex cauſa infidum & inconſtãs exiſtimabat. ſed difficile omnino & fuit olim, & nunc eſt intelligere, qd uolebat he/raclitus: tanta.n. fuit in hoĩe ſermonis obſcuritas ut ẽt inde ſcotini cognomẽtũ traxerit. Scribit in Theeteto plato ſolere heraclitios ſe interrogãtibus, ænigmata quædam reſpondere, quorum ſi ratio aut ſignificatio quæreretur, alio ænigmate non declarate ſed augere difficultatem. Democrito uero non diſplicuit ſimilitudinem id cauſa eſſe ut ueritas diiudicetur, qm & in rebus animatis, & ẽt in iis quæ ſunt inani/ma, quandã ad ea quæ ſimilis generis ſunt cõgregationẽ, ſuapte ſponte facile animaduertit. Sic &.n. uidere eſt (inquit) grues ad gruum, columbos ad columborũ greges peruolitare, ſic & lentes ad lentis alios coccos congeri, & ordei grana ordeaceis tumulis congregari. Verum quæ ſenſibus apparent hæc abſtulit ut incerta, ut potequæ uere nõ putauit comprehendi: reliquit autẽ tanq̃ probabilia opinabiliaq;. Vera autem & cõpertiſſima putauit, & uacuum & atomos, quid factum ut lege quadã naturæ, putaret eſſe, & dulce, & amarum, & calidum, & frigidum, ac ut ille ſuis inquit uerbis νόμῳ γλυκύ· καὶ νόμῳ πικρόν· νόμῳ θερμόν· νόμῳ ψυχρόν cã horum uacuũ & ἄτομοι ſubiecit.n. ἐτεῇ δὲ, ἄτομα, καὶ κενόν quo in uerbo miror atomorum ab eo factã mentionem, cum ex antiq͂s pditum ſit ἀδιαίρετα uocata a Democrito, mox ab epicuro q multis poſt eum generationibus natus eſt, atoma nũcupata. In libro uero de ideis nõ omni ex pte cõſonã prioribus prulit. Sed in libro q canones dicitur, duas poſuit cognitiones, ſenſuum & mentis, quarum hæc ad teſtimoniũ fideleq; iudiciũ ueritatis inducitur, illã uero tenebroſam nuncupat γνώμης δὲ δύο εἰσὶν ἰδέαι, ἡ μὲν γνησίη, ἡ δὲ σκοτίη· καὶ σκοτίης μὲν τάδε σύμπαντα· ὄψις· ἀκοή· ὀδμή· γεῦσις· ψαῦσις. i. ſnĩæ duæ ſunt ſpecies, altera quidẽ legitima, altera uero tenebroſa, & tenebroſæ quidem hæc omnia: uiſio, auditio, odoratio, guſtatio, tactio. legitimã uero eẽ cẽſuit q ab iis eẽt ἀποκεκριμένη ũt mirer hinc Ariſtotelẽ in quarto libro primæ phiæ ſcripſiſſe Democritũ dixiſſe, aut nihil eſſe uerũ, aut nobis nõ manifeſtũ, idq; ex uarietate ſenſuũ: cũ tñ ipſe ut eius ẽt uerbis oſtẽdimus, cognitionẽ mentis legitimã dixe/

Homerus.

Archilochus.

Euripides.

Plato de ſectatoribus heracliti.

Contra nõ nullos.

Cõtra Ariſtotelem.

rit, quæ autem ſenſus non falſam, ſed tenebricoſam appellarit. Sed forte aut hæc nõ uidit Ariſtoteles, aut ſi uidit falſo calumnioſeq; retulit, qua de re etiam libro ſexto dicturi ſumus. Chius quoq; metrodorus male de opinione Democriti arbitratus, impoſuit Ciceroni: qui aduerſus lucullũ eum diſputat, Democriti authoritatẽ adeo præponit authoritati philoſophorum inferioris ætatis cleanthis, Chriſippi, reliquorum, ut cum eo collati quintæ claſſis eſſe uideantur. atq; hic inquit hoc nõ dicit, q̃d nos, qui ueri eſſe aliquid nõ negamus, percipi poſſe negamus: Ille uerũ eſſe plane negat: & paulo poſt. nego inquit ſcire nos: ſciamus ne aliquid, an nihil, ſcientia ne id ipſum neſcire aut ſcire, ſcire nos, ne omnino ſit ne aliq̃d an nihil ſit. hæc Cicero. qui q̃ longe deflectat ab eo quod ſuis uerbis cẽſeat Democritus, illa ipſa Democriti uerba mõſtrauere, quæ ẽt ſũt ipſi Ariſtoteli aut ignorata aut ſuppreſſa. Illud certe omnibus fere notũ eruditis, & multis proditum locis de Heraclito & Democrito, q̃ alter in profundo antro, alter in puteo iacere ueritatẽ affirmarit, quaſi ænigmate inſinuatum uellent, haberi quidem ueritatem poſſe, sed magno cum labore.

Contra Ciceronem.

De opinione Platonis et ratione, in ueritatis iudicatorio decernendo, et q̃ uarie eam uarii interpretentur. Caput duodecimum.

Omnium fere antiquorum philoſophorũ, ac præſertim eorũ qui phyſici uocati ſunt de iudicio ueritatis opiniones rationeſq; percurrimus. Plato ſuccedit qui q̃q̃ eſt uarius & uarie quoq; ut eſt ſupra mõſtratum ſoleat exponi, a pythagoreis tamẽ nõ eſt uiſus abhorrere, iudicio multorũ, quẽadmodũ ſupra cõſtitit cũ de eorum opinione tractatus haberet. ipſe met plato in timæo partitus eſt res in ea quæ intellectibilia ſunt, & quæ ſenſilia, earũ quæ intellectilia nuncupantur, compotem fieri ſtatuit intellectum, ut quæ ab ipſo & comprænhendi poſſent & comprænhenderentur. quæ ſenſilia uero ſunt, ea dũtaxat putauit opinabilia, quo circa exiſtimarunt quidam, ſtatutum ab eo rerum iudicium ad rationẽ eſſe referendum, quæ & comprænhenderet aſciſceretq; ſibi eã, quæ per ſenſus habetur claritatem. In hoc a Democriti euariarunt ſententia, q̃ obſcuritatem ipſe non claritatem ſenſibus ineſſe decreuerit. Itaq; Platonis ipſius placita q̃ perpenderunt in Timæo poſita, in eã ſententiam iuere. Ait. n. & eſſe aliquod qđ ſemper eſt, generationem non habens, & eſſe quidem aliud generatũ, nequaq̃ uero ens, & illud intellectione cũ ratione eſſe cõprænhenſile, hoc autem opinione cũ ſenſu. cõprænhenſile uero apud ipm uocari dicunt platonici, rõnẽ cõmunẽ claritati & ueritati: oportere aiunt ut ratio ad iudicandam ueritatem ab ipſa claritate cõmoueatur, cum per ea quæ clara ſunt & manifeſta rerum uerarum iudicium fiat. Sed claritas ipſa per ſe ſe non putatur ſatis eſſe ad ueri cognitionem, neq; .n. ſi quicq̃ ſecũdum claritatem apparet, ita & ſecundum ueritatem ſubſiſtit. adſit autem oportet eum, qui & quid appareat ſolum, & in eo quod eſt apparere, ueritate quoq; an fulciatur, iudicet. hoc eſt ratione. quo circa utrunq; ſimul cõcurrere uolunt, & claritatẽ qua uelutı a carcere ad calcẽ iudicandæ ueritatis rõ feratur: & rationem ipſam ad ferendã de ipſa claritate ſententiam. porro ad iudicandã claritatẽ, & qđ in ipſa eſt uerum interſtingnendũ, cooperatur ſimul rõ cum ſenſu. huius. n. ope ſuſcipiens imaginationem ueri, efficit & notionẽ & ſcientiã; quare confitetur eã eſſe captatricem & claritatis & ueritatis.

Quid comprænhenſile apud plat.

ueritatis. Atq; hanc quidem eſſe platonis de ueritatis iudicatorio ſniam pleriq; de- Diuerſitas i intelligēda plat. ſnia.
cernunt, diſtant aūt ab eo quod platoni tribuit in Academicis Cicero, qui pē iudi-
cium ueritatis, ueritateq; ipſam abductam ab opinionibus & a ſenſibus, cogitatio-
nis ipſius & mētis eſſe noluerit: atq; etiam ab eorū ſententia lōge magis, q nihil om
nino decreuiſſe de hac omni re platonē ſunt arbitrati. Exiſtimar aūt Auguſtinus in Aug.
tertio contra academicos, platonē qm̄ ſentiebat duos eſſe mūdos, intelligibilem in
quo ueritas habitaret, & ſenſibilem quē manifeſtum eſt nos uiſu tactuq; ſentire, illū
uerū, hunc ueriſimilē & ad illius imaginē factū putauiſſe atq; ideo de illo in ea quæ
ſe cognoſceret aia, uelut expoliri, & quaſi ſerenari ueritatē: de hoc autem in ſtulto
rum animis nō ſciam ſed opinionē poſſe generari. hæc Auguſtinus & alia cōplura
eode ſpectantia: atq; ita uarii uarie platonis ſniam exponūt, lōgeq; ab aliis etiā mē
tem Numenius interpretatur, quando in libro de academicorū diſſenſione nō ſo Numenius.
lum platonē ipſum ab Ariſtotele atq; Zenone, ſed a ſua ipſius academia ſeparat: ip-
ſumq; in ipſo ut ait cōſiderans, pythagoreū appellat, atq; inter pythagorā & Socra
tem medium conſtituit. Reliquū eſt ut ſectatorū etiam platonis uarias opiniones, &
longe inter ſe diſſentientes ſuis cum rationibus afferā, atq; recenſeam, ab antiquio
ribus platonicis exorſus.

De Opinione et ratione Speuſippi et Xenocratis platonicorum, in ſtatuendo ueritatis iudicatorio. Caput decimumtertium.

Speuſippus duo & ipſe iudicatoria cōſtituit, Xenocrates tria: ille qdē
cū & intellectiles res habeātur, & ſenſiles, utriſq; ſuū aptauit. & intel
lectilibus qdē ſcientificā (ita dixerim) rōnē: ſenſilibus uero ſenſum
ſciētificū (ita liceat qđ ille ἐπιστημονικὸν dixit appellare) opinat᷒. n.
talē haberi ſenſum, q eā cōpræhendat ueritatē, quæ ſecundū rōnē eſt: Qualē tibici-
nis digiti, artificē habent actionē, nō in ſe ipſis quidē cōſumatā antea, ſed ad ratioci
natione coexercitationis perfectā: & quēadmodū uiri muſici ſenſus, claritatē habet
captatricē, & harmonicæ rei & eius q careat harmonia, & hāc nō ſuapte nā ſed ex
ratiocinatione congenitā, ſic & ſcientificus ipſe ſenſus, a ratione ſciētifica exercita-
tus, eā quodāmodo cōcipit, & ad ſincerā & minime errabilē rerum cognitionē indu
cit. Xenocrates uero cū tres imaginatus eſſet ſubſtantias, ſenſilē, intellectilē, cōpoſi
tā, opinabilēq;. ſenſilē eſſe putauit eorū quæ intra cælū, intellectilē omniū q ſunt ex
tra cælū, opinabilem & compoſitā ipſius cæli. His ita ſe habētibus, eius q extra cælū
eſt hoc eſt intelligibilis eſſentiæ, iudicatoriū putauit eſſe ſciam: eius q intra cælū ſen
ſibilis, ſenſum: eius quæ mixtæ cōpoſitæ ue rei, opinionē. id uero iudicatoriū qđ eſt
per ſcientificā rōnem & firmū putauit, & uerū: qđ aūt p ſenſum, id quidem uerū, nō
ita tamen ut primo poſſet æquari: Tertiū uero & mixtū cōpoſitūue id cōe eſſe & ue
ritati & falſitati cenſuit. Si qdem opinio & aliquādo uera, & aliquando falſa reperi-
tur. Vnde parcas tris ab antiquis putat conſtitutas, quarum ἄτροπον intellectilium Parcæ.
putauit eſſe eamq; minime uertibilem aūt tranſmutabilem, κλωθὼ uero ſenſilium,
λάχεσιν opinabilium eſſe rerum exiſtimauit.

De Opinione et rationibus Archeſilai platonici circa ueritatis iudicatorium. Idq; ex multis autoribus. Caput decimumquartum.

Equitur Archeſilaus,qui a uetere platonis diſcedens ſchola, q̄ ſpeu
ſippi fuerat & Xenocratis,mediā cōſtituit,quæ & ſecunda nūcupat.
q̄q̄ Numenius in libro de Academicorū diſſenſione ſcepticū eum re
uoluit eſſe,noīe tantū Academicū. Hūc excipit carneades q̄ tertiæ
nouæq; & author & inſtitutor academiæ perhibet a multis:uel ſi eius lacydes fuit au
thor,pcul oī dubio carneades magnus amplificator.ſed primum Archeſilas exami
nemus placita,q̄ quatenus ab eius ſectatoribus pduntur,uaria uideri poſſunt. Nā
aliq nullū ab eo ueritatis indicatoriū definitū uoluere,Alii definitū qdē uideri uo

[Auguſtin9. de Archeſila.]

lunt,ſed ut Stoicis cōtradicat.Auguſtinus in tertio academico putauit pcipi uerī
tatē poſſe exiſtimatū ab Archeſila,cōtra uero ptuliſſe,ut Zenoni aduerſaret Stoi
corū principi,q cū eo ſimul polemonē audierat:quare occultaſſe Archeſilā acade
miæ ſniam de intelligibili mūdo & ueritate,atq; inſtituiſſe dedocere potius quos pa
tiebat male doctos,q̄ docere quos dociles nō arbitrabat,ut pote q pcepiſſet eos ni
hil præter hūc ſenſilē mundū noſſe.& Deum ignē & aīam eſſe mortalē exiſtimare.In
ſecundo uero Academico dixerat:ex Zenonis ſtoici opinione,cohibēdi aſſenſus oc
caſionē academicis datā,cū ſtatuiſſet Zeno uerū ipm ea nō poſſe habere ſigna quæ
ineſſent ei quod falſum eſt.Sed cū ex diſſenſionibus phorū,ex ſenſuū fallaciis,aliiſq;
rebus,induceret tale uerū nō inueniri:atq; ab eodē et Zenone accepiſſet nihil eſſe
turpius q̄ opinari,ex duobus illis Zenonis placitis confeciſſe,nihil aprobaturū eſſe

[Cicero c̄ Archeſila.]

ſapientē.Sed.n.Cicero Chryſippū fuiſſe in eā dicit, ut ei magnope cōtradiceretur,
congrenti.ſ.oia ſtudioſe quæ facerent cōtra ſenſum & pſpicuitatē,cōtraq; omnē cō
ſuetudinē,cōtraq; rōnem:eumq; ipm ſibi reſpōdentē inferiorē fuiſſe,itaq; ab eo or
natum eē carneadē. At Zeno Chryſippū anteceſſit ætate,& Archeſilaus in Zenonē

[Cōtra Cic.]

prius, q̄ in Chriſippū carneades inuexerat.quare ab Archeſila potius impugnatio
nis anſas q̄ ab ipſo Chryſippo potuit accipere carneades.Iā.n.inter ſtoicos & acāde
miæ cultores certabat. Vtcūq; fuerit certe pditur ſtoicos putare tria hæc iūcta,ſciē

[Quid ſtoici & quid cōtra ipſos de ueritatis iudicio.]

tiā,opinionē,& eā quæ in horum termino cōiunctione collocaret cōphenſionem.quo
rum ſcientia eſſet & ſecura & certa & impermutabilis a rōne cōceptio,opinio uero
falſa & debilis aſſenſio.Cōpræhenſionem aūt inter has mediā,putarūt eē cōſenſum
captatricis phātaſiæ.quorū ſcientiā in ſolis cōſtituunt ſapientibus,in ſolis uero ſtul
tis opinionē,cōem uero utriſq; cōpræhenſionem.Hæc dicentibus ſtoicis cōtradixit
Archeſilaus oſtendens cōpræhenſionem nō eſſe iudicatoriū inter ſcientiā & opinio
nem,in hunc modū(ſi uera a ſexto relata ſunt)argumentatus: ipſa cōſenſio quā di
cunt cōpræhenſionē & phantaſiā,uel in ſapiente fit uel in ſtulto, ſed ſi in ſapiēte fit
ſcientia eſt,ſi in fatuo opinio,& nihil præter hæc poteſt inueniri niſi nomen inane.
Nā ſi compræhenſio eſt captatricis phantaſiæ cōſenſio,uana res eſt & ſtare nō pōt.
primum qdem qm̄ conſenſio non ad phantaſiā fit ſed ad rōnem.dignitatum.n.ſiue
maximarum ppoſitionū cōſenſiones ſunt,deinde quia nulla talis uera phātaſia in
ueniret, quæ nō fieret falſa ut p multa & uaria q diſcurreret facile cōprobaret. Vbi
aūt captatrix phātaſia nō ſubſtiterit,neq; cōpræhenſio fiet,hac aūt nō exiſtēte om
nia ſunt incomphenſibilia.Sed ſi oia cenſeantur incōpræhenſibilia,ſequetur & ſecū
dum ſtoicos ut ſapiēs debeat ab aſſenſu mentē cohibere.Quare ſublato ſtoicorū iu
dicatorio,ſi quiſq; eorū aſſentiri noluerit,qm̄ oia incōpræhenſibilia ſunt,neutiq̄ cō
præhenſæ rei,ſed incōpræhēſæ aſſentiet,quare nō ſciet,ſed opinabitur,qđ nō ſapien
tis ſed

tis ſed ſtulti officiũ ab eis ipſis eſſe putabatur.hinc cenſebãt euenire ſublato iudicatorio,ut omnis eorũ actio & uitæ officia uana traderentur,& fælicitas pceptis eorũ cõſtituta labaret euaneſceretq;.nam ſi aſſenſum cohiberent,uitæ munera,& officia, quæ quis exequi deberet,quæ declinare,neſcirent:multoq; minus cõſtituerent efficaciter & pro regulis tenẽda traderent.hæc qdẽ & alia nõ pauca in ſtoicos & meditari & ſcribere ſolebat Archeſilaus,iudicatorium ueritatis ab eis cõſtitutũ euertẽs, ipſeq; ab aſſẽtiẽdo ſe cohibẽs,nullũ potius ueritatis iudiciũ ſtabiliuit, ſiue ita exiſtimaret faciẽdũ,ſiue ut Stoicos refelleret,queadmodũ & metrodorus & Alii prodiderũt.Numenius aũt in libro de academicorũ diſſenſione Archeſilã in iubſidiis tenuiſſe dicit crãtora platonicũ,& Diodorũ,& pyrrhona,& crãtoris ope orationẽ eius credibilẽ effectã,Diodori uero ſophiſticã,pyrrhonis aũt auxilio mutabilẽ.atq; ita eloquentiã platonicã ab Archeſilao fœdatã,q nõ putarit ingenioſi eẽ uiri in eiſdẽ permanere.Firmianus aũt in tertio cõtra gẽtes ſcribit Archeſilam eo q ſingulæ ſectæ multarũ ſectarũ iudicio cõuincerentur ſtultitiæ,repræhẽſiones oium inter ſe collegiſſe,cõfeſſionẽq; ignorãtiæ clarorũ phorũ,& ſe aduerſus oẽs armauiſſe,& inſtituiſſe nouam nõ philoſophandi philoſophiã.atq; hæc de Archeſila,ex ſexto,Numenio, Cicerone,Firmiano,Auguſtino,ſat fuerint.

Numenius de archeſila

Lactantius de archeſila

De Opinione Carneadis ab aliis diuerſa in triplici iudicatorio decernendo.et q uarij de eo uaeii diſſenſerint. Caput decimumquintum.

Carneades aũtẽ ab Auguſtino pditur depoſuiſſe illã ueluti calũniandi impudentiã,qua uidebat Archeſilã nõ mediocriter infamatũ, ſed ipſos pprie ſibi Stoicos atq; Chryſippũ,euellẽdos euertendoſq; propoſuiſſe.Cõtra uero ſextus philoſophus arbitrabatur,iſtituiſſe Carneadẽ, nõ ſtoicis tantũmodo,ſed oibus qui ante ſcripſerunt ſe cõtradicturũ,& quod cũq; ab illis cõſtitutũ ueritatis iudicatoriũ euerſurum:id ipm uidetur in eo quẽ ſupra citauimus libro cõfirmare Numenius,ſcribẽs renouaſſe Carneadẽ morẽ Archeſilæ,pugnãdi cũ oibus & cõtradicẽdi,atq; huc atq; illuc nũc affirmãdo, nunc negando,ſolitũ uolubilitate orationis oia diſtrahere.Differre aũt ab Archeſila,q ſe recte intelligeret,qd negat in Archeſila fuiſſe,quem ſcepticũ re facit,noie academicũ, ut ſupra dicebamus,nã pyrrhõis ueſtigia ſecutũ fuiſſe affirmat.refertq; Timonẽ, mnaſeam, & philomelũ ſcepticos,ſuũ eſſe conſectaneũ affirmauiſſe.Carneadẽ uero modo dolo,modo ui,ẽt pparatos & pmeditatos hoies cõfundere ita conſueſſe , ut eorũ qbus eũ pugnaret,reſiſtere poſſet nemo . Cæterum Carneades ante oia uoluit ne quæcunq; ab aliis docere nos in ueritatis cognitionẽ exiſtimabãtur,ea nos nõ docerẽt ſed fallerẽt:Ipmq; ueritatis qd appellabat iudicatoriũ,neq; in rõne , neq; in ſenſu,neq; in phãtaſia,neq; ulla in re alia prſus inueniri cẽſuit.Mox conatur oſtẽdere, q ſi ullũ haberi iudicatoriũ debeat,id neutiq̃ ſine quopiã affectu,poſſe cõſtitui, q prodeat a claritate.hoc aũt nixus eſt fundamẽto,q ſenſili poteſtate differt aial ab inanimis:Atq; ideo cõſtituit,ut omniũ quæ & ab ipſomet pdeũt,& incidunt ẽt extrinſecus,capax efficiat.Vbi uero ſenſus ipſe immobilis mãſerit & impaſſibilis, & inertilis,neq; ſenſus ẽ ingt,neq; captator alicuius:cõuerſus uero & affectus & ictus ubĩ fuerit, ob occurſationẽ eorũ q̃ clara ſunt,Tũ res mõſtrari uoluit:quã ob rẽ cenſuit in affectu q pdiret a claritudine,quærẽdũ eſſe iudicatoriũ.quẽ affectũ nõ alienũ ab

Auguſtin, de carneade.

Sextus de carneade.

Numenius de carneade.

Primum iudicatorium carneadis.

apparitione interpraetes eiuſq; ſectatores exiſtimant: unde & phantaſiam affectum quendã animalis eſſe decreuerunt, qui & ſui ipſius, & alterius cõſtitutor habeatur. Quẽadmodũ.n. lumen & ſe ipſum mõſtrat, & omnia quae ſunt in eo; ſic & phantaſia dux cũ ſit eius quae eſt in animali notionis, ea ipſa lucis inſtar, ſe ipſam debet oſtendere, & id ẽt qua cõſtituitur clarũ apparẽſq; mõſtrare. Sed qm̃ euenit uti ſemp non uerax, ſed mẽdax et ſaepenumero inueniat, ut pote q̃ a rebus a qbus pmitur diſcordet, & falſa nũciet: neceſſario colligit in omni phãtaſia ueritatis iudicatoriũ nõ poſſe relinqui. Sed & alia pleraq; ſubdit, qbus tã ipam q̃ ſenſus oẽs, unde ipſa pdit, & infirmet & tollat. Quaerẽs poſtmodũ ipſe iudicatoriũ & in agẽda uita & in faelicitate

Multiplex phãtaſia ſecundũ carneadem.

quaerenda poſſidẽdaq;, multiplicis meminit phãtaſiae, nãq; & πιθανὴν q̃ pſuaſilis põt dici, citat, & pſuaſibilẽ ſimul & ἀπερίσπαστον, q̃ſi dixerim incõuulſilẽ, & aliã cui nomẽ fecit διεξοδευομένην. & etiam περιοδευομένην. pertrãſcũtẽ forte ſiue obambulantẽ & circuẽtẽ, dicere latine poſſumus, & inter haec multas quoq; diuiſiones attulit. Nã perſuaſibilẽ uocauit eã, q̃ uera appareret, ſed multiplicẽ quoq; fecit hãc ipam, ut pote q aliquã ex iis obſcurã dicit eſſe, uel qa modicũ in ſe hẽat qd̃ cerni poſſit, uel qa pcul appareat, uel ob debilitatẽ & infirmitatẽ uiſionis ita ſit conſtituta. Sed & aliter quoq; diſtrixit, eã demũ iudicatorii uice cõſtituẽs, q̃ & appareret uera, & ſatis laeticiae ſecũ ferret, quã qdẽ & gradus in ſe ſe hẽre uoluit, qm̃ alia magis q̃ alia uideret uera,

Perſuaſile trifariã.

appareretq;, & pſuaderet magis, ac pulſaret animũ. qd̃ uero pſuaſile nũcupat trifariã quoq; ſecernit, nã aliud uocat pſuaſile, qd̃ & uerũ ſit & uerũ appareat: aliud qd̃ falſũ qdẽ ſit ſed appareat uerũ: aliud qd̃ ſit uerũ utriſq; cõe. Sed qm̃ phãtaſia, unica non cõſtituitur ſpẽ, ſed inſtar annulorum qui catenam cõſtituant, cum alius pen

Secũdũ iuxta carneadẽ iudicatoriũ

det ex alio, propterea ſecundum poſuere iudicatoriũ, perſuaſilem & inconuulſilem phantaſiam. ut ea eſſet uerbi gratia, qua me ipſum perciperẽ, quae ſcilicet a me cõuelli nequiret pro falſa, quoniam omnia concurrerent oſtendentia uero ipſam niti. Sic & alterius etiam longe optimeq; cogniti uiri, qui praeſens factus, omnia in animo inderet ueritatis ſigna, faciem, colorem, magnitudinem, figuram, uocem, ueſtimentorũ genus & ſingula, Quo factũ ut medici qdã antiq; febrientẽ hominẽ una re dũtaxat cognoſci poſſe noluerũt, uti ex pulſus uehementia, uel calore: ſed ex cõcurſu multorũ, pulſu, calore, rubore, ſiti, tactus attractione & reliqs pportione pari. Rurſum in hac phantaſia quae dicitur inconuulſilis, gradus fecere, qm̃ alia ſit alia magis (ita dixerim) inconuulſior. Cui & circũeũtis obambulantiſq; uocabulũ indidere, & ueri

Triplex iudicatorium carneadis.

tatis aliud in ea iudicatorium collocauere. primum enim rebus, uteũq; accidant, cõpetere putant; Secundum quo in magnis & excellentibus utendũ putant: Tertium dumtaxat impartiuntur iis, quae ad faelicitatem pertinent, quo & recurſare, & ratiocinari animo detur, priuſq̃ feratur iudicium: & omnia demum circum agere tantiſper, dum habito tempore ad diſcernendum idoneo, luſtratiſq; omnibus quibus decipi poteramus, tuto queamus iudicium ferre. Quemadmodum ſi quis obſcuram ingreſſus domum, funis inuolucrum ſpeculatus, acturũ poſſet id exiſtimare ſerpentẽ & reſilire: At rediens iterum, & conſpiciens eam rem, quam ſerpentem putarat immobilem manere, magnum hoc habere momentum exiſtimat ad ſententiam ferendam, ut nõ ſit ſerpens: Ratiocinatus iterum ſerpentes ſolere immobiles manere hibernis frigoribus adſtricti, baculum conſulit, & tangit inuolucrum: atq; ita demum circumagens omnia comperit non eſſe ſerpentem. Haec & alia carneadis interpraetes & ſectatores graeci, & ipſe quoq; ſextus, de triplici ipſius iudicatorio diſſeruere,

multoq;

multoq; magis ut mihi uidetur rem explicāt. q̄ illa ex clitomachi primo libro de ſu-
ſtinendis aſſenſionibus apud Ciceronem in quæſtionibus academicis recitata. pla- Cicero đ carneado
cuiſſe uidelicet carneadi duo eſſe genera uiſorum. in uno eſſe hanc diuiſiōem, alia ui
ſa eſſe quæ percipi poſſint, alia quæ non poſſint: In altero autem, alia uiſa eſſe proba
bilia, alia non probabilia, itaq; quæ contra ſenſus contraq; perſpicuitatem dicātur,
ea pertinere ad ſuperiorem diuiſionem, contra poſteriorem nihil dici oportere. Ma-
gis inq̄ explicare uidētur carneadum negocium illa q̄ hæc Ciceronis ex clitomacho,
q̄ etiam illa eiuſdem clitomachi, q̄uis uſq; ad ſenectutem cū carneade fuerit, q̄uis ho
mo & acutus ut pœnus, & ualde ſtudioſus ac diligēs, ex libro ad. C. Lucillū excerpta,
& a Cicerone conuerſa. Ea ſunt, academicis placere eſſe rerum eiuſmodi ſ multitudies,
ut aliæ probabiles uideantur, aliæ contra, id autem non eſſe ſatis, cur alia percipi poſ
ſe dicantur, alia non poſſe, propterea q̄ probabilia multa falſa ſint, Nihil autem falſi
perceptum & cognitum poſſit eſſe, itaq; ait uehementer errare eos, qui dicūt ab aca
demia ſenſus eripi a quibus nonnunq̄ dictum ſit, aut colorem aut ſaporem aut nul-
lum ſonum eſſe, illud ſit diſputatum. non in eſſe in his propriam q̄ nuſq̄ alibi eſſet ue
ri & certi notam. dupliciter quoq; dici aſſenſus ſuſtinere ſapiētem, uno modo cū hoc
intelligatur omnino eum rei nulli aſſentiri: alterum cum ſe a reſpondendo ut aut ap
probet aut improbet qd ſuſtineat, ut neq; neget aliquid neq; aiat: id cum ita ſit pla
cere alterum, ut nunq̄ aſſentiatur, alterum tenere, ut ſequens probabilitatem, ubicū
q; hæc aut occurrat aut deficiat, aut etiam, aut non, reſpondere poſſit. Deniq; Hercu
leum quendam laborem exanclatū a carneade, q; ut feram & immanem belluam ſic
ex animis noſtris aſſenſionem. i. opinationem & temeritatem extraxiſſet, eundē quo
q; clitomachum affirmaſſe, nunq̄ ſe intelligere potuiſſe quid carneadi probaretur.

De cyrenaicorum ſententia et rationibus ad ueritatis iudicatorium conſtituendum: ubi nō nulla aduerſus Ciceronem: deq; Aſclepiadis opinione. Caput decimumſextum.

E Xpoſita platonicorum diuerſa de ueritatis iudicatorio ſententia. Cyrenai
ci excipiunt, a ſocratis & ipſi (ut uolunt) ſchola profecti. Aiunt iudicatoria
eſſe affectus qui ab ipſis τὰ πάθη dicuntur, eaq; ſola & percipi & non menti
ri. eorum autem quæ pariant affectus, nihil eſſe compræhenſile, neq; non mendax. cū
enim inquiunt aut dealbamur aut dulcore perfundimur. poſſumus non falſo quidē
ſed uere id affirmare. quæ autem affectum indunt album uel dulcem nō poſſunt mō
ſtrari, fieri enim poteſt ut quis a non albo dealbetur, & a non dulci dulcedine afficia
tur. quemadmodum qui tenebras diutius perpeſſus & ictericus eſt pallido commo-
uet aſpectu ab omnibus quæ incidunt, & qui ophthalmiam patitur rubore perfun-
ditur, & qui diducit pupillam tanq̄ a duabus obiectis rebus commouetur. & qui cor
reptus inſania geminos intuetur ſoles geminaſq; (ut ille) thebas inſpectat, atq; inter
dum geminis aſſurgit menſa lucernis. deniq; quoad ptinet ad res q̄ extrinſecus inci
dunt, decipi omnes homines putarunt ex animæ ībecillitate cognoſcētis, idq; uel lo
co fieri, uel diſtantia, uel motionibus uariis, uel permutationibus, uel ex aliis etiam
cauſis, unde & iudicatorium nolunt hominibus eſſe cōe, rebus autem nomina impo
ſita eſſe cōmunia. Album, & enim dulceq; omnes cōmuniter nuncupant, cōmune aūt

quiddam album & dulce non habent ſinguli,cum unuſquiſq; a proprio capiat affe ctu:quare & hoc ita mihi,ſecus aliis pleriſq; uideri poteſt.ob diuerſas ſenſuum diſpoſitiones.Spectamus enim quod aliis pallidum uidetur,aliis puniceũ uideri.At hoc ut mihi uidetur non tantummodo affectis ſenſibus ob rerum incidentiam,ſed uariæ quoq; temperaturæ abortu naturæ ita conſtitutæ poteſt acceptum referri.Verũ hac de re longe plura quinto operis huius libro dum de ſenſus indicio & iudicio,aduerſus Ariſtotelem diſputabimus.Non ex cyrenis(ut ille inquit)laſerpiciferis,ſed ex ipſo Athenarum lycio profecti.Nunc ad Cyrenaicorum diſputationem enarrãdam reuertamur,qui etiam extendunt & affectus ad bonorum fines,& malorum,quorũ aliqua ſuauia,alia aſpera decernunt,alia itidem mediam quandam ſapere naturam opinantur,& illa quidem bona rentur quorum finis ſine controuerſia uoluptas eſt,ea mala quorum finis dolorem incutit:media quorum finis nec bonũ nec malum. Omniũ itaq; rerum affectus ipſos,cum iudicia,tum fines eſſe putauerunt.Viuimus.n.inquiũt affectus ſecuti & claritati & complacentiæ(ut aiunt)conſentientes.Claritati quidem quoad cæteros pertinet affectus,complacentiæ quoad unam ſpectat uoluptatẽ.hactenus Cyrenaici,iudicatorium corripiẽtes magis q̃ platonici,ſolis enim claritatibus et affectibus circũſcribunt,cum platonicis placuerit id claritate quidem,ſed & ratione meriri.quo fit ut mirer quo pacto in academico ſecundo Ciceronis ſcribatur,Cyrenaicos putaſſe in ſolo tactu interiore,aut doloris aut uoluptatis,ueri eſſe iudiciũ. plura enim eos ad ueritatem diiudicandam admiſiſſe manifeſtauimus,illũdq; eſt cõpertiſſimum,non omnia quæ perſentimus,animoq; etiam concipimus,aut dolorẽ aut uoluptatem inferre,& mediam quandam inter aſperitatem & ſuauitatem naturã ſuſcepiſſe.Non abhorruit a cyrenaica opinione Aſclepiades iudicatorium conſtituens in ſenſu,quo res ipſas non ratione compræhendi exiſtimauit,ſi uera putamus Antiochum rettuliſſe.

Opinio auctoris

Aduersus Ciceronem

De opiniõe ſtoicorũ et rõnibus in ueritate falſitateq; dimetiẽda. Caput decimũſeptimũ.

S Toici phantaſiã captatricẽ ueritatis iudicatoriũ exiſtimarũt,qua de re q̃q̃ ſupra cum de Archeſila diceretur actum eſt,non nihil tamen quia multa ipſi dicunt multaq; dicuntur in eos,hoc etiam loco uidetur commemorãdũ. quo etiam loco non inutile fuerit inter aſſenſionem & approbationẽ diſtinxiſſe. Itẽ q; inter id quod incertum eſt,& id quod non poteſt percipi,cuius etiam rei apud Ciceronem mentio eſt in academicis.Ad hæc inter perſpicuitatem & perceptionem diſcernere,quibus de rebus inter Stoicos & poſteriores academicos nõ parua lis.Sed q̃a inter ipſos etiam Stoicos diſcordia,iccirco quid ipſi ſentiant diſſeramus. phantaſia apud ipſos non uno accipitur modo,ita enim,definiunt,phãtaſia eſt τύπωσις ἐν ψυχῇ idest informatio ſiue impreſſio in anima:ſuper qua re ſtatim diſſenſere.Cleanthes.n. accepit informationem ſecundum æqualitatem & exceſſum,inſtar eius informatiõis impreſſionisue quæ fit i cæra per anulum,quod abſurdum eſſe Chryſippus exiſtimauit.quoniam eueniret ut idem corpus,circa ſe diuerſis figuris formaretur,quẽadmodum illa diuerſis formis imprimeretur.quare Zenonis uerbum τύπωσις nõ pro iformatione cœpit,ſed pro eo quod Græci ἑτεροίωσιν uocãt,Nos(ſi permitteretur per linguæ latinæ uindices)ſiue alteritatem ſiue alterationem appellaremus. quare aliam ipſe

Cleanthes.

Chryſippus.

ipſe eo uerbo attulit definitionem, quæ poſterioribus etiam non placuit: ut hinc nõ
parua commota ſint in litteris apud Stoicos prœlia, quæ referre ad præſens & longũ
nimis eſſet & ſuperuacaneum. Sextus Empiricus ea diligenter expoſuit in primo cõ Sextus
tra logicos uolumine. Cicero uero ad calcem ſecundi academici, qui ſolet et horten- Cicero
ſius appellari narrat Zenonem cum extentis digitis aduerſam manum oſtenderet,
dicere cõſueſſe uiſum eſt huiuſmodi. Deide cum paululum digitos extrinxiſſet, aſſen
ſus huiuſmodi cum plane compreſſiſſet pugnumq; feciſſet compræhenſionem illam
eſſe dicebat. qua ex ſimilitudine etiam nomen ei rei quod ante nõ fuerat, catalepſim
impoſuit: cum autem leuam manum admoueret, & illum pugnum arcte uehemẽter
q; comprimeret, ſcientiam talem eſſe docebat, cuius compotem nisi ſapiẽtem eſſe ne
minem. Cæterum multas uiſorum differentias excogitarunt ſtoici. Alia enim uiſa ſi Viſa ſiue phã
ue phantaſiæ perſuaſibiles; Aliæ imperſuaſibiles dicuntur eſſe, Aliæ utrũq;. Aliæ neu taſię apud
trum. primæ habentur ex quibus lenis æquabiliſq; commotio circum animã ex ori ſtoicos mul
tur. ut nunc eſſe diem, nunc me ſcribere. Secundæ quæ contrario ſe habẽt modo, & ab tiplices
aſſenſu nos retrahunt, ut ſi dies eſt, ſol non eſt ſuper terram. Tertiæ quæ ad res diuer
ſas relatæ, modo tales habentur, modo diuerſæ, ob uariam ad quæ referuntur habitu
dinem, ut quæ de ſermonibus trahuntur ambiguis. Quartæ quibus non modo ambi
gua ſed nullo tempore altera pars altera probabilior uideri poteſt humanitus, uti
ſtellas uerbi cauſa uel pares eſſe uel impares. Earum etiam quæ probabiles perſuaſi-
bilesue nominantur, alias dicunt ueras, alias falſas, Alias tam hoc q̃ illud, alias neu-
trum. Verum aũtem hoc & falſum referunt in naturam enunciationis p̃dicatiõis ue:
quæ uel ita uel aliter queat afformari. hoc ẽ uere uel falſe. uera igitur prædicatio ex
qua uera prodibit phantaſia, ut ego nunc ſcribo, falſa ex qua dimanat falſa, ut ego
nunc inter excubias militum quieſco. Veram ſimul & falſam putant quæ inſanis & fu
rentibus adeſt, qualis ſtulto cuidã ruſtico quẽ domi habebamus: Nã cũ filium uide-
bat gaudebat quidem, ſed alio nuncupabat uocabulo, quatenus enim a re p̃ſenti mo
uebatur, phãtaſia putari poſſet uera, nam filium agnoſcebat, quatenus uero alio uo
cabat nomine, non uti filium ſed alienum accipiens, utiq; falſa. Neq; ueras neq; falſas
arbitrabantur quæ generales eſſent, quorum diuerſæ contrariæq; ſpecies, ſicut aĩalis
aliud rationale aliud irrationale. Animal uero in cõmuni nec hoc proprie nec illud,
aut eſt aut haberi poteſt. Verarum poſtea diſtinctionem fecere, nam alias uoluerunt
haberi captatrices compræhenſatriceſq;. Alias minime, quales perturbatione qua-
piam incidere mentecaptis & nigra bile correptis compertum eſt. qui & ſi ueram at-
trahunt phantaſiam, non tamen ex iudicio captatricem, magis autem extrinſecus &
caſu quopiam occurſantem. quare neq; illis formantur, neq; aſſenſu feruntur. Com-
præhenſatricem uero decreuerunt quæ a re fiat exiſtenti, & ſecũdum id quod exiſtit
indelebilis & quodam ueluti ſigillo munita, hanc conſtituere Stoici ueteres iudica- Stoici ue(te)res
torium ueritatis quæ ad alias phantaſias talem habeat proprietatem, qualem inter
ſerpentes alios ceraſtæ. quibus contradixere platonicorum multi, fieri poſſe exiſtimã
tes, ut captatrici phantaſia falſum impermutabile comprætendatur. At iuniores ad
didere Stoici, oportere ut ea phantaſia nihil habeat aduerſum quoniam carere eam Iuniores Stoi
fide, & ueritate poſſe cenſuerunt: ob aliquam extrinſecus circũſtantiam. Afferũt ad ci,
meti & menelai pro exemplo fabulas. Cum enim Rex ille theſſaliæ ratiocinaretur al
ceſtem uxorem uita functam eſſe, & q; mortui non reuiuiſcerent, ſpectaretq; quã illi

hercules attuliſſet, dæmonium exiſtimauit non alceſtem. & Menelaus cum in naui reliquiſſet Helenæ ſpectrum, eamq; inueniſſet in pharo apud proteum, non uxoré ſed eius autumauit ſimulachrum fictum a dæmone. Et de ſtoicis hactenus. Et de omni ſecta quæ a ſocrate platoneq; profecta ſocratem ipſum tanq̃ parentem agnoſceret & a platone non abhorreret, nunc de Ariſtotele nouam ſectam inſtituente & inpugnante platonem uerba facienda ſunt.

De opinione Ariſtotelis et theophraſti et ſectatorum, in iudicatorio ueritatis decernendo. Caput decimumoctauum.

A Rriſtoteles uero & ſectatorum plurimi duplex ueritatis iudicatorium conſtituere ſenſum rerum ſenſilium, intellectum mentemue intellectilium. cōmune autem quiddam utriſq; Theophraſtus imaginatur τὸ ἐναργὲς, quod

Theophraſtus

clarum nos lucidumq; poſſumus appellare. ordine quidem, ſenſus præcedit, ui mens & poteſtate: q̃q̃ ordine poſterior eſt, & ſenſum uidetur ſubſequi. ſed hoc apud Theophraſtum fortaſſe clarius: apud Ariſtotelem nullo modo. qui ſenſum præponit ſemper & in tertio de generatione animalium ſenſui magis q̃ rationi credendum aſſeuerat. quã de re operis proceſſu latius diſputaturi ſumus. certe a re ſenſili mouetur ſenſus: ab ea uero motione, quæ de ſenſus claritate prodit i eorum animis, quæ ex ſe moueri queant, animantium, motio quædam ſuboritur quæ & memoria ſolet & phantaſia uocari. memoria quidem eius qui circa ſenſum fit affectus. phantaſia uero eius rei ſenſilis qua ſenſus afficitur, patiturue, & qua tanq̃ ueſtigium quoddam inurit in animis atq; relinquitur. quapropter ab Ariſtotele definitur motus a ſenſu factus ſecundum actum. porro ueſtigium ipſum, cum & ex aliquo fiat & ab aliquo, puta ex pedis poſitu, & ab Amico, ſic & eadem animæ motio, ſiue inuſtio ſiue impreſſio ſeu magis ueſtigium fit ex aliquo circa ſenſum affectu perpeſſioneue, & ab aliqua ſenſili re cuius etiam ſeruat ſimilitudinem. de ipſa uero motione cui memoriæ & phantaſiæ nomen eſt factum, alia quædam in animis noſtris motio ſuboritur, quæ & cogitatio uocatur, & intellectus, ob differentes de ea conſiderationes. nam qua rerũ cogit & affingit imagines, cogitationem: qua uero quædam ſplendeſcit claritas. mentem ſiue intellectum uocauere. cum enim potis eſt anima talem uel talem in ſe ſe rerum phantaſia perceptarum notionem tanq̃ componere & meditari & cogere, cogitatio uocatur. cũ uero id iam uigilanter effecerit nuncupatur mens, uel intellectus διάνοια fere dicitur. Cæterum ab intellectu cogitationeq; conſtituuntur, & Notio, & ſcientia, & ars, cogitatio uero fit cum interdum particulatim ſpecies concipiuntur, interdum ſimul & ſpecies & genera. Sed omnium phantaſmatum in intellectu congregatio, & particularium omnium in unum quiddam uniuerſale collectio, nuncupatur notio. in hac autem congregatione atq; collectione ad ultimum & ſcientia conſtituitur & ars. Illa exactum quiddam & minime uariabile requirit, hæc autem non ita. uti autem ſcientiarum & artium natura, generatione poſterior eſt, ita & quæ appellatur opinio. ubi enim animus ictus a ſenſu, rei uiſæ conſenſit & aquieuit, tum nata eſt opinio. Quibus omnibus ſatis colligi poteſt cognitionis rerum iudicatoria, ſenſum & mentem a peripateticis conſtitui & ſenſum quidem ſe ſe habere organi ſiue inſtrumenti uice, intellectum uero inſtar artificis eo uti. Ac ueluti nos ſine ſtatera nequiremus grauium rerum & leuium perpenſionem facere: neq; ſine amuſſi perpendiculo ue recti & obli

qui

qui differentiam capere,ita mens abſq; intellectu minime potis eſſet rerum ipſarũm ſententiam ferre.

De opinione epicuri in diiudicanda ueritate. Caput decimumnonum.

P Oſt Ariſtotelem & Theophraſtum ſequitur Epicurus & tempore & dignitate longe inferior,q̃q̃ ipſum Ariſtotelem acriter impugnauit. Ei ipſi Epicuro ſequenti ſenſum,placuit iudicium phantaſiæ:quam opinioni iunctam putauit,& appellauit claritatem,& omnino uerã exiſtimauit,ut quæ primos affectus hoc eſt uoluptatem & laborem oſtenderet. Illam a ſuauibus delectabilibuſq;,dolorẽ a triſtibus afflictricibuſq;,& oriri & expromi rebus exiſtimabat. eademq; ſententia non uniuerſim ſolũ,ſed & particulatim & ad rem quãcũq; ſingularem,cũ haberetur relatio,ducebatur. Verum falli putauit pleroſq; ex differentia ſenſilium,cum incidere uideantur phantaſiæ quibus alieni gratia coloris uel figuræ,aliter q̃ putabat res obiiciatur. excogitauit etiam ut differentibus ita pugnantibus phantaſiis euenire,ut altera uera eſſet altera falſa. Sed non animaduertit a ſenſu differre phantaſiã quod boni omnes philoſophi uolunt,& ipſe uno de imaginatione libro multis ab hinc annis edito,ſatis oſtendi. aliud enim ſenſu,aliud phãtaſia percipi poteſt. atq; ubi ſenſus non uno tantummodo ſed ſexcẽtis ita dixerim modis errauerit,toties aberrare phãtaſiam poſſe manifeſtum eſt. Sed explicandi nunc,non confutandi locus. opiniões autem phantaſiis iunctas cognataſq;,cum ueras itidem,tum falſas exiſtimauit,uerasq̃ teſtẽs eſſent claritatis,& alias in contrarium teſtes non haberent,falſas in quas a claritate ferretur teſtimonium,& pro quibus nullum ferret. porro illa adteſtatio quã ἐπιμαρτύρησις uocat,comprehenſio eſt per claritatem,ut hoc opinabile,uerbi cauſa,amicum aduentare quempiam,tale ſit,quale ipſa opinione perceptum eſt,nulla alia phantaſia contrariam ferente ſententiam. quare iſthæc adteſtatio,& non atteſtatio,ut aliquid uerum eſſet inconſilium adhibebatur,& in iudicatorii ueritatis collocabatur ſede. at quod aliquid falſum eſſet,ipſa non atteſtatione & contra teſtificatiõe diſcerni dicebat. omnium autem fundamentum & baſis claritudo ipſa cenſebatur. Hæc ad ſummam a philoſophis omnifariæ ſectæ de ueritatis iudicatorio conſtituta ſunt,in quos multam ſceptici contradictiõem,nec unam quidem in rem ſed in multas ſed in plurimas moliuntur.

Liber A thoris de imaginatione.

Q[d] Sceptici p[hilosoph]i reliq[ui]s oibus q[ui] aliq[uo]d ueritatis iudicatoriũ cõſtituerẽt,triplici uia et mõ iacriter cõtradicũt. ubi q̃dã repetũtur altius ,et de fidei p̃ſtãtia chriſtianę agitur. Cap[ut] uigeſim[um].

V Idimus & narrauimus ordine philoſophorum ſectas omneis,qui ueritatis iudicatorium ſuſtulerunt,uidimus & eas omneis quæ reliquerunt,nec illorum modo ſed horum etiam expoſuimus opiniones uarias: quæ potiſſimũ quinq; ad capita redigi poſſunt. nam alii mentem,alii ſenſum,alii utrunq; pro iudicatorio ſumebant. alii phãtaſiæ primas dedere,ſed quæ nam eſſet ueri captatrix phãtaſia diſſentiebant,alii phantaſia utebantur ſed uti famula atq; miniſtra uel ſenſus uel mentis. hæc omnia ſceptici placita confutaturi ſimul,triplici uia & modo proce-

Ad quinq; reducti capita opiniões d iudicatorio ueri.

dunt exiſtimantes iudicatorium omne ab aliquo eſſe,& per aliquam rem,ac etiam ſecundum aliquam fieri:quare ipſa triplici uia aggredientes iudicatorium omne ſublatum iri procurant.primum omnium a quo iudicatorium ipſum manat quid nam ſit,ignorari contendunt,hoc eſt hominem,qui ferre iudicium debet,quo minime notomnec notum eſſe poſſe uolunt iudicium.quod ab eo pendere conſenſus omnium ꝓbat.Verum & ſi hominem percipi quid ſit conceſſerint,Iudicatorium aliud quod appellant per quod:hoc eſt ſenſum eius,& mentem,ita multis affectam uolũt,ut ab eis iudicium ueritatis nequeat expectari.Tamẽ ſi detur etiam cõce daturq; uti & ſenſus & mens poſſint quo ad ſe pertinet,ferre ſententiam,nihilominus ſublatum uolũt iudicium id,cui factum eſt nomen ſecundum quod,hoc eſt phantaſiam, propterea ꝙ eam,nec recte,nec ſincere ferri contendunt Adeo,ut ſi cętera uera ſuapte natura forent,falſa tamen fierent internuncia phantaſia,quę ſuopte ingenio falſa potius q̃ uera pręſentet.Quare cum reperiri nequeat opinio quę iudicatorium decernat ullũ, quod non a ſenſu,uel mente,uel phantaſia prodeat,& cum hęc in homine ſint omnia,iudicio de homine ſublato,& illa ipſa conſequenter ſublatum iri cenſent. ſed ex abundanti docere moliuntur,cognito etiamnum homine,non propterea uel in ſenſu,uel in phantaſia,uel in mente illius,certum ueritatis iudicatorium poſſe cõſtitui. q̃ ſecta q̃q̃ omnem pro uiribus aliam dogmaticorum ſectam ſuſtulit,Stoicos tamen qui magno in dignoſcẽda ueritate iudicio,ſe pollere putabant,uehementer inceſſit,& peripateticos etiam magnopere uexat hac in re maxime.quoniam ipſi tria hęc ad percipiendam ueritatem concurrere exiſtimabant,ſenſum,intellectum,phantaſiam, quę ipſi q̃ multis & q̃ magnis poſſunt machinis a tribunali, cęlſaq; iudicii ſede deturbare detrudereq; moliuntur. At priuſq̃ tres ipſas monſtremus & percurramus uias,Aperire nonnulla opere pretium duco,quibus & faciliores ipſę uię,& ſalebroſę minus inueniantur.Fuit antiquitus in contradicẽdo magnum omnino apud philoſophos ſtudium,magna cura:quoniam inde ſibi gloriam cuius auidi potiſſimum fuere comparabant.hinc particularia ſibi aliqui,uel argumenta,uel ſophiſmata conſciſcebant,Alii conficere artem procurabant,quemadmodum apud rhetoras pleriq;,Apud philoſophos,Ariſtoteles octo libris quos topica nuncupauit: Sed hii & ueritatem haberi poſſe,& eius ipſius iudicatorium pręſupponebant.At Alii impugnabant tanq̃ falſa & tollere quę illi poſuiſſent geſtiebant.Alii extitere qui neutiq̃ ferrent iudicium,& omnibus tamen,& maxime iis qui certam ſe habere doctrinam iactarent,quibus poſſent uiribus contradicerent,nec id aſſerentes ſe ſe uerum propter ea dixiſſe,ſed ita uideri:ſuaq; ipſorum argumenta & rationes poſſe aliis tolli:quin & a ſe ipſis iri ſublatum,non ſecus ac pharmacha quę ſe ipſa cum eis quos ducunt humoribus egerunt.ii ipſi utebantur conſideratione perpetua, & ſemper cohibebant aſſenſum,& principia alienę doctrinę tanq̃ fundamenta conabantur eruere,quibus effoſſis ędificium omne corrueret.Inter hos pyrrhon magnum habuit momentum, deinde & Aeneſidemus,& Alii per multi. ultimus ꝙ ſciam in eorum ſecta Sextus Empiricus:quem cum pleriſq; aliis adhiberi i eccleſia noſtra ad faſtũ & uanã curioſitatẽ conſueuiſſe,dolet Gregorius Nazianzenus, & recte quidem.quando uitia illa extirpanda ſunt,non fouenda.Ad philoſophorum uero repellendam arrogantiam, & excellentiam fidei Chriſtianę monſtrandam,poſſunt eſſe utiles:eiuſq; deſiderio magni olim uiri & pręclari tenebantur,ut alibi ſcripſimus.quando hoſtibus eccleſię noſtrę nocere

Nota de antiquorũ phorũ ſtudio i cõtradicendo.

Pyrrhon et alii.

nocere queunt,& contra eccleſiam ſi retorquerentur,nihil haberent uirium. neq; n. noſtræ principia fidei pendent ab homine,ſed ab ipſo deo, nec ſenſu habentur aut phantaſia,aut humana inuentione,ſed reuelatione diuina:nec experimentis artium ſenſilibus,ſed fidei lumine ſtabiliuntur,& prodigiis atq; miraculis:in quæ nec argumentari ualide poſſent aut pyrrhon,aut Sextus aut quiuis alius philoſophorum:q̃ touis ingenio,q̃tauis copia litterarum.tanta enim diuinæ ueritatis uis,ut quæcunq; in eam oppugnandam parentur arma,retundantur atq; reſiliant.quare non ad noſtram doctrinam hoc eſt Chriſtianã,quæ præſtantior & modis omnibus ſublimior ē: ſed ad gentium philoſophiam quæ humanitus inuenta eſt,uel demoliendam,uel infirmandam,ſceptica conſideratio poteſt conducere:quorum finis erat ex ſuſpenſione iudicii nullo pacto perturbari. Iudicium uero ſuſpendebat. propter contradictionem,& opinionum,& rationum,& diuerſam rerum naturam:conabanturq; omni rationi æquam rationem opponere,idq; non uno dũtaxat modo apud eos obſeruabatur.Nam & apparentia apparentibus.& intellectis itellecta:contraq; hæc illis, illa iis e regione conſtituebant:uerbi cauſa turris eadem procul rotunda,prope quadrata, conſpicitur.utrunq; enim diuerſe collocatis hominibus poteſt apparere: intellecta itellectis exempli gratia,quibus uidebatur non eſſe prouidentiam,quia male boni habebant:opponebatur eſſe prouidentiam,ex ordine cœleſtium,ex recto naturæ proceſſu,& Aliis ſimilibus.At apparentibus opponebant intellecta, inſtar Anaxagoræ quoniam qui dicebant apparere ſenſui niuem eſſe albam inſtabat ille niuem aquam eſſe congelatam,Aquam uero nigram eſſe,niuem igitur nigram habendam.opponebant item non ſolum præſentia præſentibus,ut in iis de quibus ægimus exemplis,ſed & præſentia præteritis,uel futuris.Modos autem quos & locos etiam uocabant & typos,ad cohibendum aſſenſum,propter rerum diuerſitatem.deinde & ad contradicendum parabant,Alii plures,Alii pauciores conſtituebant,ſibi.Nec inter ſcepticos modo ipſos,ſed eos etiam qui inter academicos numerantur: quartuor enim libros de ſuſtinendis aſſenſionibus ſcripſiſſe clytomachum Cicero eſt author. & phauorinum decem ſcripſiſſe libros,quos & πυῤῥωνίων τρόπων inſcripſit.A.Gellius in decimo memoriæ prodidit.Sed ipſis in modis compeſcendi aſſenſus,& ſuſtinendarum aſſenſionũ diligentiores ut arbitror Sceptici fuere.De quibus omnibus agendum eſt, priuſq̃ eorum uix ad tollendum iudicatorium ſtratæ monſtrentur.quoniam hæc tanq̃ uiarũ quædam hoſtia,& claues etiam ſcepticorum, in reſerandis philoſophorum hoſtiis, haberi queunt.

Nota de principiis noſtræ fidei,

Cicero

Gellius

De locis quos et ad aſſenſum cohibendum et ad opponendum ſceptici cuſtodierunt. Caput uigeſimumprimum.

Apud antiquiores ſcepticos,decem ſiue modi,ſiue loci,ſiue typi,ad aſſenſum cohibendum cuſtodiebantur:de quibus mentionem facit in pyrrhone Diogenes.ſed nec explicat eos,nec eo utitur ordine quo ſextus in primo πυῤῥωνίων ὑποτυπώσεων quē nos magna ex parte,q̃tum ad hoc præſertim attinet ſecuti,& ex græcis ipſius libris transferemus,& Aliis ex authoribus addemus,quæ opportuna & conſentanea rei de qua agimus uidebuntur.Primus itaq; authore ſexto perti

Diogenes Laertius.

Sextus.

Primus locus ſiue typus ſiue modus.

Secundus. nebat ad animalium differentias.Secundus ab hominum diuerſa natura ſiue habitu
Tertius. dine uaria ſummebatur.Tertius excipiebatur a differentibus affectibus ſeu præpa-
Quartus rationibus quæ in ſenſoriis inueniebanť.Quartus a circūſtantiis & diſpoſitionibus
Quintus manabat.Quintus a poſitu rei uarioa loco,& locorum intercapedine pendebat.Sex
Sextus tus a mixtione trahebatur,Septimum quātitas & præparatio ſubiecti conſtituebat.
Septimus Octauus de iis quæ ſunt ad aliquid ſiue de relatione ſummebatur. Noni raræ uel fre
Octauus. quentes aggreſſiōes fecere uocabulum.Decimum uariæ diſciplinæ,diuerſi mores,dif
Nonus. ferentes leges,fabuloſæ narrationes,opiniones & coniecturæ philoſophorum diſſi-
Decimus. dentes,conſtituerunt.ꝙ ſi hæc decem loca ad pauciora curemus redigere,tria dūta-
Tria genera lia loca. xat generalia,in quibus cætera concludentur inueniemus.unum a iudicante,aliud a
iudicato,tertium ex utroq; diſſultabit.ſubiicientur & claudentur in primo quattuor
priores:nam quod iudicat aut animal homoue,aut ſenſorium,idq; aliqua circūſtan-
tia.Septimus & decimus in ſecundum referentur.In id quod eſt ex utriſq; conflatū,
Tria illa ad unū reduci. quintus.ſextus.octauus.nonus.recurrent.Rurſum queunt tria hæc in unum cōmu-
ne magis referri,hoc eſt i id quod dicitur ad aliquid ſiue relatio,quorum tria illa ſpe
cies erunt,reliqua decem accidentia.hæc quidem antiqui ſceptici.Iuniores autē mo-
Quinq; loci a iunioribꝰ ſcepticis poſiti. dos quinq; tradiderunt.eos Laertius agrippæ rettulit acceptos quorum primum ex
diſſenſione pararunt.ſecundum ex eo ꝙ res in infinitum queat excurrere.tertiū ab
eo quod eſt ad aliquid conſtituerunt,Quartum dixere hippoteticum,quintum uo-
carunt promiſcuum atq; is eſt q in uicem uel alterne cōficitur,duo alii præterea mo
Duo alii loci di ſoliti ſunt aſſignari λῦσ ἐποχ ῖσ quaſi dixeris abſtinētiæ,qua cohibebant aſſenſum
et dubitabundi conſiderabundiq; manebant.quoniam omne quod compræhendit,
uel ex ipſo,uel ex alio compræhenditur,aquo duplici uel gemino loco,cunctis rebus
dubitationem ſe putabant inuehere.octo demum ad euertenda particularia philoſo
Octo loci aeneſidemi. phorum placita Aeneſidemus excogitauit,iis enim & ὑποτυπωσεις. edidit ad pyrrho-
nia,ut & Laertius docet & Sextus.itemq; de pyrrhonis etiam ratiōibus & de quæſtio
nibus,& contra philoſophiam ſcripſit libros.At ſextus opinatus eſt quinq; illos a Iu
nioribꝰ ſcepticis traditos modos,huic ipſi officio ſatis facere poſſe.ſed ii omnes quos
recenſuimus modi ſingulatim ſeorſumq; ſunt exponendi,& ab ipſis decem antiqtus
conſtitutis,ſumendum exordium eſt.

De primo ad aſſenſum cohibēdū loco q ab aīantiū paratur diuerſitate.ubi quęplā cōtra Ariſto
telē iter oſtēdēdū rōnes eius i quarto primo phīę de ſenſus ueritate facile diſſolui. Cap.xxii.

PRimus a ſcepticis antiquioribus excogitatus paratuſq; dubitatiōi locus,ex
animantium prodit differentia,quo fit ut nō eadem ob id apparere debeāt,
non eaſdem ſuboriri phantaſias ſit cōſentaneum,propter diuerſam eorum
generationem,diuerſas quoq; partes,& ſenſus diuerſos,& appetitum,& fugam. Alia
enim ſine coitu naſcuntur,alia coniunctione maris & fœminæ:& eorum quæ ſine coi
tu,Alia ex igne ut quæ in fornacibus apparere zophita dicunť a multis phorū,Alia
ex aqua marcida ut culices,Alia ex putreſcenti uino ut minutiſſima illa aīalia muſ-
cis quadā ex parte ſimilia.Alia ex terra,alia ex limo,ut ranæ.nā ſemina limus habet
uirides generantia ranas,alia ex uolutabro luti ut uermes,Alia ex herbis ut erucæ,
alia ex fructibus ut parui illi q in caprificis naſcuntur culices.ſunt & quæ de aliorum
animantium cadaueribus naſcantur,nam de tauris Apes,de equis ueſpas conſtat ori

ri/Mactatos obrue tauros cognita res uiſu eſt/de putri uiſcere paſſim/florigeræ naſcũ
tur apes.nec non/p̄ſſus humo bellator equus crabronis origo eſt.ex aſinis itẽ naſcun
tur ſcarabei/ex tineis papiliones.nã q̃ ſolent canis frõdes intexere filis agreſtes tineæ
(res obſeruata colonis)ferali mutant cũ papilione figurã.ex maritimo etiã nũ cãcro
mutilato.ſi ſepeliatur Scorpio ꝓdit/quare & cecinit idẽ poeta/cõcaua littoreo demas
ſi brãchia Cãcro/cætera ſupponas terræ/de parte ſepulta ſcorpius exibit/caudaq; mi
nabit unca.& ſunt q cũ clauſo putrefacta eſt ſpina ſepulchro/mutari credant huma
nas angue medullas.hæc cum in ipſo(ut ſic dicã)putreſcere cõſtitutæ ſint.nũ diuer/
ſum ab eo quod antea p̄ſentaſſent ſuapte nã/præſeferre ſimulachrũ/imaginẽ/ſpectrũ
ue debebunt:unde alia atq; alia forment phantaſmata:q̃ nihilominus aſia non uide
bunt uulgo ipſi/nec ulla ſubtiliori cõſideratiõe ductis atq; ſuſpenſis.ex ſe ipſo quoq;
mortuo quod oriat/aial unicũ ꝓdit.ſi qdẽ una eſt/q̃ reparet ſeq; ipſa reſeminet ales/
Aſſyrii phænica uocãt.& uiuis quoq; in aiantibus & hoibus maxie naſcunt lũbrici/ Nota.
nec deſunt medici q affirment humana corpora nũq̃ illa ꝓcioſa ſupellectile uacua.
quid.n.ad inſinuandã ſupbiſſimo aiali modeſtiã/& humilitatẽ agnoſcendã ſui/a ſum
mo rerũ oium conditore p̄termiſſum eſt?At q̃ de coitu naſcunt aiantia/alia ex ſimi/
li uniformiq; genere ꝓdunt in lucẽ/alia ex diuerſis tanq̃ coagmentant & coaleſcunt
ut muli/& generis eiuſdẽ nõnulla/de qbus Ariſtoteles in libris de generatiõe aialiũ
plane diſſeruit.Rurſum inter aiantes ſunt q̃ uiua naſcant/ſunt q̃ in ouis deliteſcãt hi
tura uitam/ubi ſolaris ſimul maternuſq; calor/ea aliquo tpis ſpatio cõfouerit.ſunt q̃
nec in ouis occluſa pferant in lucẽ.nec a uiuipara matre prũpãt aialia/ſed iformi ca
rũcula ꝑmant/maternaq; lingua forment ut urſi.cõpertũ.n.hoc & decãtatũ/Nec ca/
tulus partũ quẽ reddidit urſa recẽti/ſed male uiua caro ẽ/lãbẽdo mater in artus fin/
git.ex iis ꝓbabiliter colligi putãt tã diuerſi ortus principiis/ipromiſcuas ẽt & diſſimi
les pugnanteſq; qualitates & ꝓprietates effluere:& diuerſa uiſa/diuerſas phantaſias
afformari.ꝓduntur & aialia quæ mutent ſexum ut de leporibus audiui.certe plinius
mutatas in mares fœminas prodit:ac ille cecinit/& quæ nunc fœmina tergo paſſa ma
rem eſt/nunc eſſe marem miremur hiænam.Enimuero principaliũm corporis partiũ
tantam diuerſitatem/maximeq; in ſenſu/num parituram putauerimus/magnã nobis
ſiue uiſorum ſiue phantaſmatum diuerſitatem?num & magnum p̄bituram momen
tum & in aſſenſu cohibendo/& in opponendo cenſebimus?qui enim ſunt icterici pal Viſus.
lore circũfuſa putant quæ nobis alba uidẽtur/& iis qui rubore ſunt & ſanguine ocu/
los infecti/ſanguinea p̄ſentantur/quæ nobis alba.Quoniã uero inter aiantes inueniũ
tũr qui pallentes & offectus colore ſubuiridi habent oculos/& qui ſanguineos/& q
ſubalbidos/& qui alio colore ſuffuſos/conſentaneum eſt differentem apud illos colo
rum conceptum fieri.Ad hæc ſi oculos intendamus in ſolem p̄ſeueremuſq;/mox eos
ipſos uergamus in librum/aut ex uidebuntur litteræ/& in Gyrum commotæ. præter
ẽa cum animantes quæpiam ſuapte natura lampada quampiam geſtare uideantur i
oculis/ita ut appareant lucem fundere ſubtilem/& facile miſſilem/nocturnaſq; tene/
bras effugantem/iniuria ne putabimus/non illis ac nobis quæ extrinſecus in pupil/
las incidũt/formas ſimiles uideri?Atqui ſi magorum præſtigiis fit/ut qui adſunt mo
do æreu modo nigri uideantur/ex modica inſperſione unctionis mixtioniſq; magi/
cæ/quanto ratiõabilius ex diuerſis humoribus uiſilis pupillæ diuerſorum animaliũ
uel ab ortu naturæ cõgenitis/uel morbo cõtractis/uel arte inditis/diuerſæ ut enaſcã

tur phantaſiæ rerum ſubiectarum? Sed ſine ullo præſtigio id poteſt accidere mutato
ipſius rei colore: tanta eſt rerum diuerſitas, tam uerſipellis facies, ut de Chamæleonte
proditur, cuius ſi mutabilis color, & incõſtantia neſciretur, num te ipſum deludi pu
tares? uel a magicis præſtigiis illudi? cum id quod uentis animal nutritur & aura, p
tinus aſſimulat tetigit quotcunq; colores, ut cecinit idẽ poeta ingenioſus. q; ſi uel pa
rum, etiamq; leniter, defricuerimus oculum, oblongæ & tenues uidebuntur formæ at
q; figuræ, & magnitudines rerum ſpectabilium. Itaq; longe probabile cenſeri debet,
quæcunq; animalia pupillam habent obliquam & prominulam, ceu capræ, ceu catti &
ſimilia, diuerſe de rebus ſenſui ſubiectis imaginari, multoq; magis ſi binas haberẽt pu
pillas, uel in altero geminam, ut de quibuſdam refert Plinius in ſeptimo naturalis hi
ſtoriæ: & ſecus omnino q̃ quæ rotunda & circulari pupilla prædita fuerint. In ſpecu-
lis etiamnum uidemus ſi differenter apponantur & diuerſe collocentur, modo par-
ua quæ opponuntur præſentare, ut concaua, modo oblonga & tenuia, ut conuexa.
Sed & aliqua uerſis in cœlum pedibus, & declinato in terram capite, quodam quaſi p̃
ſtigio commonſtrant, quæ alioqui recto ſtatu conſiſtunt. quis negauerit iis de rebus
ob ſenſuum illuſionem phantaſias non uariari? & ſint homines, ſint canes, ſint leones,
ſint piſces, ſint elephantes, ſint terræ ſerpentia, ſecus ac ſunt uideri. De uiſu ſatis dixi

Auditus

mus, at reliquis in ſenſibus qui idem non perſpexerit? aliter commouebitur auditu, q
anguſtos aurium meatus. aliter qui late longeq; patulos habuerit, nec non iis quo-
rum aures obturarint capilli, præſentabitur ſonitus diuerſe, ab eo cui nudatæ fue-
rint: ſecus etiam excipiunt ſonitum noctu qui humi iacent, ac ii qui uel interdiu ua-

Odoratus.

gantur uel inambulant. Magna quoq; in odoratu diuerſitas, aliter enim qui perfrixe
rint, & diſtillationibus infeſtantur, aliter qui ex ſiccato capite uel ſanguine multum
pollẽt, uel flaua bile, Adeo ut quod bene olere uni, alteri male uidebitur. An i guſtu

Guſtus

non magis? Amara hominibus ſalicum folia ſunt, capris dulcia, q; ſi neges aut dubi
tes cum capra non fueris: ſcio enim fatuam pythagoreorum palingeneſiam, irride-
re te potius q̃ extimare, amaritie delectari illas omnino fateberis. quando pabulum
eſt illis ex fronde ſaligna gratiſſimum, & longe lateq; petitum. nec illud reſpõſum ſce
ptici admitterent, neſciri quales ſint pecori, hominibus ingratas eſſe ſciri: nam aut
uarium temperamentum ouis. ſ. & hominis uarie percipit, aut amaro delectatur ca-
prinum genus, ut humanum dulci. Marina aqua ſalſa eſt hominibus & ingrata, dul-
cis & grata piſcibus marinis. Sed & ſunt in hominibus qui uel delectãtur amaro, uel
quod aliis amarum hominibus, illis dulce: Noui qui aloes ſuccum exſiccatum coag-

Albert9 fili9

mentatumq; ita commedant ut panem, Albertus filius Trimulus, rheubarbarici
potione delectatus eſt adeo, ut nutricem extimularit ad propinandum, neq; enim
expellendorum cauſa lumbricorum petebat, cuius rei gratia primitus illi datum eſt,
procul ab illo cura medicinæ, quando nec per ætatem licet, ſed ſenſu ducebatur ſolo
blandoq; guſtu, auſtero aliis & aſpernabili. An febre correptis flauaq; laborantibus
bile, quod aliis dulce, amarum uidetur? & uinum ſanis q̃ gratiſſimum inflammatis fe
bre perq̃ moleſtum? Idem quod & omnibus fere, præterq̃ iis qui pleuriti decumbũt
morbo. nã quo magis fert exitium, eo magis appetitur. Sed & gratius eſt quandoq;

Nota

morbo correptis q̃ ſanis merũ. uenit cũ Carolo eius nõis octauo Gallorum principe
in Italiam Gallus quidã boni inter eos nominis, q leuicula febre cum teneretur po-
tabat ſuauius, q̃ cum functus ſanitate pleno ſe cratere proflueret, mallebatq; ut au-
diui

diui dicere.febricula non abſolui,ne tanta careret uoluptate. hæc cum tam diuerſa
fiant.poſſunt & naſci,inſcrutabili quæ in hominibus reperitur temperamenti diuer
ſitate.ſunt enim qui molli & bene temperata lingua,palatoq; æquabili freti,bene gu
ſtent atq; ſuauiter:ſunt qui aſperitate & duritiæ linguæ palatiq;, ab ipſo ortu natu-
ræ parum delectentur.oblongo item gutture qui ſunt,oblectantur magis, quod in
philoxeni uoto damnauit Ariſtoteles,ſed non recte,ut aliqui decreuerunt. Ac ſane
cum & membrorum & humorum in homine ſit tanta diuerſitas,& multæ quo ad ſpe
ciem,& mille quo ad intentionem remiſſionemq;, poſſunt innumeræ humorum coale
ſcere diuerſitates,& identidem permutari.Ex nutrimento etiam ſi ſit idem atq; unifor
me,uaria promuntur.ſpectamus enim unum eundemq; imbrem cœlo demiſſum & ex-
ceptum arboribus,aliis in folia,aliis in ramos concreſcere.ſic & modo ſanguis in no-
bis augetur,modo minuitur,ex nutrimento itidem & flaua bilis,& nigra,atq; pitui-
ta.Mitto quæ poſſint maiorem afferre mutationem,ut abſtemi[illegible] ut temulentos, ut
furiis agitatos.quibus omnibus diuerſa omnino ex diuerſitate ipſius temperaturæ,
phantaſmata coorientur.ſed & ſunt quibus uenenum aut beſtiarum aut herbarum
non obſit.alii id in temperaturam proprietatemq; referunt,Alii in uſum qui naturæ
uicerit proprietatem.ponti Rex ueneno ita aſſueuit,ut poſtea potum non noceret.
notior eſt hiſtoria q̃ ut debeat enarrari.fuere quos ueneni non interfecerit,ſed nu-
trierit,ſed auxerit,nec nunc ſturnorum,aut coturnicum refero gratiſſima ſemina el
lebori & cicutæ,Aliis auibus uenenoſa & exitialia,nec oſcyamu ut ſuibus gratiſſimu
ita multis animantibus pernitioſiſſimum;Nec ceruis quæ in paſtum cedunt anima-
lia,Nec hirundinibus gratam cantharidem,ſed puellam herba uenenata nutritam
authore Galeno medico præcellenti.Iacobus etiam foroliuienſis medicus, quem cre-
do auorum memoria uixiſſe,Allium ſcribit quod aliis & ſalubre,& etiam Alexiphar
macum,antidotumq; ſummitur,ſibi pernitioſum fuiſſe, ſeq; ueneni uice quoties in
cibum ſumpſit toties uexatum.Referri nequit quanta ſit in hominibus diuerſitas,
non modo in cæteris animantibus.Sed de hominibus ſequenti capite plura.In tactu Tactus
etiamnum quis non commoueri ſe,aliter oſtreacea pelle,aliter carnea,aliter ſquam-
moſa fateatur.& in tactu etiam illudi ſe ſe putaret quiſpiam,ſi lyncis lotium cum pri
mum eſt effuſum tangeret:ſub ipſo enim tactu ſentiret,rem ſubiectam mutare natu
ram,nanq; illius animalis quicquid ueſica remittit uertitur in lapides,& congelat ae
re tacto.Sic & corallum quo primum cotigit auras tempore,dureſcit,mollis fuit her
ba ſub undis.fiat progreſſus a ſenſibus,ad appetitum & fugam,quæ tam diuerſa i ani Appetitus et fugæ
mantibus reperiuntur,q̃ illæ ſi non & multo magis,id autem a diuerſa quoq; natura
prodit animalium.Myrrhæ odor hominibus gratus,ſcarabeis & apibus intolerabi-
lis,eumq; fugiunt & oderunt:oleum petitur hominibus,ex eoq; utilitas magna: ueſ-
pæ & apes refugiunt,ut id quo necantur.Appetunt luti uolutabra male olentia ſues
refugiunt ab iis homines.ſed & inter animalia ſunt quæ herbas comedant,ſunt quæ
ceſpitibus ueſcantur,ſunt quæ ſemina depaſcant,ſunt quæ carnes uorent,ſunt quæ
lacte uiuant:nec deſunt qui crudis utantur,& contra ſunt qui non niſi quæ a co-
quis exquiſitiſſime ſint parata deſummant. nec defuere qui marcida & pu-
trefacta malint. A cibo formicarum & culicum abhorrent homines mirum
in modum, quibus etiam ſi ederent excitarentur tormina: illas urſi maxime cu-
piunt, quærunt auidiſſime, comedunt cum ægrotant. Salamandris ſtomacharen-

tur homines uiſis non modo comeſtis, quas porci conſectantur ut uorent. uipera ſi ramo phagi tangatur: manet attonita, ſic & noctua ſi platani folio contingatur. fugit arietem elephas, leo Gallinaceum Gallum, & ſonū tympanorum cum tigris tum maritima eæ formidant. longum eſſet referre quæ nam diſſona de animantibus prodiderunt litteræ. hoc tantum colligamus diuerſas oriri animalibus phantaſias, de rebus quæ illis obiiciuntur prodeuntes. nobis autem quid de illis iudicii? poſſumus. n. quale nam uideatur nobis, id quod præſens ſit dicere? quale uero in ſua ipſius natura ſit, quo pacto decernemus? quo pacto & noſtras & animantium reliquorum phātaſias diiudicabimus? quando ſumus & ipſi differentes ab illis, & ipſius pars differentiæ. unde alio potius egeremus iudice. qui inter nos & illa, quid intereſſet edoceret. ut hinc etiam reuelatam diuinitus comprobare poſſimus doctrinam, quæ homini data eſt tanq̃ dux uerſanti in tantis errorum tenebris, & tam magno ſenſus & phantaſiæ conflictu. Sed hac de re alibi. nunc in Ariſtotelem obiter pauca, q̃q̃ tres operis huius ultimi libri doctrinæ Ariſtoteleæ infirmādæ ſunt deſtinati. Ariſtoteles ipſe quarto in libro primæ philoſophiæ, cum fateretur diuerſitatem maximam in animātium ſenſibus atq; diuerſa etiam in eodem ſæpenumero (ut ſic dixerim) ſenſamenta, q̃ nec multitudine, nec paucitate iudicari poſſent, nihilominus poſtea uerum ſenſum eſſe molitur aſtruere. quod q̃q̃ non negamus eſſe, tum, ſ. cum non fallitur, cum non eſt uarius, ut late quinto libro diſputabimus, non tamen fatemur cogi nos poſſe rationibus Ariſtoteleis ad aſſentiendum. Ex ſunt quod eſt in motu, poteſt percipi, quoniā terminis, & a quo recedit, & ad quem tendit, participat. hoc totum potius dubitationem augere ſenſilis iudicii uidetur, non tollere: ſubeſt enim continuæ motioni, & terminorum ē diuerſa natura. Nec illa item ratio uidetur efficax rei manere ſpeciem, q̃uis quātitas immutetur. nam ſenſus exterior, nec ſpeciem rei percipit, nec etiam proprie q̃titatem. illud enim ad intellectum, hoc ad ſenſum pertinet cōmunem. Accidentibus enim, i. qualitatibus dūtaxat immorantur externi ſenſus, quæ quidem qualitates, ducunt uel de longinquo ad eſſentiam ſpeciemq; rei, uel ſola coniectura depræhendendam. Ipſeq; met Ariſtoteles in primo de anima negare uidetur aperte, a ſenſibus omnino cognoſci ſpeciem atq; ſubſtantiam, cū ſcripſit accidentia magna ex parte conferre ad cognitionem eius quod eſt eſſe rei. Quod autem de cœlo ſubiecit, multum non affert momenti: quia & ſi non mutetur quo ad auctionem & decrementum (q̃q̃ qui nō admitteret cœlum eſſe ex quinta eſſentia ſiue natura, ſed compoſitum arbitraretur, dicere poſſet ipſum mutari, ſed a nobis eam mutatiōem percipi nequire) quia inq̃ & ſi non mutetur, quo ad auctionem & decremētum, tam nihilominus a ſenſibus remotum eſt, ut proprio ſenſu nulla eius qualitas excepta luce depræhendatur, magnitudo nāq; & motus, ut cognoſcatur, ſenſu cōmuni eſt opus ipſomet authore ſed & color qui uidetur cyaneus cæruleus ue, quem dicunt cœleſtem, falſo etiam ut produnt ſenſibus præſentatur. neq; enim uult ipſe Ariſtoteles, ut ubi non eſt compoſitio materiæ & formæ, ubi non eſt elementorum concurſus, ibi ſit colorū mixtio. & quod adnexuit de natura immobili, nihil officit. quando ea per ſenſum nequit appræhendi. poſtea cum magis affirmat ſenſum proprii obiecti non eſſe falſum, & culpam reiicit in phantaſiam id quidem maiori probatione indiguiſſet, maioriq; diſcuſſiōe. ſed neq; haberi debet ſanorum & ægrorum hac in cauſa ratio, ſed diuerſæ temperaturæ, non uitiatæ, ſed ita naturaliter conſtitutæ, ex quarum diuerſitate, diuerſæ phātaſiæ

non

Nota ꝓ ſacris litteris.

Aduerſus Ariſtotelē et rónū eius ſolutio.

nón falſæ/ſed motiones a propriis ſenſibus rite factæ/unde & diuerſa iudicia. q̃a de
re quo ad homines attinet ſpeciatim hunc in modum diſſeramus.

De ſecũdo cohibẽdi aſſenſus loco ob humanã diuerſitatẽ cõſtituto. ubi etiam nõnulla contra Ariſtotelem. Caput uigeſimũtertium.

TEmpus eſt/ut ſecundo locó monſtrando/q̃o a diuerſitate hominum ſum-
mitur inſiſtamus: ex quo etiam roborabuntur quæ in Ariſtotelem dicta
ſunt. nam ut uolentes etiam conceſſerimus hominibus habendam fidẽ/
in animalibus cæteris diiudicandis/quibus nam quæſo hominibus cũ diſ-
ſentiant acquieſcemus? nam cum ex duobus homines conſtituamur anima & corpo-
re/utroq; inuicem diſſentimus. ut enim diuerſa ſunt corpora ita homines diuerſi: ne-
q; huc eam afferre uolo diuerſitatem humani generis/cuius longo diſcurſu meminit
Plinius in ſeptimo naturalis hiſtoriæ/cum citat anthropophagos/Cyclopas/læſtrigo-
nas/ſciopodas. ophiogenes/androgynas etiam & pygmæos/authoritate Ariſtotelis.
hæc etenim uulgata prætereo: ſed diuerſitatem aſciſco/aut ratione munitam/aut ra-
ris nec protritis relatam authõribus. Accedant primo diuerſæ hominum tempera-
turæ/a diuerſo parentum ſemine/a regionibus diuerſis/a uariis nutrimentis/ab uſu
diuturno manantes. hæ in cauſa ſunt/ut diuerſa & præſententur & promantur phã-
taſmata. Hinc & diuerſæ quoq; affectiones animorũ diuerſaq; iudicia. differunt cor-
poris forma & temperamẽto ſcythæ/ab æthiopibus & ab indis/illi a noſtratibus. hinc
uarios mores uariæ ſuggerunt humorum mixtiones/a uariis non inclinationibus
modo cœli/ſed parentum ſeminibus/a quibus omnibus & uarii ſenſus uariaq; phãtaſ-
mata/unde & uariæ ſententiæ. hinc appetunt quidam quæ aliis abominationi ſunt.
æthiopes nigras petunt uxores & ſimas/quo enim nigriores/quo magis ſimæ/eo pul-
chriores ab eis exiſtimant/ authore ſexto/contra uero perſæ quo candidiores/& ma- Sextus
gis incuruo naſo/eo præſtantiori eſſe forma iudicant/deterrima uero quæ ſint æthio-
pibus plane ſimiles. Atq; hinc grata multis pleraq; ſunt/a quibꝰ Alii quammaxime
abhorrent. q̃ ſi qui medicorum ſpecies gradusue temperamenti/& cœli inclinatio-
nis magis placidæ temperatæq; duxerint in medium/quibus probatiores attribuant
phantaſias/primum diſſoluant operæ præcium ẽ quo pacto qui ad alteram extre-
marum latitudinum propius acceſſerit/non euariet ab alio qui alteri proximior iu-
dicabitur: punctalem enim (ut ita dixerim) quis inueniat? Deinde illud declarent
quomodo indiuiduales (ut dicunt) differentiæ phantaſiæ iudicium quoquomodo ua-
rium diuerſumq; non reddat? quis ea queat enumerare quibus homo differt ab ho-
mine? ſuccurrant quæ ſupra diximus/de mythridate/de puella nutrita ueneno/de
rheubarbarico/deq; aloe ſamaritie/mirum q̃ aſpernabili/quæ tamen alicui dulcis
uiſa eſt amarities. Aloes & ipſe ſuccus demiſſus in ſtomachũ/ſolet aluũ ſoluere/rubrã
bilẽ ducere/& hoc plurimis. At noui hoĩem & doctrina & moribus egregiũ arte medi-
cũ/q ſi uẽtrẽ fluuidũ mollẽq; obdurare uelit/& obfirmare/pillulas catapociaue cõfe-
cta ex aloe deglutit. quæ res ſibi ſiſtit aluũ/ſoluit aliis. cicutæ ſuccus exitialis hoĩbus/
quoq; & nocentes amaſſilienſibus necabant/quo & moralis p̃hiæ parẽs hitus Socrates

ab Athenienſibus extinctus eſt,non coturnicibus aut ſturnis,ſed hominibus inno/
De anu attica — xie ſumptus eſt.Aliqui hauſtus quattuor tollerauere.Anus attica etiam triginta ſi/
De demophō te alexādri. — ne uitæ incommodo pertulit eodem ſexto Authore.& Alexandri miniſter qdam p̄/
fectus menſis nomine demophoon,in ſole balneoq; rigebat.& æſtuabat in umbra,ac
De pſillis — ut pſillos mittam Aphricæ populos qui a ſerpentibus & aſpidibus icti non pereunt.
De argiuo athenagora — Argiuus Athenagoras a phalangiis & ſcorpionibus percuſſus nihil dolebat.q tin/
De tintyritis — tyritæ dicuntur incolæ ægypti iter crocodilos impune uerſantur.eſt & quædā æthio
pum gens ex aduerſo meroes,adusq; fluuium hydaſpem protenta qui abſq; ullo pe/
riculo & ſcorpiones,& aſpides,& cætera id genus ſerpentia comedunt,non ſolum nō
leduntur ab eis,quod etiam admitteret Ariſtoteles qui ſcribit in octauo de hiſtoria
De ruphino — animalium in pharo & locis aliis ſcorpiones non ledere.Ruphinus quidam in chalci
de potato elleboro nec ex toto nec ex parte purgatus,ac ſi conſuetum ſumpſiſſet po
De ſotericho — culum,concoxit eoq; nutritus eſt.Soterichus Chirurgicus ſi quando ſenſiſſet ſiluri
ſuffimenta,bile infeſtabatur. Ac(ut fecimus etiam ſupra)noſtri temporis exempla
De oliuerio cardinali — miſceamus antiquis.Affinis meus Oliuerius hoſtienſis Epiſcopus Cardinaliſq; Nea/
politanus,paulo antea magno prudentium uirorum mœrore uita functus ē ſenex,
quem ſingulis annis uerni flores(id enim in cauſa ferebatur)paulominus exanima/
De androne argiuo — bant,quibus tamen reliqui maxime demulceri ſolent.Andron Argiuus ita ſine ſiti
ulla perſeuerabat,ut ſi per aduſtam libyem iter feciſſet non quæſiſſet potum. Miran/
De fœmia Mirādulana. — dulæ oppido noſtro erat femina quæ priuſq̄ uiro iungeretur,nec aquam,nec uinum
bibit unq̄.quæ res morbo non referatur accepta,nam & ſanitate utebatur,& rubicū
do erat colore ſuffuſa uultum,& ualentis fœminæ officiis ſemper eſt functa. uiro au
tem iuncta cum filiam concepiſſet bibit.ut earum mittam uirginum quæ noſtra æta
te & ſine cibo & ſine potu multos annos uixere mirabiles hiſtorias,& eremitæ unius
abſtinentiam,quem audiui non longe a colonia Agrippina decem & nouem annos
quicq̄ non guſtaſſe,fidemq; factam eſſe militum nonnullorum teſtimonio, qui i eius
tugurio multos dies perſeuerarunt miſſi ab antiſtite urbis,ad rei ueritatem explorā
dam;nam quæ diuino contigiſſe miraculo putantur,non ſunt humanis exemplis an
Nota — numeranda,& ſi prodat Ariſtoteles fuiſſe hominem qui in tota uita non comederit.
Redire ad gentium facile poſſum monumenta,quæ multa p̄dunt hominibus ad fuiſ
ſe,ab Aliis tam diuerſa ut ſemper ſuppetat afferre quæ conſuetis opponamus.Tibe/
De tiberio cæſare. — rius Cæſar inter nocturnas tenebras uidebat,ſenſus enim ipſius non fallebatur i no
cte,re uiſili præſentata,fallebatur aliorum hominum,diuerſitas hoc naturæ particu
laris,diuerſitatem in uiſili poteſtate poſuerat.Hominis ſimulachrum thaſio cuidam
ad ſtitiſſe ſemper,Ariſtoteles eſt author,alii tamen id non uidebant.ſcribit etiam Se/
neca primo libro naturalium quæſtionum,quoſdam eſſe qui ipſi ſibi uideantur oc/
currere ut ubiq; imaginem ſuam cernant:refert i ualetudinem primo,poſtea & hāc
affert cauſam,quia infirma uis oculorum non poteſt ne proxime quidem ſibi aerem
perrumpere, ſed reſiſtit:Cum itaq; corporibus humanis inſit tanta diuerſitas, num
erit in eorum animis phantaſmatum iudiciorumq; cōmunio?& maxime ſi ſtabimus
Ariſtoteli decernenti animas,ea quæ informant corpora ſubſequi.Sed maiorem no/
bis faciunt diſſenſionis fidem quæ ſcribuntur a multitudine philoſophorum,& eorū
maxime qui dogmata ſe tradere profitentur,nam & de omnibus diſcrepant,& ſuper
iis maxime contendunt & præliantur,quæ ſequi debeamus. quæ declinare,electio aūt

& fuga

& fuga plurimum de uoluptate deq; dolore pendet. quæ & de ſenſu & imaginatione
pene ducuntur, ad ſtipulante maxime Ariſtotele memoriis & imaginarionibus plu/
rimum regi animalia. Cum hæc itaq; eligunt, hæc declinant, ſequens eſt ut putemus
eos non ſimiliter ab eis ipſis phantaſmaribus moueri, quandoquidem ſi ſecus ſe ſe ha
berer res, uel optarenrur ſimiliter, uel non diſſimiliter declinarentur, quo fit ut aſſen
ſus cohibendi magna præſtetur occaſio, nec ſenſus in omnibus: cum ſit in pleriſq; ua
rius, rite ſincereq; poteſt ferre ſentētiā: quod tamē Ariſtoteles exiſtimauit. Aut enim
omnibus aut quibuſdam aſſenriendum. Si omnibus contrariis conrradictoriiſq; ma
nus dabimus ſi quibuſdam quæſo prius dicant quibus nam herba ſit porrigenda, tā
q̄ uictoribus. Reſpondebunt platonici audiendum eſſe plaroni peripaterici in Ari/
ſtotelis ſinum tanq̄ in portum paſſis uelis eundum monebunt. Is re relegabit ad ſen
ſum: cuius ſi uel tantillam rationem exigendam exiſtimaueris expelleris elycio. quo/
niam decreto illi in meraphyſicis poſiro contradicens, eorum quæſiſti rarionem quo
rum non eſt ratio. At quis eis quæ ſunt allatæ ſupra obiectionibus facier ſatis? de di Cōtra Ariſto
uerſirate uidelicet temperamenti, quæ ſenſuum parit diſcrimina, uariis in hominib9 telem.
uaria, uti latius quinto huius operis libro aduerſum ipſum Ariſtotelem diſputabi/
mus, ex ſimilitudine naturali fere omnimoda cum ictericis, ex iis qui eo cum morbo
naſcuntur, ex iis quæ ſimilia iudicantur, non tamen omnino, ſed ex quibus tamen ua
rietas prodeat, cum mulro maior in oculo uarietas uideat ex maiori temperamēti di
uerſirate quā in re ſenſili uiſa. i. colore, qui ſolum ex duobus conflatur ipſo Ariſtote/
le teſte, albore uidelicet nigroreq;. fit autem propterea ut ex horum intentiōe atq; re
miſſione, uariaq; mixtione, infinitæ fere ſpecies colorum habeantur: multo magis ex
temperamento ex pluribus conflato & humoribus & qualitatibus, poteſt iudiciū re/
rum apparentium oculis uariari, A quibus diuerſæ quoq; iuſta proportiōe fiāt phā
taſiæ, de quibus demum uaria iudicia dimanare, & certum eſt, & compertiſſimum. ſed
de Ariſrotele ad præſens ſatis. Si alios ſcitatus fueris philoſophos, qui ſenſu ducun/
tur, te ad præceptores remittent, epicurei ad epicureum, cui & palmam dandam affir
mabunt, ut qui lucretio authore ueridicis hominum purgauit pectora dictis: ut ego Contra lucre
cano, falſidicis hominum temerauit pectora uerbis. ſic & ſtoici Zenoni, & noſtris etiā tium
temporibus diuerſæ ſcholæ, ut diuerſos habent duces ita ei omne genus coronæ de/
cernunt. quare perpetua durante lite, iudicium inquient ſceptici ſuſpendemus. q; ſi Obiectio.
maiori ſtandum parti cenſebit quiſpiam, reſpondebitur non eſſe idem in rebus phi/ Solutio multi
loſophorum iudicium, ac in iis quæ fiunt a maiori parte capituli in pontificia lege/ plex.
aut quæ maiori ſuffragio populi contingunt in re publica. nam ibi poteſt internoſci/
quot aut qui ſententiam rogentur, apud philoſophos uero qui rerum uniuerſitatē
earūq; narurā ſpeculanf, haud ira faciendum, nam de hominibus cum differunt, niſi
pprietates nouerint ſingulorū, nihil ex acte & extra cōtrouerſiā decreuiſſe queunt.
ſed qs nā q̄ſo oēs hoies nouit ēt p gentes & natiōes? & ſi nouerit qs potis ē percipe
quid cuiq; genti placeat? pōt. n. apud quoſdā frequentiſſime fieri, quod apud nos ra
ro, cōtraq; ea quæ nobis raro uiſunf, apud alias nationes pōt eſſe frequētiſſimū: nec
nō latere nos q̄ ipſi clariſſime pceperūt qs dubitat? & quæ ipſos latuit nobis eſſe ma
nifeſta? Sed & ignoranf nō parū multæ getes, ut iis nauigatiōibus q̄ noſtra ætate cō Regiōes nup
tigerūt palam factum eſt. quando ad occaſum terra uaſtiſſima prioribus incogni/ cognitę.
ta ſæculis & frequentibus referta populis ab hiſpana claſſe reperta eſt: cuius

ita nos ignari fuimus, ſicuti eius incolæ noſtrarũ i qbus degimus regionũ: & noſtra ætate ad æthiopiã quoq; luſitanus nauta antarticis ſideribus fretus adnauigauit, & penetrauit ad indiam, & Anthropophagos uidit, & multa didicit q̃ priora ſæcula neſciuerunt. Sed concedatur gentes & populos ſingulatim noſci nunc & i ſingulis poſt ea hominibus tanta diuerſitas? ut nil certi atq; uniuerſim colligere queamus quod non poſſit aliorum exemplis hominum particulariter infirmari. Sed iam tertium ad locum nos referamus.

Nauigatio luſitanorum.

De tertio loco ad aſſenſum cohibendum excitato, et ſuper ſenſuum diuerſitate fundato, ubi et nonnihil contra Ariſtotelem. Caput. xxiiii.

EXcogitarunt & locum alium ſceptici, ut dogmaticos refellerent, exiſtimantes perperam ab illis agi, dum putant iudicium ſe ferre de aliis rebus poſſe q̃tumuis differentibus, cum ipſi & in hac diſſidentium differentiumq; rerũ chorea uoluantur. Sequi illud dicunt uti de iis que uidentur apparentq; cum iudicium ferre uoluerint, ii ipſi priuſq̃ exordium capiant iudicandi, res ipſas pro iudicatis accipiant, quæ. ſ. ſub iudicio uerſabantur. & quoniam pleriq; conſtituebant in homine rationem, tanq̃ id cui & iudicium uolebant acceptum referri, contradicunt ipſi & aſſenſum frenant, oppoſitu tertii modi quem in affectibus uniuſcuiuſq; ſenſorii differentibus collocarunt. Id autem inferre curabant, ut ſi ea quæ ſunt extra recte nõ capiant ſenſus, nec a mente quæ miniſterio utitur ſenſuum, ea ipſa poſſe capi. primũ igitur differre ſenſus ipſos inter ſe ſe commoſtrant, Adeo ut ſi ſenſus ſequamur, eiuſdem rei proſit ne an obſit? humanæ naturæ placeat an diſpliceat? diuerſa fiant iudicia. ex quo etiam colligetur cuiuſcunq; rei naturam ſcire nos ullo pacto nequire, niſi omnes eius affectiones per ſingulos ſenſus hauſerimus. litterarũ elementa aduiſum ſi referantur, aliis alia æqua uidebuntur, Alia ſubſidere, alia præcellere & eminere, ſi referantur ad tactum nullum inter ea diſcrimen agnoſcetur. Mel guſtui ſuaue & gratum, oculis impoſitum graue & moleſtum. quare abſolute ſi ex eis quæratur mel ſuaue ne eſt an minime? reſpondere niſi recta prius ſenſuum habita diſtinctiõe nõ queant. Odorata unguenta & quæ maxime myrrha conficiuntur naribus admota placent, guſtui diſplicent. Euphorbium oculis moleſtum, corpori reliquo minime ingratum, quo fit ut nequeamus abſolute dicere ſuapte natura corporibus humanis obeſt an prodeſt? pluuialis aqua iuuat oculos, arteriam & pulmonem exaſperat, & ut græcis dicitur τραχύνει. Marina torpedo ſummitatibus admota corporum ſtupefacit, reliquis partibus innocua. Quo fit ut qualis nam rerum talium natura ſit nequeamus afferre? qualis autem uideatur fortaſſe poſſimus. ſane quæcunq; nobis obiiciuntur uariæ ſenſibus noſtris ſe ſe offerunt. Eſt in pomo leuor, odor, dulcedo, color, clarum tamen aut incontrouerſum non eſt, ſolas ne has habeat qualitates, an unam in ſe tantum? q; ſi referatur ad ſenſus, plures etiam q̃ quæ dictæ ſunt habere conuincetur, quare quemadmodum ſupra de nutrimento cum dicebamus euenire poteſt, ut unum quidpiam diuerſe receptum efficiat diuerſa, ſic ut & pomum uniformæ ſit in ſe ſe, difforme tamen uideatur diuerſis exteriorum ſenſuum apparatibus. Sed & plures q̃ quæ nobis uidentur haberi in pomo qualitates

tes

tes poſſe hunc in modum probatur. Concipiamus animo aliquem uirum ab ortu naturæ tactum quidem habere, & odoratum & guſtum, neq; audire autem neq; uidere. hic ſane q̃ faciliime opinabitur concipietq; animo, quicq̃ non eſſe a principio, uiſile neq; audibile: Sed tria illa dũtaxat haberi qualitatum genera quæ ipſe tribus illis ſenſoriis haurire potis eſt. Nos qui tantum quinq; ſenſibus pollemus, perſuadere nobis ipſis tentamus, tantummodo qualitates percipere poſſe, quibus ſumus per ſenſoria capaces: ſed & fieri poteſt ut aliæ ſenſoriis aliis incidant qualitates quibus nõ participemus ipſi. Sed dicet quiſpiam natura ipſa factum ē, ut ſenſus rebus ſenſilibus cõmenſurentur. quæ nam inquiunt ſceptici hæc eſt natura? Cum tanta ſit diſcordia tã q̃ iniudicata lis, adhuc inter dogmaticos perſeueret de ipſa natura. qui enim iudicat hoc ipſum ſi eſt natura, uel ineruditus eſt, ac per hoc ei fides nõ habebitur, uel phũs, & ita cum pars ſit & aduerſarium habeat in lite, iudicium ei non tradetur, ut pote q̃ iudicari debet non iudicare. quis item nouit non plures eſſe ſenſus q̃ quinq;? Reſpondebunt id a philoſophis aſſeuerari: Afferam & philoſophos qui plures mallint. Democritus enim non tot putauit quod & diximus antea, & Plutarchus etiam in placitis naturalibus, refert ſenſus in homine non eſſe quot haberi dicuntur, ſed ineſſe & Diis, & Aliis irrationalibus animantibus & ſapientibus plures, q̃ qui ſtatuantur a nobis exiſtimauit, cui poteſt ad ſtipulari illud ſimplicii peripaterici in tertio in Ariſtotelem de anima commentario. ubi non omnino abnuit ſenſum non poſſe quoquomodo cœleſtibus corporibus tribui modo ſit diuerſus ab eo, quo nos & mortalia cætera ſentimus. pari quoq; pacto & phantaſiam ab eis omnino nõ eliminat, nec plãris quo q̃ non poſſe ſenſum attribui contendit, obſcuriorem tamen & ut ait Plato dormientem. Io. quoq; grammaticus inter platonicos & peripateticos nõnullos, de ſenſu corporum cœleſtium decertantes, litem dare noluit, quã de re in noſtris in tertium Ariſtotelis de anima commentariis late diſſeruimus. Sic & de ſenſibus omnibus diſſidiũ efficit ut mentis quoq; uacillet iudicium: nec quæ ipſi minime nouerimus ea nõ eſſe in rerum natura iudicare debemus. Laurentius Vallenſis cuius opiniones in logicis inſtitutionibus ſæpe refellimus. nobilis fuit grammaticus & prope uindex iam deſitæ romanæ linguæ. Sed cum quid audiebat dicier, quod ipſe aut non legiſſet, aut legiſſe non recordaretur, actutũ fere putabat non eſſe latinũ, poſtea nihilominus qui examinauerunt ueterum authorum ſcripta diligentius latina inueniebant quæ ipſe tan q̃ barbara repoſuiſſet. Sic & æſtimatores rerum prudentes a præcipiti iudicio opus eſt abſtinere, & quod ipſi non nouerunt, id eſſe aliis incognitum affirmare non debent, aut ea quorum nuſq̃ factam mentionem audiuerunt, protinus a rerum natura non debent expellere. Sic & Ariſtoteles aliquos tantummodo quibus falli quiret ſenſus iudicium, excogitauit modos, nihil præterea putans eos aberrare poſſe. nos autem tot eſſe ipſius ſenſus uel modi, uel ſpecies, quot hominum temperamenta, & diximus, & quinto huius operis libro ſumus exactius probaturi, quo minus certa diiudicandæ rei ſenſilis, regula trahi queat. Sed enim incertum quoq; magna ex parte ſenſus iudicium, ſuis ipſius regulis, ipſomet quinto huius operis uolumine oſtẽdemus: Nec lõge ab eiuſmodi uidetur difficultate abhorruiſſe Nicolaus cuſa, cum ſenſum niſi ſenſiliter iudicare dixit, & rationem niſi rationaliter, ut ꝓpterea aliter eam ſemper q̃ res eſt, hoc eſt coniectura iudicare exiſtimauerit, ſi ad ea quæ mentis ſunt examinanda conſcenderet, quo pacto affirmat rationem iudicare duo & tria, & quinq;

Remotio obiectionis

De nũero ſenſuũ diſcordia

Democritus.

Plutarchus.

Simplicius.

Io. grãmatic. Auth. cõmēt. in tertiũ Ariſtotelis d aia.

Laur. Vall.

Nota.

Cõtra Ariſtotelem.

Nic. cuſa.

eſſe præciſe: non autem probari hoc iudicium ab intellectu, apud quem ut pote qui ſit ipſius rationis unitas, omnis numerus eſt unum. quare præciſio illa (ut eius utar uerbo) contracta eſt ad rationem, non abſoluta. Sed reuertamur ad ſcepticos.

De quarto cõpeſcẽdi aſſenſus loco q̃ de circũſtãtiis diſpoſitiõibusue trahatur. Caput. xxv.

Q Vartus in circũſtantiis quæ & diſpoſitiones quoq; nuncupantur a ſcepticis conſtituitur locus, huncq; ipſum contemplantur in eo quod eſt uel ſecundum, uel præter naturam, in eo quod eſt dormire aut uigilare, in eo quod ẽ moueri uel quieſcere. Ad hæc puerum eſſe, adoleſcentem, iuuenem, ſenem, amare itidem, odiſſe, indigere cibo, ſaturum eſſe, ebrietate grauari, ſobrietate uigere. prætereaq; non diſpoſitiones tantum, ſed quæ ipſas anteceſſerunt cauſæ, librari debent. opus enim & audaciæ & timoris conſideratiõem habere, & triſtitiæ & gaudii meminiſſe. Atq; ut a primordio harum quæ rettulimus rerum ordine congruo repetamus & explicemus ſingula. Inæqualia incidunt rerum ſimulachra iis qui ſecundum, & iis qui præter naturam, mouentur hominibus. phreneticis nanq; & mente captis omnibus, uidentur multa aut audiri, aut ſpectari, aut guſtari, aut odorari, aut tangi, quæ ſanis non uidentur. præterea ſunt ita affecti quidam ut ſtoracis aut thuris odore ſe capi dicant, quem non perſentiant Alii. Eandem aquam locis inflammatis infuſam bullire uidebitur cuidam: Aliis frigere. Eandem ueſtem qui laborãt morbo quẽ

De ſanis ægris. græci dicunt ὑποσφάγμα iudicabunt rubram, nobis aliter apparebit. Idem mel, mihi dulce, amarum uidetur ictericis. aliis nec hoc nec illud: qua de re fuſius quinto libro,

Reſponſio. q̃ ſi quis dixerit eſſe in cauſa mixtionem humorum, ut ex rebus ſubiectis diſſimilia

Cõfutatio. phantaſmata iis qui præter naturam ſe agunt appareant. ſciat ille & diſcat in primis eos qui ſani habentur, humorum ſemper temperie non pollere: ideo fieri poſſe, ut & quæ ſunt extra, & quæ talia ſecundum naturam ſunt, qualia uidentur iis qui dicũtur ſe ſe habere præter naturam, diuerſa omnino ac ſuapte natura ſunt appareant iis q̃ habent ſani: Humoribus enim male cõmixtis perperamq; temperatis dare poteſtatem uariandi rerum ſubiectarum ſimulachra, eis autem qui diuerſa ex diſpoſitione male compacti coalitiq; ſunt, non dare, fictitium omnino uideri dicũt & uanum. ſicut enim ſani ſuapte quidem natura habent, quæ ſani ſunt hominis, præter naturam uero quæ pertinent ad ægros, ita & ægreſcentes, præter naturam quidem habẽt quæ ſani ſunt hominis, ſuapte uero natura quæ pertinent ad ægros. A uigilia item & ſom-

De dormiẽtibus et uigilãtibus. no diuerſæ promuntur imagines, quoniam non eodem modo per quietem præſentantur phantaſmata quomodo cum uigilamus, nec contra. quare ipſas imaginatiões non abſolute ſed uel ad ſomnum uel ad uigiliam relatas metiri conuenit. quæ igitur fiunt in ſomnis præſentia, non ſubſiſtũt in uigilia: uerſoq; fit ordine, cum uigiles abo leantur phantaſiæ ſuccedentibus ſomniculoſis, quæ tam uariæ ſunt ut ipſo in ſomno diſtingui non poſſint, quando & uigilare ſomniamus, & ratiocinamur etiam in ſom-

Gentiũ famoſa ſomnia. nis non dormire nos ſed uigilare. Mitto longa illa ſomnia quæ gentium narrat antiquitas, Endymionis, Epimenidis cretenſis, ad multos annorum curriculos protenta, itemq; ariſteæ proconeſii & Meleſagoræ eleuſinii, & aliorum quibus ferebantur erudiri & multa cognoſcere, quæ uigiles ignoraſſent, ita certior illis & ſcientiæ accommodatus magis ſomnus quam uigilia diceretur. ut qui genti-

bus

Septem dor/mientes.

bus credunt/noſtris non credunt; hiſtoriæ illi minus detrahant/de ſeptem uiris qui multos annos in antro dormierunt/in quod ſæuientis iram tyrãni ueriti declinarãt. Sed de ſimilitudine ſomni & uigiliæ pauca dicamus. Tanta enim inter uigilantem & dormientem quandoq; parilitas/ ut uix & difficulter quidem poſſit in quibuſdam hominibus diſcrimen & interſtitium exacte dari. proditum eſt memoriæ de Theone tithoreo Stoico/qui dormiens ambulabat in ſomnis/& de periclis ſeruo; qui ſummo etiam in culmine tecti ſpatiabatur. At ego noui hoiem qui oia dormiẽs uigilãtis obibit officia/ſcribebat/loquebatur/icedebat/diſputabat/ depromebat ex arbore fru/ctus. tumq; in eo patebat diſcrimen ſomni atq; uigiliæ/cum ad cor ipſius manus ad/moueretur/nec ego ſolus noui/multis hoc eſt plane compertiſſimum. Mirãdulæ quoq; oppido noſtro cauſidicus erat;qui noctũ ſurgens uigilantis munia prorſus exe/quebatur/ut iam ſit minus mirãdum quod ſcribit Ariſtoteles quinto libro de generatione animalium de eis/qui dormientes reſurgant ut ambulent/uidentes eo modo quo qui uigilant. Mitto eos qui nunq̃ ſomniarunt. ut Cleon Daulius & Thraſymedes eræi ut ẽ apud Plutarchũ in libro περί τῶν ἐκλελοιπότων χρηστηρίων. Scribit etiã olympiodorus platonicus oculatum teſtem Ariſtotelem citans/fuiſſe hominem qui nunq̃ dormierit/Sed nec quicq̃ tota uita comederit/eumq; ipſum ſolari lumine/inediæ & uigiliæ incommoda penſaſſe/ut minus uideatur mirum multos ſine cibo & potu & mẽſes & annos uixiſſe/quod præter ea quæ diximus antea/in Auguſtini & Alberti ſcri/ptis inuenitur/& in Gallorum annalibus/& paulo ante noſtrum ſæculum fuere plerique/& noſtra etiam ætate palumba & aliæ pleræq; uirgines. Ad ætatum tranſgredia/mur diuerſitates. Idem aer ſenibus frigens uidetur; Adoleſcentibus tepidus. Idem ci/bus ſenibus ingratus pueris gratiſſimus/eadem uox iniucunda multis; quæ ſuauis aliis apparet. Ducitur lucro ſenex & ambitione iam partæ authoritatis: Durus eſt at/q; difficilis. prodigus harum rerum eſt adoleſcens/qui gaudet equis canibus & aprici grammine campi;non difficilis & durus/ſed & facilis & cæreus i uitium flecti monitoribus aſper. contra quoq; ſenex quandoq; pueri/& puer ſenis naturam uidetur induiſſe/unde uaria in ætate diuerſis in hominibus phantaſmata uaria ſuboriũtur/ quo fit ut diuerſa quoq; inde manent rerum iudicia. hinc fortaſſe ut opinor præcellentiſſimus medicinæ author Hippocrates mutandum aliquid de ratione medendi præcepit ob locum/ob ætatem/ob tempus/ob conſuetudinem/quod alioqui minime muta/ri deberet/& in hac fortaſſe parte ſectæ illi antiquiſſimæ adhæſit/certam non dari legem in rebus mutabilibus exiſtimanti/quo magis etiam putandum initio ſententiarum ſuarum dixiſſe hippocratem. occaſionem eſſe præcipitem ut ipſius rerum naturalium fluxum/& labilem inconſtantiam ſignificaret/quod præcipue uidetur ſub indicaſſe Galenus/de arte differens curatrici ad glauconem. Motus item & quies in cauſa ſunt ut diuerſa rerum ſubiectarum phantaſmata præſententur/diuerſæ concipiantur imagines: quæ enim ſtantibus nobis immota uidentur/eadem ipſa naui ſi deue/hamur/moueri uidebuntur; Amicitia item atq; odium diuerſitatis imaginum præpotentes cauſæ ſunt. uidi turpiſſimas & meis & aliorum oculis fœminas/quas alii pul/cherrimas exiſtimarint/uidi homines therſiti ſimiles/quos præſtanti forma fœminæ/ tanq̃ ſpecioſiſſimos deperibant. Diuerſæ itaq; phantaſiæ diuerſaq; rerũ apparẽtia/de affectu uel odii uel amoris naſcit/unde autem hæc? certe ſi naturam ſequimur a temperaturæ diuerſitate; ſi altius ſuſcipiamus ab occulto afflatu ſpirituum: poſſunt

Marginal notes: De theone ſtoico. / De periclis ſeruo. / De hoie noſtri tpis mirabili. / De cauſidico mirãdulano. / Qui nunquã ſõniarũt nec p multos annos comederunt. / De ętatũ diuerſitatibus. / Hippocrates / Galenus / De motu et quiete. / De amicitia et odio.

enim magicis præſtigiis multa patati permittente Deo, quod & infrigidis & affectis maleficio, & apud leges & canones eccleſiæ notum, pridem enim exploſa ſententia eſt eorum qui in cœleſtes configurationes hæc ipſa rettulerunt, ſed de cauſis hoc loco non eſt agendum, At de phantaſiæ diuerſitate conceptuq; imaginum uario, quo qui male afficitur, male decernit, nec ſolum in amicitia & odio, ſed aliis etiam affectibus de uario conceptu uarium promitur iudicium. unde Cæſar apud ſaluſtium cenſuit omnes qui de rebus dubiis conſultāt, ab odio metu amicitiaq; uacuos eſſe oportere. Ab eſurie quoq; & ſaturitate phātaſmata omnino diuerſa promuntur, Circum eſculenta & potulenta. quod enim eſurienti ſitientiq; gratiſſimum, moleſtum ſaturo. Darius in fuga cum aquam cadaueribus inquinatam bibiſſet negauit ſe unq̄ bibiſſe iucundius ſi non fuiſſet affectus ſiti, nauſeam illi pro iucunditate aqua, non pota ſolum ſed uiſa, peperiſſet. ſic & Dionyſius tyrannus apud Lacones cum negaret ſe iure illo nigro quod caput cœnæ fuerat delectatum· reſponderunt hoſpites mirū non eſſe quando condimenta defuiſſent, eaq; dixerūt eſſe laborē, ſudorē, curſum ab eurota, famē ſitim quare quod de labore, de ſudore, de uia feſſis, & eſurientibus gratum ſemper erat edulium, aſpernabile uidebatur ei qui non fameſceret. Aliud quoq; phātaſiæ ex hac ipſa re diſcrimen, q; ſupra modum ſaturis ebriiſq; multa non apparent ſordida, A quibus ieiuni ſobriiq; maximum abhorrent in modum. A præparamentis etiānū, & prægustationibus uariantur conceptus imaginationum. idem uinum ei qui ſalſamenta comederit melius iudicatur eſſe, q̄ ſi mellita aut ſacchato condita ſuſcepiſſet. atq; is qui æſtuariorū foribus ea ingreſſurus adſtiterit, calefit quidem, egrediens uero eodem loco frigeſcit. Idem ipſum bellici periculum negocii, homini timido & effœminato meticuloſum forti uero & bellis aſſueto, uidetur nihil habere formidinis. Idē forenſe domeſticumue negocium, triſtes afficit mæſticia, lætos iuuat. Cum igitur tanta ſit in iis quæ diximus & ſenſibus & eorum præparamentis inæqualitas atq; diuerſitas, quo fiet modo ut ipſa recte ſincereq; diiudicetur? qui enim iis ipſis de rebus ferre ſententiam uoluerit. aut aliquibus eorum quæ narratæ ſunt diſpoſitionibus tenebitur afficieturue, aut erit omnino in nulla: ſi hoc dr̄tur, q̄ abſurda ſequentur, hoīes reperiri q aut pueri, aut adoleſcentes, aut iuuenes, non ſint: aut q non uel cruda, uel matura. uel extrema ſint ſenectute: qui itidem neq; moueantūt, neq; quieſcant, & id genus cætera. ſi primū concedaſ utiq; illud confectū erit, Eū q phantaſias iudicat diuerſas & inæquales, eſſe iam participem ipſius inæqualitatis & diuerſitatis. Atqui nec ex actus erit iudex rerū earū quæ iaceant a ſe diuerſa, propterea q; eis impedieſ, a q bus tamen detentus eſt diſpoſitionibus: quare nec q uigilauerit & experrectus fuerit, eorū q dormiunt phantaſias diiudicauerit, & rite ſecreuerit ab eis quæ ſunt uigilū. Neq; ſanus, inter ſani & ægroti imaginaria uiſa interſtinguet recte. Eis. n. quæ nobis ſunt præſentaneæ quæq; ipſo nos afficiūt actu, magis cōmouemur aſſentimurq; magis, q̄ illis quæ abſunt. Rurſum q imaginationē ab imaginatiōe diſcernit, & diſpoſitionē a diſpoſitione diſtinguit, uel ſine iudicii regula, & abſq; demonſtratiōe id efficit, uel uſus demonſtratiōe & tōnis amuſi; iis enim non adhibitis, non erit cui p̄beat aſſenſus, neq; etiam ſi ea adhibuerit potis erit ad perſuadendum. ſi enim phantaſias interſtinguit atq; diiudicat, aliquo utetur ſane ad ferendam ſententiam iudicatorio: hoc itaq; iudicatorium ipſe uel uerū dicturus eſt, uel falſum, ſi falſum ei fides abrogabitur, ſi uerū. uel ſine demonſtratione id eſt dicturus uel ea adhibita fidem facturus:

Leges et canones.

Cæſar

De eſurie et ſaturitate.

De p̄guſtationibus.

ſi

ſi demonſtratione carebit: quo pacto fiet dignus ut ei aſſentiamur? At ſi parauerit demonſtrationem ueram eſſe illam oportebit/ alioqui perſuaſio non prodibit a falſa/ quæ nec digna eſt demonſtrationis nomine. tantum abeſt ut ullam ſe ipſa faciat fidē. Dicturus itaq; eſt ueram eſſe demonſtrationem ut fides ei habeatur. At hoc quo pacto? ex iudicio ne an minime? ſi enim eam ipſam ante non diiudicauerit demonſtrationem ueramq; compererit: dignus ne erit ut ea nobis perſuadeat? q̄ ſi eam antea perpendit diiudicauitq; iudicatorio uidelicet ſe uſum dicet: cuius tamen iudicatorii demonſtrationem quærimus/ & eius quoq; demonſtrationis iudicatorium expoſcimus. opus itaq; aiunt ſemper erit ut demonſtratio ipſa iudicatorio/ & iudicatoriū demonſtratione confirmet̃/ ut uerū demonſtret̃ eſſe. ſed neq; fieri poſſe uolūt ut demōſtratio ſana ſit/ ſi ueri aliquod iudicatoriū non extiterit/ neq; iudicatoriū cenſeat̃ nerū/ niſi demonſtratione præhabita. Caſus igit̃ lapſuſq; fit in modū eū q̄ promiſcuus dicit̃/ quando alterū altero/ rurſusq; altero alterū probat̃/ Circuloq; res ipſa diuturno ducta/ fine fruſtratur. nam ſi demonſtrationis eſſet demonſtratio/ immo eius principium/ in infinitum abiretur/ idq; etiam quæri non debere Ariſtoteles in poſterioribus analyticis/ & in quarto metaphiſicorum docet. ſi uero ſine demonſtratione paretur/ ſimplici dictioni erit ſtandum/ cui fides non habetur. Si autem res ad ſenſus iudicium reſoluatur/ id q̄ ſit infirmum & fallax ſupra ſatis oſtenſum eſt. Sed iam qnti nos poſcit loci conſideratio.

De quinto ad aſſenſus retinendi commoditatem parato modo/ ex rerum loco/ expoſitu/ ex intercapedine. Caput Vigeſimumſextum.

Videntur aliter ac ſunt res ipſæ ex loco/ ex uario poſitu/ & locorum in qbus ſunt intercapedine. eadem porticus ſi cernatur ab altero termino/ ſecus ob tutui haurietur/ ac ſi de medio ſpectetur. Idem nauigium ſi procul uideat̃ & paruūm & ſtabile: ſi prope & magnum & motu agitatum apparebit. Eadem turris de longinquo uiſa rotunda credetur/ proxime quadrata. ex poſitu quoq; diuerſo diuerſa rerum facies: lucernæ lumen in ſole collocatum uidetur obſcurum/ in tenebris autem illuſtre. Idem remus in mari fractus & curuus/ in terra integer & rectus apparebit. Idem ouum in aue tenerum molleq;/ in aere durum/ lyncis lotium i animali humidum/ in aere ita ſiccum/ ut euadat in lapidem. Coralium quoq; uti diximus apud nos q̄ durūm & q̄ ſaxeum? uidemus/ & tamen conſtat mollem ſub undis herbam deli tuiſſe. Vox humana eadem/ aliter per os/ aliter per ſiringam/ aliter per tibiam effuſa p̄cipietur. Imago eadem ſi reſupina fuerit æqualis/ conuerſo autem dorſo/ & eminere in ipſa partes/ & ſubſidere uidebuntur. Colli etiam columbarum apparebunt uariare colores uario ex poſitu. Quoniam igitur quæcunq; ſpectantur & in aliquo loco/ & in aliquo interſtitio/ & ſecundum aliquem poſitum ſitumue/ ſpectari conuenit/ quorum unumquodq; uariam affert phantaſiæ & apparentiæ mutationem/ iccirco euenit ut frenare contingat aſſenſum/ & cohibere præcipitem animi iferenda ſententia temeritatem. Etenim qui uoluerit aliquas phantaſias apparentiasue diiudicare/ & alterā ab altera ſecernere/ aut ſine demonſtratione id efficiet ſimplici uerborum affirmatione: aut demonſtratiōem adhibebit/ ſi illud/ fides ei nō habebitur/ ſi hoc/ aut falſam ducturus eſt in medium demonſtrationem/ tumq; minus fidei ſibi uēdicabit/ aut ueram/ tumq; ad hanc ſtruendam ueritatem opus erit demonſtratione/ & ad hāc fir

mandam adhibiturus eſt. Aliam quoniam & illam ipſam ueram eſſe oportebit, atq; ita in infinitum eſt euaſura probatio, quare ſi neq; hoc, neq; illo poris erit diiudicare, fiet ut abſtinendum ſit ab aſſerendo atq; negando, quid nam ſubapte nã ſit illud quod nobis apparet, id enim quale uideatur dici iure quidem poſſe uolunt, quale autem ſit neutiq̃ uere poſſe dici ſceptici diſputant.

De ſexto et ſeptimo ad abducendos a iudicio hoĩes paratis locis, quorum alter ex mixtiõe, alter ex quantitate compoſitioneq; conſtituitur. Caput. xxvii.

Abſtinere item a iudicãdis rebus quæ nam ſint & quales, ex multis utiq; nos debere ſceptici monebant, & hinc ſextum parabant locum, q; nulla rerum eorum quæ iacent extra, noſtris incidit ſenſoriis ſola puraq;, ſed aliquo permixta. quare forte inquiunt, dici poſſet qualis nam eſt miſtio, & eius rei quæ poſita ẽ extrinſecus, & eius qua ipſam ſpeculamur: qualis autem ipſa ſit res, quæ collocata foriſecus eſt, minime clare quimus afferre. unde fit ut aliter ſemper ac eſt, nobis uideatur. Noſter etenim color ut incipiamus a uiſu, alius apparet in aere tepido, aliter ĩ frigido, quare non poſſumus dicere qualis nam ſit noſter color: ſed qualis nam in hoc uel in illo aere uideatur. eadem quoq; uox (ut nos a uiſu ad auditum referamus) alia in ſubtili alia in craſſo uidebitur aere. Ad nares, ſi deuergamus, aromatibus ſentiemus nos cieri uehementius in ſole & Balneo, q̃ cum nos frigidus aer obſepſerit. Totum uero corpus ex diuerſis q̃ illud circũcludũt, diuerſo ſe ſe habebit modo. Si enim ambietur ab aqua, leue: ſi ab aere, graue perſentietur. At ſimus etiam memores eius quæ in nobis ipſis eſt mixtionis. Noſtri oculi & tunicas habent complureis, & innatos humores pro mixtura humorum & corporis temperatura diuerſas. quoniam uero quæ uidentur extrinſecus non ſine ipſis quæ ſunt intrinſecus uideri queunt, diligenter exacteq; res ipſæ ut proprie ſunt, non percipientur, prius enim & ſimul opus eſt appræhendere eam quæ in nobis eſt mixtionem, per quam formis rerum ipſarũ quæ ſunt extrinſecus, patet ad ſenſorium aditus. propterea icterici omnia uident a uero aliena colore, & quibus fractæ oculorum uenæ ii ſpectant itidem alieni coloris omnia. Quoniam item, eadem uox alia redditur in locis patulis adapertiſq;, alia in anguſtis & anfractuoſis, & alia in puro & defæcato aere, alia in craſſo & nebuloſo, conſentaneum uidetur ut exacte illa nõ percipiatur a nobis. Aures enim tortuoſis & anguſtis meatibus fabricatæ ſunt, & uaporibus oppletæ cum ab aere continenti perlatis identidem, tum ab iis qui ex cerebro cerebriq; uicinis locis exudant. In odoratu item ſubeſt & innata, & faciliter ſubortaq; atq; etiam iuecta materies. quæ impediat nẽ ad ſenſorium res odora tuto ſincereq; perferatur. Sic & ĩ guſtu & reliquis ſenſibus pari conſideratione ſtatuatur in tantum, ut mixtura ipſa mixtioneue, iudicium ſenſus aperte uacillet. quo nutante & animi quoq; inſyncerus de re ſenſili conceptus habebitur. Si enim duces ipſius animi ſenſus falluntur, & ipſe facile dilabetur: eoq; magis quo uti eum oportet aliqua etiam mixtione, quæ in penetralibus atq; in itimis & penitiſſimis adytis occulta deliteſcat. Nam circa unumquodq; eorum in quibus principem ſentiendi ſedem dogmatici collocarunt, humores quidam iacent, quare ſiue in cerebro, ſiue in corde ſenſus regiam repoſueris, Mixtum etiam, non purum atq; ſincerum, rei quæ iacet extrinſecus, ſpectrum præſens fiet. Septimum huic ipſi locũ ſubi- Septimus locus,

ciebant

ciebant qui ex rei quātitate & apparatu ſiue compoſitione diſſultat. afferūnt enim quod attinet ad rerum quātitates apparatus compoſitiōeſq; fieri,ut eiſmet ipſis ſua quæ iacent extrinſecus ſubiecta confundantur adeo,ut clare percipi nequeant.uerbi cauſa,quæ radunt ex caprino cornu minutiæ,ſi per ſe ſe,ubi abraſæ fuerint ſpectētur,uidebuntur albæ,in ipſo uero cornu adnatæ & inſitæ,omnino nigræ. Itemq; argenti ramenta,quæ tenuiter elimata fuerunt,ſeorſum ſpectata uidentur nigra,ſecus in tota maſſa ſi conſiderentur apparebunt.alba enim uidebuntur.Sic & lapidis fragmina tenaræi,ſi per ſe ſe cernantur,albore perfundi pleriq; putabunt.in integro uero conſpecta marmore flaua uidebuntur.harenæ etiamnum grana ſeorſum abiuncta ſi tractentur aſpera,ſi in aceruum coacta ſimul tangantur leuia tactui ſentiētur Elleborum etiam ſi ſubtile pubeſcenſq; & obſitū lanugine ꝑpinetur, ſuffocat,mō aūt alio modo.uinū ſi modice ſumatur uires roborat,ſi modus abſit corpus diſſoluit.Cibi etiamnum quātitas ꝙ diuerſos promit effectus.?nam ſi nimio plus eo impleamur i firmat,& cruditatibus,& Aliis pene infinitis morbis præmit:Si moderate,& uita conſeruatur & ſanitas.quare in his omnibus quo pacto firmum erit iudiciū ? poſſumus enim ſi reſpiciamus ad q̄titatē,ad cōpoſitionē,qualia nā uideantur dicere,q̄ nā uero aut q̄lia ſuapte natura,quo pacto?ob diuerſas uidelicet phantaſias apparētias ue,q̄ ex diuerſis & q̄titate & compoſitione diſſultant.Nam & in uniuerſum apparet, quæ per ſe iuuarent,ob quātitatem nocere nimiam,& contra quæ nocerent,minima q̄titate non lædere?Teſtantur & medicæ artis pharmaca,quæ ſi rite præparētur alia ſunt, & alios promunt effectus,q̄ ſi non tractentur.Si recte miſceātur & exacte id quod ex eis compoſitum conflatumq; fuerit iuuat,ſi prætermittatur diligentia, interdum nō utile iam, ſed noxiūm pernitioſumq; euadet.

De octauo loco qui eſt ad aliquid qua in re contra ſcepticos aliquid dicitur Multa pro illis. Caput.xxyiii.

8 HIc & attendendum eſſe maxima diligentia præceperūt relatiō ſemper conſideretur.ſiue id quod ad aliquid ſolet dici.quo euenire uolunt ut ſemp nobis miniſtretur uia ad abſtinendum & ad cohibedum aſſenſum .Etenim ſcribūt poſſe nos ſemper dicere qualis nam uideatur res,in eo ꝙ refertur, aut referri dicitur ad aliquid qualis autem in ſe ſe ſuapteq; natura ſit,neutiq̄ clare & aperte poſſe proferre.Eſſe autem omnia ad aliquid ſiue referri uolunt,idq; dupliciter capiūt ,eſſe autem ipſum tam in hac re q̄ in aliis abuſu quodam ſummunt pro eo quod eſt uideri,neq; enim affirmant eſſe quicq̄ aut non eſſe,ſed uideri,& quid nam ſit, inquirunt, conſiderant,atq; perpendunt.hoc itaq; quod dicimus ad aliquid non eis modis proprie & ſignanter ſceptici ſummunt,quibus dialectici,quibus philoſophi & theologi iuniores Ariſtotelem ſecuti conſueuerunt,& de quibus abunde niſi fallor ſecundo logicæ inſtitutionis libro diſſeruimus:niſi fortaſſe quatenus relatio definit ordo unius rei ad aliam.Sed diuerſa procedunt uia,ipſumq; ad aliquid uti diximus dupliciter ab eis capitur:nam primo adiudicāntem referunt id quod iudicatur.quæ enim extrinſecus eſt ſubiecta res & iudicata,ita iudicanti uidetur.ſecundo ea referūt quæ ſimul contemplamur,uti dextrum ad ſiniſtrum.Itaq; ad aliquid eſſe omnia probātaut ſecūdum id quod iudicat quoniam res ipſæ & huic animali,& huic homini,& huic ſenſui,uidebuntur ita,& ad hanc uel illam circūſtantiam:aut ſecūdum ea quæ ſimul cō

Logicæ inſtitutiones Authoris

templamur/quoniam res ipſæ & in hac mixtione/& in hoc modo/& in hac compoſi/
tione/& in hac quãritate/& in hoc poſitu uidebuntur. Particularius autem conclude
re tentãt omnia ad aliquid eſſe in hunc modum/uel differunt ab iis quæ ſunt ad ali/
quid ea quæ ſunt ſecundum differentiam diſpeſciue dicuntur inuicem/uel non diffe
runt/ſi non differunt/& ipſa ad aliquid ſunt/ſi uero differunt quoniam omne quod
differt ad aliquid eſt/dicitur enim ad illud aquo differt/etiam ad aliquid ſunt quæ
ab eis ſcilicet quæ ſunt ad aliquid differre dicuntur. Ad hæc eorum omnium quæ
ſunt/alia ſuprema ſunt genera iuxta dogmaticorum ſententiam/Alia, ultimæ ſpecies/
Alia & genera & ſpecies omnia autem hæc ad aliquid ſunt/igitũr ad aliquid ſunt om
nia. Rũrſum eorum quæ ſunt omnium/alia manifeſta ſunt/alia, occulta & ſignificãtia/
& ſignificata/quod autem ſignificar & quod ſignificatur ad aliquid ſunt/ad aliqd igi
tur omnia ſunt. Accedit quod eorum omnium quæ ſunt alia ſunt ſimilia/alia diſſimi/
lia/& hæc quidem æqualia & illa inæqualia/hæc autem ad aliquid ſunt/omnia igiẽ ad
Quid author ſentiat d hac opinióe et ró nibus ſcepti corum.
aliquid. Hæc & alia ſceptici de hac mareria. quibus & ſi poſſet aliquo modo reſponde/
ri ab iis/qui partes tueri peripateticorũm & reliquõrum qui dogmata ſtruunt uei
lint. quo pacto tamen ex integro & ſine controuerſia id ipſum fieri poſſet plane nõ
uideo. nam quod de generibus adduxere & ſpeciebus/id mihi neutiq̃ quod eſt pro/
poſitum conuincere uidetur/quoniam alia eſt cõſideratio de genẽribus/quæ noſtrũ
conſequuntur modum intelligendi/alia de rebus quæ ſubſiſtunt & collocãtur extrin
ſecus. nam & ſi relatio in illis dicitur includi/in his non dicitur proprie atq; per ſe ſei
ut ſignificare ſignificariq; non oporteat in ſe ipſa rẽpoſita. Sic nec ſignificant nec ſi/
gnificantur omnia/ut pote quæ in profundo uel terræ uel maris deliteſcũt. Sed de iu
dicante & re iudicata maxime dum fit iudicium/atq; de ſenſu & re ſenſili in ipſo actu
ſentiendi/quo pacto non referetur/& ad hunc propoſitum proprie loquũtur ſcepti
Remotio au thoritatũ ari ſtotelis.
ci/ut rerum infirmetur iudicia/nec obſtat quod ab Ariſtotele ponitur in quarto me
taphyſicorum cum omnia non eſſe ad aliquid probar/primum q̃ ſi utitur particula/
ſi non omnia inquit ſunt ad aliquid. Deinde quod contra eos ibi diſputat/qui omnia
quæ apparerent pronunciabant uera. Sceptici uero diuerſitatem inuehũnt in appa
rentibus/ex qua diuerſitate non eſſe omnibus certam hanc apparentiam uolunt in/
ferre. Vnde iis quos confutat Ariſtoteles eatenus aduerſi/quatenus negant oĩa quæ
apparent eſſe uera. Ab Ariſtotele uero diſſentientes quoniam ſenſus iudicium ĩ quo
ille maxime fundatur firmum nolunt & Certum haberi/ex diuerſitate ipſius apparẽ
tiæ rerum/quæ uarie uariis apparent. neq; enim inficiatur Ariſtoteles quod apparet
alicui apparere dum apparet/nec aliter ſceptici uolunt intelligi/niſi ut doceant in ſe
ſe res iudicari nequire/ſed in eo quod eſt ad aliquid. i. quatenus apparent alicui.

De nono et decimo ab antiquis ſcepticis conſtituto loco in ſuſtinendis aſſentionibus/quorũ ille de raro et frequẽter uiſis rebus cõflatus eſt/hic de uitę electióe/de moribus/de legibus/de fabuloſis pſuaſionibus/deq; pborũ opinionibus corrogatur. Capur. xxix.

R Aro item/itemq; frequenter uiſa nos admonent, ut alium paremus compe
ſcendi conſenſus locum. Sol etenim q̃q̃ nos excire in admirationem ſui de/
beret magiſq̃ cometes/nihilominus quoniam eum frequentiſſime uidemus
eiuſq; ortum ſingulis diebus/ſinguliſq; ſpectemus occaſum/Crinitum uero ſidus rarẽ
ter apparet/ideo euenit ut propterea/magis hoc demirari ſoleamus. Motus etiam ter

ræ nõn ita expertos gnaroſq́; ac rudes & inſolẽtes eius rei pertertefacit. pelagus pri
mo uiſum q̃tam ſpectantibus incutit demirationem ſui/pulchritudo & eximia hu/
mani corporis forma ſtatim ſe ſe & improuiſo oculis offerens, commouet pluſq̃ ea
quæ conſueta ſunt oculos oblectare. Rara enim quæ ſunt & precioſa & grata magis
eſſe conſueuerunt. Etenim ſi rariſſime conſpiceremus aquam tot in uſus hominum
datam/& argenteum illum ipſius fulgorem oblectãdis oculis accommodatum in fre
quentiſſime contemplaremur/ſuccinere pindaro facile compelleremur canenti ἄρι
στον μὲν ὕδωρ: contraq́; auro ſi frequentiſſime proq́; libito potiri datum eſſet/ ut pote
quod inter abiectos lapides tuderaq́; paſſim inueniretur/eidem poetæ non adſtipu/
laremur adcinenti ὁ δὲ χρυσὸς & quæ ſequunt. quibus ex rebus monemur ex rei uiſæ
aut raritate aut frequentia/quid nobis appareat poſſe proferre/quid autem ſit ea ip
ſa res prætioſa uidelicet in ſe ſe/aut ſuapte natura admirationis excitatrix/dicere nõ
poſſe. huic ipſi locus decimus ab antiquioribus ſcepticis adnectitur cuiuſdam etiam **Locus deci/**
frequentiæ & infrequentiæ particeps: ſed qui ad actuoſam magiſq̃ ad contemplatri/ **mus.**
cem inclinet philoſophiam. Nam de uitæ electiõe & inſtituto/de moribus/de legibus/
de fabuloſis perſuaſionibus deq́; philoſophorum opinionibus corrogatur. Oppone
bant autem unumquodq́; aut ſibi ipſi/aut aliorum cuipiam. uerbi cauſa moribus/mo
res hunc in modum. æthiopes inurunt infantibus ſtigmata/nos minime/& perſæ qui
dem exiſtimant decorum eſſe & graue talari picturataq́; ueſte uti/nos autem & inde
corum & leue. Indi quoq́; mulieribus publice miſcentur, plurimi id moris exi/
ſtimant & turpe & obſcœnum. legem autem legi hoc pacto: apud tauroſcythas lex
erat hoſpites iugulare in dianæ ſacris/apud nos lex eſt hominem qui ad ſacra confu
gerit etiam reum incolumitate defungi. Apud Romanos lege cautum erat, ne qs co
gi a paternis creditoribus poſſet filius/qui paternis ceſſiſſet bonis. apud rhodios etiã
qui paternæ renunciaſſet ſubſtantiæ/paternis debitis tenebatur. Electionem & inſti/
tuta uitæ aliis ita opponebant inſtitutis/ut ſi quis quod diogenes decreuiſſet, Ari/
ſtippi decretis opponeret/Aut placita laconum placitis italorum ex aduerſo conſti/
tueret. Fabuloſas perſuaſiones/eiuſdem generis Aliis hoc modo e regiõe collocabãt,
fabulabantur iouem patrem eſſe hominumq́; deorumq́;. fabulabantur etiamnũ ocea
num Deum geneſim tethymq́; parentem/quod quidem homericum carmen nõ ſatis **Authoris de**
ut opinor omnibus notum ſuper quo etiam philoſophi non conſentiunt. quis enim **claratio ſup**
non cenſeat ab homero dici aquam omnium eſſe principium/ut oceani & thetyos no **homerico car**
mine aquam utrinq́; rerum patentẽ affirmarit. At tethyn exponit Alexãder Aphro **mine.**
diſieus in commentariis metaphiſicorum Ariſtotelis (liceat mihi & i præſens & poſt **Alexander**
hac/quod & antea quoq́; licuiſſe puto/uocabulis uti quibuſdã iam apud neotericos **aphrodiſieus.**
philoſophos receptis) in commẽtariis inq̃ metaphyſicorum ſiue prime philoſophiæ
exponit Alexander terram/quæ ſit tanq̃ titha/hoc eſt nutrix rerum corruptibilium
ſic & apud platonicos prima materia nutrix etiam appellatur & mater/uti eſt apud
Alcinoum qui eius appellationes recenſet facile perſpicere philoſophorum autẽ opi **Alcinous pla**
niones inuicem ſic reſiſtere procurabant/ac ſi quis diceret unum tantũmodo eſt mul **tonicus.**
torum authoritate philoſophorum elementum/contra alius multa ab aliis a qbuſ
dam etiam infinita diceret conſtituta. Non ſecus de anima quam alii immortalem ꝓ
bauerunt/Alii dixere mortalẽ. Ac ita de reliquis qui in philoſophia ſolent locis ꝑtra
ctari. Mores autem legibus opponebant hoc modo/perſæ cõſueuerant pueris abuti. id

autem ne fiat romanorum lege cautum eſt. Apud nos item uetãtur adulteria, apud maſſagetes uero ſi eudoxo cnidio aſſentimur, mos eſt indifferens. Apud nos item leges prohibent aut matribus aut ſororibus filios fratresue connubio iungi, Mos erat in perſide matres filiis, Mos in ægypto ſorores fratribus nubere. Inſtituto autem opponebantur mores in hunc modum. hominum eſt inſtitutum & gentium conſenſus, ut cum uiri uxorum habere noticiam uoluerint, ſecretiora quærant ob pudorem loca. Idq; noſter Auguſtinus in libris de ciuitate dei refert acceptum primi parẽtis peccato. *Auguſtinus.* Mos autem cratetis erat ut hipparchiæ palam miſceretur cõiugi, quæ ut erat & ipſa cynica philoſophans, non erubeſcebat. perſuaſioni fabuloſæ cõgrediebãtur ita. Saturnus dictus eſt comediſſe pueros, Mos autem nobis eſt filiis proſpicere, & prouidere, & eorum ſalutem procurare. Moris etiam noſtri ſuperos credere & bonos & beatos. qui tamen & uulnerati, & inuidi, & belligerantes a poetis introducuntur. opinioni philoſophi cuiuſdam, ut illi Epicurus exiſtimat noſtri curam ſuperos non gerere, Mos afferebatur contrarius, conſueſſe nos a ſuperis bona petere. Ariſtippi ſententiæ qua uolebat fœmineam induere ueſtem, nihil abſurdum eſſe, id e regiõe collocamus, ſolere apud nos in turpibus duci, muliebri indumento uirile corpus amiciri. Sic autẽ inſtitutum legi aduerſum ponebant, exiſtente lege non licere cuiq̃ liberum hominẽ percutere, Athletæ ſuo ipſorum inſtituto uitæ, ſe inuicem percutiũt. hominem per leges non licet occidere: qui ſingulari certamine utuntur ſe inuicem perimunt. fabuloſam perſuaſionem hunc in modum, ex aduerſo ponebant inſtituti. Fabulæ ferunt herculem omphalæ & lanam colo neuiſſe, & Aliis in rebus reginæ ſeruitutem pertuliſſe, quæ nec quiuis e medio perferre merito potuiſſet: hoc autem generoſo herculis uitæ repugnat inſtituto: At philoſophorum opinioni ita reſiſtitur. Athletæ laborioſiſſimum uitæ genus amplectuntur ob gloriam, quam in bonis adeo ducunt ut & ꝑ ea obtinenda & oppetant mortem. Quã tamẽ gloriam philoſophorũ pleriq; uilem nec alicuius momenti exiſtimandam cenſent. legem uero poeticæ opponunt perſuaſioni. poetis narrantibus deos gẽtium adulteria, ſtupra, inceſtus, puerorum amores nepharios, coluiſſe, hæc omnia lex humana etiam ſanctiſſime prohibet. atq; eadem lege tollere philoſophicam nitimur opinionem eam. ſ. chryſippi & ſectatorum, rem indifferentem exiſtimantium matribus & ſororibus filios & fratres cõmiſceri. ſic & poeticas perſuaſiones: ꝙ mulieribus dii iungerentur, ꝙ ſuperi ploratus ederent amore mortalium, philoſophorum opinionibus e regione collocabant, ſtatuentibus ſuperos minime quicq̃ perpeti, & ita turpiter commoueri. hæc exemplorum uice ſint ſatis, ut dignoſcamus antiquos ſcepticæ cultores philoſophiæ, ex tam uaria diuerſitate captare ſolitos Anſam cohibendi aſſenſus adeo, ut res ipſa ſubiecta quæ nã ſit nõ dicerent? quid uero uideretur, quoniam uarii uaria ſentiebant, diuerſa poſſe conſtitui non abnuerent.

De quinq; locis aſſenſus cohibẽdiq; ſcepticis iunioribus accepti referũtur. Caput. xxx.

DIximus de locis decem quos antiquiores ſceptici cõſtituerunt ad aſſenſum cohibendum. Iuniores uero quinq; tradiderunt, quorum inuẽtor apud Laertium Agrippas fertur. illoſq; ipſos authore ſexto philoſopho, neoterici excogitarunt. non ꝙ decem illos abiiciendos ducerent, ſed ut copioſa & dearticula-

ta magis haberetur occaſio, præcipitem dogmaticorum philoſophorum arrogãtiam
contundendi. Primus igitur a diſſenſione authorum ſtabilitur. propoſita enim re de *Primꝰ locus*
qua eſt agendum tantam de ea diuerſitatem, tantam litem, ſemper agitatam nun/
q̃ iudicatam inuenimus, ut cum ſatis non conſtet quid eligendum ſit, quid repudian
dum, abſtineamus ſuſpendamuſq; iudicium. Secundus eo conſtituitur locus ꝙ in in/ *Secundus.*
finitum claritas probationis excurrit. quod enim in probatiõem alicuius affertur,
Alia eget probatione, hoc alia, idq; adeo frequenter ut nulla finem certum inueniat
oratio. Ad ſenſum enim tandem recurritur, quem fallacem eſſe multis modis oſten/
ſum eſt, humanitus enim dari nequit principium quod incõtrouerſum aut ſit aut ha
beatur ab omnibus. Tertius relatione cõmunitur locus, quando uel ex eo qui iudicat, *Tertius.*
uel ex eo ꝙ res conſiderantur ſimul, poteſt dici quid nam uideatur id quod in diſcri
men uenit, diſceptationiq; ſubiicitur, quid nam uero id ipſum ſuopte ingenio ſuap/
te ue natura ſit quo pacto dicetur? quartum poſuit in ordine locum ſuppoſitio, quæ *Quartus.*
dicitur, eam græci uocant ὑπόθεσιν. Cũ.n. ad iſinitũ urgenẽ q̃ appellanẽ dogmatici, ab
aliquo ſummũt exordiũ quod minime fulciunt cõmuniũtq;, ſed ſimpliciter ſineq; ul
la demõſtratiõe cõcedi ſibi dignũ exiſtimãt. locus qntus διάλληλον a græcis dictus, p *Quintus.*
miſcuus uel alternus (ſi placet) appelleẽ a nobis, tũ paratur cũ id qđ q̃ſitæ rei ſtabile
& cõſtãs deberet eſſe munimen & firmamẽtũ, id tamẽ opus habet ut ex re ipſa q̃ſita
firmetur, quo fit ut cũ alterutrũ ca pe ad alterutrũ cõmuniendũ nequeamus, utriuſq;
cõſenſio iure cohibeatur. oẽ aũt qđ q̃ritur ad hoſce reduci locos huc in modũ pate/
faciũt. Quod ſubiicitur diſputatiõi aut ſenſile ẽ aut itellectile, qualecũq; aũt fuerit, q *Quō ad quos*
de eo diſputãt phi digladiatur. Alii nãq; ſola ſenſilia dicũt eẽ uera, Alii ſola intellecti *locos reducã*
lia, Alii partim hæc, partim illa. vtrum igiẽ iſthæc diſſenſio poterit diiudicari? Si non *tur cętera.*
poterit, habemus iã nõ anſam abſtinẽdi ſed totũ uas i mãibus. ſi poterit dicãt nobis
q̃ ita ſentiũt unde nã ſũmetur iudiciũ? ſtatuatur.n. de re ſenſili, nos q̃ſtionẽ habituros,
unde q̃ſo fiet exordiũ iudicãdi? a ſenſibili, an ab intelligibili? ſi.n. a ſenſibili qm̃ de re
ſenſili diſq̃rimus ambigimuſq;, & illud ipſum alio ad fidẽ faciẽdã pbationẽq; munien
dã indigebit ſenſibili, & illud alio cõfirmãte opus habebit, atq; rurſus hoc ipſum alio,
quoaddũ eius ad iſinitũ excurrat oratio. tãta ẽ ſenſus uarietas mutabiliſq; & iſirma
cõditio, ſi uero intellectili re iudicare ſenſilẽ dicerẽt oportere, qm̃ & de re ẽt itellecti/
li multa diſſenſio, neceſſe erit ut hoc ipm intellectile diiudicetur, & alio quo cõfirme
tur indigeat, unde igitur nã cõfirmabitur? ſi ab itellectili, cõtinget illa ipſa ad iſinitũ
excurſio; ſi a ſenſili, qm̃ ad munimẽ firmamẽtũq; rei ſenſibilis aſſumpta eſt q̃ itellecti
lis dicitur, & ad pbandã intellectilẽ ſenſili utimur teſtimonio, actum ũ pmiſcuus locus
introducetur. Si qs uero huc ictũ declinare uoluerit & cõceſſu quodã gratuito, ſineq;
demõſtratiõe qcq̃ aſſumpſerit, ut qdpiã qđ dubiũ ſit pbet, dubius certe is erit demõ
ſtratiõis modus. Si.n. fides ei habebitur qcq̃ ſupponẽti, nõ minor nobis debebitur cõ
traria ſupponẽtibus. ꝙ ſi ẽt uerũ ſuapte natura eſt qđ ſuppoſuit, illico ſuſpectũ fal
ſitatis nomine reddetur, ob id ipſum quia petitum, quia ſuppoſitum fuerit, nec pba/
tũ. At ſi nõ uerũ, certe tamẽ & uanũ & inutile prorſus totius pbatiõis fundamẽtũ re
perietur. & ſi qd egerit pfeceritq; in ſupponẽdo qcq̃ ad faciẽdã fidem, ipm qđ q̃ritur
ſupponatur, & nõ aliud cuius ope negociũ, de quo fit q̃ſtio cõmuniatur. ſi autem ab
ſurdum eſt ſupponere quod quæritur, abſurdum etiam fuerit & quod ſuperſtrui de
bet ſuppoſuiſſe. Quod autem omnia ſenſibilia ſunt ad aliqd oſtendunt, quia ſenſilia

ab aliquo ſenſilia ſenſu& ad aliquem ſentientẽ,aũt q ſentire ualeat referenda ſint. Clarum igiẽ incõtrouerſumq; & eſt & haberi debet quacũq; nobis oblata de re ſenſili diſſenſiõe,poſſe nos eã ad hos quinq; locos reducere. Atq de re itellectili ſi fuerit, & ppendere negociũ uoluerimus,facile conſtiterit,eã quæcũq; fuerit ad eoſdẽ referri locos poſſe.ſi.n.ea ipſa de re qualiſcũq; ſit,dicaẽ cõtrouerſiã nec diiudicatã, nec diiudicari facile poſſe,tũ dabiẽ nobis abſtinendi ueniã,ẽt nõ petentibus. Si uero iudicari poſſe decernat quiſpiã,idq; tentet efficere,uel alia intellectili re id ipm parabit, unde ad infinitã pbationẽ dilabeẽ,uel re aliqua ſenſili,quo fiet ut in pmiſcuũ recidat locũ.Ipſum.n.ſenſile quo uti tanq̃ teſte uoluerit ambiguũ ita eſt,ut alio idigeat teſte,ſiip ipſo.n.ſenſili etiãnum pugna?etiãnum lis?etiãnum diſſenſio? quapropter ſenſili teſte diiũdicari nequit,ne ad infinitũ pcurrat oratio.Intellectile igitur rem p teſte ducent in mediũ non ſecus ac ſenſile p intellectili diiudicando ſumpſere teſtimoniũ.pp̃terea ſi ex hypotheſi qcq̃ ſumpſerit, ruſum id quod retulimus abſurdũ conſequetur.Sed enim ad aliquid intellectilia omnia dicuntur.i.ad intelligentem referuntur:& ſi ſuapte natura talia ſunt qualia dicuntur,ea de re non utiq; digladiantur,& de quinq; iuniorum ſcepticorum locis hactenus.

De duobus locis aliis ad aſſenſum cohibẽdum.Itemq; de locis octo quos Aeneſidemus ad contradicendum excogitauit.Itemq; de quattuor capitibus quibus nihil pcipi et cõphendi poſſe in academicis Cicero differit. Caput.xxxi.

T Radũt & duos alios abſtinẽtiæ locos.nã qm oẽ quod cõphenſum ẽ, uel ex ipſo cõphendi uideẽ,uel ex alio cõphendiẽ.oĩbus in rebus dubitationẽ iniiẽbũt.In primis q̃ nihil ex ſe ipſo cõphẽdiẽ manifeſtũ dicũt eſſe,tãta cũ ſit inter phiſicos de ſenſibilibus & intelligibilibus rebus diſſenſio & pugna,q ſi diiudicabilis nõ eſt cũ dari nequeat aut ſenſile aut intellectile quo utamur exactũ iudicatoriũ,quodcũq;.n.capiamus inquiũt ambiguũ, cõtrouerſum,infidũq; repiẽ,ppter ea minime cõcedũt & alio ẽt qcq̃ poſſe cõphẽdi.Si qd.n.cõphẽdaẽ ex aliquo,qđ ſemp ex alio cõphẽdi oporteat,uel in pmiſcuũ locũ fiet lapſus,uel ad nullũ terminũ nullũq; finẽ ĩfinita ſemp diſcurret oratio.quod ſi qs pſuadere ſibi uoluerit ut qcq̃ ex ſe ipſo cõphẽdat,quo poſtea cõphẽdat aliud,is idẽ recidet in eã q̃ ante diximus incõmoda,qbus ambiunẽ q ex ſe ipſo qcq̃ dicunt poſſe cõphẽdi.qđ aũtẽ controuerſum adeo ambiguũq; ẽ,ut de eo pugna ſuſcipiaẽ,a ſe ipſo ne?an ab alio poſſit apphẽdi,id de iudicatorio ueritatis & cõphẽſionis icertæ minimeq; apparentis excitat litẽ.Tot ſunt abſtinẽtiæ & aſſenſus cohibẽdi loci a ſcepticis excogitati.decẽ in

Aeneſidemi octo loci ad cõtradicendũ primis,mox qnq;,exin duo.Verum & octo quoq; parauit locos Aeneſidemus ad cõtradicẽdum cauſandumq; oẽm dogmaticorum phorum opinionẽ,ut quãcũq; affe

Primus rẽt,eorũ rõnis cãm ĩfringeret.primũ docebat in eo cõſiſtere,q̃ eorũ cãæ genus & rõ, dubiis ĩ rebus & ambiguis uerſareẽ,nec ullũ haberet cõfeſſum teſtẽ ex iis,q liqdo & extra cõtrouerſiã p claris uerisq; recipiunẽ.

Secundus ſecũdũ ex eo cõmuniebat,q̃ ſæpenũero adeſt abũdãs q̃dã facultas reddẽdæ cãæ,multaq; occurrũt aĩo qbus iclinaẽ,ut multis modis rei q̃ſitæ rõ queat afferri,ex qbus unum dũtaxat modum ſequaẽ.

Tertius Tertius erat Aeneſidemi locus in eos q eorum quæ ordine fiunt reddere cauſas uolunt, nullo ordine fretas claro,atq; conſpicuo.

Quartus Quartus hoc ipſo communiebatur modo,quo pleriq; ea quæ uidentur compertaq; ſunt capientes ut fiunt,etiam exiſtimant quæ non

uidentur & incomperta ſunt,ut fiunt compræhendiſſe.forte autem ſimili modo iis q̃
uidentur,fiunt ea quæ non uidentur,forte diſſimili ut pote ꝓprio & peculiari.Quin
tus inde pendebat,quia uel omnes uel plurimi(uerbi gratia)cauſas reddere rentant
ſecundum proprias elementorum principiorumue ſuppoſitiones,non autem ſecun
dum communes & confeſſas aggreſſiones.Sextus in eos parabatur qui ſæpenumero
quæ cumulo & abundanter offeruntur propoſitæ materiæ communiendæ accerſunt,
quæ uero contra ſuccurrunt æqualis etiam roboris & momenti prætermittunt.Septi
mus in illos directus,qui ita delinquunt ut ſæpenumero cauſas reddanr & probatio
nes afferant non ſolum iis quæ uidentur apparentq; conſpicua,ſed propriis etiã ar-
gumentis propriæq; materiæ contraſtantes repugnanteſq;.Octauus demũ locus is,
ſecundum quem ſæpenumero multi falluntur,cum enim plura exiſtanr ſimiliter am
bigua,& quæ uidentur apparere,& quæ diſquiruntur egentq; probatione,iis quæ ſi-
militer ſunr ambigua utuntũr,ad ea probanda quæ ſimili dubitatione ſunt obuolu
ta.tot ille modos contradicenti ſubminiſtrauit,quorum aliqui in una & eadem quæ
ſtione ſimul incidere poſſe decreuit.Pore antem facile Sextus empiricus pntauit,ut
quinq; de quibus ægimus ad cohibendum aſſenſum parati loci,ſatis eſſent ad cõtra
dicendum.Aut enim conſonam omnibus in philoſophia ſectis & ſcepticæ facultati,
ac etiam iis quæ uidentur,cauſam ſe dicet afferre is,cum quo nobis eſt diſceptatio,
aut minime,ſi primum dicet,uideat ne impoſſibile quicq̃ dixerit,nequit enim fieri ut
quæ apparent & quæ non apparent conſonent,diſſentiunt aurem magis & contradi
cunt.Si autem diſſentiunt requiretur huius etiamnum cauſa diſſenſiõis,& exigetur
ab eo.ꝙ ſi apparentem,apparentis rei cauſam uoluerit inſummere,& non apparen
tis item non apparentem,occaſura eſt ad infinitum oratio.Si autem ꝑmutatim affer
re cauſam malluerit in promiſcuum dilabetur locum.ſi autem alicubi conſriterir,uel
ſuper iis quæ dicta ſunt fatebitũr cauſam conſritutam,locus qui eſt ad aliquid intro
ducetur,tollens quæ ſecundum naturam ſunt.Si ex hypotheſi quicq̃ adſumpſerit,id
ſequetur de quo actum eſr,cum de hypotheſi ſupra diſſeruimus.Illud quoq; cum iis
aptari poſſe uidetur de quo Cicero in Academicis,quattuor eſſe capita quæ conclu-
dunt nihil eſſe quod noſci percipi compræhendi poſſit,primum eſſe aliqd uiſum fal
ſum.Secundũ non poſſe id ꝑcipi.Tertiũ inter quæ uiſa nihil inrerſit fieri nõ poſſe ut
eorũ alia ꝑcipi poſſint,alia nõ poſſint.Quartum nullũ eſſe uiſum uerũ a ſenſu profe
ctum,cui non appoſitum ſit uiſum aliud quod ab eo nihil interſit,quodq; percipi nõ
poſſit.Sed reuertamur ab academicis ad ſcepticos,& quibus nam modis iudicatoriũ
ueritatis ſublatum iri uoluerunt,apeliamus.

Quintus

Sextus.

Septimus.

Octauus.

Quod ſextus qnq; locos ad cõtradicẽdũ putauit ſatiſ-facere.

Quattuor loci ad cohibẽdũ aſſenſum a Cicerone poſiti.

Quo pacto ſceptici primũ ueritatis iudicatoriũ cui nomẽ fecere: ſi quo ſublatũ iri putauerũt. Ibiq; multa notatu digna atq; inter alia ꝙ argumenta ſcepticorum in dogmaticos philoſophos noſtræ non officiant religioni. Caput.xxxii.

HActenus ſcepticæ facultatis fundamenta ieciſſe uideri forte poſſumus. Sed
uerius quẽadmodũ eſſent iacta narrauimus.qđ negociũ eo deſumpſimus,
qa nõ exacte de ueritatis iudicatorio quid ipſi ſenſiſſent tardere potuiſſe-
mus,ſi præterita illa ſilentio fuiſſent. Ac eueniſſet ut inter diſputandum mul-
ta repetere, explicare pleraq;, interſerere plurima, neceſſe habuiſſemus, quibus
& confuſa narratio fuiſſet, & interpollata diſputatio, & dilatata atque inter-

rupta legentium expectatio. Quare iis explicatis ad ipſum unde uidemur digreſſi ue
ritatis iudicatorium reuertamur, Id cum tripbariam ſceptici ſtatuāt, ſingulatim ſuo
ꝙ ordine unumquodꝙ demoliri procurant. primū id cui nomē eſt factum, in quo De
inde ꝑ qđ, demū ſecūdū qđ, Itaꝙ a primo ſummamus initiū. Hō itaꝙ. i. iudicatoriū il
lud a quo iudicium prodit, quid ſit non ſolum non compræhendi, ſed nec rite excogi

Socrates apđ platoné qđ de ſe ipſo.

tari dicunt ſceptici. Audiunt illud ſocratis apud platonem, neꝙ ſcite ſe utrum homo
ſit? an aliud quidpiam? ego inquit Socrates neſcio an homo ſim? an & alia quædā bel
lua typhone multiplicior? Idem cleanthes coactus repetere, coactus & Zenon ſtoicæ

Quid de ſe ſtoici.

princeps familiæ diceret, ignorare ſe an in mundo eſſet, an mūdus ipſe in ſe ſe illum
contineret, item uir ne eſſet an fœmina? Ad id autem propterea cogebantur, ꝙ inter
eos qui non ſunt ſapientes ſe computabant, eum autem qui non eſſet ſapiens, ignora
re omnia contendebant. ii uero qui hominis notionem conſtituere uolunt primum
inter ſe digladiantur, quare & minime conſona fundunt minimeꝙ prudentia. ſcribit

Democritus.

Democritus in hunc modum, homo quidem eſt ut omnes nouimus, At propterea nō
cognoſcimus hominem. quoniam & canem etiam nouimus, & ꝙ homo non eſt canis,
& equum & arborem cognouimus, & nihil eorum eſt homo, quare hominē propter
ea quis nam ſit aut qualis non cognoſcimus? qui ꝗ ſit cognitu difficilis declaratū pu
tant oraculo pythio illo, cognoſcere ipſum, quod non uulgo, ſed exactiſſimis philoſo
phorū ſpeculationibus eſſe traditū exiſtimāt. At malus dæmon id ex ſacris litteris ſuf

Epicurus.

furatus eſt ut iudicauimus alibi. Epicurus hominis declarare notionem uolens mon
ſtrauit (ut ita loquar) digito, tale iquit formatum, & animatum: ut ob id uideatur pu
rauiſſe eum qui oſtendi nequiret, & ſubiici ſenſui percontantis, non eſſe hominem. &
præterea cum ſignificabat digito, aut uirum aut fœminam oculis percontantiū ſubii

De hoīs diffinitiōe ꝗ magna ꝑlia, de q̄bus actum ſupra et īfra ēt agendū et q̄bus ex cāis.

ciebat, uel puerum præterea uel ſenem ita ut quicūꝙ ſignaretur, alios excluderet. Di
xerunt alii animal eſſe rationale mortale. At quid aduerſus hanc definitionem poſſit
afferri, id patere ex primo huius operis libro potuit, cum monſtraremus Dicæarchū
animam ſuſtuliſſe, unde & quod rationale dicitur conſequio tollitur. & platonicos ſo
lam animam eſſe hominem dixiſſe, unde & eam quæ dicitur mortalis differentiā ſub
latum iri ſit neceſſarium: præntereaꝙ Ariſtotelem inter ipſum quod rationale dicitur
differentiam excogitaſſe, authore Iamblicho, & ex noſtris etiam theologis iuniori
bus fuiſſe, qui eam hominis definitionem integram & exactam haberi noluerit. & ex
antiquis Hieronymum extare, qui ſatyros uti ratione decreuerit: Vnde aut aliud quid
dam inter hominem & belluā rōnale excogitari oportet, aut plures hois afferre ſpēs,
qm̄ uidelicet ſpēs alia ſit hō ſatyrus, alia hō non ſatyrus. unde aut plures quoꝙ diffe
rentiæ ſuborientur, aut bruta ratione uti ꝯfiteri cogemur, quod antiquorum phorū
plurimi uoluerunt. quibus ex rebus diffinitio quæ de homine aſſignatur communis
& nota uidetur explodi. ut cætera taceam quæ dici poſſent. qua de re & in logicis in
ſtitutionibus facta eſt a nobis mentio, loco ipſo ita exigente, & primo operis huius li
bro dum de diſſidentibus de minori mundo philoſophorum ſentētiis diſſerebamus,
nunc uero ideſt libro hoc operis ſecundo, quoniam proprie de hominis agitur iudi
cio, & quinto etiam libro fiet, cum aduerſus artem definiendi ab Ariſtotele, traditam
diſputabimus. quod quidem & ſi repetitum uideatur, non tamen abſurde factum, aut
fruſtra, iudicari queat: quoniam hominis definitio quæ maxie clara putabatur eſſe,
ea a philoſophis in controuerſiam plurimum ducta oſtendatur. Addiderūt aliqui in

tellectus

tellectus & diſciplinæ ſuſceptibile. Atqui, dicunt elephantos dociles & religionis capaces. Certe hoc ultimum ipſe non dixerim, primum autem ut uel putarem, uel dubitarem, elephas me puero uectus in italiam effecit, quando mira quædam præcipiente magiſtro exequebatur & humanæ diſciplinæ ſimillima: & nuper eſt relatum elephantem ab hemanuele rege luſitano, miſſum ad Leonem decimum pontificem maximum, cui elephanto mira inſint quæpiam, humanæ diſciplinæ ſimilia. Affirmarim & quæ Hieronymus litterarum monumentis rettulit de ſatyro, qui cum Antonio locutus eſt, is enim non intellectus modo particeps & diſciplinæ, ſed etiam religiõis. ut mittam diogenis placitum in intellectu brutis communicãdo. Quibus omnibus, hæc etiam particula definitionis tollitur, quam & ex actionibus aliorum animantium tolli ſunt qui cenſeant. Canem ſceptici ducunt in medium & ex aduerſo maxime ſtoicorum conſtituunt odoratui præſtantem hominibus, & uiſu citius feras conſpicantem, audientemq; celerius. quod autem attinet ad rationem & quoad ſpectat ad eam quæ intus eſt, & quoad pertinet ad illam quæ foras exprimitur, utraq; illos pro uiribus in ceſſunt. primo ꝙ eligunt profutura, ꝙ noxia declinant, ꝙ edulia ſectantur, ꝙ uibrata flagella fugiunt: Item ꝙ arte quadam uenatoria pollent, atq; in id officii docẽtur egregie. Nec ſine uirtute (inquiunt) canis eſſe uidetur, iuſticia in primis diſtribuente cuiq; quod ſuum eſt, nam fures arcent baubatu, & ignotos ad latrant, mordentq;, maximeq; illos qui nocte & domino & domui inſidiantur: domeſticis autem mites adeo ut obediant, ut proſint, ut blandiantur. ſi autem iuſticia freti, cur non & reliquis uirtutibus, qui una nexæ & complicatæ decernuntur. Addunt uideri fortem in cuſtodia & tutella domus animoſæ præliando ſi opus eſt. Videtur etiam Chryppo dialectica præditus canis, cum ad triuium peruenerit, ut pote qui duas iam cum olfecerit & inueſtigauerit uias, & per eas ubi tranſiſſe feram non depræhẽdit, tertiam nihil ueſtigans, nihil olfaciens, impetu quodam percurrit, deprænſurus iam quod indagarat. quare uirtute quadam ita ratiocinari dicunt uideri, aut eo, aut illo, aut hoc, itinere fera dilapſa eſt, non eo, uon illo, igitur hoc. proſequuntur & alia multa in caneiut ꝙ medicinæ ſciusq; prudens in curandis & declinãdis aduerſis uideatur. ꝙ autem attinet ad rationem quæ ſermone oſtendatur forinſecus, non iccirco inquiũt merito putant canes irrationalia animalia, nam & ſunt aues quæ humanam exacte uocem immitantur, quare hoc non ſatis ad interſtitium atq; diſcrimen rationis, & ut ſic dixerim irrationalitatis. eoq; magis ꝙ philoſophi quidam neceſſarium nõ putarũt, ut a quibuſcunq; expromerentur proprii mentis rationiſq; conceptus. unde & ſilentium multis indictum eſt præcepto magiſtrorum multis & a natura inuſtum: omnibus ad tempus, nam nec eo pollent ifantes, pollent pueri, nec loqui poſſunt, q; ſi multo poſt tempore & loquantur & diſſerant, canes nunq̃ illud aduertẽdum diuerſas ab ipſis & animalibus cæteris uoces fundi, quæ uideantur eadem, & ita iudicentur a nobis. Illud item ſuccurrere debet, ꝙ nec multarum nationum homines loquentes intelligimus, nec inter ipſarum uoces articulate diſtinguimus. ſi enim perſas & indos, & ſidonios & Etembos audirem, una omnes lingua ipſos diſſerere facile daretur nobis intelligi. Magna igitur demiratione non eſt dignum (inquiunt) ſi canes & animalia reliqua non intelligimus, q̃q̃ poſſumus aduertere magnã inter earũ uoces diſtinctionẽ & differentiã: Aliã.n. uocẽ expromũt du hirrtiũt, quaſi canẽtes bellicũ canibus aliis, Aliã cũ baubant, quaſi ſpeculatores domeſtici, Aliã cum bellant & dominis au

Heman. rex luſ.

Quid ſ̃ cane ſceptici.

xiliantur, Aliam cum blandiuntur homini, aliam cum inter ſe ſe uel ludũt uel cõgredi uolunt, aliam cum uerberantur, eiulatu & ſtridulis plenã lamentis. hæc fere de ſuo cane me interprete ſceptici loquuntur in ſtoicos, ut mittam qui dicti ſunt beſtiarum uoces diiudicaſſe, melampum, tyaneum, alios. Noſter autem Ambroſius libro Hexaemeron ſexto, q̃ q̃ dicit canem rationis exortem, tamen ſentiẽdi ſagacitate uim ſibi rationis aſciſcere prodit, multaq; illi concedit, inter q̃ illud: ꝙ ubi ueſtigium cerui leporiſue repererit, ueluti ſyllogiſticam uocem ſagacitate colligendi odoris emittens (ut eius utar uerbis) aut in hanc partem inquit deflexit, aut in illam, aut certe in hũc ſe amfractum contulit, ſed nec iſtam, nec illam ingreſſus eſt, ſupereſt igitur ut in iſtã ſe partem ſine dubitatione contulerit. quod autem noſter hic Theologus ſentiendi ſagacitati, gentium illi philoſophi rationi acceptum rettulere. Thomas uero prima parte ſecundi uoluminis Theologicæ ſummæ id maluit adſcribi naturali ad quoſdã ordinatiſſimos proceſſus inclinationi. Idem uero Author eodem opere queſtiõe quadrageſima dum agit de ſpe quam a brutis non abdicat, & affirmat interiores animalium affectiones ex motibus exterioribus poſſe dignoſci, uidetur quoquomodo prebere anſam ueniæ facilioris impetrandæ per priores illos philoſophos, dum ſuſpicati ſunt ex ipſis exterioribus brutorum actionibus, ſubeſſe intus aliquod principium, unde illæ fluant, maius eo quod noſtri ipſis illis adſcripſerunt. ſed ſane Gryllus apud Plutarchum cum ulyſſe diſputans, & uitæ belluinæ & humanæ quando utranq; fingebatur expertus, diſcrimina recenſens, præſtare feras homini & iuſticia & prudentia & fortitudine dicit, eas enim & bellica præſtare uirtute ſine dolo, ſine fraude, q̃bus abũdabat ulyſſes: non ſuccumbere in præliis, non ſeruire uictas ut homo homini, idq; in leone cæteriſq; ueſtigat: fœminas eorum magna uirtute fortitudinis pollere, ac deniq; præſtare hominibus feras, illud eſſe argumento, ꝙ comparationes quæ fieri ſolent rite ad meliora fiũt, ſic hominem cum laudamus fortem, leoni componimus, & cæteris animantibus. Aliis quoq; uirtutibus præditum, conferimus hominem, ut ſint illa præcellentiora. Ille ipſe Plutarchus ſi ex noſtris aliqua legiſſet, iiſq; habuiſſet fidem, illud Solomonis adducere potuiſſet, uade ad formicam opiger, & illud cum in pſalmis tum apud Iob, coruorum pullos ad Deum clamare & paſci, atq; apud eundem gallo datam intelligentiam, & illud euangelicum eſtote prudentes ſicut ſerpẽtes & ſimplices ſicut columbæ, ita tamen ut meminiſſet decantatũ a pſalmographo, mulo & equo non eſſe intellectum, & homines qui quæ oportet non intelligunt, comparatos eſſe iumentis inſipientibus. Sed enim Plutarchus ex hoc trahit argumentum quæ irrationalia dicimus ratione pollere, ꝙ aliis ea participant magis, aliaq; ſunt ex brutis dociliora, prudentioraq;, nãq; plantæ omnes æque ſtupidæ nec altera eſt animãtior, Nec eorum ulla ſenſatior, quia nulla eſt ſenſus ullius particeps. quare ꝙ aliqua uideãtur prudentiæ magis & rationi proxima, id magnum in operis calce ad aſtruendam rationem belluis habere momentum exiſtimat: & præſtare magis hominem homini in ſapiendo & ratiocinando putat, q̃ fera feræ. Sed hac de re hactenus, nam diffuſius explicare talia, & de irrationalibus agere animantibus, nec noſtri eſt conſilii, nec propoſiti operis argumentum. ſat fuerit hæc duxiſſe in medium, ut particulæ diffinitionis reiectæ uideantur non ſolum authoritate ueterum philoſophorũ in uniuerſum, ſed iuniorum quoq; perſuaſionibus, qui rationalia dixerunt bruta, & eorum quidam etiam diſciplinæ ſuſceptilia. qua de re cum Alii tum maxime ſceptici, definitione hãc hoïs

Quid de cane Ambroſius

Thomas

Quid de feris Plutarchus

Solomon Pſalmus.

Euãgelium.

Aliæ ratióes ſcepticorum cõtra hois deſinitioné.

hominis notàm demoliri ſunt adnixi,illud etiam adiicientès.Eá quæ definitioné cõ/
muniunt aut actu intelliguntur,aut poreſtate,ſi actu non ne conſequitur eum non
eſſe hominem qui perfectam diſciplinam non ſit conſequutus?& perfecta ratióe nõ
polleat,& in ipſo quod eſt mori ſit cõſtitutus?hoc eſt enim id θνητόν quod latini mor
tale uerterunt.Si uero poteſtate non actu,Iam non erit homo,qui perfectam ratio/
nem habeat,qui intellectu & ſcientia polleat,quod eſt incommodo priori oppido q̃
abſurdius.Accipiebant enim poteſtatem illam tantummodo ſeorſum,& Actum quo
qꝫ ſeorſum.præterea cum dicimus quicq̃ ſuſceptibile eſſe cuiuſpiam rei,non propter
ea illius declaramus eſſentiã:nihil enim magis quid ſit ipſum,quo ad ſe ſe ſuamqꝫ na
turam attinet iudicamus.Plato nero qui ſuam illam definirionem fuerat commẽtus,

Sceptici contra definitiõné hois allatã a platone

animal inuolatile bipes latorum unguium ſuſceptile ciuilis ſcientiæ,reiicitur ab eiſ/
dem,præterq̃ qꝫ aiunt non firmiter illum conſtanrerqꝫ ipſa de hominis finitione lò/
cutũm,ſed probabili quadam ut fit conſuetudine loquendi uſum.qꝫ ſi conſtànter in
quiunt effeciſſe id ſe crediſiſſet,q̃ aberrauiſſet longe?nam & ſi excogitari dicunt ho
mo poteſt,compræhendi tamen non poreſt,ipſum enim ex anima corporeqꝫ dogma
tici conſtituunt,quorum ſi neutrum compræhẽſile,Neqꝫ homo etiam qui eſt ex utriſ
qꝫ conflatus compræhendetur.quod enim corpus compræhendi nequeat ſic argumẽ

Qđ corpus cõprehẽdi nequeat ſceptico arũ argumẽtum.

tantur.quæ accidunt alicui alia ſunt ab eo cui accidunt,quotienſcunqꝫ igitur aut co
lor aut quid ſimile nobis ingeritur,accidentia corporis ingeri nobis conſenraneum
eſt,non ipſum corpùs,quod quidem eſſe dicunt trina dimenſione conflatum.debere
mus itaqꝫ longitudinem latitudinem & profunditatem compræhendiſſe,ſi iure cor/
pus compræhenſum a nobis affirmare poſſemus.cùm autem id nequeàmus,& eis i ac
cidentibus immorari neceſſe ſit,fiet ſane nt is qùi ex eis corpus diiudicari a nobis re
cte contendat,non ſecus agat ac is qùi diceret ipſo ex colore auri,iudicari poſſe argẽ
teũm uas oblitũm auro,aureum non argenteum eſſe.quod tamen fieri omnino ne/
quit,quàre ſi aureum uas ab argenreo quod inauràtum ſit,nequimus ex accidenti/
bus illis diſcèrnere,ita & cætera corpora ſuis ex accidentibus nòn iudicabunt.Adii/
cio illud ab Ariſtotele in primo de anima libro prolatum,accidentia rei ipſius nõ de
clarare eſſentiam,cònferre tamen ad cognoſcendũ magna ex parte quid ipſa ſit,qua
ſi diceret,ſi recte eum putamus ſenſiſſe,anſam nobis indagandi & coniectandi ſubſtã
tiam,ex accidentium cognitione præberi,& hæc quo ad hominis attinet corpus, q̃tũ
ad præſens attinet negocium.At quo ad animam?ea quo pacto compræhendetur?

Quid ſceptici argumẽtentur contra cõphenſioné aiæ

quam alii non eſſet dixerunr uti Dicæarchus peripateticus & ſectatores , Alii dicunt
eſſe,alii abſtinent & ab affirmando & a negando.hanc diſſenſionem ſi diiudicari non
poſſe dogmarici philoſophi cenſeant,conſequenter cenſebunt eam non poſſe cõpræ
hendi,ſi diiudicabilem contendant,quo nam id poſſit fieri modo?nobis expromant.
ſenſu ? minime: quando eam dicunt eſſe intèlligibilem.ſi autem mente & intellectu
diiudicandam mallint,dicemus inquiunr nihil in anima eſſe magis controuerſum q̃
mens,quoniam multi qui putant concorditer exiſtere animam,de ipſius tamen men
te concordes non ſunt.& ſi mente animam uoluerint compræhendere,& de ipſa diiu
dicare diſcordiam uolent,& quod minus quæritur,eo quod quæritur magis decerne
re atqꝫ firmare,quod abſurdum eſt.Verum enimuero nt concedamus(aiunt)hoiem
eſſe animo compræhenſilem,non propterea ſequitur ut ab ipſo res oporteat diiudi
cari.qui enim ei iudicium tribuerit,aut ad id affirmandum utetur demonſtratione,

aut minime/non primum ſi quidem opus eſt ut demonſtratio uera ſit & decreta: at/ q ob id ab aliquo ut decernatur neceſſarium eſt. quoniam uero pro confeſſo & claro non habetur/a quo diiudicari illam ipſam oporteat(quærimus enim iudicatorium a quo prodit iudicium,& illud eſt quod hac in quæſtione uerſatur:)iccirco non poteri mus diiudicare demonſtrationem/atq per hoc neq iudicatorium/de quo ſermo ē de monſtrare. q ſi nulla demonſtratione adhibita dixerint ab homine res ipſas iudicari oportere/digni non erunt ut eis fides adhibeatur/quare controuerſum omnino re/ linquitur iudicatorium quod dicimus a quo.i.a quo prodit iudicium & in quo eſt iu/ dicium hominem eſſe.nam cum ab aliquo ferri hoc iudicium oporteat(qui enim nul lo id iudicio dicerent exploderentur)is ſi erit homo qui iudicium tulerit/ eueniet ut rapiat id & pro confeſſo capiat/quod dubium eſt & in quæſtione uerſatur. eaq ſub/ orietur fallacia quæ ab Ariſtotele in ſophiſticis damnatur elenchis/cum pro diſcuſſo & diiudicato ſummitur/quod indiſcuſſum eſt atq ſub iudice. At enim ſi ab alio ani/ mante ferri hanc ſententiam oportere quis dixerit/ſpectet is quæſo/quæ nam illū ſe/ quantur incommoda/nam ſi ſine iudicio riſu digna res erit/ſi cum iudicio/rurſum id ab aliquo ferri debebit/ſed ſi a ſe ipſo dimanet/adhuc illud abſurdū erit/quādo id qd quæritur per id ipſum quod quæritur iudicabitur:Si uero ab homine,promiſcuus in troducetur locus:ſi autem ab alio præter hæc:Rurſus illius iudicatorium quæremus a quo/atq ita aliud/atq aliud quo ad ifinitum obambularit oratio. Eſto autem ut ad homines pertineat rerum iudicium/Num multa eſt inter homines diſſenſio. dicāt er go nobis qui ſcientia rerum pollere ſe putant dogmatici philoſophi/ſed conſone di cant & amabiliter cui nam potius præq aliis id ipſum competat iudicium/qui poſtq̄ in rebus minimis digladiantur/& nihil ferē decernunt quod non bile & amarulentis uerbis inficiant,quomodo compoſite & pacato nos docebunt cui nam ſit aſſentien/ dum/quod ſi dixerint ſapienti eſſe credendum.rogabimus cui nam ſapienti/ utrum ne Epicureo/an Stoico/an cynico/num magis platonico/num peripatetico/neq.n. hoc conſone dicturi ſunt.ut enim cuiq ſunt affecti homines/ita de eius ſapientia fere decernunt.Verum ſi cui placuerit abdicata de ſapiente uiro q̄ſtione/ prudentiori ſim pliciter & equiori rerum æſtimatori credendum putet.primum quidem & de eo qui aliis prudentior ſit pugna ſuſcipietur:Deinde & ſi conſone dicent poſſe capi, quis nā erit eorū/ & qui nunc ſunt,& qui fuerunt prudentior,cui ſtandum ſit/ Talē nos quē cunq ſignauerint dicemus etiam dignum non eſſe cui prorſus indubia fides manci/ petur.Nam quoniam multa & infinita fere intentio & remiſſio prudentiæ,illud affe/ remus/fieri poſſe ut hoc homine quem & præſentium & præteritorum hominum di/ xerunt eſſe prudentiorē Alius naſcatur qui ſit multo prudentior/quare ut nūc huic tanq̄ prudentiſſimo eſt habēda fides/illi mox/hoc poſthabito(ut pote qui prærogatiuam amiſerit)habenda erit omnis fides/oīs p̄ſtanda conſenſio. Adde quod etiā ſpe rare alium quoq prudentiorem poſſumus futurum/& illo etiam alium multis pru/ dentiæ gradibus præſtātem/quoad finem nulla inueniat oratio.Sed neq etiam tum manifeſtum erit apud philoſophos/utrum talis uir omnibus aliis ſit habendus pru dentior/nam conſone ne/an diſſone ita decreturi ſint quis nouit/quare & ſemper ex pectari poteſt ſapientior/& ſemper de illo etiam ſapientior ne ſit(addendum & in ſa pientia perſiſtat)lis reſtat euentilanda adeo/ut prudentiori qui ſtandum iudicat iu dicare etiam ipſe de ſe queat,an ſit in hoc iudicio prudens/Hæc fere in dogmaticos

Nota q uarii ſapiētes dici ti/ et q̄a de uiro prudēti controuerſia.

accerrime

acetrime & ſubtiliſſime diſputantur a ſcepticis: quæ & ſi platoni officiant qui eate/ Nota.
nus ſtandum ſibi cenſuit, quatenus aliquis q̃ homo ſacratior, aliud quicq̃ decreuiſſet,
ex quo ſe cunctis præſtantiorem hominibus iudicare uidebatur, nobis tamen nõ offi
cit, qui non homines, nobis ueritatem manifeſtaſſe dicimus, ſed Deum ſapientiſſimũ,
& omnis ſcientiæ fontem ac ipſiſſimam (ut ſic dicam) ueritatem. ei habemus fidem. in
eum credimus. & iis omnibus pſtamus aſſenſum qui ex illo hauſerunt q̃ ſcilicet i nos
refuderunt, fœlicis comparandæ uitæ ſaluberrima dogmatica. Qui uero platonẽ im/ Pro platone
penſius diligunt excuſare ab arrogantia uel hoc uno poſſent, q in ægypto fuit & aliqd et i pla
diuina didicit, quare præſtare humanis omnibus inuentionibus arbitratus ẽ, quæ de toné aliquid.
diuinis litteris hauſiſſet. Sed quicquid hac de re ſtatuatur, illud ſane affirmo, non di/
uina illa penitus atq; ſincere, ſed multis i locis minus q̃ humana, & prauis maligni dæ
monii ſuperſtitionibus infecta. Sed reuertamur ad ſcepticos, illud etiamnum priori/
bus adnectentes, ut ſi dent aduerſariis aliquo prudenti uiro prudentiorem neq; ex i
ſe re, neq; extitiſſe, neq; futurum eſſe, illud tamen ſe non daturos, ut propterea i eius
ſententiam pedibus manibuſq; (ut dicitur) deſcendendum ſit. quoniam prudentes ui
ri qui dicuntur & habent, ſemper ambitu non carent honorum, ſoleantq; uilibus re/
bus ut ſuam ipſorum oſtentent ſolertiam, authoritatem dare: quare quod ipſe rerũ
fecerit iudicium, ita ſanum non habebimus q̃ quod maxime: cum nobis conſtare ne/
queat, an ipſe ita ſe ſe habeant res ſuapte natura? an tum primum ſint prudentis il/
lius iudicio uiri eam æſtimationem conſecutæ? Cæterum ſi eo etiam deſcenderent qui
dam. ut tradi iudicium dicerent oportere conſenſui plurimorum, q̃ id ſit inane, non
difficulter hinc poteſt perpendi, primum quidem q rarum fortaſſe uerum inuenit,
quare fieri poteſt ut in eo depræhendẽdo unus ſit q̃ multi prudentior, deinde & om
ni iudicatorio plures contraſtatuent eorum qui ſibi conſonent. qui enim qualecũq;
iudicium derelinquunt, aliud quod uideatur conſentire ducent in medium, contraq;
oppoſituri ſunt multitudinem. Ad hæc qui conueniunt in unum conſentiũtq;, uel di
uerſis affecti ſunt ea in re diſpoſitionibus, uel una, eademq;. ſi diuerſis. nullo pacto in
unũ idemq; iudiciũ oĩno conuenturi ſunt, Si unaquæq̃ & is q diuerſum qd affert, unam
habet diſpoſitionem habitudinemq;, & ii quoq; qui ſimul conueniunt unam, q̃tum ſ.
attinet ad id quo dicimus iudiciũ ferri a deo ut nulla ipſa in multitudine quo ad per
tinet ad ipſam diſpoſitionem differentia repertatur. quo fiet neceſſarium non eſſe ut
multis potiuſq̃ uni fidem habeamus. Incompræhenſilis etiam multitudo eſt diſſiden
tium iudiciorum, quoniam homines particulares nullo poſſumus compræhẽdere nu
mero, & eorum indiuiduas percurrere differentias. ex quo etiam colligitur non poſſe
nos decernere, quam in partem plures inclinent. quare confici uolũt ex iis omnibus
uanum eſſe iudicium quod in multitudine iudicantium fundatur ſi ad naturã & uni
uerſitatem referatur hominum, quæ. ſ. compræhendi nequit ab homine, q ſi ipſi etiã
multitudini minime ſumus adquieturi, minime etiam inuenturi quempiam. A quo
rerum iudicium tuto feratur. Atq; hinc deducunt q̃ ſit cognitio ueritatis male com/
præhenſilis, Si compræhendi is a quo ipſa compræhenſilis dicitur, omnino nõ queat,

De iudicatorio quod uocatur p quod, idq; qbus argumẽtis repellãt ſceptici. et q ea nihil
aduerſantur chriſtianæ diſciplinæ. Caput. xxxiii.

T qui ſi hæc omnia(inquiunt)de qbus cõtrouerſiæ ſunt excitatæ, gratis &
A pacate concedanť aduerſariis,non ob id tamen habebunt illi unde tuto &
ſecure ferte de rebus ſententiam queant.Si autẽ minime concedãtur, erũt
ſtatim omnia ſublata,quoniam reliqua omnia,aut pars,aut affectio,aut actus homi
nis.Cuius hominis(ut in quo eſt iudicium & a quo iudicium manat) iudicatorio ſub
lato,tolli & reliqua neceſſe eſt.quod enim fertur iudicium,ab aliquo ferri neceſſe ẽ.
Sed conceſſo etiamnum ab homine rerum prodire poſſe iudicium,diſpiciamus,an id
per quod,& id ſecundũ quod iudicatoriũ diciť,manere poſſit.& q̃q̃ uniuerſim & i cõ
muni tacta hæc in ſuperioribus & tacite ſubſignata uideri queũt,ne tamen particu
larius congreſſum fugere nos cauſenť,ipſi diſputationi manus admoliẽdæ ſunt. pri
mũ id iudicatoriũ cui factũ eſt nomen per quod euẽtilemus.Id uel ſenſus uel mens
intelligentiaue,aut cogitatio Διανοια diciť a græcis,uel utrũq; diciť eſſe.ubi autẽ nec
alterutrũ,nec utrũq; eſſe poſſe monſtrauerimus,ſatis ꝓpoſito feciſſe uidebimur . Ita
q; incipiẽtes a ſenſibus,Alii dicũt eos fruſtra & in uanũ exciri,& nihil pcipere: ut po
te quia nihil illis ſubiiciať eorũ quæ uideny capere. Alii ſubiici omnia a qbus dicunt
eos poſſe moueri.Alii partim ſubiici,partim non ſubiici uoluerunt.qbus nam igitur
(aiunt)ſumus aſſenſuri?neq; enim ſenſu differentiam iudicabimus quoniam de ipſo
quærimus ſenſu , percipiat ,uidelicet an minime?& an ſit incompræhenſile,utrũ ua-
ne ſenſus percipiat an uere?ſed eſto inquiunt uere percipiat,certe uarie,nõ uno mo
do percipit ſenſus.Guſtus ab eodem melle modo dulcedine afficiť,modo triſtať ama
ritie.uiſus eundem colorem modo rubrum iudicat,modo nõ rubrũ. Eodem odore q
grauedinis excitator & fluctionis parens paulo ante fuerat,odoratus delectatur ſæ
penumero,& eo q ſuauis olim fuerat,pituita caput infeſtať.ſunt & q audire ſe dicãt
quæ non commoueant aliorũ auditũ.A quam febre correptis placidam,aliorũ ſæpe
numero ſenſui moleſtam quis neſciat?utrũ igitur haſce apparentias ueras quis dixe
rit?an omnes falſas?an potius partim ueras partim falſas?certo uideť eo non poſſe
hanc controuerſiam iudicari cũ iudicatoriũ per quod ferri ſententia deberet liqui-
dũ confeſſumq; non ſit.Sed neq; demonſtratiõe id pateſiet,cum adhuc ſub iudice lis
de iudicatorio uerſeť,per quod ueram demonſtrationem metiri oporteat.quod ſi qs
dixerit aſſentiendũ iis quæ ſecũdũ naturam:iis uero quæ præter naturã diſſentien-
dum,ſane ridiculus fuerit.neq; enim ſi ſine demonſtratione probauerit aſſenſus ei ꝑ
bebitur,neq; ueram demonſtratiõem propter ea quæ diximus habiturus erit. Quod
ſi eis concedereť phantaſias ipſas apparentiasue quæ ſecundum naturam ſunt,ueras
atq; fideles,quæ uero iis accidunt qui diſpoſiti ſunt contra uel præter naturam infi-
das: Adhuc incertum erit ſenſus iudicatoriũ.Nam & uiſus rite naturaliterq; diſpoſi-
tus turrem modo quadram,modo rotundam æſtimat.ſaturi hominis q̃q̃ ſani guſtus
ſuauia ſuapte natura edulia deſpuit,in quæ fameſcens inhiat.Idem quoq; in reliquis
ſenſibus de quorum diuerſitate ſupra eſt abunde narratum.& præterea eo liqueſcet
ſenſui ueritatis iudiciũ non competere,q͛ non ſolum in eo quod eſt uel de albari,uel
affici dulcore,moueri eum oportet,qui ſit ueritatẽ de re ſubiecta capturus,ſed phã
taſia uel etiam mente uerſare illam ipſam rem opus eſt,ut hoc eſt album,hoc eſt dul
ce,& in cæteris ſimiliter,ad quæ iudicanda ſenſus euehi non poteſt,& ſi id conareť ꝑ-
ſcriptum uidelicet egreſſus falleretur,aut uerſaretur in dubio.quod autem dubium
eſt ei iudicium non competit,ſed eget iudicante.quare a ſenſu ad memoriam & intel
ligentiã

telligentiam ſcandere oporteret. Cæterum ꝙ nec ipſum mentis officium inueniēdæ
iudicādæq; ueritati ſit ſatis, multa pyrrhonii duxere in medium, nam male compræ
henſ ile eſt mentem eſſe dicūt, qm̄ Gorgias illam ipſam nihil eſſe decreuit & Dicæar
chus etiam ſuſtulit animam. Alii contra. quis ergo litem ſedabit, neq; enim mente in
termedia. ſumment enim quod in queſtione uerſatur. aliud autē quid quæſo capiet
quo diſcernatur? In controuerſia igitur fuerit ſit non ſit intelligētia? Sed eſto ut cō
feſſum liquidumq; habeatur mentem eſſe, adhuc non poterit de rebus iudicium fer
ri. Si enim neq; ipſa in ſe ipſa exacte peſpicit, ſed lis agitatur de eius ipſius eſſentia &
initiis, & loco in quo eſt; quo pacto poterit aliorum quidpiam diligenter appræhen
dere? opus certe aiūt prius cognoſci ipſam quid ſit & ꝗ uera, ſi ueri ipſius regula ha
beri debeat. cognoſcatq; oportet ſe prius ueri eſſe regulam, anteꝗ uerum ipſa diiu
dicet, ut architectus amuſſi cognita, rectum ab obliquo diſtinguit. quid igitur ipſa
ſit? nondum philoſophis conuenit Dicæarchus enim uti ē narratum eam nihil aliud
eſſe dixit, niſi quodammodo corpus. Alii dixerunt eſſe, non ipſo tamen contineri cor
pore quorum alii extra corpus ut Aeneſidemus heraclitū ſecut9 arbitrati ſunt eſſe.
Alii in toto corpore, ut quidam democritii: Alii in parte corporis, quorum etiā mul
tiplices uariæq; ſententiæ. nam alii differre a ſenſibus. Alii eandem eſſe cum ſenſibus
opinati ſunt, tanꝗ incidentem per quoſdam ſenſoru locos, cuius diſſenſionis & ſtra
ton phyſicus, & Aeneſidemus principes extitere. Cæterum ſi ſtatuatur mentem rerū
eſſe iudicatricem, cum tanta ſit mentium & tam multiplex differentia? quo pacto
per eam ipſam iudicauerimus? Alia enim eſt Gorgiæ mens cogitatio ue, aut opinio,
aut notio, ita enim quam græci διάνοιαν uocāt: quod paulo ante dixi: facile appella
uerim, alia inꝗ Gorgiæ ſecundum quam nihil dicit eſſe, Alia heracliti ſecundum quā
dicit omnia eſſe, quo pacto igitur mente, hanc ipſam mentium differentiam iudicaue
rimus? neq; enim rite dicturi ſumus huic accedendum menti, Ab illa diſcedendū, Ab
hac ſtandum aduerſus illam. Si enim mente quadam ferre iudicium auſi fuerimus, di
ſcordiæ partem aſſummentes, quod uertebatur in queſtione rapuimus: quod princi
pio negatum fuerat & in controuerſiam ductum, tanꝗ ambiguum & pro confeſſo &
pro certo deſumpſimus. quem modum argumentandi Ariſtoteles non admittit. Si
uero alio quopiam quod non ſit mens, litē dirimemus, fallaces depræhendemur, quo
niam iam ſanximus ſola mēte res ipſas metiri oportere. Et ſane ex iis quæ ſupra ſunt
dicta de iudicatorio cui nomen eſt inditum i quo, oſtendere ſe credunt ꝙ neq; ſoler
tiorem aliquam, & quæ aliis præſtet in iudicando mentem inuenire poterimus, quæ
etiam ſi inueniatur aliqua ſolertior omnibus aliis quæ fuerunt olim & quæ ſunt in ꝑ
ſens tempus: quoniam tamen manifeſtum non eſt, ſi aliqua eſt in poſterum futura ſo
lertior, aſſentiri illi ipſi neutiꝗ oportuerit. Si uero ſtatuamus mentem ſolertiſſimam
omnium & ſubtiliſſimam, & quæ indiſcurſu omnibus antecellat, aſſentiemur ne ei ꝑ
pterea, noſq; illius iudicio ſecure ſummus commiſſuri? cum periculum ſit, ne mentis
nimia uelocitate falli queant falſum quodpiam intermiſcens; quod tamē nobis uerum
eſſe eximio illo acumine perſuadeat: addamq; fieri poſſe uti diuerſis ex cauſis ſenten
tiam mutet. Reliquum eſt ut dicant utroq; iudicium fieri, hoc eſt ſenſu & mēte, quod
pariter poterit nec multo labore refelli. Neq; enim ſenſus ipſi mentem præeunt & tā
ꝗ manu ducunt ad compræhenſionem ueri, ſed illi ipſi ſæpenumero aduerſi ſunt. cer
te mel quibuſdam dulce, Amarum quibuſdam uidetur. Addo ego non ſanis dulce ſo

Gorgias.

Dicæarchus.

Aeneſidem9.

Quã ſit mel le guſtuũ diſſidia.

lũm,ictericis tantummodo amarum uideri ut ante diximus.nec mel colchicum afferi
mus i medium quod amariciæ perfundi,aut ſardoum quod tanq̃ uitiatum abſinthio
aſperitate ſuffundi memoriæ proditum eſt,aut ponticum etiam aliquibus ãnis per
nitioſiſſimum Authore Dioſcoride.nam id aliquibus non debet ſanis uideri dulce,cũ
ſani & amarum & aſperum & pernitioſum ſint experti.Sed de aliarum mele regionũ
dicimus aſiæ terræ,greciæ,ſiciliæ,quod omnes cum dulce pronunciant guſtatum,alii
tamen aliter decreuere,& ſe diuerſo modo mel ipſum ſentire dixerũt Authore ſex-
to.Democritus neq; dulce ipſum dixit eſſe neq; amarum:& dulce & amarũ dixit He-
raclitus.& circa alios ſenſus aliaq; ſenſilia idem iudicium.ſic igitur à ſenſibus profe-
cta cogitatio mentiſq; ſententia,diuerſa & pugnantia cogitur decernere:quod qui-
dem a iudicatorio eſt alieniſſimum.Ac uideri quidem poteſt uti ſenſus impediat mẽ
tis iudicium,quemadmodum enim ſi inter uiſum & rem uiſilem corpus inciderit,nõ
ſinet ut uiſus rem poſſit uiſilem compræhendere,ita ſi inter mentis notionem,& rẽ
quæ extra iacet,uiſus qui amens ipſe eſt,intercedat:non permittet notionem rei ex-
trinſecus poſitæ percipi:atq; ita in cæteris ſenſibus,nec internis,nec ratione pollenti
bus,uti guſtu,auditu,reliquis.quare intus poſita mens & ſenſibus obumbrata, rectã
nequibit de rebus extrinſecus poſitis ferre ſententiam:& eo magis etiã res liqueſcet,
ſi aduerterimus non apponi menti ſpectandas res miniſterio ſenſuũ,qui propriã tan
tummodo nunciant affectionem paſſiõemue.exempli gratia tactus calefactus igni,
non ignem menti,Sed calefactionem præſentem facit:cuius proprie fit compos:Mẽs
non fit.alioquin non diſtingueretur à ſenſu,ſi uidelicet ſenſiliter moueretur.Diuerſa
itaq; eſt rei appræhenſio per ſenſum,ab ipſa re multoq; magis rei ipſius notio mente
concepta,etiam ſi ſimilis eſſe perhibeatur. quis enim ignorat longe differre notionẽ
rei ſenſilis ab ipſa re.Ignis enim notio non comburit,cõburit ignis:q̃ſ ita re ignẽ urẽ
tem eſſe,ex ipſa eius notione quo pacto depræhendimus?& flagellum inflictum car-
ni dolore carnem afficit,ipſum tamen non eſt dolor,nec in eo dolor inhabitat : Nõ ſe
cus ſi mel dulcore abſinthium amaritie,ignis calore,ſenſum afficit,nec ignem calidũ,
nec mel dulce,nec abſinthium amarum,extra controuerſiam pronũciaueris. ſicut ſo

Auth.pro. ſcep.

lem etiam authore Ariſtotele & toto lyceo conſentiẽte,falſo calidum aut putaueris,
eſſe aut aſſeres , recte tamen illo te calefieri & dices & ſenties:Hoc ipſe quod ſcepticis
ſuffragari uidetur exemplum in medium duxi.quare ſi rite talia eſſe pronuncies,con
iectura ſane ob eius ſimilitudinem aliquo modo perceptam,non autem certa & exac
ta ratione pronunciaueris.ſicuti ſi Socratem nunq̃ uidiſſes,Socratis tamen inſpexiſ
ſes imaginem,nunq̃ ſcites illam ipſam ei eſſe perſimilem.quo fiet ut ſenſu iudicari re
rum notiones perfecte nequeant.Sed aliqui dogmaticorũ qui animæ confundũt par

Reſpõſio dogmaticorum.

tes & affirmant quemadmodum mel & humidum & dulce,ſic animam dicunt intelle-
ctilem & ſenſilem & hanc partem a ſenſibus,illam ab intellectilibus moueri, nihil om

Confutatio ſcepticorum.

nino dicunt q̃tum attinet ad propoſitam quæſtionem.Nam diuerſas eſſe poteſtates
negari nequit & unam quãq; proprium ad munus obeundum delegari, alioqnin &
rationalis ſimul & irrationalis haberetur,circa idem prorſus nulla diſtinctione uer
ſata.an in re materiæ obnoxia id non uident?mel & flauum & dulce eſt,alterã tamen
qualitatem uiſus,alteram guſtus uſurpat,nec alteruter ſenſuum,cum alterutro , ĩ ob
eundo ꝓprio munere cõmunicat.& ſane tam diuerſa iudicia mentis,ſenſuum miniſte
rio effici nequit,ut in unum coeant.quare aut diuerſi ipſi,aut quo minus ſint diuer-

ſe mentis notiones ipſi non impediunt.Num fuere philoſophi qui omnia quæ dicuntur tanq̃ uel falſa uel ambigua ſuſtulerint,ut Democritii?fuere qui conſtituerint ut epicurei & protagoræ ſectatores?fuere qui nonnulla ſublatum iri uoluerint, quædã reliquerint ut ſtoici & peripatetici?aut igitur omnibus ſenſibus & omnibus illorum differentiis,itemq́ omnibus intellectionibus & mentium notionibus, res diiudicant aut quibuſdam?Si omnibus dixerint,dicent impoſſibilia,cum tot diſſenſiones in ſenſibus,tot pugnæ in cogitationibus & intellectiõibus apparuerint.ſubuertetur enim & ſe ipſam deſtruet ratio:Gorgiæ maxime cogitatione accedente,qua negatur neq́ ſenſui neq́ cogitationi aſſentiri oportere.Si uero quibuſdam aſſeruerint res diiudicari debere,quo pacto interſtinguent quibus natura accedendum uel ſenſibus uel animi ſententiis?& a quibus declinandum?Cum adhuc decretum non ſit communi conſenſu,quod nam haberi oporteat iudicatorium,quo ſit utẽdum in diſcordia ſenſuum & pugna mentium?ſi enim ſenſu & opinione cogitationeue,ſenſus opiniones ue diiudicandas cenſuerint,res quæ in queſtione uerſantur pro re iudicata deſumment.nam quæritur adhuc ſi per huiuſcemodi iudicatorium ferri ſententia aut poſſit aut debeat.Sed & illud non omittendum inquiunt ſceptici,ut dogmaticis ingeratur philoſophis,Nam uel ſenſibus,ſenſus & mentium cogitationes , uel cogitationibus,ſenſus & cogitationes,uel ſenſibus cogitationes,cogitatione autem ſenſus diiudicauerint.q́ ſi uel ſenſibus uel mente utraq́ iudicare uoluerint,eligant alterum quod maluerint,& eos illæ ſequentur,quæ ſupra ſunt allatæ difficultates . Si autem ſenſibus ſenſus,cogitatione cogitationes,interſtinguere,ſecernere,& iudicare uoluerint,quoniam pugnaces ſunt & ſenſibus aduerſantur ſenſus,& cogitationibus cogitationes,quem nam maluerint ex pugnacibus ſenſibus ad aliorum ſenſuum iudicium deligere?& quam nam cogitationem ad ſententiam de aliis ferendam ? ſenſus enim communis hoc loco non meminerunt,ſed aduerſus illum etiam ut arbitror tã q̃ diuerſum,ſicut & de cogitatione & de phantaſia diſputaſſent. Certe quod quærebatur pro confeſſo capient nec conſentiente aduerſario,ſed reclamante,& repugnãte rapuerint.pars enim eſt diſſidii illa quæ tanq̃ pacata ſumetur . & res controuerſa uti res iudicata decernetur.Si uero ſenſibus cogitationes,cogitationibus autem ſenſus ſunt iudicaturi.promiſcuus ille qui ſupra eſt reprobatus locus introducetur . ſecundum quem ut ſenſus diiudicentur,opus eſt habere iam iudicatas cogitationes atq́ decretas:atq́ ut cogitationes probentur,ſenſus eſſe præiudicatos oporteat . Quoniam igitur neq́ ſimilibus & unius generis iudicatoriis,ſimilia & unigena diiudicari queunt,neq́ unigenis Alienigena,neq́ alienigenis unigena , fieri non poterit ut aut mentem mente,aut ſenſum ſenſu,uere & extra controuerſiam iudicemus. Atq́ hæc ferme ſcepticorum eſt de ſecundo iudicatorio diſputatio quæ nobis nihil officit,qui noſtræ principia diſciplinæ non uiſu,aut guſtu,ſed auditu qui etiam ab Ariſtotele proprie dicitur eſſe ſenſus diſciplinæ haurimus,fides enim inquit Apoſtolus ex auditu,auditus autem per uerbum Chriſti ,hominis.ſcilicet & dei , qui nec fallit nec falli poteſt . quod uerbum infinita , ſupra omnem ſenſum & humanam rationem ſigna,confirmauerunt. Pro chriſti fide.

De iudicatorio cui nomen eſt ſecundum quod.idq; quibus argumentis pyrrhonii appellãt,ibiq; laus chriſtianę diſciplinę. Caput.xxxiiii.

HIs igitur atq; ſimilibus ratiõibus cum pyrrhonii philoſophi mentis & ſen
ſus iudicatorium reddere incertum molirentur,non tamen circa phanta
ſiæ iudicium cui nomen fecere κατʼ ὅ hoc eſt ſecũdum quod,res uidelicet
Viſum phãtaſia. ipſæ iudicantur,minus curioſi fuerunt.primum itaq; aiũt ſi uiſum,ita.n.
phantaſiam uertit apud Ciceronem uarro,quæ quidem phãtaſia imaginatio dici ſo
Liber auth. de imaginatiõe, let a latinis,ut in noſtro de imaginatione opere diſſeruimus.dicta autem græcis qua
ſi φαοςασία Ioanne philopono & ſuida authoribus,quoniã ſit ἰὠνφαν θίνἴων ςασισ.ſi
itaq; hæc phantaſia eſt,ut dicitur eſſe a cleanthe,quædam in parte animæ duce, græ
ci uocant ἡγεμονικὸν impreſſio informatioue,ſecundum æqualitatem & exceſſum,
ſiue tenuis,immutatio uti uiſum Chryſippo,facile refellitur.Anima enim uel pars il
la ſpiritus eſt,uel quiddam ſpiritu ſubtilius,quo fit ut non facile queat quiſpiam im
preſſionem ipſa in parte imaginari.Id ãutem ἡγεμονικὸν quaſi ducale principaleue ſi
Marcus phs et imperator ue præcedens dixeris,& κυριεῦον.hoc eſt & dominans,nam Marcus Antonius impe
rator & philoſophus ex ſtoica ſecta,nomina hæc promiſcue capit eo in libro cui ti
tulum fecit τῶν καθʼ αὑτόν.Id inq̃ hegemõico n carni miſceri & ab ea neſcio quid ha
Ariſtoteles. bere,dictitant.Nam ſi dicatur motus factus a ſenſu ſecundum actum uti definit Ari
ſtoteles,idem de ea quod de ſenſu fere decernent,ſi ſenſili uidelicet in parte iſta ipſa
recipietur impreſſio.Si uero in parte intellectili uel æquabilitas cogitetur, uel exceſ
ſus impreſſionis,ut in ſigillis idẽtidem ſpectamus,ubi nam quæſo ſine mõſtroſa mu
tatione rerum tantarum memoria excipietur?res enim quæ imprimuntur ſuperue
nientibus aliis maioris & uis et impetus ãbolentur.tenuis quoq; imutatio ſi affectio
ne eſt introducta,acceſſu maioris fortiorisq; delef.Si mutatione ſubiecti corrũpef,id
ipſum qđ ſuſcipit.Cæterũ ſi excogitemus aliquã eſſe phantaſiã, incõphenſilis ea ta
men erit.Si quidem affectio ſit ſiue paſſio ἡγεμονικοῦ .ipm aũt ἡγεμονικὸν . cum non
Aſclepiades. dum exierit litem:nãq; Aſclepiades & ſectatores nullum eſſe contendũt, qui uero id
recipiunt de loco & ſede diſſentiunt.cũm inq̃ controuerſum ſit & ambiguum, & ipſa
quoq; eius ipſius affectio facile non compræhendetur.Sed demus compræhendi poſ
ſe phantaſiam,propterea ne poterit ſecundum ipſam de rebus ferri ſententia? neq;
enim per ipſam tantummodo coniiciet,quæ ſunt extrinſecus,& imaginem rei notio
nemue animo concipiet,Sed ſenſibus intermediis. ſenſuum autem iſthæc impreſſio
uel mutatio,aut eadem,aut diuerſa eſt ab eo,quod in parte illa animæ principali im
primitur.Si eadem,cum ſenſus ratione careant,& carebit ratione quod ſuſcipit. qui
enim aliter dici poteſt?ſi impreſſio hæc nihil aliud nunciat q̃ quod per ſenſus hau
ſtum eſt.ſi autem aliud,tale non erit quod imaginatione concipitur quale in re eſt,
ſed ab ipſa rei ſubiecta diuerſum.præterea ſenſus ea quæ illis extrinſecus obiiciũtur
non compræhendunt(ut diximus),uerum ſuas ipſorum tantummõ affectiones.quo
fiet ut phantaſia a ſenſuũ dependeat affectione,quæ differt a re extrinſecus poſita
& ſenſili ſubiecta poteſtati.q; ſi hæc affectio rei extrinſecus poſitæ diuerſa eſt,phan
taſia ipſa qđe erit,nõ ipſius ſubiectæ rei extrinſecus,ſed alteri9 quod ab illa differat?
q̃re ſi ſecũdũ eã mẽs ipſa tulerit ſniam,ppерã oino neq; ſecũdũ rẽ ſubiectã , neq; rite
ptulerit.Neq; illud ẽt recipief ut aĩa p ſenſiles affectiões ea,q̃ ſunt extriſec9 poſita cõ
cipiat

cipiat, propterea q́ ſimiles ſint ſenſuum ipſæ affectiones, iis quæ extra ſunt poſita, & ipſis ſubiecta ſenſibus. Vnde enim mens nouerit ſi ſimiles ſint affectiones paſſiones ue ſenſuũ, rebus ſenſibilibus? cũ nec in res extrinſecus poſitas iciderit, niſi forte ſenſibꝰ intermediis: neq; ſenſus ipſi rerum earum naturã declarauerint: ſed affectiones paſſionesue, quæ ſunt ab ipſis inuſtæ ſenſibus. Ad hæc phantaſia imaginatione rei cuiuſpiam, effectus eſt rei imaginatæ. imprimitur enim ſenſibus intermediis, rei extrinſecus poſitæ in animo phantaſma & ſimulachrum: quare cum ſe applicat mens ad quicq̃ concupiendum, tum effectum quendam & tanq̃ imaginem rei extrinſecus poſitæ, hoc eſt ipſum ſpectrum, phantaſma, ſimulachrum, imaginem, non ipſam in ſe ſe rem concipiet. q́ ſi quis dixerit ex affectibus & diſcurſu perſuaſam mẽtem, rebus extrinſecus poſitis appellere, eum multæ quæ allatæ ſunt ſuperiꝰ difficultates circũſtabũt. uel enim eædem ſunt res poſitæ extrinſecus cum imaginibus earum quas cõcipimus animo, uel ſimiles. Si eædem, quo pacto fieri poterit ut idem ſit eiuſdem rei & effectus & cauſa? alterum enim ab altero diuerſum: oſtendimus enim rem extrinſecus poſitã eſſe cauſam rei imaginatione conceptæ. ſi uero ſimiles, certe quod ſimile eſt, ab eo eſt diuerſum, cui eſt ſimile. hoc eſt cum eo non idem. quare ſimilia rerum quæ iacent extrinſecus, non ipſæ res animo concipientur. Sed quo nam modo ſciet mens ea eſſe ſimilia? aut enim ſine phantaſia hoc arbitrabitur, ſed hoc fieri nequaq̃ poſſe ipſe etiã cenſuit Ariſtoteles, docens neceſſe eſſe intelligentem phantaſmata ſpeculari, aut cũ phantaſia. Sed qui fieri poterit ut cognoſcatur an ſit ſimilis rei, ſi res ipſa cognita nõ fuerit? In re autem cognoſcenda ut perueniat phantaſia, ad ſe ipſam cognoſcendam quo nam modo perueniet? num ſi ita fiet erit & phantaſia ſimul & res phantaſia ipſa compræhẽſa? atq; ita idem erit a ſe ipſo diuerſum, eiuſdemq; rei erit & affectus & cauſa. Atqui ſi hæc omnia dentur excogitari poſſe: phantaſiam eandem poſſe compræhendi, eandem ſuſceptibilem eſſe rei decernendæ, & reliqua omnia gratis concedantur, quid amplius molientũr? reſpondeant quæſo num cuicunq; phãtaſiæ ſunt aſſenſuri? aliquam certe, ſi cuicunq; aſſentientur inuenient, qua decernetur omnes phãtaſias aut imaginationes eſſe fallaces, ita erat Xeniadis corinthii imaginatio, atq; ita ſubuertetur ratio, & inſolubile argumentum emerget. Si quibuſdam dicẽt aſſentiri oportere: quibuſdam minime, aut ſine phantaſia hoc dicerent quod erit abſurdum, uti ſupra oſtenſum, aut cum phantaſia. Sed quomodo illam ipſam capient? quam uidelicet ſunt ad aliarum iudicium phantaſiarum imaginationumue capturi. Rurſum enim alia ipſis phantaſia opus erit, ad aliarum iudicium ſtatuẽdum, & ad huius quoq; iudicium alia indigebunt quo ad infinitum uſq; procurrat oratio. Cæterum fuere qui dicerent omnem phantaſiam eſſe ueram, uti protagoras: fuere qui omnẽ falſam, uti Xeniades: fuere qui alias ueras alias falſas, ut Stoici, Academici, peripatetici. Sed ſi omnes non recte phantaſiatos (quod cum præfatiõe ueniæ ſit dictum, & honos ſit auribus eruditis) aperte monſtraretur: dubio procul fieret ueritatis iudicium nõ debere in phantaſiam referri. Sane protagoræ & Democritus & platon obſtitere & accuratius philoſophi quoq; ſceptici contradixere. Si enim omnis phantaſia uera diſcurſus ipſe ſubuertetur fietq;, ut διὰ περιτροπὴν, quod græci dicunt, reuoluatur concluſio. quod genus argumentandi antiſtrephonta nonnulli uocauerunt. Si enim omnis phantaſia uera eſt, & non omnem phantaſiam eſſe ueram alicui phantaſiæ cõſtitutũ fuerit, ſic oẽm phãtaſiã eſſe uerã falſum habebit. Sed & p̃ter hanc conuerſionẽ

Xeniades

Protagoras.
Xeniades
Stoici.
Academici.
Peripatetici.
Democritus.
Platon
Sceptici.

repulſionemq́;,ex rebus quæ apparent id conuincetur,neq; enim mouemur æquè ad aſſentiendum huic conceptioni,dies eſt,cum ſolis radii aerem perluſtrãt,& huic nox eſt,eodem fulgore perſtante.neq; huic Socrates Athenienſis in lyceo diſputat,Socrates diem obiit ſumpta cicuta.ſic & in conſecutionibus apparebit,quas græci ſtoici συνημμένα,antiqui latini connexa & coniuncta uocauere.Iuniores uero conſequentias conditionales,ſi dies eſt lux eſt,Si ambulas moueris,uera eſſe hæc quis dubitat?& has phantaſiæ conceptiones damnari nequire.contra uero falſas,ſi dies ē tenebræ ſunt, ſi ambulas non moueris.Multa prætereo quæ ſextus empiricus in primos contra logicos uolumine,aduerſus phantaſias & copioſe & ſubtiliſſime diſſerit.non mõ euertere curans oẽs non eſſe ueras,ſed nec omnes quoq; falſas,iiſdem fere argumentis.nam ſi omnes falſæ & nulla uera,uerum erit nullam eſſe ueram,& ſi uerum ē nullam eſſe ueram,Aliquam eſſe ueram plane conuincet.Manifeſta quoq; phantaſiatum eſt ipſa diſtinctio nam aliis ab aſſenſu diuellimur,aliis impellimur ad aſſentiendũ,ni hoc eſſet: neq; experientia neq; inexperientia,neq; ars ulla,neq; ignoratio rerum ulla uideretur.uerum ut nec aliæ ueræ,nec aliæ falſæ debeãt iudicari,multa molitur,uotũ id philoſophorum magis eſſe,q̃ ueritatem arbitratus.nam ſi de captatrici phãtaſia uerba fiant,quæ a re exiſtenti quatenus exiſtit depromitur,& tanq̃ inuritur animæ, qualis utiq; a re quæ non exiſtat non poſſet excerpi,uti ſtoici decernunt,contradicit carneades,fieri poſſe ratus ut a rebus quæ non exiſtunt uiſa phantaſiæue depromant quales ab iis quæ exiſtunt depromi ſolent,nec ſecus iis ac illis opere ipſo aſſentiri a pleriſq; conſueſſe.Sic & in ſomnis qui ſitiens bibit,delectatur falſa imagine,& qui timet uano metu clamat.Sic & in furore,aliud pro alio capitur.Nec ſecus falſæ ac ueræ imaginationi præſtatur aſſenſus ab iis qui mente ſunt abalienata.quo pacto(ut eſt in fabulis)hercules dum furetet,phantaſiæ qua concepit proprios filios non proprios eſſe ſed euriſthei,actionem illi opuſq; coniunxit,eos uidelicet interficiens quos hoſtis ſcilicet filios falſo concepit:Actus autem quo uſus eſt agnoſcens,ueram habuit phantaſiam,atq; hanc ueram ei quæ filiorum erat falſæ permiſcuit.Si igitur ſunt captatrices phantaſiæ imaginationeſue quatenus nos ad aſſenſum opuſq; conducunt, quoniam & falſæ etiam id efficiunt,non poterit eiuſmodi promiſcuæ & ambiguæ poteſtati, tuto iudicium tribui.Addiderim ego aduerſus ſtoicos platonicis & ſcepticis hac etiã in parte ut quandoq; ſoleo ſuppetias ferens,non ſolum in iis qui furore aguntur,ſed in his qui ſani ſunt fieri captatrices eiuſmodi phantaſias,nõ tantum extrinſecus,ſed intrinſecus mutatis ſcilicet quattuor ãni partibus.alia enim uere,alia autumno, alia hieme alia æſtate ſæpenumero concipimus,quoniam mouentur humores,& temperamentum uarie affectum uaria præſentat phãtaſmata.quis enim ambigat cum trudit gemmas Zephyrus,cum frondent ſiluæ,cum formoſiſſimus annus, Hilariores & rerum delectabilium altrices exciri phantaſias,magis q̃ hieme?æſtate quoq; cum læto turgent in palmite gemmæ.alias oboriri & ab iis diuerſas quas impreſſit boreas dum foliis decuſſit honorem?eodem etiam immenſe uel uento,uel imbri,uel ſerenitate permutantur,permutato ſcilicet corporis habitu,ſtatuq;:uel etiam commoto,non in hominibus ſolum ſed in brutis etiam animantibus,eoq; in iis magis,quia eis ipſis imaginibꝰ rõne qua carẽt ipſe nõ obſtẽt,ut tẽperamẽti naturalẽ diuerſitatẽ omittã. nãq; ubi tẽpeſtas & cœli mobilis humor mutauere uias,uertunt ſpecies aiorũ & pectora motus,nunc alios,alios,dum nubila uentus agebant concipiunt,hinc ille auiũ concentus

Connexa. Conſeq.

Sextus Empiricus.

Carneades

Author i ſtoicos

Verg. carmĩa.

concentus in agris,& lætæ pécudes & ouantes guttùre corui, prætéreo cōgitationes
rerum & præteritarum in hominibus & futurarum:ſileo crapulæ,inediæ, ſobrietatis,
ebrietatis,ſomni,uigiliæ,diuerſarum regionum,motus,quietis,& aliarum rerum ua
rias conditiones:quibus uariæ concipiuntur imagines,uariaq; phantaſmata.demū/
q; ſupernarum mentium afflatus omitto,ex quibus & expreſſe & fixæ,& certæ.phan
taſiæ:quæ eiuſdem hominis imaginationibus aliis quæ certæ alias habitæ ſunt aduer
ſantur.redeo ad Academicos qui ſtoicos philoſophos,ex porticu ducūt in ſolem: ca
piuntq; oua duo omnino ſimillima,& alterum poſt alterum ſpectandū exhibent,in/
uicemq; permutant:ut enuncient ſtoici tandem ſine errore ſi poſſunt,utrū unum ſit,
& ſolum ouum,quod ſæpius oſtenſum eſt,an aliud & aliud?eoq; rem euehūt,ut phā
taſiā capiant a re nō exiſtēti,ac ab ea quæ & exiſtit & conſtat.ſubiiciunt & illud ſi qc
q̃ alicuius rei cōpræhenſile eſſet,id maxime eſſet uiſus.uidetur enim colores,magni/
tudines figuras,motus,captare atq; cōpræhendere.At inquiunt non eſt ita. Mutant
enim homines in horas,actionibus.natura,ætatibus,circūſtantiis,ſanitate , ægritudi
ne,ſomno,uigilia.Addo rei eiuſdem phantaſiam tam ſæpe uariari ut eandem nō eſſe
dici nulla iniuria queat:ſi quidem aliena eſt frequenter ab ea imagine quæ antea ani
mo capta eſt:euanida enim priore illa,eius loco alia ſufficit,non rei ipſi aqua deprō
pta eſt ſimilis,ut ſimilis erat prior imago,ſed ſimilis uerius imagini q̃ rei,aut ſaltem
non omnino diſſimilis,quatenus ad illam ipſam imaginem rememorandam quoquo
modo conducit.quare iudicatorium rite non habebitur captatrix phātaſia.Vti enim
id quod aptat & conſonat obliquo,recti iudex eſſe non poteſt:Ita nequit ipſa phan
taſia ſine periculo iudicare:quæ & falſis & incompræhenſis tanq̃ ueris & rite cōceptis
quandoq; aſſentitur.peccant iuſuper ſtoici illud,quod alterum per alterum probāt, Cōtra ſtoicos
in definienda enim captatrici phantaſia rem exiſtentem poſuere.At rem exiſtentem
cum definiunt adhibent captatricem phantaſiam.quid enim eſt res exiſtens , ipſi τὸ
ὑπάρχον dicunt, interrogati,reſpondent id quod mouet phantaſiam captatricem. Il
lud uero uidentur hac in re peccare Academici,q; phantaſiam proprerea iudicē con Cōtra acade
ſtituunt non captatricem,ſed quam πιθανὴν hoc eſt perſuaſibilem dicunt,quia uel p micos.
eam utilia degendæ uitæ decerpunt dogmata ,uel quia in rebus ueritatem, eius ope
& ueſtigant & decernunt.Aberrant primum q; nulla propria & ſola uſui ē ad actio/
nes & officia uitæ,ſed una quæq; utilis,ſi obſeruatio fuerit frequenter adhibita ſecun
dum quam alia quidem erit,ob hoc perſuaſibilis,Alia ob aliud erit,ut ipſi dicunt διε
ξοδευομένην & ἀπερίσπαστον hoc eſt & obambulans & incōuulſilis.Deinde uero fallūtur
quoniam perſuaſibilis phantaſia ſola erit iudex ueri.opus enim ut hoc inueniatur
multo antea percurriſſe,ne ſuſpitione & coniectura loco certi iudicii freta mens,fal/
ſum pro uero diiudicet.ut autem ipſi damnabant ſtoicos quoniam confundi & miſce
ri poterant in captatrici phantaſia certa cum uanis,& cum firmis mutabilia ,ita ipſi
damnandi,qui nihil adhibent certi atq; conſtantis in ſua perſuaſibili , cui non queat
etiam quicq̃ falſitatis ipſo indiſcurſu & tanq̃ animi peregrinatione,in captandis exē
plis admiſceri.Illud poſtremo repellunt cum aiunt iudicatorium idcirco poſſe con/
ſtitui,quoniam rectum ſui pariter & obliqui poteſt eſſe iudex,qūod in regula,in ſta
tera,& cæteris uiſitur.puerile hoc dicunt eſſe pyrrhonii.quoniam unum quodq; ſi/
milium inſtrumentorū ſupponit iudicio ſenſus,mentiſue.qbus illa ipſa iudicatoria
conſtituunt.atq; ita iudicatoriū oē ſuſtulerunt,ut in ambiguo relinquant. aduerſati

ſimul & iis qui conſtituunt illud,& iis qui ſublatum uolunt,ut aſſenſum cohibere de tur.quod certe nobis diuina non humana authoritate nitentibus non perſuadebũt, gentibus perſuadeant ſi uolunt in caligine uerſantibus,nos lucem hauſimus, & ueri tatem mentibus noſtris diuinitus infuſam.Ipſam autem in ueritatem humanitus in uentam,ut eam uidelicet infirment,quemadmodum eius iudicium infirmare moliti ſunt,multa parauere.

Nota ꝑ christiana fide.

De uero qd ſcepuci in uniuerſum diſſeruerint ut illud redderẽt ambiguũ. Caput.xxxv.

QVod & ſi concedatur inquiunt iudicatorium haberi,inutile tamen id eſſe ꝑ ſpicietur ſi ueritas non extiterit:& inconſtans uerum eſſe monſtratum fue rit.ueritatem autẽ a uero trifariam diſtinxiſſe philoſophos maxime ſtoi cos oſtendimus,atq; aliter q̃ nos cõſueuerimus.de uero autem agendum eſt,quod ip ſi ueluti dignitatem & enunciabile capiunt.omnium uero enũciabilium ſcientiã eſſe ueritatem putãt.Verum itaq; apud ipſos authores ita ambit ueritatem,ut uerorum collectio ſit ueritas,quæ plane tollitur ipſo ſublato.Cæterum bifariam uerum ipſum ambiguum reddere conantur ſceptici.In cõmuni primum,qua de re in principio ſe cundi uoluminis nõ nihil egimus,hoc loco accuratius acturi:deinde & particulatim & exacte magis.Itaq; cum de uero(inquit ſextus)ſit cõtrouerſia etiam apud dogma ticos,quando alii quoddam uerum eſſe fateantur,alii nullum,dirimi certe ea non ui detur poſſe.iis enim qui affirmant,ſi ſine demonſtratione affirmant fides non habe bitur:tenui enim & ſine uiribus affirmationi,tenuis & infirma negatio debetur.quia iam controuerſum eſt uerum,& uaria ſententia diſtractum. Si uero demonſtrationẽ attulerint,eam ſi falſam fatebuntur,ſibi ipſis ipſimet abrogabunt aſſenſum. Si uerã dixerint,in locum promiſcuũ incident,& demonſtratione uera opus erit,atq; ut hæc uera probetur,alia,itemq; alia,ut nullus tandem terminus inueniatur.Infinita uero demonſtrari non poſſe quis ambigat?Atqui ſubdit,ipſum quid,ſiue ens, maxime ge nerale adeo,ut uaſto ambitũ claudat cætera,uel uerum eſt,uel falſum,uel neq; uerũ neq; falſum,uel & uerum & falſum.Si primum dederint,fatebuntur omnia uera,Si.n. quod ambit omnia genera uerum eſt,facile quæ ſub ipſo clauduntur uera eſſe cõuin citur.& nihil falſum,quo conuincetur non eſſe uerum.alterum enim altero dignoſci tur.Si ſecundum conceſſerint,omnia erunt falſa eadem quam ſupra attulimus ratio ne,ex quo deducũt nihil eſſe uerum,ac per hoc nihil falſum cum alterum & ſtatuat, & tollat alterum.falſo autem non exiſtente neq; uerum inuenietur,alterum enim al terius collatu cognoſcitur.& præterea ſi omnia ſunt falſa,uerum eſſe cõfiteri neceſſe eſt,cum uerum ſit nihil eſſe uerum:ſi tertium faſſi fuerint,fateri etiã eos oportet par ticularia omnia quæ neq; uera neq; falſa eſſe dicuntur non fore uera,atq; obſcurum erit & dubium nobis,an uerum in rerum natura reperiat.quod ſi reſponderint ideo neq; uera,neq; falſa,quia bonum & malum in rebus,uerum & falſum in intellectu cõ ſiſtant,quare opus eſſe compoſitione & enunciatione:Audiant nunc de unaquaq; re quod dicitur ipſa etiam de compoſitione dici,quãdo & extrema & eorum copula en tis ambitum non effugit.Sed q; in enunciationibus etiam uerum nõ inueniatur par ticularis diſputatio non multo poſt ſuſcipietur.Si autem quartum admiſerint,unum quodq; particulare & uerum etiam erit & falſum,ex quo deducetur nihil eſſe uerum

Quid uerum et quatenus a ueritate ſecũdũ ãtiquos pħos differat

Remotio obiectionis.

ſuapte

ſuapte natura.quod enim talem habet naturam ut uerū ſit,omnino falſum eſſe nō
poteſt,ipſa ſtante & permanente natura.Ad hæc uel ſola quæ apparent uidenturue
(ut inter initia huius ſecundi libri dicebatur)uel item ſola quæ nō uidenf uera ſunt.
Aut eorum quæ uera ſunt,aliqua apparent uidenturue,aliqua non apparent.Si ſola
quæ uidētur dederint,aut omnia daturi ſunt aut aliqua:ſi omnia ſubuertetur ratio,
uidetur enim aliquibus nihil eſſe uerum:& quæ per ſomnum & furorem uidentur ue
ra,non ſunt.Si aliqua reſponderint,ſine iudicatorio tamen id ipſum decerni nequiue
rit.ipſum autem iudicatorium uel uidebitur apparebitue,uel nō uidebitur,hoc nul
lo pacto dixerint.ſupponitur enim nunc ſola eſſe uera quæ uidenf,ſi apparebit, quo
niam quæritur quæ nam apparentia ſint uera,quæ nam falſa?inter apparentia uero
iudicatorium cum computatur,rurſum alio indigebimus iudicatorio apparenti &
item alio uſq; ad infinitum.infinita uero quis diiudicet? Si uero ſola non apparen
tia ſiue nō manifeſta uera ſuſceperit,dogmaticorum numero nō computabitur,qui
in huiuſmodi rixantur non manifeſtis nec apparentibus ut in principiis rerum na-
turalium,& quæ ex iis conflantur & coaleſcunt.& præterea pugnantia uera ſimul eē
fatebuntur,uti ſtellas pari numero in cœlo refulgere & impari quoq; numero. Si au
tem aliqua maluerint,quo nam pacto illa,ita eſſe decernent,ut aliqua uidelicet non
apparentia uera ſint,aliqua falſa,re enim apparenti non utetur,ſi uero non apparē
ti,quæremus quæ nam ſint illa non apparentium quæ uera ſint,& quæ nam falſa? in
digebit enim hoc non apparens alio non apparenti quo iudicetur,& illud alio , quo
ad infinita excurſatio proueniat.Relinquitur ut eorum quæ uera ſint,alia dicant eē
apparentia & manifeſta,alia minime,quod etiam refelletur.aut enim omnia apparē
tia,& non apparentia uera ſunt,aut aliqua apparentia,aliqua non apparentia.Si om
nia rurſum ſubuertetur oratio,atq; diſcurſus,quoniam uerum erit,& nihil erit uerū,
dicetur enim uerum eſſe pares eſſe ſtellas,& impares.Si uero aliqua eorum quæ appa
rent,aliqua eorum quæ non apparent uera cenſebuntur eſſe,quomodo iudicabimus
ꝙ eorum quæ apparent alia uera ſint alia falſa?Si enim utimur re apparenti ad infi
nitum procurret oratio.Si re non apparenti,quoniam quæ non apparent indigent
iudicio,rurſum hoc non apparens alio iudicabitur,quod ſi apparens fuerit : promi
ſcuus & qui inuicem uicioſe procumbit probatiōis modus inuehetur.Si uero nō ap
parebit,ad infinitum probatio relegabitur.præterea inquiunt uerum ipſum de quo
fit quæſtio,aut eorum eſt quæ ſuapte conſtant natura,ſuaq; differentia conſtituūtur,
aut eorum quæ ſunt ad alterum:ſi primum detur illud ſequetur abſurdū quod quæ
ſua natura conſiſtunt,ſimiliter ſui ſpeciem exhibent,non differenter & uarie.quod.n.
ūerbi cauſa calet,omnes qui caloris ſuſceptibiles ſunt pariter calefacit,non hunc qui
dem excalfacit,alium frigore afficit:Verum autem non ita,ſed unum & idem huic ap
paret uerum,illi falſum.Si autem ſecundum dare maluerint,quoniam quæ talia ſunt
intellectu & cogitatione conſtituuntur,& nulla rei facta mutatione,diuerſas accipiūt
conditiones etiam aduerſas inter ſe atq; pugnantes,fiet uti uerum non exiſtat per ſe
ſe ſed quomodo concipitur eo modo exiſtat,cogitatione ſolum nixus non rei ſubſtā
tia.Illudq; item eueniet ut idem ſit uerum ſimul & falſum, ut enim eadem columna
dextra eſt atq; ſiniſtra,Ad hunc quidem ſi referatur dextra,ſiniſtra ſi collata fuerit al
teri.& quemadmodum idem & ſubtus eſt & ſupra,ſupra quidem ſi comparetur & cō
feratur ei quod ſubiectum eſt:ſubtus uero collatu ſuperioris,ſic idem uerum diuer-

Aeneſidem9 ſis relatum conceptionibus,& uerum inuenietur & falſum.Addit ex Aeneſidemō ple raq; ſextus,in ſecundo contra logicos uolumine,quorum illa uidentur præcipua.aut uerum ſenſile eſt,aut intellectile,aut utrunq;.primum nequaq̄ uiſile enim uiſiōe ſuſcipitur ,audibile auditu,odorabile odoratu.Sic & uerum ſenſu ſentietur quod eſt ab ſurdum cum ſenſus ratione careat,qua uerum capi dicitur.Secundum neutiq̄ aut.n. omnibus cōmuniter intellectile eſt,aut quibuſdam priuatim.id nullo modo quia omnis quæſtio tolleretur,hoc & minime credibile,& præterea pugnax ac cōtrouerſum. Tertium quoq; minime ſuſcipietur,nam uel omne ſenſibile omneq; intelligibile uerum eſt.uel quoddam ſenſile quoddam intellectile.primum ſi dederint,nulla id ratione dederint,fieri enim minime poteſt:& pugnant præterea ſenſilia ſenſilibus intellectilia intellectilibus,rurſumq; intellectilibus ſenſilia,& ſenſilibus intellectilia:& ſi omnia eiuſmodi eſſent uera,idem eſſet & non eſſet, uerumq; & falſum comprobaretur. aliud autem ſi reſponderint controuerſum fuerit,de illo enim quod nam ſit & quale quæretur & diſputabitur.Ad hæc de cauſa ueritatis ut eam ſublatam iri monſtret, nonnulla ſubiecit.quo pacto inquit hanc capiunt cauſam ut apparentem ipſis?an ut minime uiſam & manifeſtam?ſi uti apparentem dixerint,mentientur docentes ueritatem non ſubſiſtere ſecundum id quod apparet atq; uidetur.Si uero non uti apparētem & uiſam,quæram q̄uomodo illis innotuit?ex ipſo an ex alio?ex ipſo quidem impoſſibile eſt,quod enim non uidetur,ex ipſo non eſt compræhenſile,ex alio ſi dixerit de illo iterum quæram apparens fuerit an non apparens?& ſic ad infinitum cedente diſquiſitione,uerum nunq̄ inuenietur.quid igitur eſt quod nobis perſuadet an uerum eſt?Sed qualem nam habet eſſentiam,ſenſilem?an intellectilem?ān utrunq;. At hæc iam inter dubia & ambigua & cōtrouerſa reliquimus.Si enim uerum perſuadet, quoniam tamen omnibus non perſuadet.Ideo omnes nō dabimus(inquiunt)ipſum eſſe,ſed & eſſe & non eſſe,& ſimul eſſe uerum & falſum,quatenus enim perſuadet aliq̄bus,uerum erit & exiſtet:quatenus uero aliis non perſuadet falſum erit.fieri autē nequit ut idem ſimul ſit & non ſit,& uerum ſimul & falſum iudicetur.igitur uerum non

Re notio ob ſercionis. perſuadebit.Niſi forte dixerint quod pluribus perſuadet hominibus id uerum eſſe: Mel igitur quoniam pluribus perſuadet ſanis ſe dulce eſſe,& uni non perſuadet icterico & febrienti,uere dulce pronunciabimus?quod quidem nugis anilibus ſimile:cum enim de ueritate diſquirimus,non ad multitudinis conſenſionem reſpicere oportet, ſed ad ipſas diſpoſitiones:una enim diſpoſitione utitur æger,& una omnes ſani, non tamen huic magis q̄ illi accedendum.quoniam ſi conuerſim procedamus,mel nō eſſe dulce ut dicamus conuincemur,habito reſpectu ad multitudinem:ſtatuamus.n.plures febre correptos & morbo icterico,unum,tantummodo ſanitate perfungi, omnibus autem iis mel propinetur,certum eſt ſi multitudinis conſenſum ſequamur mel amarum eſſe nos pronunciaturos,quoniam febrientibus & ictericis,ita ſit ex guſtu perſuaſum.ut mittam q; quemadmodum ſupra narratum,inter ſanos multa fuit de mele diſcordia.

De uero quid in particulari diſputauerint ſceptici ut reliquarum ſectarū p̄his cōtradicerent idq; diuerſe prout diuerſe uerum definiebant. Caput.xxxvi.

Qūod

Aeterum ad particularia magis deuenerunt argumenta ſceptici, ut diuer-
C ſis philoſophorum ſectis aduerſarentur, & præcipue Democritiæ, platoni-
cæ, ſtoicæ, & quæ ab iis non longe diſſentirent. Democritus autem & plato q̃ Democrit9 et plato qd d̃ ue ro.
q̃ ſola intellectilia uera eſſe dixerunt, diuerſis tamē de cauſis id arbitrati ſunt. Demo
critus enim quoniam nihil ſenſile natura ſubiici uoluit atomis, omni ſenſili qualita-
te deſtitutam habentibus naturam: Plato uero propterea quod ſemper fierent ſenſi
lia, nunq̃ eſſent, exiſterent nunq̃, inſtar rapidi torrentis, uti nec per duas minimas tē
poris particulas permanere neq; ſuſcipi quirent, ſed nec oſtendi propter fluxus ue-
locitatem, ut dicebat Aſclepiades. At enim Aeneſidemus inter ſenſilia & apparentia Quid aeneſi- demus de ue ro.
quandam excogitauit differentiam, ut eſſent quæ cōmuniter omnibus apparerent, &
quæ particulatim alicui, illa uera eſſe, hæc minime. Epicurus autem omnia ſenſilia in Epicurus de uero quid.
diſcriminatim uera dicebat & exiſtentia, uerum ita deſcribens, uerum eſt quod ſic ſe
habet ut dicitur habere, & falſum eſt quod non ſic ſe habet ut dicitur habere. ſenſum
autem ſuſceptorem dicebat eorum quæ inciderent in eum, neq; addere quicq̃, nec mi
nuere, nec tranſmutare. omnino eum eē ueracem uolebat, atq; ita rem capere, ut res
erat ſuapte natura, nec falli, cum eum excirent rerum ſimulacra. Ab omnibus tamen
ſenſilibus q̃q̃ ueris differre opinabilia uoluit quorum alia uera, alia falſa: & eſſent &
haberentur. Stoici uero uoluerunt aliqua ſenſibilium, & aliqua intellectiliū uera eē, Stoici qd de uero.
non autem ex ſe ſtatimq; ſenſilia uera pronunciabunt, ſed ſecundum relationem ad
ea quæ ipſis componerentur & adiacerent intellectilia. uerum autem definiebant, qđ
exiſteret, & opponeretur alicui. falſum quod non exiſteret, & nō opponeretur alicui:
& hæc quidem inter has philoſophorum ſectas de uero & falſo differentia. Erat & illa
diſſenſio nam alii circa ſignificata uerum & falſum conſtituebant ut ſtoici, uolentes
tria hæc inuicem coniungi, quod ſignificat, quod ſignificatur, quod occurrit. primū
eſſe uocem dicebant, ſecundum res ipſa per uocem declarata, tertium res extrinſecus
poſita in ſe ſe ſuaq; natura conſtituta, quorum trium duo eſſe corpora decernebant.
primum & tertium, medium autem incorporeum. i. res ſignificata & enunciata, quæ
& uera eſſet, & falſa: & hoc non cōmuniter omnino, ſed alia, quidem deficiens, alia per
fecta, quæ & uocaretur pronunciatum ſiue dignitas, cuius hæc erat deſcriptio, digni-
tas eſt (illi autem ἀξίωμα dicebant) quæ uera ē, uel falſa. Alii uero ut Epicurus & ſtra-
ton phiſicus in uoce ſolum, aliis duobus abiectis, uerum & falſum collocabant. Alii in
mentis cogitationiſq; motu. Inter hos collocari poteſt Ariſtoteles qui ſanxit uerum Quid Ariſto teles de uero.
& falſum eſſe in intellectu, cuius ita ſint ſigna uerba, ſicuti ſigna ſunt uerborum, notæ
extrinſecus poſitæ atq; characteres. Sed q iis contradicunt pyrrhonii, Ariſtoteli etiā
contradicere facile conſpicientur, q̃q̃ aduerſus Ariſtotelem diſputandi tribus huius
operis poſtremis libris paratus eſt mihi locus, non ex pyrrhoniis, ſed ex ipſo lycio de
ſumptus. Itaq; ſceptici damnant in primis Democritum atq; platonem, qui ſpernant Cōtra demo critū et plato nem.
ſenſus, & tollant ſenſilia ſolis intellectilibus hærentes, confundunt inquiunt res & nō
ſolum rerum ueritatem, ſed ipſarum notionem expellunt. omnis enim notio a ſenſu
fit, uel non ſine ſenſu, & uel ab incidente, uel non ſine incidente uidelicet & occurſan
te rei extrinſecus poſitæ ſimulachro. Vnde non inueniemus phantaſias quæ ſecundū
ſomnum & furorem dicūtur falſæ, alienas prorſus ab iis quæ nobis nota ſunt per ſen
ſum ſecundum occurſationem nobis factam a ſimulachro. qui enim ſibi fingit erin-
nyas ſanguineas quaſdam & draconibus impexas puellas, ex iis quæ ſibi nota ſunt ea

tũm formam componit & affingit:& qui uolantem in ſomnis hominem conſpicit,nõ ſine uiſo homine,nec ſine quodam uolatili conſpecto,id animo obrepit per quietem. Ex qbus no/tiões ſ aio cogitatiõesue, atq; ut in ſumma dicatur,nihil eſt inuenire ſecundũ notionem cogitatiõemue,quod non habeat aliquod iam notum eo ipſo de quo diximus imaginis occurſu,quod quidem capitur uel ſecundum ſimilitudinem eorum quæ ipſo occurſu apparuerunt,uel ſecundum additionem,uel ſecundum minutionem & decrementum,uel ſecundũ cõpoſitionem.Secundum multitudinem quidem uti(uerbi cauſa)ex uiſa iam Socratis imagine,ipſum non uiſum animo concipimus.Secundum augumentum uero cũ ex cõmuni hominis notione atq; conceptu,commoti & exciti imaginamur non hominem iam,ſed auguſtiori ſtatura,quali fuere gigãtes,qualiq; fingitur polyphemus q ſit ingens arduus altaq; pulſet ſydera.Secundum minutionem & decrementum,ueluti cũ ex cõmuni hominum habitu pygmæum animo uoluimus.Secundum compoſitionem uero,ſicuti cum ex uiſo homine & equo,centaurum animo fabricamus,cum tamen is nunq̃ inciderit nobis,nunq̃ oculis obuerſatus fuerit.quãcunq; igitur notionem præcedere oportet,incidentem quendam per ſenſus imaginem,quo fit ut ſublata re ſenſili,omnis pariter notio ſublata iure exiſtimetur.Ad hæc qui dicunt omnia quæ apparent falſa eſſe,& ſola intellectilia exiſtere ſecũdum ueritatem,uel ſola aſſertione contenti id dicunt,uel etiam demonſtrationem aſſiſcunt.Si ſola aſſertiõe id cõtendunt,ſola etiam negatione repellentur:Si demonſtrationem parant,eam illis ſubuertemus ſubruemusue.aut enim quodam utuntur apparẽti & ſenſibus agnito,uel minime uiſo & ignoto,primum neutiq̃ dicent,quoniam omne tale ſublatum uolũt. ſecundum uero ſi dixerint illud ſequetur abſurdũ quod manifeſto & noto indicari & cognoſci ignotum conuenit,quare platonis & Democriti ſententia nequaq̃(uti uolunt)admittenda eſt. Cõtra epicurum. excipit Epicurus quem nec admittendum rentur quoniam falſum ſit,non decipi ſenſus,cum eum iciunt ſimulachra.quando oreſtes furias ſe uidere exiſtimabat & erinnyes impexas ſerpentibus atris,eius ſenſus moti & exciti ſimulachris,ueri erant.ſuberant enim ipſa ſimulachra,ſed intellectus exiſtimans ſolida ipſa eẽ ſimulachra,& ueras furias,fallebatur.Ac præterea cum aliquas dicit ueras phãtaſias aliquas falſas & opinabilia diſtinguit a ueris ſenſilibus,quo pacto id parat? neq; enim te apparenti & uiſa.talia enim quæruntur,neq; etiam ignota & minime apparenti.per id enim quod clarum eſt & notum,res obſcuræ & ignotæ manifeſtantur. Sed enim inuitus Epicurus in ſimilem dubitationẽ cecidit,ſi enim confitetur aliquas depromi phantaſias a ſolidis corporibus,aliquas a ſimulachris nudis & euanidis,& ita ſecernit a claritate & ueritate opinionem:quero inquit ſextus quomodo inter illas diiudicat,neq; enim claritate,quæritur enim:neq; opinione, quæ per claritatẽ fit credibilis:abſurdum enim ex iis quæ magis dubia ſunt,quæ minus ambiguitatis habent,comprobari. Cõtra ſtoicos Minus quoq; ſtoicis præſtatur aſſenſus,quoniam afferre nequeũt quæ nam ſint captatrices compræhenſatricesue & a rebus ſubiectis extractæ phantaſiæ:& quæ a rebus ipſis non quatenus tales ſunt ſed quatenus uidentur:quã ſtatuũt differentiam inter ueras & falſas,ſiue ſenſiles ſint res,ſiue intellectiles:fatentur enim prodire aliquas a rebus ſubiectis,non tamen ſecundum ipſas res ſubiectas,quales q̃ inciderunt herculi furenti.ex filiis enim deprõptæ,ſed non quatenus eius ipſius erãt filii,ſed quatenus uidebantur euryſthei,alioqui eos non interfeciſſet.diſcerniculum igitur afferre nequeunt cum recte,cum perperam compræhenduntur phantaſiæ.cæ

terũ

terùm ſi fiat trànſitus àd ipſam ueritatem, enunciabili ne in pròpòſitiòe, an in uòce, an in mente conſiſtat? pugna quoq; & controuerſia multiplex inuenietur, nãq; λεκτὸν, quod illi uocant, nos dictum ſeu mauis enunciatum dicere poſſumus, decernunt eſſe quod exiſtit ſecundum rationalem phantaſiam conſtitutum. rationalis autem (uti uolunt) phantaſia eſt ſecundum quam quod phantaſia conceptum eſt, ratione conſtituitur. plures autem enunciati ſpecies afferuntur, deficiens, perfectum, atq; huius multæ differentiæ, imperans, negans, interrogans, optans, comparans, & horum quædam uocant ἀξιώματα. Cicero diceret pronunciata, omne (inquit) in prima tuſculana pronũciatum ſic enim mihi in pſentia occurrit ut appellarem axioma, utar poſt alio ſi inuenero melius. id ergo eſt pronunciatũ, quod eſt uerum aut falſum, hæc ille. Alii dignitatem nuncupant, ſed ita ſtoici uolunt, ut ſit id axioma uel uerum uel falſum. Hoc igitur enunciatum quod incorporeum uocant Stoici, & a uoce ſignificãte eſſe diſtinctum uolunt, quo pacto inquiunt ſceptici conſtituemus? uel ex ſe ſe. hoc dicent exiſtere Stoici, atq; ita illud ſua authoritate conſtituent, uel eius ſubſtantiam ſunt aliqua demonſtratione confirmaturi. ſi primum, tunc & licebit ſcepticis contrariam ſuamet authoritate proferre ſententiam, neq; enim illis inquiunt magis q̃ nobis debetur fides, ſi ſola authoritas ducatur in iudicium: ſi uero ad tribunal ſe demõſtrationis conferent, peior quædam illis acciderit dubitatio. Si enim demonſtratio ẽ oratio, & oratio ex enunciatis conſtituatur, fiet ut enunciatis aliquod eſſe enunciatum concludant, qui enim unũ non conceſſerit enunciatum, non erit ullo pacto enũciata plura conceſſurus. eis autem qui in demonſtrationem ſunt enunciata quæſituri, ſi ſuopte nutu ea eſſe decreuerint, alius ſuopte renutu eſſe inficiabitur. Si uero id per demonſtrationem probare tentauerint, in infinitum abibit oratio. demõſtratio ſi quidem expetetur, eorum quæ in ſecunda demonſtratione compræhenſa ſunt enũciatorum, & tertiam afferentes eorum quæ in tertia ſunt concluſa, quarta deſiderabitur, atq; ita nullus finis inuenietur. Illud quoq; in ſtoicis ianiter dictum ſceptici cauſantur. quod perfectum enunciatum compoſitione conſiſtit nominis & uerbi, nullũ autem quod compoſitum ſit & diuiſile, incorporeum eſſe cõtendunt, & hac etiam de cauſa nomen ſicuti & enunciationem incorporeum eſſe non admittunt, quod uidelicet componatur ex ſyllabis. Sed neq; ſubſiſtere per ſe ſe ullum enunciatum dicunt, cũ pars parti in enunciando ſuccedat, & anteq̃ allata ſit poſterior, prior elabatur. ſimili fere utuntur ratione qui ſolent de uerbis conſecrandæ hoſtiæ in quarto in ſententias theologicas commentario recentiores diſputare Theologi, ipſi tamen argumenta oppoſita uere diſſoluunt, ueris imbuti diuinis myſteriis, quæ gẽtes ignorarũt: Ad quorum diſſidia narranda ũt refellantur redeundum eſt. Repræhendunt ꝑterea ſtoicos philoſophi ſceptici ꝙ ignotum, per ignotius, uel æque ſaltem ignotũ, explicare ſatagant. interrogati enim quid ſit quod ſubſiſtit, id inquiunt quo captatrix phantaſia mouetur, ita de hac eadem phantaſia ſi percunctemur, ad id quod ſubſiſtit reuertentur, reſponſuri captatricem phantaſiam eſſe, quæ ab eo quod exiſtit proficiſcitur, quatenus exiſtit: atq; in promiſcuum & alterneſe ſe indicantem & declarantem incidunt locum. At enim ipſum enunciatum, ſiue ſimplex eſt quod partiuntur per determinatũ, cui oſtenſionis ſignũ ut hic, ille, iſte, connectit, & p indeterminatũ, cui ſignũ ſingulare non adiicitur, ſed cõmune & indefinitum, ut quidam, aliquis, & eiuſmodi, & per medium cui neutrum additur illorum, uerbi cauſa homo ſedens, Socrates diſpu-

Rõnalis phãtaſia ſecundũ ſtoicos.

Plures enunciati ſpẽs ſecũdũ ſtoicos.

Cicero.

Noſtri theologi.

De enũciatis ſtoicorum, et iuniorũ dialecticorum.

tat.ſiue non ſimplex eſt ſed compoſitum;quod uel συνημμένον hoc eſt coniunctū uel συμπεπλεγμένον.hoc eſt complicatum,uel διεζευγμένον:hoc eſt diſiugatum ſiue diſiunctum uocant.primum nota,ſi,uel,ſi quidem,conſtare dicunt ſtoici,ut ſi dies eſt lux ē: Neoterici dialectici,noſtra lingua condictionalem uocant conſecutionem.complicatum illud nota,&,conficitur.noſtri copulatiuum dicerent enunciatum. diſiunctū uero particula uel,ſiue,aut,conflatur diſiunctiuum noſtri dicerent.quibus in omnibus & ipſi habent antecedens enunciatum,cui nomen faciunt ἡγούμενον & πρῶτον. hoc ē præcedens & primū,habent & conſequens ab eis uocatu λῆγον & δεύτερον. hoc eſt deſinens & ſecundum.habent & illationem ἐπιφοράν. appellant. hoc itaq; enunciatum ſiue ſimplex,ſiue compoſitum,calumniantur multipliciter:demonſtratiuum ita liceat dicere ullum ſimplex non poſſe uerificari contendentes,cum ſub oſtenſione nō cadant quæ oſtendere moliūtur.Sed particulæ ſolum aliquæ quæ iure & merito totius enunciati ueritatem & prædicationem minime ſuſcipiant.quod ſi in demonſtratiuo id nequeat uere fieri,multo minus in duobus reliquis quæ ſint longe magis ab oſtenſione remota.Sed præcipue diſſenſiones adducunt dialecticorū magni nominis philonis & Diodori ſuper compoſitis,nam ille trifariam uoluit ſynemmenō uerum eſſe, hoc eſt cum a uero incipit in uerum deſinens,cum item a falſo deſinens in falſum,& cum a falſo orſum deſinit in uerum.At uno modo falſum cū orditur a uero & finit ī falſum,cui Diodorus contradicit fere in omnibus,qua de re in quarto logicarum inſtitutionum late ipſe diſſerui,alii etiā duos alios ſynemmeni modos adducunt,de quibus uerba fient libro ſequenti,dum ea quæ in logicos attulere ſceptici referentur.ut igitur inquiunt,diſcamus in quo nam enunciato ueritas collocata ſit? de ſanitate & ueritate enunciati,prius conſtare opportuerit.quo pacto uero conſtiterit durante lite?aut enim omnibus aſſentiemur?aut quibuſdam enunciatis tanq̄ ueris,& ipſius ueri iudicibus ſignis atq; iudicibus?omnibus ut aſſentiamur fieri non poteſt,pugnātibus enim aſſentiremur.quæ enim pugnant æque perſuadere nequeūt.Si qbuſdam uel hoc noſtra ſponte facturi ſumus & ſine indicio,uel cum ratione,monſtrante nobis orationis ſanitatem.Si primum cur magis huic q̄ illi ſumus aſſenſuri? Si ſecundū aut quæſtionem concludet & terminabit oratio,aut minime.Si hoc ipſum fiet,ſine ſi de fuerit & ūana.Si illud,certe id erit propterea quod ea quæ ſumpta ſunt concluſio conſequetur.quo fiet ut per illationem & alicuius conſecutionem id ipſum enunciatum comprobetur.At conſecutio probanda iterum fuerit,de cuius ueritate in enunciato coniuncto quærebatur.Itaq; erit tale hoc quale id quod incidit in promiſcuū locum,cum alterum ſolet per alterum comprobari,Si enim ex conſecutione probandum eſt coniunctum,qm̄ hoc in negocio orationem quandam pcurrere oportet atq; orationem hanc,ut ſanitate fungatur haberiq; uera debeat,conſecutionem habere paratam & confirmatam oportet,per quam quod eſt uerum indicetur,tū in ambiguo res tota relinquitur.Non ſecus ambigunt de copulato in quo ut uerum ſit,uera eſſe omnia uolunt,falſum uero quod ex omnibus cōſtetur falſis.quod uero ex falſis ueriſq; componitur,non magis uerum q̄ falſum.& ſi quidem illis liceat pro arbitrio & uoluntate ſtatuere,& ipſis de rebus præcipere:concedatur ut complicatum illud copulatumq; quod unum habeat falſum,id falſum eſſe pronuncietur.liceat autē & aliis opponere & dicere quod ex pluribus ueris & uno falſo coagmentetur,uerum eſſe.Si autem rerum naturæ adhærendum putant,quod ex utroq; componit nō magis

De ueritate enūciatorum lis inter ſtoicos.

gis

gis hoc q̃ illud pronunciabunt:ſicuti quod ex albo nigroq; commixtum eſt, non ma gis album q̃ nigrum aſſeuerabimus. Reſpondebunt ſtoici ſimilitudinem minime ui/ ribus fulciri. Si quidem ueſtimentum maiori ex parte integrum, aliqua tamen & mi nima quidem ex parte laceratum atq; corroſum, Non a maiori parte, ſed a minori ſũ mere denominationem debet & diffractum atq; diruptum cenſeri. Contra ſtant pyr rhonii, concedentes communi quidem hominum cœtui uitæq; cõmuni, licere nomi/ nibus uti non exacte, & minime propriis locutionibus, ſed nõ philoſopho quoniam ad ipſam rerum naturam exacte non reſpicit uulgus, ſed ad opinionem. Sic enim fo/ dere puteum dicit, & texere ueſtem, & ædem ædificare, non tamen proprie. Si enim ẽ puteus non fodietur, ſed iam defoſſus eſt, & ſi ueſtis ẽſt, non texetur, ſed iam contexta fuerit, At enim noſtri dialectici non naturam ipſam rei, ſed illatiõem ſpectari oppor tere decernerent, atq; ita in conſecutione ipſa uel probari ueritatem uel falſitatẽ re/ probari. neq; enim in eiuſmodi cõiunctis, aut quod antecedit, aut quod ſequitur, ſed quod connectitur conſiderari: ſed quid aut noſtri, aut ego hac in re dicerem, non eſt locus referendi, quoniam inter ſtoicos & ſcepticos res agitur, ut in ſignificatu enun/ ciati, aut probetur eſſe ueritas aut improbetur. urgent præterea Epicureos & ſtrato nẽ ſceptici, quoniam in uoce ueritatem eſſe decreuerunt, aut enim inquiũt in exp̃ſſa uoce, aut in ſupp̃ſſa eſt ueritas: neq; enim aliter uidetur cogitari poſſe, ſed nec in hac, nec illa, igitur falſo decreuere. poſterius aſſumptum q̃tum ad inferiorem partem ita probant. quæ expreſſa eſt, non ſubſiſtit, ergo in ea ſubſiſtere non poteſt uerum. q̃tũ ad ſecundam ſic argumentantur, in uoce ſuppreſſa uerum non eſt, quia ipſa nõdum eſt, igitur nulla in uoce uerum collocabitur. Amplius inquiunt ſi in uoce eſt ueritas, aut in minima eſt, aut in longa atq; producta: non in minima: quia impartilis eſt, ue rum autem non impartile, neq; in longa atq; deducta, quoniam non ſubſiſtit, cum. n. eius prima profertur pars, ſecunda nondum eſt. cum ſecunda profertur, prior elapſa eſt. Ad hæc ſi in uoce eſt ueritas uel in uoce ſignificante, uel in ea quæ minime ſignifi cat, non in hac, fieri enim qui poteſt ut hac in uoce blitiri uel ſchindapſus quæ rẽ nul lam ſignificant ueritas aut falſitas ulla inueniatur? Si in priore dixerint eſſe uerum, illum excepturi ſunt ictum, quod nulla uox quatenus uox, penes omnes ſignificat idẽ quoniã oportet omnes qui uocem auribus excipiunt, ſiue græci, ſiue latini, ſiue ex extrema barbarie, ſi ita eſſet, percipere ipſius etiam ſignificarum. præterea uo/ cum aliæ ſunt ſimplices, aliæ compoſitæ neq; enim data eſt alia diuiſio, ſimplices ut Socrates, compoſitæ ut Socrates ambulat. uel in his igitur uel in illis erit ueritas: at in neutra reperitur, igitur in nulla. non in ſimplici quidem apud plurimos philoſo/ phorum, quibus in enunciato uerum ſolet reponi, quod omne compoſitum ex uoci bus eſt. neq; item in compoſita quoniam nullam ſubſiſtere poſſe compoſitam uocem, ſupra iam eſt oſtenſum, cum enim primam pronunciamus, ſecundam nondum p̃mi/ mus, quã cũ p̃ferimus, prima abiit in tenues auras euanida. Cæterũ neq; in notiõe & cõceptu mẽtis exiſtere ueritatẽ hinc cõtendũt pyrrhonii, aduerſus pleroſq; p̃horũ. Si ita eſſet aiunt, nihil eorũ quæ ſunt extra uerũ merito haberetur, quod abſurdũ pu tant. cõceptus. n. mentis in nobis eſt, non extra nos: in quibus ſolis reponunt ueritã/ tẽ. Rurſum aiũt nullũ eſſet cõe omnibus uerum, quoniam proprius eſt unicuiq; ſuus mentis conceptus, in quo uerum ſibi ſedẽ conſtituit. Si uero nullũ eſſe cõmune uerũ concedatur, ſequetur omnia eſſe obſcura, nihilq; oĩno manifeſtũ & clarũ. quæ. n. huic

Reſpõſio ſtoicorũ

Confutatio.

Opinio auth.

Cõtra epicureos et ſtratonem.

eſſet ueritas,id eſt quæ mentis conceptio uera,alteri non eſſet:& cõtra quæ alteri nõ
huic.Si uero communis daretur conceptio,ut quæ huic conciperetur,in oibus eſſet,
aut omnia uera eſſent,aut omnia falſa,quod ſupra ſatis ẽ improbatum.defuit illis ꝙ
commota a recentioribus philoſophis & theologis prœlia neſciuerunt,de propoſi
Alliacenſis. tione per ſe nota deq; ipſa noticia & euidentia,quam etiam partitus eſt alliacenſis,
nam non ſecus de illis ipſis ut ambigua redderent diſputaſſent.His itaq; hũc fere in
modum,& de ueritatis iudicio,& de ipſa ueritate inter ſe ſe gentium philoſophi de-
certarunt,ut nihil tandem ueri concorditer,pacate,ſineq; lite decreuerint.

Veritatem ex ſacris haberi litteris:eamq; inde capiendam ubi multa de ueritate et perfectio
ne chriſtianæ diſciplinæ:et obiter cõtra obſtinatos hebreos nõnulla. Caput.xxxvii.

Ine lite autem ſacræ utriuſq; diuini teſtamenti litteræ :ex quibus noſtram
s ideſt chriſtianam diſciplinam petimus,ubi ſine diſſenſiõe ueritas,ſine uago
& anxio diſcurſu & unius dei cognitio,& plurium abdicatæ ſuperſtitiones
deorum,& uana pugnantiaq; quibus ad fœlicitatem exiſtimabant phi iter patere
dogmata refutata.nam de ipſo deo ꝙ ſit unus,ꝙ omnes dii gẽtium dæmonia. ꝙ ſan
ctis moribus & præceptorum diuinorum obſeruatione itur ad Deum in quo eſt ue-
ra fœlicitas,Moſes diuinitus doctus iam multis antea ſæculis aperuerat:in quibus nõ
ſolũ celebrari ulli erant gẽtium authores in græcia maxime,ſed ne ipſe quidẽ littere
uigebant,quas in eam ipſam Alii ex phœnicia alii ex ægypto maluerũt importatas,
Nazianzenus cõtra iulianũ. ſed ex hebreis uerius in illam migrauere cuius rei cũ alii tũm naziãzenus Gregorius
in primo contra Iulianum imperatorem libro fecit mẽtionem .Aperuerat certe mo
ſes & ſignis atq; prodigiis,non uanis philoſophorum ſyllogiſmis comprobauerat,
quando percuſſa eſt multipliciter ægyptus uirgæ protentu,quando eadem uirga ru
brum mare diuiſum eſt,quãdo eiuſdem percuſſu uirgæ aqua de petra manauit, quã
do peracta ſunt alia complura miracula,ut non humanæ caliginis,ſed diuinæ lucis
euidentiſſima ſigna hominibus & ad bene uiuendum,& ad optime ſperandum præ-
berentur.Huius doctrinam celebratiſſimi gentium philoſophi pythagoras,Democri
tus Plato ſecuti,magiſq̃ conſecuti:uel errore multitudinis ducti:uel areopagi & ci-
cutæ metu perſuaſi & poſthabuerunt,& ſuis fabulis miſcuerunt.Ipſe idem moſes du
ro hebreorum & obſtinato populo conſulens.eidemq; rudi & in erroribus maxime
pertinaci uerba faciens:prophetam alium diuinitus mittendum inſinuauit, cuius di
cto ſi audirent bene illis eſſet atq; beate:ſi obaudirent diuina eos uindicta maneret.
Quod Chriſtus Meſſias. Hũc.hebreis ꝓmiſſum Ieſum Chriſtũ fuiſſe,ſanguis martyrũ plane teſtatus eſt,ratio
comprobauit,euenta monſtrarunt,populi atq; nationes aſſenſæ ſunt,miracula con-
firmauerunt:& innumerabilis malorum Dæmonum turba confeſſa eſt : Ipſaq; demũ
judæa aſpis modo aures non obturauerit & uoluerit a moſaicis & propheticis nõ diſ
cedere monumentis,non audire non poteſt.qua quidem de re plurimi ſcripſere , ſed
Euſebi9 dẽ de monſtratione euãgelica. inter alios Euſebius Cæſarienſis Epiſcopus libros egregios quibus titulum fecit de
demonſtratione euangelica . neq;.n.contentus libris non quattuordecim qui a Tra
pezuntio tralati ſunt mãci(ut diximus)& deminuti,nec ea forte de cã ꝙ autumari
ante niceni decreta concilii illud opus elaboratum:nam quæ prætermiſit,q̃ poſt ha-
buæ

bent,quæ conniuentibus oculis tranſiliit multa nō ad illa decreta,ſed ad philoſopho rum magis dogmata,ad hiſtorias rerum,locorum,temporum,pertinent.ſed eo forte ꝗ uel illi labor obfuit uel diminutum & lacerum habuit exemplar.non inꝗ quatuor decim illis,in quibus ſi tertia non dimidia ineſt Euſebii doctrinæ pars,ſed quindecim integris & abſolutis,gentes,ipſarummet gentium clariſſimis teſtibus ad euāgelium legendum præparauiſſe,dum monſtraſſet earum ſuperſtitionem a prauis dæmoni bus effluxiſſe,earum doctrinam inconſtantem atq; pugnacem ipſorummet teſtimo nüs,& Moyſi legem in deum eſſe referendam,eamq; gentium ipſarum teſtimonio & eſſe & haberi debere præcellentiſſimam.Iudæis etiam,ex iudæis litteris mōſtrare pcu rauit,Chriſtum Deum & hominem ſibi tot ſæculis antea promiſſum ſub pontio pila to crucifixum fuiſſe,& in cœlum aſcendiſſe aquo terra illa promiſſionis cœleſtis non terreſtris hieroſolymæ eſſet expectanda.Illud ipſum opus cum plura ſæcula delituiſ ſet ſic ut putaretur amiſſum,opera & diligentia Bernardi Michelocrii florentini ſa cerdotis ex aſia ſuperioribus annis in italiam,tanꝗ ex arabia phœnicem aduectū ui dimus,eiuſq; mihi copia facta eſt.quod niſi pmo in libro capite diminutum inueniſ ſem,& indecimo ſemilacerum,ex græco in latinum uertere tentaſſem:ut iudæi aliquā do poſſent facilius obſtinationi remittere nuntium,& aliquando cognoſcere ꝗ nihil aliud ſit nouum teſtamentum,ꝗ ueteris declaratio atq; perfectio.In iis itaq; diuina rum litterarum teſtamentis,quærenda eſt ueritas,quæſitu dubio procul facilis, fide nanq; tenenda proponitur,quam plurime rationes,ꝗq; innumera confirmauere mi racula.Non huic adiſcendæ tempus expetitur humanæ cognitioni perficiendæ a phi loſophis deſtinatum.auditu res agitur.fides enim ex auditu. Si aſſentimur magnum iam fructum ſumus conſecuti.Non ſublimitas ingenii neceſſaria eſt, nullum tempe ramentum corporeum,nullus ſexus excluditur.& anus decrepita & puer, eius rei tā capaces ꝗ eſt ſatis ad fœlicitatem.nulla neceſſitas impedit rei familiaris, nulla occu patio in obeundis actuoſæ uitæ muneribus quemꝗ repellit.omnibus in promptu ē, ſine pretio & mercede,paucisq; uerbis acquiritur,ac demum nulla uanitas admiſce tur:nulla opinionum de ueritate moſaicæ litteræ ambiguitas,nulla pugna , nulla in hiſtoria contradictio.Nulla prorſus de rei geſte ueritate diſſenſio cuius diſſenſionis plena eſt omnis gentium hiſtoria, quot enim quæſo apud rerum geſtarum ſcripto res habentur loci,qui dum a quibuſdam probantur,non improbentur a multis ? de antiquioribus actis adeo notum,uti Diodorus libros ſuos quibus de temporibus he roicis diſſerit fabuloſos nuncupauerit:in herodoto quis ueriorem non optat rerum geſtarum ſeriem?Ac græca quidem hiſtoria controuerſis narrationibus plane refer ta.nec in latina concors omnino ſententia.In cæſaris commentariis ſinceriorem om nino ueriorēq; narrationē deſiderauit Aſinius.Liuius & ſi multa pdit iſignia ſæpenu mero tamen multiplicis famæ meminit,ut ſcriptorū uarietatē indicaret , quæ nec ab fuit ab iis qui eodem ſcribebant tempore eiuſdemq; principis acta hiſtoricis monu mentis commendabant: quod eſt clariſſimum uidere in herodiano,in capitolino , in lampridio,& aliis qui eaſdem res geſtas ad poſteritatis memoriam litteris tradidere. Nec hos tantummodo & alios pleroſq; ſecundæ notæ ſcriptores , aut uarietatis, aut falſitatis nomine,ſuſpectos habuerim,ſed primores illos & anteſignanos.prodi dit enim flauius uopiſcus neminem ſcriptorum,quantum ad hiſtoriam pertinet non aliquid eſſe mentitum:nec deeſſe in quo Liuius,in quo Saluſtius,i quo trogus, i quo

Euſebi9 ꝗ de monſtratione euangelica.

Bernard9 mi chelocrius

Quā facilis captu ſacrę litterę.

Quam fallax et quā uaria apud gentes hiſtoria.

& tacitus,manifeſtis teſtibus conuincerẽtur:Mitto hiſtorias quæ fabulis affines ha
beri queunt apud græcos,uti de morte æſculapii qua de re poetarũ enarratores ſce
ptici uexant,dum in grammaticos inuehũtur:ſed in romanis & expoſitiſſimis & uul
go etiam receptis,quid afferemus?an de romæ conditore ſi percunctetur quiſpiam
non illi ſtatim reſpondeatur romulum urbis parentem conditorem cõſtitutoremq́
fuiſſe,ex uulgata illa & omnium in ore uerſata ſententia,Romam'a romulo nomina
tam:ut huic hiſtoriæ tam publico conſenſu firmatæ,refragari audeat nemo:qua ta-
men in re tot ambigua,tot infirma,tot controuerſa,inueniuntur q̃ ulla in alia gen
tium hiſtoria.A græcis multis latini multi diſſentiunt,euariant inter ſe græci,Nec in
ter ſe ſe latini omnes conueniunt.Alii ab æneæ ſociis,a romo etiam æneæ filio , Alii ab
ænea quodam fundatam,& a roma ilienſi muliere denominatam uolũt.Alii a romo
circes & ulyſſis filio & urbem,& urbi nomen extitiſſe malunt.Nonnulli a Romo Itali
filio,Alii ab Euandro,alii alia.Longe autem hæc diſſidia & uarietates abſunt,a uete-
ris ne dum a noui teſtamenti quas recepimus hiſtoriis.neq́ enim ullus unq̃ uere he
breus de minima ſacri contextus littera dubitauit:quam per tot eius captiuitates,
tot populi exilia,tot clades,incorruptis ſeruatam monumentis cõſenſu hebreorum

Ioſephus
Philon
Chriſtiani.

publico Ioſephus eſt author.nec uerbum immutatum duobus annorũ milibus phi
lo comprobauit.Ipſi uero Chriſtiani de utriuſq́ teſtamenti ueritate tam nequimus
dubitare ut ſi potius mortem non oppetamus,q̃ ambigamus,Chriſtiani nomine in-
digne cenſeamur.Itaq́ aſſentimur omnes,& unanimi conſenſu quicqd in utroq́ ſcri
ptum eſt inſtrumento,uerum eſſe & credimus,& loquimur,& aſſerimus,cum rationi
bus innumeris quæ de rerum euentis prodeunt,tum & maximo miraculorum nu-
mero perſuaſi quidem,ſed intus exciti ſtabilitiq́ lumine ipſo fidei,atq́ diuinitus cõ
firmati.Cuius luminis beneficio non ambigimus uera eſſe omnia quæ ſub fide clau
dunt,non ſenſus tenebras,non ullius ſiue inconuulſilis,ſiue obambulantis,ſiue cap
tatricis phantaſiæ,furuas & opacas nubes,non ulla argumentorum crepuſcula quæ
ritantes:quando nihil certum magis,aut inconcuſſum eſſe reperiemus.ſi quidem lu
mine diuino diuina cognoſcimus.cũi ratio ſubſeruit,& ancillatur inferior uniuerſa

Auguſtinus.

natura.Romanianum & Lucinianum docet Auguſtinus ut caueant ne quid noſſe ar
bitrentur,niſi quod ita didicerint ut unum,duo,tria,quattuor ſi ſimul collecta fue-
rint denarium numerum conficere.Sed ſi illi crediderint qui dixit.ſ.in euangelio q̃-

Differẽtia in
ter chriſtia-
nos et hebre
os qualis et
quõ iudei ſu
perentur.

rite & inuenietis cognitionem q̃ illi ſint numeri,manifeſtiorem futuram.Eſt tamen
inter nos Chriſtianos,& obſtinatos hebræos de ſenſu ſacrarum litterarum diſſenſio,
ſed ipſi,illos facile conuincimus,ex earum quas colunt litterarum perpẽſione, ex de
curſu tam diuturnæ eorum captiuitatis,ex tempore promiſſi prophetæ, ex euange
lii perfectione,ex gentium ad Chriſtum colendum religione,ex miraculis ea omnia

Quod inter
chriſtiãos nõ
oio pertinax
diſceptatio i
reb9 neceſſa
riis ad ſalutẽ

cõprobantibus.Eſt inter ipſos quoq́ interdum Chriſtianos nõ omnino pertinax diſ
ceptatio,quam tamẽ p̃horũ doctrinæ plurimũ pepererũt,dũ ex re eſſe putarũt no-
ſtri,miſcere illorũ diſputatiões diuinis litteris ad hæreſum diuerſarũ exploſionẽ.ſed
fundamẽto litteræ & clari ſenſus,noſtri oẽs hærẽt cõcorditer,& ſumma illud ſimpli-
citate colimus:nulla de principiis fidei pugna,nulla de præceptis ad fœlicitatem cõ
ducentibus aperta diſſenſio,ſed ſumma concordia,& arctioribus eo uinculis ad ſtri-
cta quo eis ſimplicius,quo purius,quo ardẽtius inhæſerimus.q̃ ſi magno etiã & ex-
cellenti uir ingenio fueris,tantam ibi profunditatem es inuenturus,ut pelagus ueri
tatis

tatis in exhauſtum te intraſſe cognoſcas. poteris enim contextu litterario, ſuſtrrūe re quodcunq; uerum alibi repereris, & connexa doctiſſime deducere, penetrareq; & diuina gratia, & lumine ingenii, quo rudes atq; ea deſtituti minime penetrauerint.

Epilogus Libri ſecundi. Caput. xxxviii. et ultimum.

Q Vam uarie quāq; pugnaciter, ſuper ueritate gentium philoſophi diſſeruerint, toto ſecundi huiuſce libri decurſu patefecimus, atq; inde nō difficulter colligi datum eſt, ſi tot præclara ingenia uel fruſtra, uel non multo cum fructu, tot in ea perquirenda ſæculis laborarunt, non eſſe omnino facile humanitus eam ipſam depræhendere, quam.ſ. factis non minus q̄ uerbis, ii qui eius inquiſitioni ſe dediderunt confirmarint, & in antris & in puteis profundiſſimis delituiſſe. Dederunt & plane intelligi uerum eſſe, quod de eis Auguſtinus in opere de dei ciuitare pronunciat, diffidiſſe illos ipſos philoſophos, nō de Agris aut domibus, uel quacunq; pecuniaria ratione, ſed de iis rebus, quibus aut miſere uiuitur, aut beate: ubi & ſi aliqua uera dicebātur, eadem licentia & dicebantur falſa prorſus, ut non fruſtra talis ciuitas myſticum uocabulum Babylonis acceperit. hæc Auguſtinus & dubio procul egregie. Ac ſane de ipſo Deo, de natura in uniuerſum cum diſſererent, quoniam id altiſſima ſpeculatione mentis aſſequi opus erat, ſi non rite, ſi non exacte atq; ad amuſſim præcepiſſent illi ipſi philoſophi, rei ſublimitas præripere illis calumniā potuiſſet, ignorationis aut negligentiæ nomine ne culparentur. ſi de cœlo cum diſputarent, deq; iis quæ fiunt in ſublimi, uentorum, fulminum, imbrium generatione, itē q; de motibus terræ, fontibus, fluminibus, Mari, atq; de iis demum quæ i abſtruſis terræ cauernis atq; uiſceribus fierent dum commentarentur, uero perpendiculo ſi non eſſent uſi, facilis omnino uenia: quoniam a ſenſibus ea ipſa remota, ſupra captum hominis putari potuiſſent. At cum mores omnes & uitia ſub dubio repoſuere, Quē nā degendæ uitæ modum uel diſcipulis præſentibus, uel poſteris reliquerunt? Atq; cū nec cognouerint ne dum non demonſtrauerint, ullum bonorum finem quo animal hoc ad fœlicitatem natum beari poſſet: quid hiſcere de uniuerſa philoſophia nō delirantes potuere? An illos forte excuſauerit Ariſtoteles, docens qualis eſt unuſquiſq; talem ei finem uideri? An magis hoc humanum culparit genus? cuius cōmuni cōſenſu non ſit præſtitutum omnibus, quo rendere debeant? q̄to igitur magis ſemitæ & ueri & boni particulatim indagandæ ſub ignorationis caligine uerſabant per quas ad ultimam illam ueri boniq; metam aditus patuiſſet? Cæterum ueritas ne ulla ſit an minime? cum dubitarent, ad idq; complurimas rationes afferrent, quæ nā quæ ſo illis excuſationis anſa remanſit? O dei clementiam ſingularem, o, humanam cæcitatem, o, peſtiferam eorum qui ſe ſcire aliquid exiſtimarint, ſine diuino lumine arrogantiam. ubi enim gentium philoſophi, tanq̄ in obſcuro & illumi quodam labyrintho naturæ, ſibi ēt ipſis placētes nimiū, & ſua in cæcitate delectati obuerſarent, Apparuit diuinitus lumē quo pateret exitus ad cœlū, indeq; demiſſa fila qbus in deprehēſus & irremeabilis error innoteſceret. uenit ad hoīes uenit ipſa ueritas Chriſtus & Deus & homo, oīs ueritatis fons & origo: Nec prius uenit, q̄ ueritatē diu quæſitam nec plane & exacte compertam, ipſi gentium philoſophi faterentur. Ego inquit ille ſum uia ueritas & uita, & alibi, ego in hoc natus ſum, & ad hoc ueni in mundum

Auguſtinus

Cōtra Ariſtotelem.

Nota lector pcellētiſſimā dei ſapiam et bonitatem.

ut teſtimonium perhibeam ueritati.In philoſophis gentium ueritatis teſtimonium quo pacto accepiſſemus?quando qui inter eos præclariſſimi fuerunt,illam ipſam nõ agnouiſſe plane concederent.quod enim ignorat quis,ei teſtimonium præbere non poſſe manifeſtum eſt.Errabunda igitur humanæ ſapiẽtiæ ueſtigia ſecuti philoſophi, & inter ſectas diſtracti plures,& diuerſas in opiniones quaſi lancinati atq; diſcerpti, ueri lumine caruerunt.& cum plenus eſſet ignoratione orbis uniuerſus,ſectæq; omnes captandæ ueritati addictæ,ad eam allucinarentur,illam ipſam Chriſti diſciplina deductis tenebris reuelauit.ex qua duo præcipua emolumenta decerpere in uniuerſum potuimus,& q; gentes aberrabant:& q; lex diuinitus data moſi nõ quemadmodum iudæi putabant,ſed ſpiritaliter erat intelligenda:quod & euangelium & eius ſacri enarratores luce clarius aperuerunt,& pelagus ipſum ueritatis bonis mentibus eremigandum propoſuerunt,hoc itaq; in ueritatis pelago & quærenda ueritas,& colenda,quam cum guſtaueris deo gratias agito,cuius in lumine lumen uidere cœpiſti:& Aliis patefacito uerbis Apoſtoli,ne ſicut gentes ambulẽt in uanitate ſenſus ſui, de quarum uanitate ut explicatius diſputemus,hunc ſecundum librum claudentes, tertium adoriamur.

Duo pcipua
molumenta
x Chriſtia/
a diſciplina.

IOANNIS FRANCISCI PICI MIRANDVLAE DOMINI ET CONCORDIAE COMITIS IN EXAMEN VANITATIS DOCTRINAE GENTIVM ET VERITATIS CHRISTIANAE DISCIPLINAE LIBER TERTIVS.

PROOEMIVM,

A Pellem pictorem illum celeberrimum memoriæ proditũm eſt, cũ equum pinxiſſet mira ex arte tentaſſe,ut illius ori ſpumam inderet,& rei fruſtratũm ſucceſſu,ſpongiam qua penicilli colores abſtergebantur in tabulam proieciſſe,ipſiuſq; contactu ſpumã quã artis magiſter optimus neqſſet efficere,caſu eueniſſe.Ita mihi magna ex parte in re diſſimili contigiſſe ſi dicerem,iure fortaſſis nõ culparer.q̃q̃ non caſui quod ſum dicturus,ſed & certis cauſis & diuinæ demum prouidentiæ acceptum referri uolo.Fuerã ego diu animi dubius ſi quæ de philoſophis gentium concepiſſem,an chartis committere deberem& Aliis legendum tradere?Mouebant me hinc inde multa:& q; non defuturos zoilos arbitrarer:& q; audatius factũm qui carperent ſuboriri multos coniectura pluſq̃ mediocri deprehendebam.Sed ſtimulabar & publica utilitate,& Amore ueritatis urgebar,quæ cæteris propendere proculdubio fas eſt.Nec non præſtabilius futurum exiſtimabam ,ſi q̃ cõcepiſſem animo foras promerem,futũra ſi forte non multis,At certe aliquibus nõ ingrata.Dum hæc animo forte uerſarentur,nec efficiendi qũod optaueram ſpes i eo ulla floreret,Ecce de repente quidam qũaſi turbo me rapuit,& dum in ſublime uideretur eleuare,paulo minus ægit in præceps.Iulius etenim ſecundus pontifex maximus,animo uir uaſto atq; terribili,dum bellum in Alphonſum Ferrarienſem princi pẽ molit̃,cui ſacris interdixerat oĩbus,eundẽq; aliquot oppidis æmiliæ & Mutina urbe armis multarat,ferrariã ipſam media hyeme maximis cũ niuib9 oppugnatur9,me cuius exilii iam nonus agebatur annus in patriã quod oppugnandæ ferrariæ condu

cere

cere id arbitrabatur,reſtituendum curauit.quare accepta ſatis ualida manu primo concordiæ oppidũ quod facilius expugnari ꝗ Mirãdula poterat ab aduerſariis q ab Alphonſo in pontificem ſtabant,ui detentum,ui captum eſt.Deinde ipſemet põtifex ipſa ſecutus eſt caſtra,ipſiſq; & caſtris & ducibus præfuit,tripliciq; exercitu Mirandulam tam diu omni obſidionis genere uexauit,quoad ipſe in propria domo & paterna ditione ex integro collocarer.Itaq; aliquot cum iam menſes & intuendis oppidis & in belli muneribus occupatus fuiſſem,& res ipſa pontifici ſuorum defectione & ducis imbellia male ceſſiſſet,adeo ut Gallis Alphonſum tuentibus,& amitteretur Bononia,& põtificis diſſiparetur exercitus,ipſe qui partes iulii ſectatus fueram, & iuſticiæ & grati animi obſequio faciens in parte ſatis,exul iterum & externis factus,me florentiam recepi:Tum uero arma non corporea modo ſed ſpiritalia exciri cœperũt & diſſidium eccleſiæ noſtræ chriſtianæ pararí,cui cõponendo cũ potis non eſſem,Iterũ me contuli ad ſtudia doctrinæ,& cum græcos aliquot libros phyſicæ & theologicæ facultatis offendiſſem,quos ibi ante mandata exſcribendos,in eiſq; uidiſſem cõtineri multa,quibus conceptum animo & intermiſſum bello negocium facilius cõfici poſſet,rei aggrediendæ animo ſtimulus quidam nec omnino obtuſus acceſſit,quo etiam inſtinctus cogitaui non fore abſonum,quin aliqua hinc poſſet moleſtiis inueniri leuatio. quare iacta iam ſpongia non quidem indignatione.quippe quæ deus perpeti me uoluit,eius ipſius gratia conatus ſum æquo animo & patienter ferre,Iacta inꝗ laboris & ſtudii ſpongia,pars prima equinæ ſpumæ confecta,fuerat, Nam primo in libro ab antiquiſſimis qui fœlicitatem quærebant philoſophis gentium repetentes,eorũ philoſophiam incertam,authorum perpetua diſſenſione monſtrabamus: Sed ecce iterũ turbo qui me de ſtudiis litterarum tranſtulit ad bellum quod Bononiæ ſimul & Gallis eã ꝑ proditionem ciuium partam defendentibus Iulius pontifex intulit. hiſpanis auxiliis,quæ res male primum cum ceſſiſſet fuſo & fugato apud Rhauennam exercitu,deinde ſe ſe in melius res bellica uertiſſet,deſcendentibus in auxiliũ heluetiis & pulſis trãſalpes gallis,receptoq; Regio lepidi,& parma atq; placẽria ſub eccleſiæ Romanæ ditionem redactis,uictor Iulius exceſſit e uita.Huic poſtꝗ decimus Leo ſuffectus eſt,& induciæ armorum tumultibus parumper allatæ,dati etiam ſunt ad priſtina ſtudia reditus,recepta iterum poſt biennium patria.Sed reditus tamen ipſi ſæpe interpollati & longis itineribus ſuſceptis pro patria ipſa recipienda,& pro recepta tuẽda,non parum multis laboribus.quandoquidem a ſecundo exilio reduces quater hoſtilibus armis uexati,longam etiam obſidionem pertulimus,tantum abfuit ut omnino ſecuri rerum noſtrarum ualuerimus quod inſtitueramus abſoluere,ſed perſeuerauimus iuuante deo non deſtitimus,non remiſimus nuncium labori. ergo tertio libro reſtat oſtendere eos qui in uniuerſum ſuper ueritate captanda non conuenerũt philoſophos,etiam non cõcorditer aut liberales artes nos docuiſſe aut philoſophiæ ullam partem conſtanter poſteris omnino tradidiſſe,ut uerum ipſum nudum atq; illuſtre nulliſq; tectum ambagibus quod in ſacris litteris & Chriſtiana potiſſimum diſciplina uerſatur,& ſincerus cognoſcamus & ſequeſtratis inanibus gentium cõmẽtis conſectemur,Nam ſi præclare Gregorius cenſuit indignum eſſe ut uerba cœleſtis oraculi ſub donati regulis conſtrigantur,num putabimus dignum ut incertis philoſophorum dogmatibus ſubiiciantur?& earum meridianæ luci nocturnæ horum tenebræ aut præponantur aut obæquentur?

Quod duę philoſophorum ſectę epicurea et pyrrhonia diſciplinas liberales in ꝑtio nō ha buerint: et quibus de cauſis: et q̃ inter ſe diuerſis. Capur primum.

QVemadmodū uarie,diuerſe,pugnaciter,de ueritate ipſa eiuſq; iudicio gen
tium philoſophi decreuerunt,ſatis explicatum arbitror libro ſuperiore,
cum non eorum modo opiniones,Sed & argumenta quibus moti, & ratio
nes quibus ad id decernendum perſuaſi ſunt recenſeremus.Reſtat ut liberales artes
omnemq; philoſophiæ partem perſequamur:declarantes q̃ controuerſe, quā uarie,
q̃ diſſidēter,de eis etiam ſtatuerint omnibus,quæ ſolent propter cultum animi & ue
ritatis notionem haberi maximo in ꝑtio.Ac ut a liberalibus incipiamus artibus,eas
à duabus philoſophorum ſectis,aut nihil aut certe parum æſtimatas inuenio:diuer
ſis tamen rationibus.nam Epicurus & pleriq; ſectatorum arbitrati ſunt nihil eas ha
bere momenti ad ſapientiæ perfectionem.Sed duplici de cauſa hoc ab eis factum ple
riq; putant eruditorum,uel ut propriam illi ignorationem occulerent,ſi quidē a ple
riſq; rudis & indoctus eſſe putabatur Epicurus.uel ut platoni & Ariſtoteli & Aliis q
eruditiſſimi & erant & habebantur quaſi ſubirati non conſentirent.& hæc quidem
cauſæ ſolent afferri quarum ut unam aut alteram forte,Fabius Quintilianus indi-
caret,illa ſunt in ſecundo oratoriæ inſtitutionis uerba.nam de Epicuro qui diſcipli-
nas omnes refugit nihil miror.Sed & illa quoq; non præteritur ſilentio,ꝙ nauſipha
nes pyrrhonis auditor & epicuri præceptor,cum in diſciplinis ſtudioſe uerſaretur,
ipſiſq; i diſciplinis iuuenes erudiret & in rhetorica præcipue,is qui eum audibat epi
curus quadam in magiſtrum inimicitia commotus,ut uideretur ipſe αὐτοδίδακτος.
hoc eſt a ſe ipſo doctus,& philoſophus αὐτοφυής.i.ſuapre natura,propterea diſcipli
narū contēptor extiterit.Pyrrhonii uero nec exiſtimarunt ipſi diſciplinas,ſed Aliis
omnino de cauſis.neq; enim quaſi ad ſapientiam illæ non conducerent.ſi enim hoc
ſanxiſſent habiti eſſent inter dogmaticos,a quibus ſe ipſi magno ſtudio ſecretos uo
lebant.neq; ꝙ eruditione non pollerent iccirco illas repellendas putarunt:Nā nulla
ſecta eruditior,inter omnes aliorum philoſophorum ſectas diligentiſſime uerſata,&
omnium experientiſſima:Neq; iracundiæ aut ſuperbiæ cauſa,quando habiti ſunt in
ter alias philoſophorum gētium ſectas & humani & mites.Sed ipſi hac in re,id quod
Aliis in omnibus ſunt paſſi doctrinis:nihil enim alterutram in partem uelle decreue
runt,ſed in alterutram diſputare maluerunt,inueniendæ deſiderio ueritatis.& cum
hinc atq; hinc rationes & argumenta perſpicerent:præſtabilius illis eſt uiſum,iudi-
cium uerecunde ſuſpendere q̃ uel impudenter uel arroganter ferre ſententiam.eis
Auguſtinus. tamen pollebant ipſi diſciplinis,q̃q̃ non nimium eas æſtimarent.Sic & noſter Augu
ſtinus q̄uis eas probe tenuerit:& in libro de ordine,cum ipſis liberalibus diſciplinis
multum tribuiſſet,in libro retractationū minus id ꝓbauit,quoniam multi ſancti eas
multum neſciunt,& qui ſciunt ea,ſancti non ſunt.aſſenſum tamen propterea nō co
hibuit quemadmodum,fecere pyrrhonii.

Quid ſceptici cōtra diſciplinas in uniuerſum attulerint ſumptis argumentis ex re quę doctri na prębeatur: ex docente: ex diſcente: ex modo doctrinę.ubi contra ipſos nōnulla dicūtur: et aliqua dicūtur in laudem chriſtianę diſciplinę. Caput ſecundum.

HI ipſi pyrthonii rationes attulerunt quibus ſuſpendere iudicium ſe profiterentur & non hærere dogmaticis philoſophis liberales diſciplinas mirũ extollentibus. duplici autem uia proceſſerunt: primum in uniuerſum generatimue, deinde particulatim. Illudq; in primis cõſiderarũt, ſi ulla eſt diſciplina quattuor conſtitui oportere, rem quæ tradatur, eum qui docet, eum qui diſcit, Modum doctrinæ. Aduerſum quæ omnia primum diſputant ut diſciplina ipſa uniuerſim relinquatur dubia. mox particulares diſciplinas grammaticam, dialecticam, rhetoricam, Arithmeticam, Geometriam, Muſicam, Aſtrologiam ducunt in controuerſiam. Itaq; q̃tum pertinet ad rem quæ docetur hunc fere in modum argumentãtur. id quod in doctrina traditur, aut non eſt, aut eſt: itemq; aut uerum eſt aut falſum. Si primum cum hoc non exiſtat quomodo doceri poterit? at doctrina non eorum eſt quæ non exiſtant: & ſi falſa etiam docerentur, quæ nã doctrinæ futura eſſet utilitas? imo q̃ta labes animi ſi. ſ. id non falſum eſſe ſed ueri uice traderetur. ac etiã ſi ens quatenus eſt ens, doceri dicitur, quoniam tale eſt: manifeſtum fiet ut non omnis doctrina ex quibuſdam confeſſis & manifeſtis proficiſcatur. Si uero non quatenus eſt, ſed aliud quiddam, dicant doceri: audiant nihil eſſe quod uaſtum illum ambitum entis effugiat. Si uerum dicatur eſſe quod traditur, tum inquiunt q̃ ambiguum ullum inueniri uerum, ex iis quæ cum de indicatorio ageremus allata ſunt, facile poteſt apparere. præterea res quæ ĩ doctrina traditur, aut apparet, aut minime, clarumue aut obſcurum eſt cognitioni. Si primum dederis non erit opus diſciplina, quæ enim clara ſunt æque apparent omnibus. Si ſecundum, quoniam quæ manifeſta non ſunt & propter ambiguam minimeq; iudicatam eorum naturam ſub lite ſunt, quomodo docebuntur? amplius quod doctrina traditur, & diſciplina percipitur, uel corpus ẽ, uel incorporeum, & horum utrunq; patitur difficultatem. nã corpus iuxta dogmata ſtoicorum inter ea quæ doceri queunt non computatur, enũciata enim ſolum ſunt eiuſmodi ut capiantur diſciplina, quæ. ſ. non ſunt corpora, eaq; neq; ſenſilia dicunt eſſe, idq; eorum notione probari, ſi quidem uel conflatio eſt magnitudinis & figuræ & ἀντιτυπίας. uel trifariã diſiunctũ latitudine longitudine pfunditate ut placuit mathematicis, uel trina ipſa dimẽſio ẽ μετὰ ἀντιτυπίας ut uiſum ẽ epicuro, ut ex hoc uacuum definiret. uel tumor ἀπίλυτον. ut alii uoluere. Non una igitur & ſimplex, ſed ex pluribus eſt conflata natura ab intellectu confecta. quod ſi detur, non erit ſenſile. idq; etiam ſi concedatur doctrina non capietur, quatenus etiam ſenſile doctrina non eget ut animo percipiatur. ſicuti nec album quis ut uideat diſcit. Igitur quãtenus intellectile percipietur, quodq̃ ſit uerum hinc aduertemus. ſi enim neq; latitudo per ſe eſt corpus, neq; item longitudo per ſe, atq; profunditas: quod ex omnibus iis conſtitutum eſſe concipitur, id erit corpus. an corpus ex incorporeis? icorporea quoq; nõ incidunt in ſenſus, a quibus notionem ſolet mens afformare. & præterea. corporum aliud ſenſile eſt inquiunt, aut intellectile, neq; alia eorum ſuprema differentia. nõ autem illud; quoniam omnibus ſenſu præditis id eſſet, confeſſum. minus hoc, quoniam omnibus hac de re philoſophis eſt pugna. nam atoma dicunt Alii: Cæteri indiuiſibilia, & inter hos aliqui hæc in infinitã diuidunt, Alii in minima & impartilia. Incorporea quoq; non manifeſta. ut Ideæ platonicæ, ut enunciata ſtoicorum, locum, uacuum tempus, & eiuſmodi Cætera. quæ alii dicunt eſſe, alii non eſſe, aliĩ ab aſſenſu abſtinẽt. His itaq; & ſimilibus aggreſſionibus ſceptici, quæ minime uera ſunt, ſpeciem tamen

Reſpõdit author ſcepticis

quandam probabilitatis afferre poſſent iis,qui non interſtinguerent inter id qđ ſim plicirer abſoluteq;,& id quod quoquomodo & ex parte ſoler afferri.Verum cum red di putant non ſolum ambiguum id quod traditur diſciplina,ſed cum ſublatū iri opi nantur ſimul,ne docentis & diſcentis officium apud dogmaticos celebretur, ita fere differunt.Aut artifex docet artificem.Sed quo pacto alter alterius indiget diſcipli na?aut artificem qui caret arte iſtruit,quod quidiceret riſum excuterer,aut artis ex pers,artis expertem, ſed quo pacto cæcus duceret cæcum?aut qui arte pollet eum q̄ arte caperet inſtituit,ſed quo nam mō is pollebit arte ſuapte natura ut. ſ.ebulga ma tris ferat artem ſecum?minime gentium.qua enim uia cum ſit expers,particeps fiet atq; poſſeſſor artis?aut enim una ſpeculatio id poteſt efficere,aut minime.ſi primum licebit bona connexione deducere,ut ars non ſit compræhēſionum notionumq; col lectio.& præterea quis ferret ut ille artifex diceretur,qui unum rantummodo præce ptum artis teneret,& unica ſpeculatiōe eſſet imbutus?q̄ ſi quis unam perficere poſ ſe aliarum cumulum diceret & indere nomē artificis:is aduertat,innumerato nō hā beri quibus nam & quot ſpeculationibus ars quæq; compleatur.quare nunq̄ ſciet q̄ deſint ad artem perficiendam.omnia uero collectim non capiuntur: ſed ſingulatim, etiam ſi capi illa concedantur.quare dicant quo pacto artifex conſtituatur?qui etiā conſtitutus de præceptis artis eiuſdem dubitat,& impugnatur ab aliis.Cæterum qui dicitur ſine arte quatenus eſt ſine arte,diſcere artem,uideant ne ſicuti cæci colores,& ſurdi ſonos,addiſcant.alioqui num & particeps & expers artis eiuſdem? expers qdē quoniam ſic ſupponitur.particeps quoniam compræhenſionem habet artis theore matum.Sed falluntur ſceptici quo ſupra diximus modo,in eo q̄ eſt ſimpliciter, & ex parte,nam quoquo modo eſt particeps artis,qui addiſcit poteſtate .ſ.& aptitudine. Adhuc ſceptici addunt pleraq; quæ ad ea ſpectant,quæ contra phyſicos dum diſſe runt ducunt in medium.quando contra cauſam tranſmutantem & ſuſcipientem ar gumentantur:& generationem & corruptionem cauſantur. Modum item doctrinæ ſublatum iri putant,ſi neq; qui diſcat neq; qui doceat inueniatur.particulatim uero ita inſtant.Aut claritate is conſtat aut oratione.Sed ſi illud uerum eēt: cum claritas eorum ſit,quæ oſtenſa manifeſtaq; ſunt,omnibus iam eſſent compræhenſa,neq; ulla opus eſſet doctrina.oratiōe uero quo pacto?aut enim ea ſignificat,aut minime, hoc neutrū ſunt dicturi.alioqui quo pacto quippiam ſignificaret eius miniſterio & uſu. ſi uero ſignificat aut poſitu & uoluntate hominum,aut ſuapte natura.hoc certe neu trū,alioqui uno omnes homines ſermone uterentur,ergo illud.Sed quid nam oro il la doceret eum qui id quod ſignificat alioqui prorſus ignoraret.num potius in me moriam reducit tanq̄ ſignis quibuſdam ea quæ ante didicerat?compræhēſionē por to docentis cauſa inditam,in eum qui diſcit parē eſſe uolunt,quā & ſublatam iri mul tis argumentationibus cenſent.circa uiræ quoq; ſtudia & uirtutes maximeq; prudē tiam dubitant,a prudente ne an imprudente an contra fiat? et ſimilia quæ de arti fice & artis ignaro ſupra ſunt allata,illud adiicientes.Si prudentia ſtatuatur noticia bonorum malorum & neutrorum,cum imprudens uoces audierit nū rem itelliget? num illam percipiet?ſi percipiet,non erit imprudens.ſi non percipiet rem, & uerba teneat,Tuq; illum prudentem iudicaueris,fatearis etiam oportet imprudentiam eſſe noticiam earum rerum quarum eſt prudentia.ita ſceptici.Sed hoc non officit nobis, nam prudentia uſu magis comparatur q̄ diſcitur,& intus eſt lumen ſuper nos ſigna tum

Author contra ſcepticos.

Pro chriſtiana diſciplina.

tum lumen quoq; fidei,quibus prūdentia gliſcit:prætereaq; ſignis & exemplis docto
rum inſtructi ſumus,& quaſi ducti manu atq; his omnibus i chriſtiana diſciplina, ad
id cognitionis peruenire datur,quod nobis erat in uotis.

Quid ſceptici cõtra grāmaticā ſoleāt diſputare,ubi et alia q̄plā ex aliis authoribus.Caput. iii.

Tramen ſceptici illa ipſa contra eos,qui ſe in diſciplinis uerſari profiterent
A & multa nouiſſe,tanq̄ in uniuerſum ſuderunt.atq; ut hinc monſtrarēt poſ
ſe omnia quæ ipſi ſtatuebant tolli,non ſingula percurrerunt illorū dogma
ta,infiniti enim operis fuiſſet,ſed uias eorum obſtruendas & tanq̄ excidenda funda
menta putarunt:quibus ſubrutis,quod ſuperſtructum fuiſſet uel una ruina concide
ret.principia itaq; uel quæ ex principiis fluerent,ac methodos inſigniores,uel fines,
ſublatum iri pcurauerunt.A grammatica exorſi.hæc autem bifariam dicebatur,nam Grammatica
alia eſt articulatarum uocum qualiſcunq; cognitio,alia quæ tanq̄ huius pars,ad or bifariā.
dinem artemq; quoquomodo redacta,& illius ueluti pars quædam & ſpecies,de qua
apud Græcos crates,Ariſtophanes,Ariſtarchus,Alii pcepere.Apud latinos quoq; nō
nulli ad eorum imitationem.ſic & medicina cui apud græcos nomen ἰατρική.dicta eſt Medicia apd
antiquitus ἀπὸ τῶν ἰῶν ἐξαιρέσεως.nunc autem expellendis morbis aliis & perturba grecos unde.
tionibus corporum accincta eſt,arte ſuffultior.& Geometria olim a terrarum dimen Geometria
ſione ſortita nomen,nunc de rebus ſubtilioribus multo,traxit nomenclaturam . uel unde.
uti placuit Aſclepiadi illa ἀπὸ τῶν γραμμάτων.hoc ē litteris.hæc ἀπὸ τῶν συγγραμμά
των.hoc eſt a conſcriptionibus deriuata.in eum igitur quæ artis ſibi & doctrinæ uen
dicauit nomen,inuehuntur ſceptici,nec priuſq̄ eam quid ſit finierint.Epicuri ſenten Epicuri ſnia.
tiam hac in re neutiq̄ aſpernati,qua decreuit neq; quæri quicq̄, neq; dubitari poſſe
ſine conceptu.Itaq; concipit & finit Dionyſius thrax grammaticam ἐμπειρίαν, expe Dionyſius
rientiam dixeris ſiue peritiam eorum quæ plurimum apud poetas carmine,& hiſto thrax.
ricos proſa oratione dicantur.Interpretatur enim grammaticus,que homerus,pin
darus,Menāder,herodotus,quæ Vergilius Horatius,Plautus,Liuius,& præterea quæ
rhetores atq; philoſophi tradidere.cui Ptolemæus peripateticus contradixit,peritiā Ptolomęus pi
eam experientiamq; non eſſe cauſatus,quoniam illa ſine arte,& ſine ratione, ſola ſim pateticus,
pliciq; obſeruatione & exercitio conſtituta eſt,hæc uero ars & eſt & habetur, & artis
quoq; nomen obtinuit,qua de re multa ſextus in Empiricis monumentis . Metrodo Sextus.
rus nullam eſſe peritiam uoluit, quæ ſui ipſius conſideraret finem præter philoſo Metrodorus.
phiam:peritiam ibi pro arte deſumens;præcipue uero ponitur p multarum & uaria
rum rerum cognitione.quemadmodum ſenes & quoniam multa uiderunt , & multa
audiuerunt dicuntur uitæ experientes.Sed enim qui peritia ea pollent,ſi omnium ē,
cum infinita ſint illa omnia particularia,habebitur peritus rerum infinitarum grā
maticus,ſi aliquorum,propterea peritus non erit,quando & qui Grāmatici nō ſunt,
aliqua etiam paucula poetarum & hiſtoricorum nouere.Si plurima dicent , quæ nā
ſint prodant:ut quouſq; ſe extendat peritia dignoſcamus.q; ſi decernere ea & nume
rare uoluerint,fateantur opus eſſe finito aliquo & determinato numero,plurimo ta
men contineri,ſi dematur unitas,eum etiam plurimum dicēt eſſe,abſurdum enim ac
cretione & deminutione alicuius unitatis,plurimum & non plurimum appellari.At
ſi fiat idētidem,eo res deueniet,ut non ſit numerus plurimus :quo fiet ut neq; ſit illa

grammatica,nam plurimum & paucum ad alterutrum referuntur.Si enim plurimus numerus rerum notarum,grãmaticam peritiam conficit,paucus ut pote non pluri/mus non conſtituet.prӕterea falſum eſt grammaticum illa plurima noſſe,cum mul/to ſint plura quӕ ignorantur ab eo. Ad hӕc peritia eſt rerum quӕ coniectura perci piuntur,ut nauticӕ ut medicӕ facultatis.Grammatica uero nihil coniectatur:qui ue ro dictionem illam(plurimum)non interponi maluerunt,ii non ſuſtulere dubitatio nem ſed auxere.ſed eſto ſit omnium non plurimorum notio.eſto etiam illud ut nul/la ſit notio prӕter noſcentem neq; grammatica prӕter Grammaticum,ſicuti nec am bulatio prӕter ambulantem:Confitetur autem Grammaticus ſe omnium non habe/re noticiam quӕ ſunt apud poetas & hiſtoricos.Igitur grammatica non erit omniū quӕ ſunt apud poetas & hiſtoricos notio.ꝙ ſi etiam dicatur ars talium notionū , cū ars ſit comprӕhenſionum collectio & conſtitutio,qui omnia non collegerit nō erit

Chares. artifex appellandus.Chares autem putauit grammaticam perfectam,habitū eſſe ex arte dignoſcentem ea,quӕ a grӕcis dicta & excogitata ſunt exactiſſime,atq; hic prӕ

Crates. teralia uideẗ tetigiſſe tacito opinionem cratetis,craticum a Grãmatico ſecernētem, atq; hunc illi tanq̃ miniſtrum ſubiicientem.eo autem Dionyſii uideẗ q̃ huius finitio tolerabilior,ꝙ ille addixit Grãmaticū poetis & oratoribus addiſcēdis,hic autem om nibus & fere infinitis authoribus omnis omnino facultatis.Nulla autem methodus ad infinita ſe accingit,quӕ enim ſignificant & quӕ ſignificantur infinita ſunt nume ro,ſiue innumerabilia dicere malueris.ad hӕc accedit ꝙ omnifariam mutantur uo/ces decurſu ſӕculorum.uarianẗ enim ӕtatibus uariatis,non plantӕ modo & anima/

Horatius. lia.ſed nomina quoq; rerum & uerba.qua de re & latinus Horatius:multa renaſcenẗ quӕ iam cecidere cadentq; quӕ nunc ſunt in honore uocabula ſi uolet uſus quē pe/

Demetrius chlorus. nes arbitrium eſt & ius & norma loquendi.Nec illud etiam Demetrii chlori ſiluerim, cui & pleriq; conſentiunt grãmaticorum.uoluit enim prӕter dictiones q̃ apud poe/tas inuenirentur,illarum etiam quӕ in uſu cōmuni uerſarentur notionem,gramma ticӕ neceſſariam.quem & iiſdem prӕmi difficultatibus quibus alii prӕmerenẗ qui iã reiecti ſunt uoluere pyrrhonii.& prӕterea infinito negocio ſe ſe accingere illos dicūt, quoniam innumerabiles atq; infinitӕ haberenẗ quӕ in uſu cōmuni dictiones uerſan tur.ſi quis uidelicet indagare eas & tenere pcuraret in quibus nec Iones cum atticis nec eum utriſq; dorici conſentiunt:neq; rhetorū uoces medici,neq; medicorū rheto res aut philoſophorū percalluere, nec Architecti quoq; illorū noticiam capeſſunt, nec agricolationis aut artis bellicӕ ſcriptores,quӕ ſunt artiū aut liberalium aut me chanicarū diſſidentiū.Prӕtereo tonos & apices diuerſos,& in eodem etiam idiomate

Tres grãma/ticę partes. authorū diſſenſione pugnantes.Tres prӕterea grãmaticӕ faciunt partes , artificialē quӕ de elementis & partibus orationis & orthographia & proprietate linguӕ prӕ/cipiat,hiſtoricam cui & perſonas diuum,heroum,hominum,locorū prӕterea deſcrip tiones mōtium,fluuiorum,notiones quoq; temporum & fictionum fabularūq; ſubii ciunt.propriam uero magis illam uoluere partem quӕ circa poetas & hiſtoricos di/uerſaẗ,lucem obſcuris allatura expoſitione interprӕtationeq; diligenti:diiudicatura etiam quӕ ſane & integre & quӕ contra dicanẗ,legitima quoq; a nothis adulteriniſ/

Cōtra diuiſio ē argumēta. q; ſecernens.cauſantur ſceptici diuiſionem hanc tanq̃ minime claram,ut ſi quis hoīs partes corpus & animam diceret,ut pote quӕ cum diuerſa ſint alterutris internoſcā tur,artificialis autem & hiſtorica pars,cum ea quӕ poetis & hiſtoricis declarandis & diiudicādis

diiudicandis incumbit,complicata multipliciter inueniētur,ſi quis conſiderauerit notionem poetarum ſine arte & hiſtoriæ peritia non comparari,& illarum utranq; ſine altera non percipi.Quare diſtincta ea & clare ab inuicem ſecreta non ſunt.Atq; hinc etiam confici poſſet ut earum una ſublata reliquæ propter mixtionem,communionem,complexumq; tollerentur.Sed unam quāq; tamē tollere ſeorſum moliūtur ab artificiali ſummentes initium.Hāc ſine arte ſine methodo,ſine fundo, conantur, oſtendere ab elementis exorſi.quorum diuiſionem tanq̃ uanam & inutilem ſextus cauſatur,duplicia enim quæ dicuntur elemēta ζ.ξ.ψ.ut pote ex.σ.&.δ.ex.κ.&.σ.ex.π.&.σ.compoſita elementa dici non debere contendit.utar exemplo græcarum litterarum quoniam apud ſcepticos ſcriptores,latinæ linguæ uſus non fuit.Sed cum eis latinæ grammaticæ loca multa,ſunt prope communia,ex qua etiam ipſe cum occurrerit commoditas multa ſubſignabo.Itaq; duplex elemētum quoniam ex duobus collectum eſt,nec dici nec haberi debet ſimplex elementum.q̃ ſi quæ duplex conſtituūt elementum,elementa ſint,ipſum quod ex illis conſtitum eſt,elementum non erit.Ad hæc quæ bitemporea uocantur,& liquida,& communia,& ambigua,& mutabilia .α.ι.υ.ſimili ratione elementa non eſſe differunt.aut enim elementum ipſum uel littera ſuapte natura talem nunciat communem facultatem & ambiguam,aut accentu addito,quo aut corripitur aut producitur ſyllaba:primum quo pacto dicent? ut ſcilicet ex ſe ſe indicet ſimplex littera ſui ipſius communem naturam ſiue conditionē & facultatem,hoc eſt longam & breuem quarum altera aduerſatur alteri. Secundum uero ſi dicent illud eos ſequetur incommodum,quod accentu quidem uel longam cum eſt,uel breuem tum cum eſt ſignificare poterit,communis uero quo pacto ipſo accentu nunciabitur? eſt ne ullus apud grammaticos apex,quo ambigua litteræ uel ſyllabæ natura,menti legentium inſinuetur? At ſi reſponderint communia id circo uocari ſuapte natura,quoniam utriuſq; longi uidelicet & breuis temporis ſuſceptilia ſunt,eodem reuoluentur.quod enim eſt alicuius ſuſceptile,illud ipſum non eſt,cuius eſt ſuſceptile.æs enim imaginis eſt & ſimulachri capax,ipſum tamen non eſt ſimulachrum,quare longum & breue tempus ſi uicibus ſuſcipiant,illud tamen ipſum,longi breuiſq; commune,nec ſunt nec indicant:eoq; magis quod longum breui aduerſatur,nec ſimul conſtituuntur,& ſublata longitudine breuitas cōſtituit̃,& tum quoq; ponitur longitudo cū breuitas ipſa ſublata eſt.qua de re fieri nequit,ut circūflexus apex breuis euadat,qm̃ ipſo flexu,longitudo neceſſario cōſtituit̃.Quapropter ſi natura bitemporeū aliquod eſt elementū,uel ſub unū quiddā & longitudinis & breuitatis poteſtas cōſtituet̃,uel ſecūdū ptē.primū quo pacto? quādo circa eādem uoculationē,p ſe ſe,& ſecūdū idē,aduerſantes inuicē poteſtates,ſiſtēdi.ſ.& pducēdi,cōſtituerent̃.Secundū pſuaderi ne unq̃ poterit? qs.n.nō nouit cū longū ē accentus ſignū id nō eſſe cōe longitudini & breuitati? ſimilis aggreſſionis modus eſſet in tenuibus & aſpiratis,& ſecundū utrunq; cōibus,ſed ſat ſit mōſtraſſe modū ipugnandi.ex iis ſequet̃ duplex eſſe eorum unumquodq; elementum non ſimplex.qua de re fiet ut ſeptē dūtaxat non ſint elementa uocalia,quorū duo ſint lōga.η.&.ω.duo breuia.ε.&.ο.& tria de quibus agimus bitemporea,ſed decem:quorum quinq; longa .η.ω.&.α.&.ι.&.υ.quinq; item breuia.α.ι.υ.&.ε.atq;.ο.Pari quoq; pacto ſi de accentibus perpenſio fiat multiplicabuntur.ſupramodum,litteræ uocales,nam breues illæ duæ,quoniam q̃q;

Cōtra ptē artificialem.

Reſponſio.

Confutatio.

illorum ſuſceptrices habentur,breuis,acutæ,longæ,tenuis,craſſæ. duæ uero longæ & illas item quinq; ſuſcipiunt,& præterea circumflexam uoculationem admittunt. quæ uero cōmunes dicuntur,unamquāq; earum ſeptem ſuſcipiunt quibus rōne iam narrata multiplicatis & additis conſonantibus,non quattuor atq; uiginti,ſed ſexaginta inuenientur.Minora quoq; q̄ a grammaticis dicantur elementa uocalia nōnulli colligunt Inde,ꝙ ſi.a.uel correptum uel productum aliud non eſt elementum ſed unum cōmune,ita & debet eſſe.ι.&.υ.atq;.ε.&.η.unum & idem,ex eadem.ſ.communi poteſtate.quādoquidem eadem in utriſq; poteſtas ut correpto.η.fiat cum.ε.paris poteſtatis,& extentum.ε.fiat.η.eodemq; modo in.ο.&.ω.euenire decernunt.pleriq; item philoſophorum plura eſſe uocalia ſtatuunt elementa q̄ quæ exiſtimantur,ueluti.αι.&.ου.diphthongos & quæ eiuſdem ſunt naturæ.Elementum enim maxime iudicatur eſſe elementum ex incompoſito ſimpliciue unius qualitatis ſono.ſicuti.ο.ε.ſed quoniam.οι.diphthongus ſimplicis & unius qualitatis ſoni habetur,habebitur & elementum.ſignum autem ſimplicitatis uocis eſt ſi æqualiter ea ab initio ad finem proferatur.quod enim compoſitum eſt,aliter in principio aliter in fine ſenſum afficit auditus.ſonus enim.Ra.(uerbi gratia)diuerſe afficit ſenſorium in utroq; extremo, mouetur enim principio magis ipſo.R.infine magis.a.æqualiter uero.οι.ſenſum afficit,q ab eo quod initio auditus commouebatur,neutiq̄ permutatur infine,atq; idem reliquis in diphthongis iudicium habebitur.Cæterum quæ dicuntur communia tria ſcilicet elementa quoniam ſuſceptilia ſunt breuitatis & longitudinis, num pari pacto omnia elementa,quoniam ſuſceptilia ſunt grauitatis,acuminis,tenuitatis,craſſitudinis,communia dicentur?quæ & accentuum loco habentur & numerantur.Quod græcis de litteris dictum eſt,de latinis dici & eo magis pōteſt,ꝙ omnes in Romana lingua uocales communes habentur,&.x.&.z.uim duplicis obtinent cōnſonantis & accentuum,q̄q̄ non uſus,ars tamen habetur atq; noticia.Sed iam ex litteris transeamus ad ſyllabas,has & longas & breues dicunt:longas uero aūt natura aut poſitione & hoc multifariam,ut decurſu patebit.uerum ſi ulla breuis ſyllaba iure conſtituetur,ea erit in minimo tempore conſtituta,ſed tempus ad minimum diuidi non poteſt,quoniam ad infinitum uſq; diuiditur ut fiet manifeſtum, minimum autem eſſe nequit quod poteſt diuidi:igitur ſyllaba breuis quæ minimo tempore menſurari debet non inuenietur.ꝙ ſi quis dixerit breuem appellari ſyllabam eandemq; minimā, non ꝙ ſuapte natura ſit talis:ſed ꝙ ita noſtros ad ſenſus relata iudicetur. Augebit ille difficultatem non minuet,quæ enim breues a grammaticis ſyllabæ nuncupantur inueniemus eas ſenſuum iudicio diuiſiles haberi nō minimas.eR.enim ſyllabam(uerbi cauſa)cum ſentimus proferri,ſentitur prius ipſius.e.uis atq; poteſtas,q̄ ipſius.R. atq; ipſa.e.poteſtas,antea ſenſorium afficit & ſuo percutit ſono,Nec accidet ſecus, Si eā inuertamus & exprimamus.Re.prior enim.R.ab aure q̄.e.ſentitur.ubi uero prior & poſterior pars ſe ſe habet ad ſenſum,num id cuius illæ ſunt partes minimum indiuiſileq; cenſebimus?& q̄q̄ muſici fortaſſe irrationalia quædam tempora excogitauerint,& uocum auctiones.id tamen profunditatis non conceditur grammaticis qui i breuem & longam ſyllabas omnes generatim dirimunt.breuem inconſtantem iā mō ſtrauimus,monſtremus & longam quoq; minime conſiſtere.dicunt eam bitemporeā eſſe.duo aūt tempora ſimul non exiſtunt.Si enim duo ſunt,hoc ipſo diuiduntur.ꝙ.ſ. duo

Reſponſio,

Confutatio,

duo ſint quorum alterum exiſtit alterum minime: Si uero maneat alterutrum, alrutro non permanente, ambo neutiq̃ ſimul fuerint. Quapropter longa ſyllaba ſi duorum erit temporum, eius tempus primum erit, cum ſecundum non erit, aut cõtra poſterius dũtaxat erit, cum prius abolitũ fuerit, ambo uero nequaq̃. Si uero q̃ſpiã diceret factũ hoc memoria. ſ. uti ex ſono q̃ pceſſit & q̃ ſequit unũ quiddã cõflaref, cui longæ ſyllabæ nomen inditũ eſſet: is ipſe fateref longã ſyllabã nõ poſſe cõſiſtere. Si enim cõſiſteret aut in eo quod primo pferf, aút quod ſub inferf, oĩno cõſiſteret: ſed in neutro id fieri nequit, qm̃ alterutrum ſi ſeorſum capias minime conſiſtit: cum. n. primũ pferf, nondũ exiſtit ſecundũ: quod cũ pmif iam pceſſit primũ & euanuit. ex eo aũt qđ eſt & eo quod nondũ eſt, cõflari quidpiã coaleſcere & cõſiſtere nõ poſſe qs nõ aduertat? Pari ratione & in dictiones & in cæteras orationis partes diſputandi uia patefacta eſt, atq; in eam ipſam orationẽ cõe illud argumentũ afferf: uel aliud quiddam ẽ a ſuis ptibus oratio, & aliæ ẽt ſunt ipſæ ptes ab ea atq; ſeiunctæ, uel ptium ipſarũ collectio, oratio eſt. ſi primũ def quis non percipit ſublatis oĩbus ptibus, id quod ab eis ẽ aliud, remanere. ſed tantũ abeſt ut ſublatis oĩbus oratiõis partibus, nõ tollaf oratio: ut ẽt ſi unam ſuſtuleris tota depereat. uerbi cã oratio iſthæc. Iram pande mihi pelidæ muſa ferocis: ſi minuaf uel una dictiõe, Iam nec uerſus habebif, nec oratio. Si uero ſecundũ capiaf, ita ut nihil aliud ſit oratio q̃ eius ipſius in unũ collectæ ptes, ſeq uidebif ut partes inuicem partes habeãtur, ſi enim totũ illis non ſubſit preter illas cuius partes habeantur, inuicem altera erit alteri pars. quod fieri nequit, cum partes includi ſoleant in eo cuius partes & ſunt & habẽtur: ſicuti in homine pedes & manus & caput, In pedibus & manibus digiti, i capite, oculi, naſus aures, & cætera, quæ ipſius partes eſſe exiſtimantur. Minime uero hoc modo cõpræhenduntur partes oratiõis in parte, neq; enim pandæ, in ira, neq; contra clauditur: nec mihi in pelide, aut uice uerſa compræhendif. Sed dici poſſet ex aduerſo id quod Ariſtoteles in metaphyſicis ait cum tertium quiddam eſſe compoſitum cenſet, & diuerſum a duobus quæ illud componant ptibus: utif ipſe hoc exẽplo. ba. ſyllabæ, q̃ nec. b. ſit nec. a. ſed ba. At reſponderẽ ſceptici prouiſſent iã ſupponi & pacato recipi. b, & . a. litteras ſyllabæ partes cenſeri, quod ipſi ducerent incontrouerſiam, & ea forte ratione. q; totum & eius pars ſe ſe reſpiciunt ita, ut alterum ſine altero nequeat intelligi. prius autem eſſe & natura & tẽpore. b. & . a. ſeorſum q̃. ba. atq; ita de orationis partibus ſicuti de partibus ſyllabæ, Iuſta proportione decernendum. Et præterea quærunt cum affirmatur a grammatico illam dictionem iram eſſe partem uerſus ipſius, ſiue orationis ſuprapoſitæ, quid nã ſint reſponſuri cum interrogantur utrũm totius orationis ſit pars? ſi affirmauerint ſequetur inquiunt ut ſe ipſam ipſa compleat, neq; enim integra illa ipſa oratio habetur ſine dictione ipſa, Iram. atq; inde etiam ſequetur ut ſe ipſa maior minorq; ſit: Maior quidem ſe ipſa quã ſe ipſa completur, quod enim completur eo ipſo quo completur eſt maius: Minor uero qua ſe ipſam complet, quod enim rem quampiam complet minus eo eſt quod completur. Atqui ſi partem dixerint eſſe carminis reliqui, contra dicent ea ratione. quod eo non compræhenditur, ſicuti pars in toto compræhendi cõſtat: toto inq̃(ne de uerbo æquiuoco ſubterfugium præſtetur) quod integrale nuncupatur, quale totum habetur oratio. Hinc deducetur non indigere complemento, carminis reliquũ, cum eius partẽ eã nõ eſſe conſtet quæ putabaf ad ipm̃ pficiẽdũ ptinere. Sed de oratione in uniuerſum ſatis hæc ſunto. partem aliquam tractemus uice

Reſponſio.

Cõfutatio.

Quid contra orationẽ grãmaticã ſcepti ci.

Obiectio.

Reſponſio.

omnium,ea ſi placet ſit quæ nomen uocatur.Nominum alia maſculina alia fœmini/

De ſpoſitione noium.

na,alia neutra nuncupantur:eorum autem numeri ſingulares & plurales:apud græ
cos etiam duales.Si hoc natura factum eſt,id ſane aut a priſcis illis apud quos prima
nominis mentio,ita conſtitutum eſt,qui etiam frigus quo afficerētur, & uoluptates
quibus delinirentur quibuſdam etiam uocibus a natura profectis expreſſerint, aut
ꝙ etiam in præſens uniuſcuiuſqꝫ ſenſum naturaliter commouent,eo deuentū ut hoc
maſculum illud fœmineum cenſeatur.ſi primum dixerint unde nam illa quæſtio po/
ſitione an natura conſtent nomina?pinguiori enim diſcuſſiōe terminaretur, ꝙ ut eā
philoſophi admitterent,apud quos hac de re multa lis,æquis fere utrinqꝫ ratiōibus
agitata.ſi enim natura non poſitione extarent nomina,num omnibus eadem ſignifi
carent?græcis,latinis,hebreis,aliis.ꝙ ſi unum quemqꝫ mouerent,quæ nam hac de re
controuerſia eſſet?omnes enim eodem mō moueri pſentiremus,ſicut & igne omnes

Qđ non ſint eadē noīa oībus eadem liguā utētibus.

afficimur & frigore.Atqui oibus eadē nō ſunt noia,eadem ēt lingua utentibus.Stā/
num Athenienſes fœmininæ efferunt,peloponēſiaci,maſculine,& unuſquiſqꝫ eorū re
cte ſe dicere cenſet.Sic & tholū Alii maſculo,alii diuerſo genere malunt eſſe.& præter
ea ex modo multa ēt ſcribunt noīa diuerſe,ſed & aliquādo altero,alterutro ēt mōq/
dam,quoniam.ſ.ita inſtitutum poſitumqꝫ nouere.Si quidem λιμὸν quod nomē famē

Nā ne an poſitu ſint maſcula et fęminina noīa.

latine ſignificat,græcorū multi & fœminea & maſcula uoce pnunciant.ꝙ ſi dixerint
eſſe quæpiā natura maſcula quæpiā fœmina,cui & noīa eiuſdē tōnis aptent, ut maſ/
ſcula nomina rebus maſculis,& fœmīa fœmineis appellatiōib9 denotētur.etenim fœ
minis muribus,aquilis,culicibus,ſcarabeis,ſcorpionibus, maſculū nomē aptatū ē:nā
illa omnia.μυς.ἀετος.κώνωψ.καὶ θαρος.σκορπίος.quemadmodum & eorum mares ita
& fœminæ apud græcos enunciantur.Rurſum hirundo,teſtudo,Cornix,mygale, maſ
culini ſexus:fœmineo etiam apud græcos nomine uocitantur χελιδών.χελώνη.κορώ
νη,μυγαλῆ & alia præterea non parum multa facile reperirentur.Itaqꝫ ſi natura nul/
lum eſt fœmininum aut maſculinum nomen,ſed poſitione conſtant:quo pacto gram

Reſponſio. Cōfutatio.

matici,uertunt eo quo diximus modo,nomina?dices forte quæ ſunt alterius ſexus,
aut generis,ui articuli fieri alterius,ſed ſi natura nullum eſt tale,non ne potius utrū

Reſponſio. Confutatio.

ꝙ erit indifferens hoc an illo genere proferatur?at dixerit forte quiſpiam ita uſu ue
niſſe,ut modo hoc modo illo modo enunciarentur:non igitur artifex ratio hoc fece
rit,ſed abuſus & uulgi conſuetudo.quare in artificem aut artem iſthæc ūt in autho/
rem non referentur.ſed enim pluralis quoqꝫ & ſingularis numeri magna confuſio.
attici unam urbem pluraliter enunciant,quos etiam latini ſecuti,ut Athenæ,plateæ.
& rurſum thebe ſingulariter & thebæ pluraliter.& mycenæ ſingulariter , & mycenæ
pluraliter.De menſura quoqꝫ pedum & menſura partium orationis multa cōcutiūt,

De orthographia.

& orthographiam quoqꝫ ducunt incontrouerſiam,quam decernunt quātitate,qua/
litate,diuiſione conſtare:eaſqꝫ omnes partes & authorum diſſenſiōe perpetua.& effe
ctibus qui idē uaria in inſcriptione inueniuntur,tollere ſatagunt.proprietatem quo
qꝫ illam ſermonis quam græci ἑλληνισμόν.quaſi dixeris græcitatem uti nos latinita/
tem,ſublatam iri procurant.Eius duas cum ſtatuant differentias,alteram quæ a com
muni ſit remota conſuetudine & in grammaticam uergat analogiam,latine dicimus
proportionem,qua uidelicet ſimilia ſimili modo inflectunt declinanturue,uerbi gra
tia apud græcos ζευς ſi habeatur ratio analogiæ inflecteretur.ζεος.ζεῖ ζέα.quæ non
ſunt in uſu . Alteram iuxta conſuetudinem uniuſcuiuſqꝫ gentis , quam ſcilicet uſus

&

& obſeruatio confecerit,utranq; demoliri tentant. Ac de prima quidem ſatis conſtat eos fruſtra ſe ſe artem tradere quæ a nullo recipiatur,quemadmodum qui nummos antiquatos & exploſos in forum afferre uellet,quos nec circūforanei olitores admitterent.de ſecunda uero cum uſus ſit & conſuetudo uaria,nihil etiam ſtati & omnino conſtantis poteſt aſciſci.nam pro capitum uarietate,uariæ ſententiæ fuerunt authore ſexto.Nec abfuere qui demoſthenem thucydidem platonem uocarent barbaros,barbarie quoq; damnauit demoſthenem æſchines,& Theophraſtum unius affectatione uerbi (ſi latinis etiã ſtamus authoribus) uocauit hoſpitem anus attica. Sed enim ipſa de arte loquendi uel græce uel latine uel alio quoquomodo,quid nam poteſt afferri ſtati atq; perpetui?quando omnia ad conſuetudinem referantur uariam atq; diuerſam.nanq; artem ipſam ſi dixerint ſe ſe habere,aut ſine arte ſe ſe habere illam & tenere dixerint,aut aliqua alia arte.Si illud protulerint,ad conſuetudinem recident uſu non autem arte ſuffultam:ſi hoc,alia erit opus arte,atq; iterum alia quo ad terminum non inueniat oratio.nam ſemper de illa quæretur arte,ullo ne artificio conſtiterit an minime?Rurſum cum earum quæ dicũtur artium aliæ ueræ ſint artes conſtentq; ſuis principiis,ut ſtatuaria,ut militaris. Aliæ minime ſed nomine tantum & uanis promiſſis ut genethliaca & geomantica.opus erit iudicatorio ad interſtinguendum hic an ibi ſit collocanda proprietas hæc quã de loquimur , recte unoquoq; in idiomate atq; ſignanter differẽdi.Id ipſum autem iudicatorium uel rite & ex arte probabit,& rectum ab obliquo diſcernet,uel ſine arte. primum ſi dicent in ea incidenet incommoda quæ ſupra docuimus ex infinitate pendere.Si ſecũdum attulerint, quid aliud id fuerit q̃ conſuetudo,quæ nulla indigebit arte?Cæterũ cũ nihil ſit aliud hoc rite loqui uel latine uel græce,q̃ quod apud grammaticos diſcim9.id nempe uel clarum erit atq; conſpicuum,uel obſcurum & ignotum,primum dici non poteſt,quoniam conſonum eſſet & conſtans non uarium atq; diſſentiẽs.& præterea in eo quod clarum eſt percipiendo non eſt opus arte,quemadmodum ea etiam nõ utimur cum album uel dulce uel calidum ſentimus atq; percipimus.ſecundum uero ſi afferatur in medium id eueniet ut obſcurum quod eſt,cum per aliud quiddam manifeſtari oporteat,certe manifeſtet aut naturali aliquo iudice,quo.ſ.duce natura,latinitas aut græcitas a barbarie internoſcatur,aut aliqua conſuetudine loquendi,quæ inter oẽs conſuetudines ſit ſumma atq; perfecta,aut omni ſimul cõſuetudine omniq; in unum coacto uſu differendi.primum neutriq̃ dabit.qm̃ qui latine credunt loqui,alii aliter & in generibus noium, & uerborũ flexionibus loquunt,nec minus græci inter quos attici τὸ τάριχος,peloponẽſii ὁ τάριχος dicũt,& alii λίσσάμεν.efferũt:alii τοὺς σάμιον. Quare hinc grammaticus quomodo loqui oporteat?non ꝑcipiet neq; diſcet.quandoq dẽ particulares diuerſorum inter ſe conſuetudines nec arte nec natura conſtituuntur. ſi uero unã præ aliis delegerint,quã ſummã dicãt atq; pfectã:id uel ſimplici aſſertiõe dixerint,uel demõſtrationibus & methodicis ꝓbationibus adhibitis.Si primũ,cõtra & ipſi dicemus pluribus magis q̃ uni aſſentiri oportere.Si ſecũdũ afferent, cogẽtur fateri methodũ illã normã eſſe & indicẽ qua & recte & non recte loquendi fiat diſcernieulum:quod cum nequeat fieri,relinquitur ut communi cõſuetudini accedat . hoc autem obſeruationi communi,non regulæ analogicæ tribuitur:ſi quidem aut poſitiõe,id latine uel græce loq cõſtat,aut nã,nõ primum,quia non idem uidetur oibus. quod enim uni recte,alteri non recte dictum aſſeritur,ſi ſecundum dabitur, humana

Nota.

id lege ſancitum erit,quam rectius percallebit is qui uſu eam depræhendit q̃ q ana-
Quid analogia. logia uenatus fuerit.Sed enim analogia num & ipſa a conſuetudine deriuatur?ſi ni-
Sextus. hil aliud eſt q̃ multorum ſimilium nominum appoſitio,ut definit Sextus.uel æqua-
Gellius. lium & inæqualium conſideratio ut ſcribitur apud eundem,uel uti Gellius ſimilium
declinatio.Apud quem eſt uidere fuiſſe etiam inter antiquos & longe probatiſſimos
grammaticos cratetem & Ariſtarchum,non leuem controuerſiam.quando hic analo
giam defendebat,ille anomaliam.hoc eſt declinatiõis inæqualitatem:cui Marcus Var
ro octauo de lingua latina libro aſſenſus docuit,nullam eſſe ſimilium obſeruationẽ:
tam & ſi in aliis defenderit analogiam.num inq̃ deriuabitur a conſuetudine uſuq; cõ
muni analogia?Si multorum eſt ea nominum obuerſatio.Nomina enim conſuetudi
ne conſtant:unde & conſuetudini accepta referetur analogia:quæ cum ab ipſa pen-
deat conſuetudine,hanc ſi ſuſtuleris ipſam analogiam ſuſtuliſti,ſi receperis ea nullo
pacto neceſſaria iudicabitur.Ad hæc ſi antiquitati ſtandum,quis nam author anti-
quior græcis & latinis?non id certe ſatis conſtat,& multa iam antiquata cõmuni con
ſenſu non recipiuntur,in quem conſenſum demum & probati omnes loquendi mo-
di,& omnes pariter uitioſi ſermones tanq̃ in iudicem & arbitrum uniuerſæ locutiõis
referuntur.ut hinc etiam qui barbariſmum & ſolœciſmum definiunt,conſuetudinis
meminiſſe conſtet,aqua quoniam adhorrent,uitio damnentur.hæc autem conſuetu
do aut nominum omnium & ſingulorum conſiderationem adhibet,aut aliquorum,
aut multorum.non ſingulorum omnium,quoniam ea ſunt indepræhenſa innumera
biliaq;.at ſi aliquorum,non erit uniuerſalis:nam quod quibuſdã accidit nominibus,
non ideo contingit omnibus,ſi plurimorum,ex quibus falſo confici id quod eſt uni-
uerſale quidam nugabantur,non ne aduertent qui ita dicturi ſunt differre id quod
uniuerſim capitur,ab eo quod frequenter aut plurimum?illud enim ſemper eodem
q; modo ſe habet,hoc autem quandoq; fallit & uariat.Sic enim in nominibus ut in re
bus naturæ ſæpenumero euenit,ut excipiantur quæpiam quæ aliis non ſint ſimilia,ſi
cuti inter lapides magnes:inter ſerpentes ceraſtæ:inter quadrupedes Elephas:inter
piſces is quẽ græci galeon appellant.quare quemadmodũ eximitur magnes ab aliis
lapidibus ꝙ ſolus ferrum attrahat,uel ferrum ſequatur.& ab aliis animantibus Ele-
phas,ꝙ proboſcide ſolus pollet,& a ſerpentibus ceraſtæ,ꝙ cornua gerãt:& ille a piſ
cibus ꝙ uiuiparum animal habeatur:Ita nomina peculiari quadam inclinatiõe pol
lent,ut propterea nequeãt cæteris ita annumerari ut ſimilia iudicent:atq; inde ana
logia conſtituatur.ꝙ ſi nobis regerant conſuetudines quoq; eſſe uarias.non nobis
tum ſed ipſis qui ſe grammaticæ doctores faciũt illud oberit.reiiciemus illud ipſum
in ſuam analogiam quæ quidem ſi ſimilium eſt obſeruatio,ſimile uero ex conſuetudi
ne,conſuetudo aut inæqualis & inconſtans:non ne fatebuntur inconſtantem & eſſe
De etymologia. & haberi debere analogiã? ꝙ ſi etymologia ſe dignoſcere aut diiudicare dixerit,aut
hanc ipſam dicent analogiæ conſonare atq; congruere,aut minime,ſi primum tra-
hetur ab illa.ſi ſecundum opus ea non erit quemadmodum ſupra de ea ipſa analo-
gia & conſuetudine diximus.Ad hæc nomen quod etymologia debet diiudicari lati
num græcum ne an barbarum ſit,aut omnia ſe præcedentia habet ipſi ſuppoſita ety
mologiæ aut non habet.ſi primum dent,facile deuenient ad infinitum quendam &
ſine ullo principio progreſſum,adeo ut ignoretur principium illud quodcunq; tãdẽ
ſtatuatur,cui nam linguæ debeat adſcribi?cum ſciri non detur aquo tandem uoca-
bulo

bulo primum ſit deductum,uerbi cauſa lapis latinũm creditur nomen, quia ita dic/
tus ſit quia pedem ledit.rurſum de ipſo uerbo lædit erit quærendum,a quo ſit dedu
ctum:illudq; ipſum latina græca barbara ne uoce ſit appellatum?quis enim primum
illud ſupremumq; principium unde nam fluxerit inueſtigare poterit ne dum ſtatue
re atq; decernere?Si uero ſecundum conceſſerint,promptum erit dicere,quemadmo
dum ea quæ etymologiam non habent,inquæ.ſ.fatentur ipſa quibus ineſt etymolo/
giæ ratio referri atq; reſolui,ſuſcipiunt ipſi & pro latinis uel græcis habent non pro
pter etymologiam.ſed propter tritam aliquam conſuetudinem uſumq; cõmunem.
ita id quod etymo ſuſcipitur & propterea uel inter latina uel græca reponitur,nõ ex
etymologia ſed ex uſu & conſuetudine ſuſcipi debere.ſed enim quãdoq; accidit ut ea
dem duobus nominibus appellentur altero quod pollet etymologia:altero quod ab
ea remotum ẽ.num propterea hoc ut barbarum reieceris,amplexatus alterũ?quod
ſi feceris uide ne damneris a græcis cum ὑποπόδιον nomen quod nos ſcabellum dici/
mus χελωνίδα.nuncupent & attici & coi.illud tamen etymo fretum eſſe nullus negat
hoc nullus affirmat,& χελωνιν etymon habere non dicitur etiam ab ipſis athenienſi
bus,quos tamen propterea barbaros minime nuncupaueris.Quare cum græce ſine
etymologia(nam quod de hoc dicitur de Aliis pmultis dici poſſe ambigit nemo) lo
quantur ipſi uſu freti conſuetudineq; cõmuni,non ſecus & qui conſuetudinem locu
tionis aliis in rebus ſequuntur uel græce uel latine loqui iuxta proportione ſeruata
quis abnegauerit?etiam ſi analogiæ & etymologiæ rationẽ ſecuti non fuerint.& hæc
fere Sextus ipſe pyrrhonius de ætymologia ſed græce diſſeruit.Cui fortaſſe Laurẽtius Sextus. Laurẽtiꝰ uall.
Vallenſis ſi eius legiſſet libros plena ut aiunt cæra ſubſcripſiſſet:eius illa nempe ſunt
uerba in quarto elegãtiarum.Tam parum attinet de ætymologia diſputare quæ ple
runq; fallax eſt & in primis niſi fideli fundamento nitatur friuola.Addiderim ego li
bentiſſime me reſciturum quod nam fidele fundamentum poſſimus etymologiæ ſub
ſtrarum imaginari?nec etymologiæ ſolum uerum etiam & plurimis ſi non omnibus
grammaticæ partibus una loquendi cõſuetudine prorſus abdicata?quis enim ut cæ
tera ita & figuras & nominũ & orationum uarias uſui conſuetudiniq; non tradide/
rit?quæ & ſi uitio primum edita fuerint laudem mox ſunt conſecutæ.hinc aphæreſes
epectaſes, ſyncope,ſyſtolle ,eclypſes , archaiſmi , hypallagæ , hyperbolæ ,ſynecdoche,
zeugmæ , hypozeugmæ , & alia multa , quæ & cum antiqua circa præpoſitiones
licentia & cum barbariſmis etiam & ſolæciſmis effecere ut nihil in oratione uitioſum
adeo ſit, quin aliqua poſſit quæ in uſu fundata ſit ratione defendi.& de artificiali grã
matica hactenus.ſequitur ut de hiſtorica dicamus quam ſine arte & methodo illi ip/
ſi qui eam maxime colunt profitentur.Tauriſcus enim cratetis auditor uerſari eã cir Contra partẽ grãmaticę hi ſtoricam.
ca promptitudinem quandam ſine arte & ſine methodo materiæ,Dionyſius thracius
qui in hiſtoriis & dictionibus partem hiſtoricam uerſari uoluit id ipſum pene decre
uiſſe uidetur,& Aſclepiades etiam eo tendit ut det intelligere & ſine arte & ſine me/
thodo eſſe partem eam circa quam grammatica uerſatur hiſtoria,quam quidem hi/
ſtoriam ipſius grammaticæ artis Partem nõ eſſe,ita collegit Sextus ipſe pyrrhonius.
aut eſt ars grammatica aut non eſt ars:ſi non eſt,nec quæ ſub illa cõtineri dicitur ut
pars,ſi eſt tum deducetur etiam eam hiſtoricam partem non eſſe artem,quoniã par
tes artis artificiales ſunt:hiſtoricam uero partem ſine arte & ſine methodo eſſe mul
torum grammaticorum de quibus ſupra diximus authoritate ſignificatum eſt , quo

ſit ut hiſtoricam quam uocant grammaticam, partem non eſſe grammaticæ confitē
dum ſit: & confirmari maxime poteſt ex eo ꝙ ipſis in partibus hiſtoriæ quæ tres ab
Aſclepiade conſtituuntur, uera .ſ. quæ in facto conſiſtit, trifariam quoq; diuiſa in pſo
nas, in loca & tempora, in actiones: falſa quæ fabulis & fictionibus continetur, & Ge-
nealogias illas deorum & heroum uanas & anilibus nugis ſimiles exponit: tanq̃ ue-
ra qualis in comicis & mimorum ſcriptoribus cernitur, in ipſis inq̃ partibus nec ars
ulla nec methodus inuenitur. Nā quæ rogo ars in finibus terminisue regionū? uerbi
gratia ſi āracinthus ſit atticæ terminus: quæ in temporibus? ſi quartadecima. ſ. olym
piade ſit natus Xenophanes: quæ in perſonis? ſi plato philoſophus Ariſtocles antea

De eraſiſtra-to uaria et ariſtotelis filia.

nominabatur aut foramen habebat in aure, ſi Ariſtotelis filia pythia nomine tribus
nupſit uiris nicanori ſtagyritæ primum, deinde proclo demarathi qui originem tra-
heret a regibus lacedemoniis, tertio metrodoro medico qui eraſiſtrati fuerit magi-
ſter ut ſextus uoluit, ut autem Plinius uelle uidetur, pater: nam ex Ariſtotelis filia ge
nitum eraſiſtratum Plinius in uigeſimo nono ſcribit, & Chryſippi diſcipulum, & cen
tum talentis antiocho rege ſanato ab eius filio ptolemæo donatum: Sextus uero em
piricus metrodorum medicum Ariſtotelis generum fuiſſe & Chryſippi cnidii diſcipu
lum & eraſiſtrati præceptorem tradit, cui natus ſit filius nomine Ariſtoteles ex py-
thia ipſius Ariſtotelis filia: quæ inq̃ huiuſcemodi in rebus aut ars aut methodus? re-
bus inq̃. quæ & infinita quodammodo ſunt, & tam uaria ut quiſq; fere in iis propriā

De cā mortis eſculapii quā uaria.

ferat ſententiam. exemplum ſit illud Aeſculapii q artis medicæ inuentor apud græ-
cos habet, & fulmine interfectus: Alii uti ſteſichorus in eriphyle de cœlo tactū uolūt
qm̄ excitarit ab inferis quoſdā qui i bello thebano cecidiſſent, alii qm̄ Tyndarū ut pa
nyaſis. Alii quoniam Tyndarida reuocauiſſet ad uitam. polyāthus Cyreneus quoniā
proeti filias Iunonis ira furentes ad ſanitatem reduxerit. ſtaphylus quoniam hippo
lytum ex troezene fugientem curauit. Philarchus quoniam opem tulerit liberis phi
nei obcæcatis matri. ſ. eorum cleopatræ gratum facturus, Teleſarchus quoniam orio
nem excitare tentauerit, pindarus (quod & alibi rettulimus) quoniā medicinam no
cēter exercuerat, quod & Tertullianus in apologetico. His igitur & huiuſcemodi i re
bus a falſis uaniſq; hiſtoriis originem trahentibus, & deſinētibus in ambages uarias
& inexplicabiles, ad quorūlibet etiam arbitrium fictas, artificialis ulla methodus aut
ſpeculatio reponetur? aut deniq; quomodo a falſis uera etiam ſi illis abdicatis in his
quærenda ars eſſet ulla, ſecernemus? nullum enim tradidere grammatici diſcernicu-
lum uerarum falſarumq; hiſtoriarum. nam & fabuloſos Alii fines hiſtoriis imponūt
ſicuti ulyſſi, quem in equum uolunt fuiſſe transformatum, Alii uero ſimiles fabuloſis
nec in hoc etiā conſentiunt ueluti (ne appropoſito recedamus exēplo) ulyſſes a qbuſ
dam fertur a telegono filio per ignorātiam occiſus, a quibuſdam necatus aculeo ma
rinæ turturis, quam gutturæ captam larus emiſſet. & hæc de hiſtorica parte ut arbi-

Cōtra grāmaticę ptē q̄ poetas iterp̄tatur

tror ſatis: Reliquum ut pars quæ circa poetas & authores alios interpretandos uer
ſatur etiam monſtretur & inanis & inconſtās. quod paruo labore & fieri poſſe, & fa-
ctum etiam eſſe maxima ex parte, liquido conſpiciet, qui animaduertet ſubuerſas eē
iam ex iis quæ diximus partes eas quæ circa rationem & artis grammaticæ, & hiſtori
cæ portionis obuerſabantur. ſine illis enim qui poteſt poetarum aliorumue ſcripto-
rum celebrata illa interpretatio conſiſtere? Sed aliqua etiam ut negocium pluribus

Argumētatio

numeris abſoluatur dicenda ſunt: qui argumentātur poetarum lectionem utilē eſſe
ad uitā,

ad uitam,commodiſſimeq; degendi præbere occaſiones,& ad fœlicitatem conſequen
dam magnopere conducere,proptereaq; grammaticam nobis eſſe neceſſariã. Ei reſ/
ponſum dari poteſt:& in ſumpto ueritatem non ineſſe & in connexo etiam(ſi illud p
uero excipietur)eam ipſam ueritatem non reperiri.non minores enim malorum oc
caſiones ex poetis,ad uitia q̃ ad uirtutes trahunt homines,ut qui & uarie ſcripſerũt
& modo uitiis habenas laxarunt,modo eas compeſcuerũt,ut facile eſt uidere ſi quis
eos in manus ſumpſerit,tam & ſi alio alius ad uirtutem propenſior,& alius alio ſit in
clinatior in uitia uel narranda uel extollẽda.opus igitur erit diſcerniculo quod nõ
a grammatica ſed a philoſophia petetur,quæ & poetam a poeta,& loca a locis ipſa i
lectione ſecernet. Atqui neceſſaria propterea non erit ars grammaticæ, quando ſen
tẽtiæ ſi quæ ſunt in poetis præclaræ,ſine eius adminiculo poſſunt hauriri . quis enim
non aduertat aut admonitiones aut præcepta ſummi abſq; grammatica?ſicuti & uul
gus multa etiam uel ænigmatice dicta memoriæ commendat ad uſum uitæ,uel puer
bia diſcit,uel peregrinarum etiam hiſtoriarum egregia aliqua facinora , non ſurda
aure percepta,in animi admittit penetralia mentiſq; ſeceſſus.De ea uero parte quam
dicunt fœlicitati conducere,neſcio an quia fœlicitatem recte definiãt,& methodum
uiamq; doceant eius inueniendæ?an quia utilem uitæ arbitrent?quia aliquãdo uſui
fuerit uel augendis opibus uel principatu adipiſcendo,ſed utrum malint etiã ſi utrũ
q; ſimul capiant,nil eis commodi ad beatam uitam obuenit,nulla ſit acceſſio fœlici/
tatis.nam de fœlicitate definienda quid dicam?quando multi exiſtiment epicurũ ex
homero traxiſſe ſummum bonum eſſe in uoluptate,ex euripide multos impietatis
habuiſſe occaſionem:Impuri & obſceni amoris,& ebrioſæ uitæ fomenta ab alcæo &
anacreonte multos petiſſe : Iracũdiæ præcepta ab Archilocho & hipponacte bibiſſe,
ſunt qui uelint.& longum eſſet percẽſere ſingula quibus aliqui præcipites iuerũt ob
ea quæ apud poetas perperam didiciſſent:Vtilem uero ſi dixerint aliquando,atq; p/
pterea fœlicitatis iter aperire,longe fallentur,quãdoquidem quod utile eſt uitæ ali
quando,non tamen ſemper,nec ad finem illum ſupremum conducit. Alioqui ſaltã/
tio etiam conduceret ad fœlicitatem,quoniam aliquando utilis fuit ſoſtrato in prie
ne patria liberanda,quando ei Antiochus id ipſum muneris ſaltatione conceſſit,q̃n
& neceſſariæ non modo utiles habentur aliquæ apud homines mechanicæ artes,quæ
tamen nullo pacto præſtant fœlicitatem.Sed ne poeticam aliqua ex parte utilem ui
tæ cauſa idicta prorſus abnuamus, & alias artes quæ homini magnopere ſubſeruiãt,
refutare omnino uideamur:diſpiciamus eos qui grammaticam dicunt eis ipſis arti/
bus neceſſariam tanq̃ cognitricem & iudicem quo nam fundamento nitantur? ſoli/
do ne an harenoſo?omnis enim poeſis omnis hiſtoria quæ grammatico ſupponitur
euentilanda,ex dictionibus declarãtibus & rebus declaratis cõſtituitur, quare opor
tebit grammaticum ſi ullam habet artem internoſcendi & diiudicandi poetas & hi/
ſtoricos,uel dictiones ſolum,uel res ſolum,uel utrunq; cognoſſe.Res autem quomo/
do agnoſcet grãmaticus?aliæ enim phyſicæ aliæ metaphyſicæ,aliæ mathematicæ , an
phyſicas præter phyſicum quiſq̃ intelliget?adeo inuolutæ,implexæ,uariæ,inconſtan
tes?an mathematicas norit qui earum in ſpeculationibus non fuerit ante uerſatus?
q̃to igitur minus quæ ſupra ſenſum & humanam imaginationem?an igitur omni/
no ſapiens erit grammaticus atq; ut græcis dicitur πάν σοφοσ & omnis ſcientiæ peri/
tus?q; ſi cæcus eis in rebus erit,utiq; non minus cæcutiet in poematibus quæ ab ip/

ſis erunt conſcripta philoſophis,quemadmodum ab empedocle,parmenide,timone, aliis qui rerum naturam ſpeculabantur.ſi uero dixeris eos non in rebus uerſari ſed in dictionibus,afferant quam nam artem habent cognoſcēdorum uocabulorum?eā ſane non haberi ab illis antea monſtrauimus.Cuius nam quæſo cum ſint apud diuerſos diuerſæ linguæ & infinita prope uocabula in una quaq; earum,& rebus quæ ipſi ignoramus impoſita?uerbi cauſa apud ſophoclem phrygia quædam uerba Regem ſignificantia,apud græcos non idem ſignificāt:apud philoſophos uero quidam ſunt modi loquendi atq; uocabula quibus abditos mentis conceptus expromunt,ipſis tātummodo nota philoſophis.q; ſi neq; ex ſignificantibus uocibus neq; ex rebus ſignificatis decernēdorum poematum poteſtatem & artem nouere, neq; ex utriſq; ſimul, ſitiq; ſcituros eos facile quiſq; poterit arbitrari.

Quę et critolaus peripateticus et academici charmidas atq; clytomachus:et ſceptici phī aduerſus rhetoricam commentati ſint:et quid operis author pro ea. Caput.iiii.

Percurſis quæ ad grammaticam infirmandam facere uidebātur ſe ſe ad rhetoricam demoliendam pyrrhonii conuerterunt.Initio autem poſuerunt definitiones eius in medium uarias:ex quibus etiam quid nam ſit id quod cōfutari eſſent difficulter dignoſceretur:Deinde materia mox & finis eius incontrouerſia propōitur,indiſcuſſa uidelicet & plena rixarū.poſtremo de partibus eius lis multa,cuius terminari modus non facile queat.primum primitus exequamur. Plato in

Quid ſit rhetorica ꝗ uaria.

gorgia uoluit rhetoricam effectricē eſſe pſuaſionis p ſermones ſiue orationes in quibus.ſ.nis collocaretur & fide eſſet non doctrina freta. Reſpexiſſe Plato fertur ad multa quæ ſine uerbo perſuadent,ad aurum,ad gloriam,quæ nim apud plurimos obtinerit ſane ꝗ maximam,ad pulchritudinem præterea quemadmodum ex helenes conſpecto decore troiani ſenes apud homerum mutauere ſententiam:& denudatū Phrynæ pectus plus iudicibus perſuaſit ut meretrix non damnaretur ꝗ oratio illa quam habuit hyperides luculentiſſima. cum uero fidei & doctrinæ mētionem fecit eo dixiſſe aciem creditur ut daret intelligi,alias etiam eſſe artes quæ ſermone perſuadent non tamen fide credulitateue ſed doctrina:quare perſuaſio illa quæ græcis πειθὼ dici

Xenocrates et ſtoici.

tur ab artibus aliis rhetoricam plane ſecerint.Xenocrates autem & ſtoici ſcientiā benedicendi rhetoricam definiuerunt.Sed inter Xenocratem & Stoicos id inuētum eſt diſcriminis,q; ille more antiquo ſcientiam pro arte poſuit,ii uero pro certa compræhenſione ſoli adnata ſapienti.dicere autem uerbo uſi ſunt,ut differt a diſputare,qua de re diſtinguitur a dialectica,cuius munus breuiter & conciſe conficere propoſitū, cum rhetorica ſe ſe dilatet & explicet:unde & citixus zenon,palma exrēta & pugno

Ariſtoteles.

cōcluſo alteram diſcreuit ab altera.Ariſtoteles artem eam ſermonum dixit eſſe.iis autem in hunc modum poſitis conrradicere nituntur ſceptici.omnis inquiunt ars colle

Argumenta ſcepticorum.

ctio eſt ex cōpræhēſionibus exercitatis,& ad utilē uitæ finem relatis,huiuſcemodi autem non eſt rhetorica,quare ars dici iure non poteſt,neq; enim falſorum ſunt compræhenſiones:Falſa autem ſunt quæ a rhetoribus proponuntur ad iudices decipiendos,ad cōmouendam uel iram uel miſericordiam,ad patrocinandum mæcho atq; sa

Critolaus cōtra rhetoricā.

crilego.propterea critolaus peripateticus & ante eū plato rhetoricam uituperarunt ita ut malam potius artem uocarint ꝗ artis nomine dignati ſint,neq; enim aut ſem-

per

per aut plurimum rhetor co nſequitur quod intẽdit,ſed ſæpenumero uincitur & fre
quentiſſime ſuccumbit.artifices uero alii aut ſemper aut plurimum a propoſito fi/
ne non excidunt.Cæterum cõtigit rhetoras eſſe & quidem celebratos nulla artis rhe
toricæ peritia fretos,qualis demades fertur fuiſſe,& multos palam eſt uidere natura Demades.
ad benedicendum ita aptos,ut cum nulla rhetorices præcepta norint in iudiciis ta/
men & concionibus optime diſſerant.contra uero in rhetoricis præceptis & diſcen/
dis & docendis multos uideris experientiſſimos,qui cum orare uelint magis muti q̃
piſces appareant,& uice cotis uideantur defungi radere quæ ferrum facit expers ip/
ſa ſecandi,Ad hæc ipſe critolaus peripateticus cuius tanq̃ ip[illegible]gnatoris rhetoricæ me Charmidas
minit etiam Fabius in ſecũdo, critolaus inq̃ & charmidas & clitomachus Academici. Clitomachus
conſpicientes artes uitæ utiles e ciuitatibus non ſolere depelli, rhetoricam negaue
runt artem eſſe quæ toties expulſa fuerit:& multa ad hæc adiiciunt ut de cretenſium
lege quæ uetuit rhetoras inſulam appellere,& ꝙ ſpartianus lycurgus thaletis cretẽ
ſis imitator eandem legem intulit lacedæmone,quæ tantarum fuit uirium ut multo
poſt tempore iuuenem qui in peregrinatiõe rhetoricam didicerat ſpartam cum ap/
plicuiſſet ephori pœna affecerint ꝙ doloſos in patriam ſermones intuliſſet . in aliis
ẽt uerboſas orationes non in ſe ipſis tm̃ peroſi lacedæmonii,& Athenienſes ænigma Chiorũ lega
te linearum paruæ & rectæ & longe atq; obliquæ notauerunt:& chiorum legatũ fru ti.
mento uacuum dimiſerunt quoniam multis uerbis petierat quod paucis petere po/
tuiſſet,Alium uero legatum(nam eo remiſerunt legationem quoniam annonæ cari
tate præmebantur)uoti fecere compotem,ꝙ inanem ſaccum oſtendit & chios dixit
quorum legatione fungebatur indigere frumento.Cum itaq; bene inſtitutæ ciuita/
tes rhetoricam expulerint,non autem ullam artium,ſatis colligi dicunt eam artẽ nõ Obiectio.
eſſe.Atqui diceret pulſam olim fuiſſe philoſophiam,aduertat ſectas quaſdam aut hæ Solutio.
reſes philoſophiæ pulſas nõ ipſam philoſophiam,ut pote ſectam epicuri tanq̃ uolũp
tatis magiſtram,& Socratis deorum cultui aduerſam,non unam autem rhetoricam
expulſam uoluerunt ita ut aliam retinerent,ſed omnem omnino rhetoricam.hæc q/
dem græci.At latini qui norunt actum fuiſſe ſenatus conſulto Fãnio Strabone & Va Iterũ obiectio
lerio meſalla conſulibus,ne romæ eſſent philoſophi neq; rhetores , diſparem cauſam
afferre nõ poſſent,multoq; minus cum poſtea ſit manifeſtum ſub Domitiano eiectos
omnes philoſophos roma fuiſſe conſulto ſenatus,& Italia eis non urbe ſolum interdi
ctum:omnes inq̃ non ſolum epicureos aut diis aduerſos tantummodo,ſed Stoicos ẽt
qui ſanctiſſimi a gentibus habebantur & inter illos celebratiſſimus epictetus , qui ꝑ
pterea ſe nicopolim contulit ut etiam eſt in atticis noctibus annotatum . Cæterum ſi
ars inquiunt eſt rhetorica aut habenti eſt,aut ciuitatibus utilis ut artes cæteræ, Sed
nec hoc nec illud eſſe probabitur.quandoquidem uelit nolit rhetor obuerſari eum
oportet in foro,in plateis,cum hominibus prauis,cum ſycophantis eum ipſum ad lo
cum confluentibus,& minus propterea uerecundiæ præſeferre conuenit,ne talibus
hominibus ſit deſpectui audacter etiam loqui & frontem perfricuiſſe ut terribilis ui
deatur aduerſariis.Furtis ꝑterea ſceleribusq; quoniã ea uerſare in actionibus opus
eſt,obuerſari quodammodo rhetora quis ignorat?Ad hæc multas inimicitias incur
rere & omnibus plane odio eſſe,partim ꝙ multis aduerſatur,partim ꝙ ii quibus pa/
trocinatur id ob mercedem facere illum cogitant,& alia præter hæc multa & factu &

relatu in digna perpetiuntur.ciuitatibus quoq; inutilis uidebitur iis qui conſiderã-
rint leges eſſe uincula ciuitatis,& quemadmodum anima corrupto corpore diſcedit,
Lex in pſide. ſic & corruptis legibus ciuitates perire.Quaproter apud perſas lex erat ut qui defun
ctis regibus chari fuiſſent,omnem iniquitatem poſtq̃ animam ipſi reges exhalaſſent,
quinq; diebus continuis committerent,non uti per ſe ſe male agerẽt,ſed ut opere ip
ſo diſcerent populi,q̃ magnum malum ſit iniquitas,rapinas cædes & ſi quid peius in
ferens:ut fideliores propterea cuſtodes regũ quibus leges ſeruantur,euadant:Apud
barbaros qui rhetoricam non agnoſcũt leges inconcuſſæ & imobiles manent, apud
eos quibus in ꝓtio rhetorica eſt quotidie nouæ leges,quemadmodum apud Athenię
Leges athenienſium. ſes,ut propterea plato ueteris author comœdiæ ſcripſerit ſi qs tres peregrinatus mẽ
De ro.legib9 ſes fuerit ciuitatem amplius non agnoſcet.Apud romanos de legibus inter rhetores
multa diſcordia:Etenim modo dictionibus ipſis & legum poſitoris uocibus docẽt in
hærendum tanq̃ omnino claris & nũlla interpretatione prorſus egẽtibus, interdum
rem ſubuertentes neq; uerbo neq; uocibus hærere præcipiunt ſed ſenſum & cogita-
tionem aucthoris ſectari oportere,iubent etiam aliquando ſecundum apocopen le-
ges eſſe legendas,& ex iis quæ relicta ſunt aliquem conceptum intellectumue cõpo-
ni.ſæpenumero uero & amphibolas uoces interſtingũt, utilem ſibi ſignificatum de
ligentes,& alia ſexcenta fallaciæ mendicabula:ne proprerea nõ inſule dixerit rhetor
Rhetor bizãtius. Bizantius,ciuitatis tales eſſe leges quales ipſe uoluiſſet,inſtar uidelicet præſtigiato-
rum qui ludunt lapillis & ſpectatores deludunt,ac uelocitate & uerſatilibus digitis
tanq̃ furantur aciẽ oculorũ.hæc fere & alia pleraq; aduerſus rhetoras Academici diſ
Reſponſio. ſeruere.Sed qui reſpondent,Alii platonem in gorgia(ut mihi uidetur)ſecuti,duplicẽ
rhetoricam faciunt urbanam uidelicet quæ ſolis i ſapientibus cernitur.& uulgarem
prauis hominibus notam,alii exemplo etiam utuntur certantium hominum & uiri-
bus ualentium:quorum ſi quis interconfligendum patrem percuſſerit,Non quate-
nus bellator certatorue repræhenditur,ſed ueluti non bene moratus & impius. quo
pacto & rhetorem etiam ſi præcellens fuerit in fouendis iniquis cauſis merito dam-
Confutatio. nari uolũt,hoc aũt non artis ſed humani:uitiũ animi habẽdum eſſe. Cõtra tamẽ ſtãt
rhetoricæ uituperatores.ſapientem eiuſmodi qualem deſcribunt,aut nunq̃ aut rariſ
ſime inueniri contendentes.quare nec talem eorum rhetoricam illis uidelicet nõ exi
ſtentibus poſſe ſubſiſtere,uel rariſſime & inſtar prodigii. exemplum etiam reiiciunt
bellatoris aut athletæ.neq; enim illi docent ſed quandoq; iniqua faciunt:rhetor au-
tem ſua in arte præcipit,quomodo magna parua fiant,quomodo ex paruis magna
ſuccreſcant,iuſta de iniuſtis & contra fiant,ac nigrum in candida uertant.& præter-
ea cum ex contrariis rationibus & ſermonibus ipſa rhetorica conſtituatur,iniuſtum
Auth.reſponſio. autem iuſto contrarietur,fiet ut iniuſtitiæ tali rhetor incumbat.uerum ego exiſti-
mo finem eſſe in cauſa poſſe,ut eiuſmodi argumenta quæ mores tangunt,diſſoluan-
tur.iniuſtos enim locos noſſe ut fugere eos poſſint,ut reiicere,cum eis utitur aduerſa
rius,& ad artem pertinet,& a boni officio uiri non uidetur abhorrere.Cæterũ ex ma
teria circa quam uerſatur rhetorica eam non eſſe artem uoluere.primum ex iis quæ
aduerſus grammaticos de dictionibus & oratione ſunt diſputata. Deinde ex qualita
te ipſius orationis,quæ ſi utilis non ſit,ſed noxia aut mixta ex noxio & utili, mala po
tius quæ in ea fundatur ars,q̃ artis nomine dignanda.ſicuti quæ circa inſalubria aut
mortifera

mortifera uerſaretur pharmaca,aut ex mortiferis & ſalubribus compoſita,non medicina aut ars eſſet appellanda.pari pacto nec artis appellatione ueniret calumniatrix & ciuilis uitæ perturbatrix facultas. Adhæc benedicere,non ſolum ptinet ad rhethorem,ſed cõmune eſt omnibus doctrinis & diſciplinis,& multam præterea pátitur difficultatem ipſum benedicere,quo pacto debeat accipi:uel ꝙ res utiles nũciet, uel ꝙ propria linguæ,inqua uerſatur,ſint uerba,uel ꝙ breuiter & circũſcripte rem explicent.nam de rebus ipſis parum uel nihil ſciunt,& conſuetudo & liberales artes ẽt linguæ proprietatem ſibi uendicant.breuiter uero tantum abeſt ut dicant,ut periodis utantur & epiphonematibus,& concurſum uocalium uitent,& ſimiliter deſinentia uerba uel de longinquo quærítent adeo,ut ſi quis communi ſermone ita uti uellet,ut illi in orationibus,irrideretur. De fine quoq; rhetoricæ controuerſiam excitãt, ut ſi finis certus non habere monſtretur,cum omnis habitus diſciplinæ,fine polleat, ipſam diſciplinam aut diſciplinæ habitum non eſſe pronuncient.ultimum finem rhethoricæ plurimi dixerunt eſſe perſuadere, Alii probabiles inuenire ſermones,alii opinionem quam uolunt iudicibus indere.qui perſuadere dixerũt uſi ſunt diuerſis uerbis:plato perſuadere ſermonibus,Xenocrates perſuaſiõis effectricem, Ariſtoteles poteſtatem ſpeculandi quod poſſit perſuaderi.ariſton critolai familiaris eius dixit intentionem eſſe perſuadendi,finem uero perſuadere. hermagoras quæſtionem ciuilem diſponere ad perſuaſibiliter capiendum. Athenæus coniectantem perſuaſionem audientium. Iſocrates ſcientiam perſuadendi.Sed cum perſuaſibile tripliciter dicatur quo in ſignificatu perſuaſionem capiant interrogandi ſunt? primo perſuaſibile dicitur quod manifeſto uerum eſt & ueri phantaſiam efficiens homines ad aſſentiendum trahit. Secundo quod falſum eſt & ueri phantaſiam efficiens, Ad aſſenſum inducit. quod & εἰκὸς nominare græci rhetores conſueuerunt ἀπὸ τοῦ εἰκὸς εἶναι τῷ ἀληθεῖ quaſi diceres ab eo ꝙ uero ſimile eſſet.ut hinc etiam illud Ariſtoteleum in topicis declarari poſſit,parum alioqui latinis cognitum enthymemà conſtare ex icotibus & ſignis.quanq̃ aliud genus ènthymematum ex ũeris & neceſſariis, ſed de materia probabili loquebatur.qua de re in quarto logicarum inſtitutionum me late ſcripſiſſe memini.Tertio perſuaſibile dicitur,quod ueri falſiq; intermedium & utriq; commune uidetur eſſe.Interrogandi inq̃ quo de perſuaſibili intelligant? Si de primo iam non eſt opus arte,trahit enim per ſe ſe ad aſſenſum,nulla enim arte indigemus ut noſcamus nos uiuere dum ſcribimus,neq; furem aut adulterum in ſceleribus depræhenſum debere puniri.Sed enim ſi talis perſuaſibilis dicitur eſſe rhetorica ſpeculatrix ob eam habitudinem quam habet ad id perſuaſibile quod non eſt tale dignoſcendũ,quando contrariorum eadem ex diſciplina,ſemper dignoſcetur hoc genus pſuaſibilis ab eo quod diuerſo in genere cõſtituit,atq; ita ẽt ĩperſuaſibilis erit ſpeculatrix,atq; ita ueri & falſi,quando illud uerũ,eſt perſuaſibile,hoc,ipſi uero contrariũ.ſed rhetoricam ueri & falſi diſciplinam eſſe nec rhetores petunt nec concedũt philoſophi. Atqui oppoſitis quoq; cõſentire dicit,oppoſita aũt uera nõ ſunt,nõ igit uerum appetit neq; etiam falſum.nulla enim ars circa falſum conſtituitur. uerum.n. uero ſi ſecundum perſuaſibile falſum capiant,omnino ſcient & imperſuaſibile. quoniam uero falſum omne aut pſuaſibile aut imperſuaſibile,omnis falſi ſcientia fiet & per hoc omnis ueri, atq; propterea non differet a dialectica. Ad hæc cum circa oppoſita uerſetur, & oppoſita falſa non ſint, falſi etiam non fiet ſpeculatrix

De fine rhetoricę cõtrouerſia.

Perſuaſibile trifariam.

Locus in topicis declaratur.

Auth. logicę inſtitutiones.

cæterum neq; quod commune uero & falſo dicitűr perſuaſibile perſequitur,i hoc. n.
& complicatur falſum.quod ars neutiq̃ ſuſcipit.Atq; in hunc fere modum ephectici
aduerſus rhetoricam argumentantur.Alíi uero hac uia procedunt.uel ars eſt rheto
rica,uel non eſt ars.ſi non eſt finem eius fruſtra diſquirimus.Si eſt,quomodo cōmu/
nem finem habet cum aliis artibus & rebus aliis quæ nō ſunt artes.perſuadere enim
multis commune,quando & diuitiis multi perſuadent & gloria & probitate & corpo
ris dotibus.Atq nec perſuaſibilis eſt rhetorica oratio in periodis artificioſaq; uerbo
rum concinnatione uerſata:ſimplex enim potius ſermo perſuadet.& cui nihil inſit fu
ci,nihil uerſutiæ,iſq; ſibi magis & iudicem conciliat & omne pene genus auditorum,
qui priuatam uidelicet quandam adhibet mediocritatem & caret inuidia,& caret ſu/
percilio,ſibiq; magis fauet,qui phaleratis uerborum pompis abſtinet quã qui eas
Antiquus athe.moſ. accerſit. propterea apud Athenienſes a prima antiquitate non permittebaſ ut reis
oratores adſiſterent in areopagi conſilio,ſed unuſquiſq; pro ſe ipſo nude atq; ſimpli
citer uerba faciebat:& hactenus de iis qui finem uoluerunt eſſe perſuaſiōem.Qui ue
ro probabiles ſuſceptibileſq; ſermones inuenire,dicunt finem eſſe rhetoricæ falluntſ,
cum propter alia multa,tū propter ea ꝙ aliũm finem ulteriorem quærit orator, Ad
quem ſcilicet probabilia & ſuſceptibilia ducūnt & uerba & argumenta.qui uero opi
nionem indere talem in animis iudicum qualem uolunt rhetores,ducunt finem eſſe
rhetoricæ,ii ab eis non differunt qui perſuaſionem finem eſſe dixerunt.qui enim per
ſuadet talem in audientis animo parit opinionem qualem ipſe uoluetir: hoc autem
finem non eſſe ſupra eſt patefactum.Sed nec utile quoq; finis habebitur: quod enim
partis eſt finis,hoc neutiq̃ totius eſt finis.deliberatricis enim partis utile finem ha/
beri rhetores uoluere,& præter ea quod utile eſt omnibus uitæ artibus, communis ē
finis.qui uero uincere finem faciunt,non conſiderant q̃ paucos cōſtituant rhetores,
& q̃ inanem & potius euanidam artem defendant,quando uinci potiuſq̃ uincere rhe
toribus obuenit,quare rhetor potius dicendus ille non erit,qui raro finem aſſequiſ
rhetoricæ facultatis,quandoq̃uidem omnis artifex a ſuæ artis fine rariſſime excidit,
De ptib9 rhetoricę controuerſia. tantum abeſt ut illum,aut non frequentet aut plurimum conſequatur. Partes uero
rhetoricæ ducūnt incontrouerſiam,aliam enim iudicialem faciunt,conſultricem aliã
uel deliberatricem,aliam laudatricem,primæ finem dicunt eſſe iuſtum,ſecundæ uti/
le,tertiæ pulchrum uel bonum,quare cum diuerſæ partes & fines quoq; diuerſi,nec
conuenient inuicem nec conuenire etiam uidetur poſſe ut ars ſubſiſtat, & eius finis
perſuaſio merito iudicetur.Sed nec quid iuſtum quid utile quid bonum aut pulchrū
ſæpenumero cōſtat.hinc coracis hiſtoria in ſcholis protrita,& prouerbium mali cor
ui malum ouum a iudicibus decretum.hinc in deliberando tam multæ controuerſiæ,
& in laudando tanta diſſenſio:quando alia ſæpe laudum materia repugnat aliis lau/
dibus.unde buſiris,amycus,antæus,hoſpitum interfectores genere laudati, quãq̃ mo
Author p pte rhetoricę. ribus damnatiſſimi.Sed enim pars illa rhetoricæ quæ dici ſolet uerborum ſententia/
rumq; elegantia,& uno eloquentiæ nomine ſignificari:quo pacto impugnari queat?
quando & naturam imitetur quæ utilibus pulchritudinem iungit,quod in cœlo ſpe
ctare licet in ſideribus,in elementis,in plantis in animalibus,& oium quotquot in lit
teris bene audierunt conſenſus accedat,ſic & apud gentes eloquentiam non modo
rhetores ſed celebratiſſimi philoſophorum plato Ariſtoteles Theophraſtus cæteri
percoluerunt,adeoq; ſcribere cum laude ſine ea non potuerūt,ut illud in Platone ſit
iudicatum

iudicatum admiratione dignum quod in irridendis oratoribus ipſe ſummus orator eſſe uideretur. Apud noſtros non in grecia ſolum. G. Nazianzenus Ioan. chryſoſthomus, Baſylius, Theodoritus, alii: ſed in latio quoq; Hieronymus Ambroſius Hylarius Auguſtinus & non parum multi uerborum ſententiarũq; elegantiam & orationis neruos ad perſuadendum aptos ſuis in libris exhibuerunt: ut mittam Paulum apoſtolum a Laurentio etiam uallenſe qui multos eloquenter ſcribentes authores uexauit, eminentis eloquentiæ titulo maxime laudatum: & de rhetorica hactenus, nũc ad mathematicas facultates & in primis ad geometriam deſcendamus.

Eloq̃tia pauli.

Quid aduerſus geometras ſceptici philoſophi maxime attulerũt. Caput. v.

POſtq̃ grãmaticã & rhetoricã facultates uexauere ſceptici, Ad Geometriã & reliquas cõuerſi artes quæ dici mathematicæ ſolent, infirmare quoq; illas & tanquã de medio tollere ſategerunt. quorũ argumenta uel oĩa uel plurima & breuiter, & quo ad fieri a nobis poterit faciliter, colligem9, latine uero quoniam illi græce ſcripſere iterpretati, eorum rõnes atq; ſnĩas quadã ueluti paraphraſi referemus. Itaq; geometriã ducentes incõtrouerſiã, quoniã (inquiunt) eius artis ꝓfeſſores aĩaduerterunt multitudinẽ difficultatũ eos inſequentiũ, tutũ quendam exq̃rere ſibi locũ ꝓcurãtes geometriæ pricipia ex hypotheſi petẽda eſſe decreuerũt. quare & nos aiũt illis cõtradicere cupiẽtes, de hypotheſi ſiue ſuppoſitiõe uerba faciamus timonis inſtar, q aduerſum phyſicos diſputaturus, bene actũ ſibi exiſtimauit antea q̃rere, an ex hypotheſi q̃cquã inſumendũ eſſet? eſt aũt hypotheſis alia q̃ ꝑtendi tragicis comicisq; poematibus aſſolet. alia q̃ in rhetorica facultate uerſaẽ dũ de re ꝑticulari q̃ſtio fit. alia quã demõſtrationis principiũ appellamus dũ petimus q̃cq̃ ut ad rẽ cõcludendã nos ꝑparemus, atq; de hac ipſa quoniam geometræ illa nituñ ante oĩa diſſerem9. Interrogemus igitur eos in hunc modũ. uel firmũ & ſtabile eſt ad faciendã aliqua de re fidẽ quicq̃ ex hypotheſi capere, uel iſirmũ & debile: ſi firmũ & ſtabile, & firmũ quoq; & ſtabile fuerit ſi q̃d ei aduerſum ex hypotheſi deſumeẽ: quare pugnãtia cõtrouerſaq; ponemus. Si uero aduerſum illud atq; oppoſitũ eius, quod ex hypotheſi deſumptũ eſt, ſine demõſtratiõe fidẽ facturũ nõ eſt, & in illo quoq; hypotheſis ipſa fidẽ minime faciet, quare neutrum ſupponamus. ex hypotheſi igitur ſuppoſitioneue quicquã nõ eſſe deſumendũ apte colligi poterit. ꝑterea res ipſa q̃ ſupponiẽ eſſe aut uera ẽ aut falſa. ſi uera nõ petamus eã nec cõcedi nobis poſtulemus, ad hypotheſim uidelicet rẽ ſuſpitiõis plenã cõfugiẽtes, ſed ſpõte noſtra capiam9. nullus. n. q̃ uera habenẽ exiſtũt q; ſupponit, ueluti diẽ eſſe cũ ſol terras illuſtrat, & me nũc ſcribere & reſpirare: cõſpicua. n. iſthæc & icõtrouerſa ex ſe ſe ſuopteq; ingenio, firmã habẽt poſitionẽ nõ ambiguã & litis plenã ſuppoſitionẽ. quare ſi uera ẽ res nõ q̃ramus nos & tanq̃ ꝑcario nobis cõcedi eã poſtulemus, nõ ſecus ac ſi uera nõ habereẽ. Si uero ipſa res uera nõ fuerit. nihil inde nobis. i. ex hypotheſi afferẽ emolumenti: & ſi. n. millies ſupponamus id quod ſolido caret fundamẽto, nunq̃ tamẽ ſuꝑſtruere poterim9 ſtabile mãſurũq; ædificiũ. Cæterũ ſi q̃s exiſtimauerit cõſonũ eſſe ut fida ſint & uera q̃ ſequunẽ ad ea q̃ ſuppoſita fuerint, oẽm q̃õnẽ ſuſtulerit: illico. n. quiſq; noſtrũ ſuppoſuerit, Tria q̃ttuor eẽ, & hoc dato atq; cõceſſo deducet ſex octo eſſe. Si. n. tria quattuor habenẽ, & ſex octo hẽri poterũt. ſed tria quattuor ſunt ꝑ hypotheſim, ergo ſex octo. atq; i hũc modum

Timon

Varia hypotheſis.

Cõtra hypotheſes mathematicorum.

multa poſſent excogitari.quæ ſi geometræ non admiſerint,ut pôte quibus placeat ſo lidum extare fundamentū ,ſi quod ei ſuperſtructū fuerit debeat admitti:ita & ipſi di cemus non admiſuros quæcunq; ipſi deſumunt ex hypotheſi niſi demōſtratione illa ipſa firmauerint.q; ſi fide dignum eſſe illorum ſuppoſitum & firmum cēſuerint , qua ſuppoſitum eſt.non hæc ſupponant ex quibus quicq̄.poſtea demonſtrent , ſed ipſum illud quod iam demonſtrauerint:hoc eſt non ſumpta propoſitioneſue demonſtratio nis,ſed ipſam concluſionem.quā.n.poteſt illis fidem facere in omnibus quæ patefa ciunt,hypotheſis,hanc ipſam poterit in omnibus rebus quæ ipſa demonſtratione pa tefacta ſunt.quod ſi fidem facere nequiuerit,neq; ſi ſæpiſſime ſuppoſita fuerit conclu ſionis demonſtratio,ſine demōſtratione fidē nunq̄ faciet: nec quod in huius ipſius p̄ parationem deſumptum fuerit, niſi per demonſtrationem doceatur . Etenim cum di cunt ſi id quod ſequitur hypotheſes uerum inuenitur,fiet ut & ipſæ hypotheſes ue ræ inueniantur,plane non recipimus.unde enim fiet ut quod in p̄batiōe quæ illis di citur demōſtratio certo ſit uerū?uel enim ab illa ipſa hypotheſi & omni eo quod ſup poſitum eſt de ipſa neritate certiores fient,uel ex propoſitiōibus quæ illā ipſam ſunt cōſecutæ.primum neutiq; dicēt.obſcurum ſi quidem quod ſupponitur eſt minimeq; manifeſtum:quod autem manifeſtum non eſt ex ſe ipſo fidem nō faciet,quo fit ut ex plicare ipſum conentur tanq̄ id,quod in ſe unde illi aſſentiamur nō habeat.Sed neq; ex propoſitionibus deſumptis edocebuntur.de iis enim uniuerſa concertatio : quo niam firma & inconcuſſa nō ſunt;neq; etiam quod ex illis demonſtratum dicetur, fir mum erit & ratum:quoniam uerum cōſequi falſum poteſt,exemplo ſit illud , terrā uolare falſum eſt,ad eam tamen falſo uolantem ſequitur hoc uerum.i.eam eſſe,quare ſi conſequens uerum inuenitur,non propterea quod anteceſſit uerum illico fuerit. Quibus omnibus conficitur non recte facere mathematicos cum ex hypotheſi prin cipia deſumunt demōſtrationum ſpeculationumq; ſuarum,quando nec quod ex hy potheſi capitur certum unq̄ eſt,nec ſi quod uerum ex ea deducitur probat hypothe ſim fuiſſe ueram:quoniam ex falſis uera deduci poſſunt. Atq; hæc quidem in uniuer ſum,quod ex hypotheſi docentibus certo ſincereq; aſſentiendum non eſt, fere diſce ptant.mox quæ ſtatuunt ab eis docenturq; definitiones ueras nō eſſe ſingulatim cō tendunt.neq; enim illa recipiunt.corpus eſſe quod trinam habet dimenſionem lon gitudinem latitudinem profunditatem,ex puncto lineam,ex linea ſuperficiem, ex ſu perficie corpus conſtitui.in primis autem finitionem puncti reiiciunt ut ſit ſignum ſine parte & dimenſione & extremum lineæ.nam aut corporeum inquiunt, aut īcor poreum,non primum quia contradicit definitioni,non ſecundum quia ex incorpo reo nihil conſtituitur.linea uero puncto fit ut ipſi uolunt.Cæterum quādo quæ ma nifeſta nō ſunt p ea quæ ſenſibus apparēt cōſpiciunt,fiet ut ſi i ſenſibilibus nullū ſignū aut terminus appareat ſine dimēſiōe,in iis q̄ imaginatiōe capimus ēt idē conſpicere cogitareq; debeamus.quare ſi in ſenſibilibus nihil ſine dimēſione inuenit,nihil ēt inue niri tale in iis q̄ nobis imaginamur cōſentaneū ſit.ſed.n.oē ſenſile q̄tūcūq; terminus uel ſignū cuiuſpiā ſit,dimēſiōe nō caret,extremū.n.illius ſummūq; qddā & eſt & ha betur:omne autem tale & pars illius cōcipitur eſſe,minuitur enim oē id aquo ſua ex trema tollunt,quod aūt eſt pars cōplet id cuius eſt pars,quod aūt cōplet oino longi tudinē auget,& id cuius ē auctrix magnitudo,ea ipſa magnitudine minime carere co gnoſcitur.quare ſi quod cōcipit mente a ſenſibus tranſſumimus, nullum extremum

Cōtra defini tiones mathe maticorum.

ſine

ſine parte ſine dimenſione recipiemus. Ad hæc ipſi cum dicant exeuntem a centro li neam rectam & extremo fini terminoue circũductam, ſui ipſius deſcribere circularẽ ἐπίπεδον, ideſt planitiem. Quomodo poſſunt effugere punctum non habere partes, non eſſe indiuiſilem, non carere dimenſione, ſummum enim ſiue extremum, ſiue finis ipſius rectæ lineæ punctus eſt, qui ductus in orbem deſcribit metiturq; circumferentiam, unde & eam ipſam complere dignoſcitur, hæc autem diſtantiam habet: quare & qui eam complet punctus omni diſtantia, non carere cõpræhenditur. Si autẽ ſphæram uno tantum ſigno punctoue planitiem tangere & reuolutam lineã facere a geometris oĩo recipiť, manifeſtũ fuerit ex ipſis concurrentibus punctis lineam compleri. Igitur ſi magnitudinis lineæ ex ſe ipſo fabricator eſt punctus, & ipſe quoq; non eſt expers magnitudinis. Neq; iis argumentis eratoſthenis illa reſponſio ſatis obſiſtet, punctum nec locum capere neq; diſtantiam lineæ metiri, eum uero dum fluit lineam, facere. quo pacto enim poteſt intelligi, ut quicq̃ fluat quod a loco digreſſum quopiam, alium non petat locum? quare ſi fluere pũctum imaginemur, ſequetur ut nõ ſolum impartile ipſum putemus ſed potius ex contrariis partibus conſtitutum: & de pũcto hactenus. De linea uero ẽt ſi punctus exiſteret ita diſputant, ũt ſtare eam non poſſe arbitrentur. Si ea inquiunt fluxus eſt puncti & longitudo non lata, uel eſt punctus in longitudinem extentus, uel multa pũcta ordine iacentia, atq; inter ſe ſe continua. Sed nec hoc, nec illud, quare linea non datur quo ipſi ſtatuunt modo. Si enim primum dicatur ut uidelicet ſit punctus, uel is unum ſolum habebit locum, uel loca mutabit, uel ab aliquo loco uſq; ad alium quendam locum protendetur. Si primum iam non erit linea ſed punctus, qui dum flueret lineam conſtituit. Si ſecundum reſponderint, ſane alterum intelligere eós conſentaneum eſt, ut ſcilicet uno relicto loco petat alium, uel a loco quem habet & obtinet in alium protendatur: ſi illud, iam ut diximus non erit linea ſed punctus: qua enim ratione primum obtinens locũ punctus erat, eadem ſecundo in loco punctus habebitur. Si uero dixerint poſtremum, ut a loco quem obtinet, locum in alium transferatur: dicant & illud diuiſili loco an indiuiſili protendatur? Si indiuiſili iam non linea ſed punctus habebitůr & ſignum, quod enim locum indiuiſilem continet, eſt indiuiſile, quod autem indiuiſile, punctus non linea cenſetur. Si uero diuiſili, iam & partes habebit ſiquidem omni co extenditur loco. quod autem partes habet, loci partibus coextentas, corpus eſt. quare ſignum ipſum & diuiſile & corpus eſſe cẽſebitur, id autem tam abſurdum q̃ quod maxime. his omnibus colligi poteſt lineam non eſſe ſignum punctumue in longitudinẽ extentum. Sed q; neq; puncta multa ordine poſita uel inde colligetur, q; hæc ipſa uel ſe ſe inuicem tangere intelligentur uel non tangere, ſi non tangent, quibuſdã uidelicet intercepta locis diſpeſcuntur, quæ autem ita ſunt dirempta unam nequaq̃ lineam conficient. q; ſi tangere ſe ſe mutuoq; connecti dicentur, ſane uel tota totis iũgentur, uel partes partibus, Si hoc dicent ſequetur ut nõ ſit aliquod eórum ſine dimenſione & ſine parte. quod enim ſignum (uerbi cauſa) ſignorum duorum medium concipitur eſſe: alia quidem parte ſignum quod ante eſt, alia quod retro eſt ſignum tanget, quare cum locis ita differant, non impartile ſignum ſed multipartile cenſebitur. Si uero tota totis ſigna iungentur, manifeſtum erit ĩ ſignis ſigna contineri, & eodem concludi loco. Sed enim ſecluſa quacunq; ſigni punctiq; ratione, adhuc tollere de medio lineam conantur, ea enim eſt ũt geometræ uolunt longitudo non lata. Eratoſthenes

uideamus nos & diligenter ſpeculemur,an in ſenſilibus,an ipſis in intellectilibus poſ
ſit ulla reperiri longitudo non lata?atq; in ſenſilibus quidem,ubi cœperimus longi
tudinem ſenſilem,ſtatim ſe ſe nobis infert cum ipſa quantitate latitudo concipien-
dam.In intellectilibus uero aut imaginariis idem euenit quatenus alteram altera te
nuiorem ſtrictioremq; lõgitudinem capere animo poſſumus.Cum aũt ipſam lõgitu
dinẽ,ſecũdũ æqualitatẽ ſeruantes,diuidemus cogitatione noſtra latitudinẽ,atq; ite
rum etiam diuidemus,minorem quidem latitudinem ſemper atq; minorem cogitabi
mus,Poſtq̃ autem ſemel priuauerimus latitudine longitudinem,non amplius longi
Modi notionũ tudinem imaginabimur,ſed tolletur protinus eiuſq; notio euaneſcet. Nam ſi modos
omnes notionis mente uerſabimus in eorum nullum incidere comperiemus,ut lon-
gitudinem ſine latitudine recte concipiamus.neq; enim incidit talis longitudo ſenſi
bus,neq; ex ſenſilibus coniectamur eam,neq; transferimus aut ſimilitudine,aut com
poſitione,aut analogia,idq; uel aũctiõe,uel diminutiõe.tot enim nec plures nec pau
ciores eſſe notionum modos ſatis conſtat.Cui autem ſenſui incidit unq̃ lõgitudo nõ
lata?Cui autem uenit in animo ex rebus ſenſu perceptis tranſcendere & quadam me
taphora eam ipſam decerpere?an ſimilitudine?ſed ei quod fieri nõ poteſt,Poteſt ne
aliquod ſimile inueniri?nihil enim inſenſibilibus atq; apparentibus quod latitudine
aliqua careat conſpicimus,unde poſſimus moueri ipſius ſimilitudine ad tale quiddã
animo concipiendum.quod enim ſimile eſt,alicui iam cognito ſimile & eſt & habet.
fieri enim qui poteſt ut ſimile ei quod non eſt cognitum inueniamus?an forte com-
poſitione uel analogia?ſed dicãt nobis quod nam eorum quæ ſenſibus nota ſunt cũ
alio component ad indagandum nõ latam longitudinem,quemadmodum ex homi
ne & equo quæ animalia ſunt oculis nota,centaurum animo compoſuerunt. dicãt &
qua nam uti analogia poſſunt uel augendo uel minuendo?ut hanc ipſam ſine latitu
dine longitudinem exſpiſcentur.quæ enim ſecundum analogiam concipiuntur quã
dam cum eo a quo concipiuntur ſimilitudinem & conuenientiam habent,ſiue auge-
as ſiue minuas:ut ex uiſo communis magnitudinis homine,cyclopem & ex illo ipſo
homine pygmæum effingis.nihil autem cõmune nihil ſimile nihil proportione qua
drans inuenire poteris longitudine latæ,& non latæ lõgitudini:quæ & ipſa nullo un
Remotio reſpõſionis. q̃ modo ſenſibus humanis apparuit.Neq; illa geometrarum excogitatio ſatis eis om
nino proderit,per extentionem continuam & per minutionem longæ latitudinis,ad
non latam longitudinem perueniri poſſe.ſupra enim oſtenſum,uniuerſam & abſolu
tam priuationem latitudinis,pernitiem eſſe longitudinis,quæ ſcilicet nõ poteſt ſine
illa conſiſtere:nam & ſi ad tenuiſſimam ſtrictiſſimamq; latitudinem, poſſit quiſpiam
extentione minutioneq; peruenire,ſi quid tamen reſtabit,latitudo erit q̃q̃ exigua &
pene euanida:alioqui ut diximus peribit longitudo quæ ſtare non poteſt ſi latitudi
nem omnino ſuſtuleris.neq; item illa ualet Ariſtotelis ſimilitudo geometris ſuffra-
Remotio reſponſionis. gari uiſa,capere nos animo muri longitudinem,non conſiderata latitudine, nam cũ
rerum non manifeſtarum cognitio,ſit per earum quæ uidentur notionem,aberrauit
Sextus cõtra ariſtotelem. (inquit ſextus)& ſophiſmate luſit Ariſtoteles,quandoquidem cum muri longitudi-
nem ſine latitudine cogitamus,nõ ſine omni latitudine ipſam cogitamus, ſed ſine ea
tantũ quæ in ipſo conſtituta eſt muro. quare longitudo quidem ſine hac uel illa co-
gitari latitudine poteſt,ſine quacunq; omnino non poteſt.At enim quoniam lineam
dicunt geometræ terminum eſſe ſuperficiei.Age de utriſq; ſimul uerba faciamus ſic
enim

enim facilior ſternetur uia ad eam quæ de corpore futura eſt diſceptationem.ſi linea quæ.ſ.ſtatuitur eſſe longitudo non lata,terminus eſt ſuperficiei,manifeſtum erit cum ſuperficies ſuperficiei componetur,uel duæ lineæ parallelæ fient uel una utraq;. Si hoc poſtremum dicent,ſequetur etiam ut duo corpora ſint unum corpus.ſi enim linea terminus eſt ſuperficiei & ſuperficies corporis ex duabus autem lineis una conſtituit linea,conſtituetur quoq; ex duabus ſuperficiebus una ſuperficies . ex duabus autem ſuperficiebus una conſtituta ſuperficie,ex duobus corporibus unum fiet corpus.ſed ſi duo in unum euadent corpora,compoſitio non erit compoſitio , ſed unio: quod eſt tam abſurdum q̃ quod maxime,quando etiam uideamus incorporibus cõpoſitis quædam fieri unum nequaq̃ poſſe.& præterea oporteret ſeceſſionem fieri,nõ per ipſa tantum extrema,ſed per alias & alias partes euulſas ita ut corruptio inuehe retur:quod neutiq̃ uidemus,cum ſpectari detur fines & extrema corporum ante cõpoſitionem & poſt ſeceſſionem talia uideri,qualia incompoſitione apparuerũt . ſi uero parallelæ fient duæ lineæ compoſitione duorum corporum , quod erit ex duabus lineis conſtitutum,maius erit una linea.quod ſi detur conſequens fuerit ut utraq; linea habeat latitudinem,quando cum altera maiorem faciet diſtantiam:atq; ita linea non erit longitudo ſine latitudine.quare alterum duorũ poſſumus inuehere,aut tolli oportere ſenſuum apparentiam,aut geometrarum paruipendere phãtaſiam ut linea ſit longitudo non lata.Hinc uero digredientes oſtendamus ut ſi eis etiam ipſorum concedantur hypotheſes,non tamen ſequi quod ex illis colligere ſe ſe cõtẽdũt. pugnat ſane illud eius dogma lineam eſſe lõgitudinem ſine latitudine,alteri illi dogmati,lineam rectam in ſe conuerſam omnibus eius partibus circulos deſcribere .ſi. n. circũſcribere circulum nata eſt recta linea in ſe ipſam ducta,non erit ea lõgitudo nõ lata:cum enim recta a centro ducta in ſe conuertitur,& per ſe ipſam conſcribit circulum,tunc aut per omnes partes latitudinis in ipſa incluſæ circũferentia,linea ipſa recta defertur,aut non per omnes;ſi hoc dixeris,nun & dicturus es eam non deſcribere circulum per aliquas quidem partes per aliquas uero minime delatã.'Si illud reſponderis uniuerſam tum circũferẽtiæ latitudinem dimetietur.quod autem metitur latitudinem latitudine non caret cui.ſ.cõmenſuretur.ergo erit linea longitudo lata: quod & manifeſtius oſtendetur illorum ipſorum dogmate,cum affirmant obliquum tetragoni latus circũductum,parallelogrãmon & ſuperficiem cõmenſurare.Si quidẽ longitudo non lata eſt,obliqua coſta tetragoni & circũducta non dimetietur parallelogrammã ſuperficiem tetragoni per ſe ipſam.quod enim latitudinem dimetiť latitudine carere non debet.Aiunt præterea planitiem a cylindro ſecundum rectam lineam tangi:qui reuolutus ſecundum aliam & aliam partem poſitu ſuo planitiem dimetitur,unde & planities ex rectis conſtituitur.& cylindri ſuperficies rurſum ex rectis conflabitur.quo fit ut cum habeat planities latitudinem & ſuperficies cylindri ſimiliter non ſit ſine latitudine : quod eſt conſtitutiuum ita dixerim latitudinis,debeat etiam ipſa latitudine pollere.mãifeſtum igitur ꝙ rectæ lineæ quibus latitudo coaleſcit,latitudine minime carent.Cæterum & ſi concedamus lineam longitudinem eſſe non latam,quæ ad hoc ſequentur plane fuerint abſurdiora,ut enim fluẽs punctus lineam conſtituit,ſic & linea fluens eorum ex dogmate ſuperficiem conſtituet quæ ſit corporis terminus duabus pollens dimenſionibus longitudine uidelicet & latitudine.Si igitur ſuperficies terminus eſt corporis.corpus autem omnino ter

minatum:quod ſi eſt,cum duo inuicem corpora aptantur,tunc uel a terminis termini,uel a terminatis terminata tangentur:ſi primum dederis,ſequeẽ ut quod eſt deinceps,dare non poſſis:hoc eſt ut terminata non tangantur a terminatis id eſt corpora corporibus,quod eſt abſurdum.Si uero ipſa ſe ſe contingere corpora conceſſerimus,eorum uero terminos ſe ſe inuicem non contingere,extra proprios terminos ipſa conſtituentur corpora.ꝙ ſi per terminos tangentur termini,& terminata contactu iunganẽ terminatis,dubitationẽ conflemus qua enim termini ſe inuicẽ tangũt,ſe ſe inuicem terminata non tangent.At ſi tangent extra proprios terminos corpora collocabimus,quoniam terminus eſt ſuperficies,corpus autem quod terminaẽ:termini autem aut corpora ſunt aut in corporea.Si primum detur,falſum erit dogma illud geometricum ſuperficiem profunditate carere.Si enim corpus eſt neceſſario pollet profunditate.omne enim corpus debet eſſe profundum,deinde neqꝫ tanget quẽpiam ſed totum erit infinita magnitudo.ſi enim corpus eſt,quoniã omne corpus terminum habet,& ille ſi corporeus eſt habebit terminum,& ille terminum & ſic in infinitum.Si uero terminus erit incorporeus:quoniam incorporeum a nullo poteſt tangi neqꝫ termini ſe inuicem tangent.uerum enim uero corpus quod debet tres habere dimenſiones aut aliud eſt ab illis ipſis dimenſionibus,aut collectæ dimenſiones illæ ipſæ ſunt corpus.primum neutiꝗ dicent:quoniam ubi illæ non ſunt dimenſiones,ibi corpus non eſſe intelligitur.Si ſecundum quoniam nullum earum trium corpus ẽ per ſe ſe,neqꝫ illorum collectio corpus iure meritoqꝫ habebitur,maxime apud eos q ex punctorum collectione & ſuperficierum quæ incorporea dicuntur eſſe natura,ſolidum & reſiſtens corpus nolunt omnino poſſe confici:ſic & profunditatis quæ incorporea eſt,concurſus ſolidi & reſiſtentis corporis non erit effector.Ad hæc ſi trium dimenſionum illarum concurſus corpus conſtituit.aut priuſꝗ hoc efficiant unaquæqꝫ ĩtelligetur in ſe corporis rõnem,uulgari autem uocabulo corporeitatem,habere,& tanꝗ corporeas quaſdam rationes:uel poſt illarum coitionem & conuentum corpus conſtituitur.Si primum erit earum unaquæqꝫ corpus,non poſt illarum conuentum fiet illud & cõſtitueẽ.& quoniam corpus nõ ſolum eſt hæc,uel illa ex tribus dimẽſionibus ſeorſum,ſed tria ſimul unaquæqꝫ illarũ ſeorſum tres illas habebit in ſe ſe,unde latitudo nõ ſolum erit latitudo ſed profunditas & lõgitudo,& lõgitudo ẽt latitudo,& ſic de cæteris proportione pari.ſi ſecũdum dixerint,hoc eſt ut poſꝗ cõuenerunt dimẽſiones,corpus cõſtitutum intelligaẽ:tunc alterum duorum dare oportebit,ut uidelicet uel cõuenientibus ipſis maneat ipſa longitudinis ab initio primaqꝫ origine natura,ut lõgitudo eſt,& latitudinis ut latitudo,& profunditatis ut ꝓfunditas,uel trãſmuteneẽ in corporeitatẽ.ſi illud reſponderint.cum illa ſuapte natura ĩcorporea ſint,corpus a ſe ipſis differẽs nõ cõſtituent,ſed poſt cõcurſum cõuentumqꝫ ipſarũ incorporea manebunt.Si uero dicent hoc poſtremũ,ut in corporeitatem ipſam uertãtur tranſmutenturqꝫ,tum ſequeẽ illud,quoniã omne quod mutationẽ ſuſcepit ẽ corpus,ut ille ipſe corpus fuerint anteꝗ ad ipſum cõſtituẽdũ corpus plane cõcurrerint,atqꝫ ita incorporeũ fieret corporeũ,hæc & alia plæraqꝫ ſceptici contra geometras diſputant & lineam pariter angulum circulum ꝓpriis conanẽ argumentis demoliri.

Quod alia aduerſus geometras poſſunt afferri,ibiqꝫ etiam plera ꝙ in eoſdẽ ex phis antiqs,ex iunioribus,ex authore,ex.Io.ẽt pi co patruo. Caput ſextum.

Cæterum

Aeterũ ex aliarum etiam ſectarũm philoſophis aduerſus geometras,mul
C ta eorum quæ ipſi ſtata & firma exiſtimant eſſe,duci poſſunt incontrouer
ſiam.primum Ariſtoteles aliter q̃ euclides punctum definit.hic enim pun/
ctus eſt cuius pars nõ eſt.Ille uero indiuiſile in re cõtinua poſitione habẽs.Indiuiſile
ut genus ſcilicet ad unitatem & punctum,poſitionem habẽs ad differẽtiam unitatis
appoſuit.Sed ſi habet poſitionem pũctum & ſitum,quomodo indiuiſile? aut quomo
do nõ componiꝛ ex punctis cõtinuum?nam quæ habẽt poſitionem habẽt & ea quæ
ad poſitionem neceſſario cõſequunꝛ,& maxime locum,qui intér cõtinuas quãtitates
numeraꝛ.ſane & fuere qui cõtinuum ex pũctis indiuiſibilibus componi exiſtimarũt ut R.lynconienſis
multi platonicorum,quibus & Robertus lynconienſis,& bonetus adnumerantur ita, Bonetus.
ut in infinitum diuidi quod cõtinuum eſt nequeat,aduerſus mathematicos: q̃bus ẽt
hac in re præter illas rationes,ꝗ punctus indiuiſibilis non poteſt niſi imaginari,nullo
pacto re exiſtere,quod &.Nico.cuſa.etiam libẽtiſſime admiſit,ita ut rei nõ reſpõdeat N.Cuſa.
imago,nam ſi cõtinuum in infinitum diuideretur totum nõ haberetur ſua parte ma
ius.præter illas inq̃ rationes,Auerroys authoritas ſuffragareꝛ,primo de generatiõe Auerroys.
particula decima octaua,qua docetur nequaq̃ diuidi poſſe cõtinuum in partes infi/
nitas,aut aliquotas aut proportionales,quia infinitum actu haberemus.unde cuidã
ex iunioribus Ariſtotelis interpretibus facile poteſt reſponderi,nã ille q̃q̃ nullũ eſſe
cõtinuum quod non poſſit diuidi cenſet,in infinitum tamen poſſe diuidi plane ab/
nuit.Alioqui ſi digitalis quãtitas in infinitum diuidi quiret,ut pedalis cuius ẽ pars,
num huic illa prorſus æquaretur quãteꝰ quãtã?quatenus magna?idest nec maior
nec minor.nam id eſt maius alio quod ſi minus fiat.i.ſi ei dematur aliquid,tamen ad
huc tantũdem habetur.i.æquale eẽ ei quod excedebãt.maior ergo pedalis linea q̃ di
gitalis,& tamen non maior,ſi omni & quacunq; facta diuiſione,nõ plus põt ei adimi
q̃ minori.Simplicius item philoſophus in commentario in tertium de aĩa librũ geo Simplicius.
metriam ut & cæteras mathematicas abdicat a philoſophia.mathematicas inq̃ non
pythagoreas quæ uiuentibus(ut eius utar uer bis)rationibus nitebãtur,quaſi illud
uideretur uel de longinquo ſub odorare,quod factum ẽ in ipſo uita erat,ſed quæ ſe
cundum ſe accidentia conſiderant,figuras magnitudines,cætera. Nam indigent in/
quit ſenſu ad noticiam,& cauſas nõ rimanꝛ.ſueras & ſubſtantiales,& principiis nitũ
tur,quæ nõ uidere uel nõ nouere.Nec mihi uideꝛ Ariſtotelicum illud obſtare uulga/ Reſponſio ta cite obiectiõis
tum protritumq;: Abſtrahẽtium nõ eſt mẽdacium,nam ibi falſitas poteſt eſſe ubi mẽ
dacium nõ eſt.nam poteſt imago nõ reſpõdere exemplari,tam & ſi cõtra mẽtis ſen/
tẽtiam id nõ ꝑferatur.ſenſui enim nitũtur mathematici & tamẽ nõ ſiſtunt in ſenſibꝰ
adeo ut ad examẽ ueritatis probationum ſenſus arceſſatur,ut hinc quæſtiones mul
te ſolido fundamento nõ niti uideri quoquõ queãt,quas tamẽ pleriq; tractãt de diui
ſione cõtinui & de momentis ſiue inſtãtibus temporis.nam ſi cõtinuum ſiue tempus
ſiue quid aliud ex idiuiſibilibus coagmẽtatur ut aliqui nolũt,dici poſſet quid primũ
aut ultimũ inſtãs affers in cõtrouerſiã?quando nullum capiaꝛ aut primum aut ul/
timũ,quod exacte ſiue ut neotericis diciꝛ præciſe reſpondeat metiẽtis animi cõcepti
bus:ſi uero oẽ cõtinuum ex cõtinuo:cur itẽ primum aut poſtremũ temporis momen
tum uertis in dubium? & res ullas ſiue actiones eo uis metiri?quando tempus quod
continuum eſt non inſtãs ullum aut momentum temporis rerum earum menſura ẽ
q̃q̃ paucũ illud tꝑs q̃q̃ impartile,& indiuiſile.hinc & multæ quoq; ſophiſtarũ argumẽ

tationes multeq̧ earum qui dicunt uulgo calculatores eluderent.cum mathematica miſcent naturalibus & ſenſibilibus:quod nec ab Ariſtotele apud gẽtes admittit,qui ꝑpterea quoſdã reiicit antiquitus philoſophãtes:nec a probatiſſimis apud noſtros theologis.citius inquit Auguſtinus in libro ſoliloquiorum mihi uidetur in terra poſſe nauigari q̃ geometriam ſenſibus percipi,q̃uis primo diſcentes aliquantulum adiuuari uideant.Nec obeſt cum ab aliquibus dicit intellectum non propterea decipi ꝙ aliter quã ipſa ſit,rem concipiat quia uirtus eſt abſtrahens,unita diuiſim concipiẽs,& diuiſa cõiũctim & materialia ſine materia & ſingularia uniuerſaliter.hoc nihil officit,quia de actu reflexo quæſtio fieret:& an uidelicet ſe decipi noſſet an minime quæretur.'nam & ſi in intellectu præſentet linea ſine latitudine,ut pote ratio lõgitudinis minime latæ,quoniam longitudinis ratio definitiõe eſt a latitudinis definitione diuerſa,non tamen ita in re eſſe ut diſtincta ſunt percipit,alioquin mentiretur,non autem falſitate labat,ob ſinceram primo in obtutu præſentatiõem.quoniã diuerſo modo a longitudine diuerſo a latitudine,q̃q̃ propriæ & ueræ eadem in linea & ſuperficiæ exiſtant,moueretur.quare & ſi concipit rem aliter q̃ eſt,non tamen eam iudicat aliter q̃ ſit.quare differunt cõcipere rem aliter q̃ ſit,& concipere ꝙ res ſit aliter quã ſit,id ad primum hoc ad ſecundum intellectus officium pertinet,in primo nulla falſitas,in ſecundo mendacium.cum ergo quiſpiam abſtrahit ita ut credat eandem rẽ ita diſtingui in ſe ſe,ut eã intellectus diſtincte ſecernit,lõge fallit:& ſi poſtea aliis falſum hoc inſinuare uoluerit aperte mentitur:cum ſolæ abſtractiones illæ ad faciliorem intelligentiam deſeruiant,& ad dignoſcendum ꝙ in una eadẽq̧ re diuerſæ & ſint & habeantur rationes,quibus poſſit res appræhendi:& tot fere ſunt quot accidentia.quis enim poteſt negare omnem ſenſilem lineam A qua mathematicus inſenſibilẽ abſtrahit:tantummodo imaginariam eſſe:'& uere in ſe ſuaq̧ natura ſuperficiem eſſe,& latitudine non carere longitudini iuncta:q̃q̃ alia ſit longitudinis ratio,alia latitudinis: & ſenſilem punctum partes habere & ita de reliquis proportione pari: In ſummo inquit Cicero honore apud græcos geometria fuit itaq̧ nihil mathematicis illuſtrius, At nos metiendi ratiocinandiq̧ utilitate inſpecta huius artis terminauimus modũ: hæc in prima tũſculana Cicero de romanis qui geometria ad metiẽdum dũtaxat uterentur non ad ſpeculandum ut græci.Sed arbitror eum de antiquatis illis græcorum authoribus locutum,Nam poſteriores nõ ſecus forte ac romani,ſi uera narrauit Xenophon in libro de dictis ſocratis:hoc eſt cenſuiſſe ſocratem tantum operæ dandum eſſe geometriæ quãtum ſufficeret ad menſurationem agrorum ac diſtributionem,re. probauitq̧ eos qui difficili figurarum cognitioni uellent inuigilare q̃q̃ ipſe talis rei non eſſet imperitus.Adde illud ſi ſumma ut pleriſq̧ exiſtimatur certitudine polleret geometria,id quod de ea quiſpiam didiciſſet non credi non poſſet:'At ſcribit Cicero in ſecundo academico polyenum magnum mathematicum poſtq̃ epicuro aſſẽſit totam geometriam falſam crediſſe.eam certe ſicut & cæteras quæ mathematicæ nũcupantur diſciplinas non tãti factas a Io.pico patruo meo,quãti ſolet à multis ut facile.credam,illud me mouet,ꝙ in eius fragmentis inueni nonnulla in illas ipſas argumẽta,ex parte poteſtatis,ſunt.n.in potẽtia non i actu & re ipſa plurimum quæ cõtemplatur.tota præterea in imaginatione uerſatur ſæpenumero falſa & ipletiſq̧ omnibus fere allucinata.ex parte quoq̧ rei obiectæ quæ nullam habet firmitatem ex ſe ſe,nam ſunt accidentia non ſubſtantiæ,quorum affectionibus dignoſcendis geometræ

Cicero

Xenophon.

Cicero.

Io.picus.

træ inuigilant. Ad hæc ſi ad intellectum referãtur, eius perfectio intellectile nõ eſſet,
quia ſubſtãtia non accidente intellecto perficitur mens, & præterea nihil ad rei natu
ram, Nihil ad mores. Erantq́ apud antiquos puerorum ludus, exercebant enim ſe in il
lis cum ad maiora capeſſenda nondum eſſent apti. neq́ enim ualent pueri intellectu
ſed imaginatione, quam etiam eſſe cauſam cur pueri melius reminiſcãtur ſcribit por Porphyrius
phyrius: quippe ꝙ in eis ualentior imaginatio, quam quo ad fieri poteſt abiiciẽdam
ut ſcilicet ſine ea minus q̃ poſſumus iudicemus, oẽs philoſophi præcepere. hinc quod
ſupra quoq́ tetigimus Ariſtoteles ſcripſit antiquos deceptos quoniam naturalibus Ariſtoteles.
mathematicas diſciplinas miſcuere. hinc Auerroys negat eas ad fœlicitatem facere. Si Auerroys.
uero quiſpiam perfectionem illis ipſis artibus arrogare uellet ex modo cognoſcẽdi,
reſpondebat ibi perfectionem eſſe non poſſe ex parte cognitionis, ubi principia cer
ta non eſſent, reuocantur enim in dubium & diuiſio continui infinita, & puncti, & li-
neæ, & alia permulta: Illudq́ præcipue reiicitur quoniam ad infinitum figuræ geome
tricæ produci poſſunt. demonſtrari præterea quicq̃ in eis non poſſe per ueras cauſas
multi ſanxerunt. Sed ut cætera taceam Hieronymus quod & in pontificiis quoq́ de- Hieronymus.
cretis repoſitum eſt, mathematicas pietatis non eſſe ſcientias decreuit, & Auguſtinus Auguſtinus.
in libro de ordine retractat ꝙ liberalibus diſciplinis in quis & mathematicæ reponũ
tur multum tribuerit, quas multi ſancti multum neſciunt quidem & qui ẽt ſciunt eas
ſancti non ſunt. Sed hoc non geometriæ ſolum conuenit uerũ & cæteris diſciplinis
mathematicis. Quarum multas etiam taxauit Ambroſius in ſexto hexaemeron, cum Ambroſius.
geometras terræ ambitum metientes diuinorũ eloquiorum authoritate repræhen
dit, cum perquiſitas umbrarum cauſas & eclypſium, marceſcentes ſapiẽtiæ uanitates
appellauit. Sed de Arithmetica particulatim agendum & quid in eam pyrrhonii at-
tulerint afferendum.

Quid aduerſus arithmeticam facultatem pyrrhonii diſputauerint. Caput. vii.

Sane arithmeticam ſe demoliri exiſtimarunt pyrrhonii non ſecus ac ſe de-
ſtruxiſſe geometriam arbitrati ſunt: & q̃q̃ multa hac de re ſextus tam in ter Sextus.
tio pyrrhoniorum q̃ in libro contra phyſicos dum agitur de numero mo-
tus, q̃ etiam in libro contra arithmeticos diſſerit: ipſe tamen pauca quæ ad contradi
tionem facere uideantur hoc loco deſummam, A numero ipſo capiens initium quem
ipſi uniuerſim euertere procurarunt ũnitate ſublata, quam maxime pythagorici co-
luerunt, ſed differẽter. Fuere inter pythagoræ ſectatores q ex duobus principiis uni Differẽtia in
tate uidelicet & dualitate ſine termino, numeros omnes confecerint, ex numeris uero ter pythago-
ſigna, ſiue puncta, & lineas, & ſuperficies, & ſolida. Alii uero ex uno ſigno punctoue, reos.
omnia conſtituunt, ex quo lineæ ſuperficies corpora præcedentibus tamẽ numeris:
ex quibus reliqua ſolida, terra, aqua, aer, ignis, & uniuerſa mũdi fabrica. Vnum itaq́ De uno et uni
ut hinc ſummamus initium, finiuit plato illud ſine quo nihil unum dicitur, uel cuius tate difficul-
participatu unũquodq́ dicitur & unum & multa. arbor enim uerbi cauſa, uel lapis, tas.
uel animal, appellatur quidem unum, non autem eſt unum ex propria rõne, ſed uniꝰ
participatu unum intelligitur. Si enim unum ea ipſa eſſent: quod non eſt arbor aut
lapis aut animal, non diceretur unum. Atqui, uel alia eſt a rebus particularibus nu-
meratis, unitatis Idæa, uel cum eis quæ ipſa participant intelligitur. Si primum dicãt

illud obiici poteſt,nihil numeri in ſubiecto intelligi,præter res numeratas,ſi ſecundũ reſponderint,magna difficultas oboritur,ne ſequatur ut ipſa ſit multa.quia ſcilicet participatur a multis & pene infinitis.quare uidetur ut eius participatione unaquæq; res numerata una non ſit.ſicut enim homo in uniuerſum quem pleriq; intelligũt animal rationale mortale,neq; ſocrates eſt,neq; Plato,quoniam nullus alius hominum præterea diceretur homo,neq; etiã per ſe ipſum exiſtit,neq; cum platone & ſocrate,quoniam tanꝗ homo animo caperetur a nobis:ſic & unum neq; eum ſingulariter numeratis,neq; ipſum per ſe ſubſiſtens intelligitur.pari pacto & de numeris duo, tria,quattuor,cæteris differendum.Liceat & arithmeticos ita percũctari: Vnius idæa cuius participatione aliquid unum dicitur,uel unius ẽ idæa,uel unius ipſius plures idææ reperiuntur.Si primum detur,multis non participatur.nam ſi. A .uerbi gratia omnem unius idæam habeat.B.ea non participans,non erit unum. atqui multarũ ẽt partium non conſtituetur,ut multa propterea eſſe poſſint quæ ipſa participent:nãq; indiuiſilis apud eos unitas intelligitur eſſe.Si ſecundum detur ut unius plures habeantur idææ,unumquodq; eorum quæ ſecundum unum ſolent numerari,uel unius uel duorum,aliqua idæa communi aut participabit aut minime,ſi minime oportebit ut omnia abſq; eo quod participent idæa ſecundum unum ordinentur,quod ipſi nõ admittent.Si uero participabit,ea quæ ab initio mota eſt dubitatio conſurget. quomodo enim duo participabunt unitate? Cæterum præter hanc de unitate difficultatem

De dualitate difficultas.

particularis quoq; ab eis circa dualitatem difficultas iniecta eſt.dubitant enim quomodo & ipſa per unitatum concurſum conſtituat? quod & antea plato de animæ differens dubitauit.adiecta enim unitate unitati,uel quidpiam inde orit,uel interit, uel neutrum.Si hoc ultimum detur,dualitas certe ex appoſitione unitatis ad unitatem non exſurget,ſi interit decreſcitue quidpiam,unius erit & unius diminutio,non utriuſq; uel alterutrius accretio.tantum abeſt ut dualitas conſtituat.Si uero aliquid oritur accreſcitue,duo non fient duo,ſed quattuor.dualitas enim exorta,& unitas,& altera unitas,quaternarium numerum conſtituunt:eadem regula de omnibus numeris arbitrantur:ſiue adiectione,ſiue ablatione,& in auferendo quidem tali exẽplo

Exemplum.

utunt.Si a denario unitas auferat,uel a toto denario,uel a nouenario relicto , dicet auferri.ſed neq; ob hoc neq; ab illo auferri poteſt,ut oſtendet,ergo a denario numero nihil aufert.Si enim ab uniuerſo denario,uel denarius numerus alius eſt a particularibus decem unitatibus,uel collectio decem unitatum denarius appellat.Sed alius non eſt ab unitatibus ipſis decem,denarius numerus:ſublatis enim illis ipſis,denarius etiam plane ſublatus eſt,& denarium ſi ſuſtuleris ipſas etiam unitates ſuſtuliſti. ſi autem denarius eſt idem quod ipſæ decem unitates,manifeſtum eſt ꝙ ſi a denario unitatis fiat ablatio,ab unaquaq; unitate fiet.Si quidem particulares decem unitates denarium eſſe,receptum eſt.atq; ita non etiam erit unitatis demptio ſed denarii.quare non a toto denario unitas auferetur,neq; item a relicto nouenario ablatio ipſa fiet, quomodo enim poſt ablationem ipſius adhuc integer ipſe relictus nouenarius fuerit? Sed ſi ab ipſo aufert nouenario,uel a toto ipſo,uel ab ultima ipſius unitate auferetur.Si primum,nouenarii fiet ablatio.quodcunq; enim ablatum fuerit ab una quaq; unitate particularium.ſ.nouem unitatum quæ nouenariũ conſtituunt numerum ab ipſo ablatum eſt nouenario.Si uero ab ultima unitate fiat ablatio primum quidẽ ultima unitas impartilis exiſtens,oſtenditur partilis,quod eſt abſurdum.deinde ſi ab

ultima unitate auferatur unitas,nouenarius integer manere non poterit.Cæterúm ſi a denario demptio fiat unitatis,uel ab exiſtente fiet denario,uel a non exiſtente. non ab exiſtente quidem fiet:pro tempore enim quo manet denarius nihil ab ipſo poteſt auferri qua denarius eſt:quoniam non amplius denarius eſſet:minus autem a non exiſtente.ab eo,n.quod non eſt,quidpiam non poteſt auferri.Ex additione ēt numerū nō accreſcere,pōt iuſta proportione ꝓbari,quod ipſi met ſceptici lōgo diſcurſu deducūt.Sed nec arithmeticā & geometriā cæteraſq; diſciplias Mathematico circūſcriptas noie:adeo platōici fecere magni,q̄q̄ illas i honore habuiſſe exiſtimati ſūt:ut cenſuerit ꝑ ſe ſe habēdas magno i ꝓcio:ſed quatenus ad inuiſilé eſſentiā cōprehendendā cōducerēt:nec ſciētiæ noie honorarūt,uti apud platonicū alcinoum uideri facile pōt.ſed ad Aſtrologiā motricē infirmandā noſtra iā cōuertatur oratio. Alcinous.

Quid poſſit ad infirmādam,quae moles et motus ſyderum metitur,Aſtrologiam,afferri, ibiq; nonnulla contra ſcepticos philoſophos. Caput octauum.

s Ceptici philoſophi poſt geometriam & arithmeticam,ductas incontrouerſiam:Aſtrologiam demoliri ſatagunt:Aſtrologiām inq̄ non metientem ſyderum magnitudines,& eorum ſupputātem motus, nec hymbres & ſerenitates prænuntiātem,hipparchi & Eudoxi more,atq; nautarū inſtar & agricolarū:ſed diuinatricē & genethliacam.qđ quidē munus ualde laudādū eſt:ſed i eo exequēdo duplici rōne peccant:nā & eā inter liberales uidētur artes reponere,cū nihil ipſa ſit minus:& illā ꝓtermittūt aſtrologiā metientē moles & motus ſyderū,quæ ipſa inter liberales artes merito numeratur:& ea infirmata diuinatrix & genethliaca plane ſublata eſt,quæ tota fertur illius niti ſoliditati. Prætermittūt aūt ea rōne,ꝙ illi ſatis cōtradictū ſit, quādo arithmeticæ & geometriæ cōtradixerunt, ex qbus ipſa cōſtituitur.quod mihi quidē uidetur lōge ſecus.Nā ꝓter quātitates corporū & eorū itineris ſupputationē:ſitus etiam ſyderum ,& eorum ordo,& qualitas,quibus uidelicet & motus & ſenſus inuehitur,i ea ipſa aſtronomia excolenda cōueniūt. Ego uero genethliacā,diuinatricēq; aſtrologiā neutiq̄ hoc loco curabo cōfutare, euerſā ſatis & a Io.pico patruo mēo,ac pluribuſ qdē & efficacioribꝰ q̄ qbus utāſ ſceptici rōnibus,idq; duodecim uoluminibus:& a me ipſo ēt quinto de rerū prænotione li.& i.q.de triplici Aſtrologia more pariſiēſi pſcripta:& nō nihil ēt i lib. de ueris calamitatū cauſis noſtrorū tēporū.Motricē aūt quā dicūt Aſtrologiā:q̄q̄ de ipſiꝰ incertitudine iter euertēdū genethliacā facultatē,eis ipſis i opibus & patruus & ego mētionē fecimus,& hoc ēt ope nonnulla primo libro diximus,tū & nunc incertā reddere curabimus:non tamē ut ſceptici,qui ex geometria & arithmetica laceſſita ,eā loco ſe mouiſſe crediderūt,ſed ꝓpriis & peculiaribus rōnibus:idq; a nobis factū iri uolo,& ꝙ ita libri ꝓſentis ordo poſtulat,& qa plura fortaſſe & explicatiora q̄ antea fecimus,ſumus allaturi.Primum mathematicas rōnes & ipſorū authoritates aſtrologorū,qbus infirmari facile queat ducemus i mediū:Deinde pħorū placita atq; decreta:demū theologorū ſentētias ſubnectemus.Vtar aūt nō opinione Nicetæ Siracuſani,q uoluit authore Theophraſto ſtare cælū & ſtellas, terram uero moueri: non ariſtarchi mathematici,& Seleuci nitar authoritate:qua ſupiora ipſa corpora imobilia pariter & terrā mobilē aſſeuerarunt:nā ſolo irriſu non ratione confutaretur aſtrologia,& qui eis fretus id moliri ſatageret magis dignus eēt irriſu .Sed ipſiſmet aſtrologorū decretis uti uolo,& cæli & ſyderum & ſtellarum motus dimetientium:

Contra ſcepticos.

Quorſum author diuinatricem aſtrologiam cōfutarit.

Quo ordine author ſit diſputaturus cōtra motricem aſtrologiam.

De ſuppoſitionibus dubiis.

primum omnium ſatis conſtat mēſores rerum cœleſtiū ſuppoſitionibus quibuſdā uti, quæ negari ea fere facilitate poſſunt qua ſolent affirmari, quoniam ab hiſtoria plurimum pendent, & uariæ hac in re inueniuntur hiſtoriæ, quæ nec experimentis poſſunt reiici nec approbari, quoniam ipſa etiam inter ſe diſſidēt & uaria comperiū tur experimenta. Id in congreſſibus coniunctionibusue planetarum ꝓnunciandis manifeſto cognoſcitur, quando hic citius ille tardius ea congreſſura copulandaq; colligit. In cauſa autem eſt & indepræhenſus ſyderum locus, & indepræhēſus tenor motuum, & incomperta uelocitas, ut parem ad ꝑſens aſtrologorum peritiam in ob ſeruando loco & ſupputando curſu fingamus. Q uo pacto. n. ſtabimus antiquis ob/ ſeruatoribus motuum, ut tali uidelicet tempore talem in Cæli partem ſe ſe ſtellæ re ceperint? cum in præſentia uideamus oculatiſſimos homines adhibitis aſtrolabiis ſæpiſſime falli. neq;. n. ſemper adeſt exporrecta illa camporum planities, in indagan dis ſyderum locis opportūa. nec ſi adſit, ad liquidum etiā uiſus reſpōdebit. utppte rea iſthæc ars ad ſenſum recidat. qui quoniam ſæpenumero fallax, fallacē efficit ob ſeruandarum ſtellarum facultatem. quis. n. ignorat & ex nimia diſtātia, & ex magni tudine quæ uiſui ꝓprie nō obiicitur, & ex aſpectus intētione, oculorū aciē hebetari? Aerem uero aut ſerenum aut nubilum aut miſtum ex utroq; permagni referre in deprehendendo ſydere? uentum quoq; ſi flauerit magnum etiā ea in re habere mo mentū authoritate Ariſtotelis, qui ſcribit maiores uideri ſtellas ſi eurus uentus ae/ rem permeauerit? & ut gratis concedātur omnia: Stellas etiam eo in quo ſunt loco proprie non uideri, ex diſſultatione radiorum a raris intermediis ad denſiora fe/ rientium, perſpectiuæ facultatis periti docuerunt. Deniq; mathematicorum precel/ lentium ſententia eſt non modo a ſententia inſtrumentorū facile prouocationē da ri, ut quo in loco. i. qua in Cæli parte ſtellæ conſpiciantur neſciamus, ſed coloris etiā qualitatē eſſe in cauſa, ſi tamē color & nō lux inſit ſyderibus, ut fallacia internoſcen di ſub oriatur. Si quidē notū de ordine eorū multā eſſe dubitationē, ut qui cuiq; pla neta præſit nō ſit exacte cōptum, de intermediis loquor ut ope procedēte monſtra bitur, &. n. ex coniectura umbræ & maculæ alterū alteri iferiorē exiſtimarint. Eſt aūt in umbra diuerſitas ex luminis ſiue coloris ex luce ipſa & aere dimanantis diuerſita te, quando Saturnus uerbi cauſa pallere uideatur. mars rutilare, id autem uariis hominū aſpectibus relatū uarie æſtimabitur, propter uarietatē humani tēperame/ ti. qua de uarietate quinto huius operis libro late diſputabimus. ſed ꝓtermiſſa cau/ ſa uariæ apparitiōis, effectus ꝗ ſint uarii nemo neſcit, qui libros legerit Aſtrologo rum, in quibus inueniet Saturnū modo plumbei coloris, modo fuſci atq; terroſi: Io uem nunc albū, nunc clarū, lunā Alii albā, alii colore blando notauerūt, ſicuti & Ve nerē modo candidā, modo fulgidam, nec Carminis gratia & harmoniæ poeticæ, ſed decreto uiſus & ꝓprietatis adnotādæ. Albertus aūt ſecūdo lib. de Cælo Iouis quæ di citur ſtellā, & aliquas etiā candore notauit. At Marti ruborē adſcripſit, Venerē uero ad pallorē Saturnū ad obſcuritatē declinare cenſuit. Nō minor quoq; ſi nō maior multo dimetiendi Cæleſtis motus difficultas, Taxauit. n. hipparchus antiqores ſe mēſores Cælorū, ut ꝗ recte motus eorū nō ſupputauerit. Ptolemæus hipparchū, Iuniores Aſtrologi Ptolemæū, & pelus i Timæū Platōis aduerſus hipparchū & Pto lemæū & alios copioſe diſſeruit. Prætereo opiniōes Calippi & Eudoxi, ixii. prie ꝓbiæ recitatas, & uulgatas Ptolemæi ſiſtias de Epicyclis & ecētricis orbib; a qbus appel lauit

Aſtrolabia fallere.

Fallere uiſū.

Ventū fallere

Intermedia fallere.

Colores fallere.

Incidentiā luminis et umbrae fallere.

Albertus

De uaria motuum ſupputatione i uniuerſum.

lauit Alpetragius. At de motu ſphæræ octauæ quo rapi dicunt inferiores orbes quanta diuerſitas opinionū: in occidentē ne an in orientē uoluatur: Sed de hoc paulo poſt cū de numero ſpherarū & earū motu erit controuerſia: nunc de ipſo motu in ſe ſe. Sunt qui decem partibus diſtare poſſe arietem mobilem, ab imobili cenſeant. ſunt qui qua tuor, ſunt qui plus etiam q̄ quinquaginta, & eo amplius ſi opinionē ſequeremur mo ſis ægyptii & aliorum qui a tempore diluuii, quo tempore uolunt mobilem arietem cum immobili fuiſſe concordem, ſemper motam ſcribunt octauam ab occidente in orientem, & ſeptuageſimo quoq; anno gradum explicuiſſe. ſunt qui ad hāc diē . xxv. gradibus diſtare mobilem arietem ab immobili exiſtiment. ſunt qui tredecim tantū, ſunt qui undecim & paulo plus, ſunt etiam qui trecentorum annorū ſpatio alius ab alio in coniunctione mobilis arietis cum immobili decernenda diſſentiant. Totū hoc reiici oportet in ipſius ſphæræ uel reuoluto motū, & eo quidem maxime difformi at q; indepræhenſa uarietate mutabili, uel in omnium fallaciam inſtrumentorū in ſyde ribus dephendendis, uel in falſitatē cuiuſpiā dephenſæ olim & obſeruatæ ſtellæ, nulla habita cura retro actorū ſæculorū, in quibus fideliūs fortaſſe fuerit obſeruata. qc quid concedatur, perit exacta ad liquidum de omni ſuperiorū corporū motu & obſeruatione ſententia etiā ſi nona aut decima cōtra platonis & ariſtotelis authoritatem ſtatuaf, quandoquidem ad hanc ipſam octauā appellatam innumeris ſyderibus corruſcantem ut ad ſupremū uiſibile corpus, ſuas omnes obſeruationes retulerūt cuius motus ſi tā eſt uarius ut nō ſit extra cōtrouerſiā dephēſus: quē nā mathematicorū exiſtimabimus compotem? tot ſcilicet pfeſſoribus, tot ſeculis, in caſſum laborantibus, quos poſteriora ſemper ſæcula caſtigarunt. Si fallunt inſtrumenta quō pacto corrigeſ quod erratum eſt? fallere aūt ea uideſ negari nō poſſe & experientia teſte, & rōne: experientia quidē quando eiſdem inſtrumentis alius ab alio per duodecim & tredecim gradus innotando ſydere diſſentit, ratione uero qm̄ oportet antea q̄ ſydus ope inſtrumenti conſpicias (quod & ſcribit ſummarius, & probat Io. picus patruus) ut locum eius definias, & eo comperto quadam quaſi ſupputatione utaris in eius ipſius curſu dimetiendo. ſed locum quo pacto dephenſurus es ut in definiendo non fallaris? neq; n. ad liquidum reſpondebit ſenſui ſubtilius & exquiſitius, q̄ qd ille ſuggerere poſſit, perſpicienti. Si quidem habenda ratio eſt pportionis quæ eſt inter ambitum inſtrumenti, & ambitum uniuerſi, & diſtantiæ quæ eſt inter ſtellam & locū in quo eſt inſtrumentū collocatū, cuius inter partiū habitudinē & ptes uniuerſi, rite diiudicare ſenſus nequeat. Adſtipulant huic & Henricus Machliuenſis, & Abraā ſup ope tabularū, & alii pdentes poſteritati, p ulla inſtrumēta, loca ſyderū exacte nō poſſe depræhendi. q; ſi fallunt inſtrumenta, unde cognoſcent poſteri q; antiquiores aberrauerint? de eorum. n. inſtrumētis & eadem quæſtio fiet, & eadē quoq; ſnīa fereſ. Id ipm in metiēda quoq; magnitudi ne ſyderū p inſtrumēta facile cōtinget hoc ē inueniri uel maiorē circuitū, uel minorē ex organorum fallacia, ut mittā q; q ſacris litteris freti aliter de ſyderū magnitudine diſſerunt, q̄ cōſenſus Aſtrologorum ſtatuerit, inter quos Franciſcus Maronius ſuper ſecundo Auguſtini uolumine ſup geneſim, decernit lunam non ſolum terra ſed qualibet ſtellarū eſſe maiorem. Sed reuertamur ad menſores motuū qui ſi ſuperioribus obſeruationibus forte accedendum dixerint, ut ppterea uelint erraſſe Ptolemæū in octauæ ſphæræ motu ppetuo tenore, ab occidēte in orientem definiendo, neq; animaduertiſſe dicat longē antiquiores obſeruatiōes,

De motu ſphę rę octauę quanta diſſidia.

Argumētum efficax ex diſ ſenſione.

Io. picus.

F. Maro.

Obiectio.

quibus percipere potuiſſet delãtam eandem ſphæram aliquãdo ab oriente in occa/
ſum,quo factum ut azarchieles qui uetuſtioribus obſeruationibus icubuit,ferri eã

Solutio ex q̃ argumentum i aduerſarios elicitur.

cum aliquantum ſpatii confeciſſet,retrouoluto motu in orientem compererit.Reſpõ
debo negari hæc tanta facilitate poſſe q̃ia ſunt in medium ducta ,deinde petam ab
eis ut uetuſtiſſimas illas afferant obſeruationes,ut & eas q̃bus nixus Ptolemæus emẽ
dem,& eas quoq; quibus fretus azarchieles diiudicem.Si ad diluuium confugient,ex
quiram primum hiſtoriæ fidem,i ſyderali eiuſmodi poſitu :neq; enim a ſacra hiſtoria
ullas ſtellarum obſeruationes ſunt allaturi.Deinde illam qua primo cœpere uolui ſy
dera exhibendam optabo:ut poſe qua omnes ad liquidum corrigantur . Sed cũ per
aquas diluuii ſe excuſauerint illuc non poſſe commeare,ſcio afferent quaſdam mun
di genituras,uarias,inconſtantes,ridiculas,a multis confutatas,& in ſuam rem nil cõ
ferentes.Sed utcunq; ſint,ſane ante Ptolemæum fuerant inuulgatæ,& ante omnes , q
de uario octauæ ſphæræ motu diſſeruerunt,nec tamen inter mathematicos potuere
afferre concordiam,Atq; ut omnia concederentur,de obſeruationibus thebiti quid
ſunt dicturi?& aliorum qui in metiendo octaui orbis curſu,nec Ptolemæũ,nec Azar
chielem receperunt,ſed confutarunt,& nouos ipſi motus inuenerunt. Sed ut ordine
breui & facili,& hanc & alias quoq; diſſidentes mathematicorum ſententias colliga/
mus ſuper reliquis orbib9 qui ſunt ſuper octauam ſphæram excogitati,& ſuper pla
netis,eorũq; de numero,ſitu,motu,uaria dogmata cogamus in unum,hinc exordia/
mur:Nec aliis utamur teſtibus q̃ eius celebratiſſimis profeſſoribus:qui cum & in nu/
mero cœleſtium corporum depræhendendo,& inordine eorum aſſerẽdo,& motu me
tiendo,nunq̃ inuenti concordes fuerint,conſequens fiet ut incerta nobis haberi de
beat hæc ars.ſ.tot magnis uiris,tanto ſtudio fruſtra ſudãtibus,atq; idem poſteris ha

De nũero ſtellarũ et motu controuerſia.

bendæ certitudinis deſiderium quo ipſi tenebantur relinquentibus.primum omniũ
ſatis conſtat apud eos ſtellas diuidi in hærentes & errantes: non tamen conſtat quot
ſint erraticæ nec hadriani cæſaris tempeſtate conſtabat.nec ſeculis poſterioribus,nec
quo pacto etiam ſe hãbeant moueanturq; quæ non erraticæ ſunt : ſed ſuis locis fixæ.
Deinde nõ cõſtat quo motu agitẽtur proprio an alieno?& ſuis in ſphæris rotentᷣ ne
planetæ,an aliquo uel minori uel maiori orbe raptentur?nec de uniformitate ſola/
ris motus inter planetas præcipui,nec de uelocitate etiam ſi uniformis habeatur con
ueniunt.ac ipſæ quæ haberi ſolent non erraticæ ſtellæ,eodẽ ne tenore ſuo in cœlo uo
luantur an etiam retrocedãt incerto motu?ut errare ipſum cœlum ſtelliferum an mi
nime quoquomodo ſit incertum?tum ut quem mauis illi motum adſcripſeris, ei ta/
men orbi proprius ſit an ſuperioris orbis uel noni uel decimi non minima eſt contro

De numero ſpherarũ controuerſia.

uerſia?Nã de numero ſphærarum ſupra planetas non cõueniunt.ſunt qui plures ue
lint,qui pauciores,ex diuerſo motu octauæ plurimum id coniectati: de qua moueatᷣ
nec ne in orientem an in occidentem?an aquilonem uerſus & auſtrum?&ſi mouetur
difformi ne an uniformi curſu?& ſi uniformi quota uelocitate?multa diſcordia & ui

Phauorinus.

guit olim & nunc maxime uiget?Explanemus hæc omnia uel ſaltem inſigniora. Pha
uorinus exiſtimat fieri poſſe ut ſint planetæ quos errones appellauit nigidi9. plures
q̃ ſeptem,Sed latere queant uel ob altitudinem uel ob luminis præſtantiam. cõfirma

Alpetragius.

ri hoc ipſum poſſet authoritate Alpetragii decernentis motũm in cœlo eſſe q nescia
tur,nam põt & corpus aliquod eſſe adhuc indepræhenſum,cui ſcilicet motus ille con
ueniat,quod haberi abſurdum minime poteſt a iunioribus,qui tot motus ut putant
inuenerũt

inuenerunt prioribus ſæculis incognitos ſphæras etiam ambientes cætera, de quibus
nihil omnino diſſeruit antiquitas. De epicyclis & ecenrricis nota eſt controuerſia, &
de ſphærarum multitudine qui planetis deſeruiant, & noni & decimi orbis aſſertione
cuius mentionem faciemus. Sed planetis ad præſens nil diſcedentes, nec ordinem eo-
rum nec motum, certa ratione depræhenſum aſſeueramus. ſolem medium ita Ptole-
mæus chaldeos ſecutus affirmauir, ut tres ſupra ſe haberet, tres infra planetas, plato
& Ariſtoteles ægyprios hac in re ſecuti, ſupra lunam nullo intermedio ipſum colloca
runt. At inquies accedendum Ptolemæo, qui tot ſeculis Ariſtotele & platone poſte-
rior potuit rem ad liquidum magis exploraſſe. hac etiam ratione debemus accedere
theoni, Ptolemæi diſcipulo, & ieberi qui exiſtimant ſecundum eſſe a luna ſolē, nec me
dium debere conſtitui planetarum. Ratio utrinq; tranſlaticia & uaga. Debemus & Al
petragio conſentire qui uenerem mediam planetarum eſſe uoluit, & ſub ea ſolē hoc
eſt proxime ſupra mercurium, uti primo etiam libro narrauimus collocauit. Sed .n.
tam uaria de ſolis ſede abuſq; primis philoſophantibus allara ſunt, ut metrodorus
chius, crates, Anaximander, etiam ſupra ſphæram non errantium ſiderum ipſum col
locarint, lunamq; illi proximam fecerint, & inter lunam & cæteros planetas, fixa ſide
ra ſuo in orbe repoſuerint. Ariſtarchus uero: q̄q̄ primas detulit ſideribus immobili-
bus, ſolem nihilominus ſecundas obtinere putauit, & cæteris ſuperiorem eſſe plane-
tis. Incertus quoq; ſitus & ordo ueneris & mercurii. De marte, Ioue, Saturno, pariter i
certum, quo uidelicet ordine collocentur: Nam ſupra ſolē quidem eos ſummarius cō
ſtituendos exiſtimat, ſed quo ordine nec ſcitū nec ſciri poſſe cōfirmat, ꝑpter multam
aſpectus diuerſitatē. Moſes quoq; ægyptius ex abubacheſis ſnīa incertū planetarū or
dinē aſſeuerauit. Sane quæcūq; fiunt rōnes in ſolis loco ſituue q planetarū princeps
habeł decernendo, facile ſoluunł. Neq;.n. ꝓcedir ratio Ptolemæi iudicantis ſolē ꝑpter
ea mediū conſtitui debere, quia tres quos exiſtimat ſuperiores loci longitudine ſum
moueanł, & uenus atq; mercurius ſemper ſequantur. nam luna non minus ſupiorib9
ab eo digredił, ut rō non conſtituat ſolem mediū inter eos q digrediunł & q ſequan
tur nec ſeiunganł, Sed & rō tarditatis ab Alpetragio excogitata nō ſatiſfacit ut mo-
tu ueloclores ſint inferiores: ſequereł.n. uenerē, ſole ſupiorē haberi, quod & ſi ipſe uo
luit cæteri non admittunt. Cæterum & ratio ad probandam platonis & Ariſtotelis
opinionem allata facile ſoluitur, ea eſt, nunq̃ eripi nobis ſolem interiectu ueneris at
q; mercurii, quare ſub eis collocatum eē. paruitas enim mercurii & propinquitas ue-
neris ſolaribus radiis intercepra poteſt eſſe in cauſa, uti etiam ſi opponantur ſoli, cor
pus tamen eius noſtris aſpectibus non eripiant. poteſt id etiam referri in tenuitatē
illorum planerarum eſſentiæ, ut non tollatur lumē quod aufertur lunæ, q̄q̄ remotio
ri, ob craſſitiem & quaſi terroſam denſitatem. At ſolis locus in cœlo compertus finga
tus & certus. quid eius de motu decernemus? quem omnium manifeſtiſſimum in ma
gna compoſitione Ptolemæus appellat: & quo uti ſtato & certo dimetiendos eſſe cæ-
teros edixit. quod miror quomodo ſcripſerit, quando antea & hipparchus & hippar
cho antiquiores mathematici in eo dimetiendo uariauerant. illi enim trecentis ſexa
ginta diebus adiecta diei quarta parte, reditum ſolis abſoluebant & conficiebant an
num. quam opinionem etiam ſequitur Auguſtinus in ſecundo ſuper geneſim, alii
plus quarta ad eundem zodiaci punctum redire uoluerunt, minus quarta parte
adiicii oportere exiſtimauit Hipparchus: ſed quota eſſet pars illa non ſanxit.

De ſede ſolis et cęterorum planetarū q̄- ta diſſidia.
Reſponſio.
Confutatio.

Solutio rōnū ptolomęi et alpetragii de ſede ſolis.

Solutio rōnis allatę ꝑ opinióe platonis et Ariſtotelis

De motu ſo- lis et aliorum planetarū q̄- ta uarietas.

Ptolemeus quoniam trecentesimam illam eſſe diei unius portionem putauit,rem ma nifeſtiſſimam ſibi uiſus eſt decreuiſſe.At non ita poſteris uiſum,non Albategni, non thebiti qui a Ptolemæo diſſentere in ſolaris motus uelocitate dimetienda . Diſſenſere quoq; multi in ipſa uelocitate æqualis ne ſemper an inæqualis aſſerenda: æqualē pu tauit Ptolemæus & Alphonſus, inæqualem Batenus,Azarchieles,Iſaac Iſraelita: qui bus(ut aiunt) compertum ſolem modo citius modo tardius redire ad locum unde di greſſus eſt eoq; octaua ſphæra nō ab occaſu ſemper ad ortum ut ille exiſtimauit,ſed interdum contra uoluatur.quare illius motu dixerunt uelociorem fieri motum ſolis cum ad eandem ipſe flectitur partem,fieri etiam tardiorem cum fertur in contraria. Cæterum ſolis ambiguum in uelocitate & tarditate curſum,defectus eius aperiūt,cū a tempore in tabulis annotato plus horæ parte dimidia interdum euariāt, quod An dreæ ſummaru & Pauli florentini præter multorum experientiam cōfirmat autho ritas.henricus quoq; machliuienſis ea in re Ptolemæi & Albategni ſupputationem, & petrus alliacēſis Alphonſi tabulas a ueritate excidere teſtati ſunt.& Abraam Aue nazra in ſexto de reuolutiōibus affirmat,nunq̄ reditum ſolis in arietem,aut ulla mo tuum ſupputatione,aut ullo genere inſtrumenti poſſe depræhendi . Solis item apo geon & epigeō,quod alii abſidem ſummam & abſidem imam, curuaturam poſſemus dicere,non tam uerbum reddentes uerbo q̄ circuli de quo loquuntur ſupremam & imam partem indicantes,barbari ſcriptores augem & oppoſitū augis appellant:hoc inq̄ apogeon & epigeon ſolis non moueri exiſtimant Ptolemæus & proclus: Iunio res pene omnes ita ſolis ſicuti & cæterorum planetarū auges mobiles cenſent: cui cō tradixit hebræus leo Ptolemæi ſniam tutatus.& q̄q̄ motus ſolis qui ſidereæ dicit mo derari frena choreæ,ubi incertus eſt,alios illico monſtrat incertos,ſeorſum tamen ēt aſſeritur de aliis deq; ipſo ꝓpinquiſſimo ſoli mercurio,quem diſtare poſſe uiginti & octo gradibus Ptolemæus affirmat,Theon,porphyrius,Alii negāt,& quinq; ptes de munt.Sex etiam dettrahit ſoſigenes mathematicus Alexādri præceptor Aphrodiſiei. Sunt etiam qui maximam ſolis declinatiōem ab æquatore circulo uiginti tribus par tibus & triginta minutiis conficiant,q̄q̄ Ptolemæus inclinatiorē uoluit,& Albategni aliter,aliter Archazeles exiſtimauit.Sed & Ptolemæi aliis ĩ rebus ſectatores in ipſa ma xima declinatiōe ſolis tropicorūq; diſtantia ab ipſo Ptolemæo euariant,ut eſt uidere apud Ioannem de regio monte in epitomate magnæ compoſitionis a ꝓceptore Geor gio inchoato a ſe abſoluto.De lunæ quoq; motu diſcordiam inter hipparchū & Pto lemæum interceſſiſſe in magna ipſius compoſitiōe uidere datur.Inter hebræos quo q; & latinos uigebat ab uſq; tempore Ambroſii illa diſſenſio,q; per trecētos dies lu nam duodecies curſum ſuum & q; eſt ſequens annum conficere uolebant hebræi , ali quos dies adiiciebant romani,bis ſexto ſemel intra quinquennium unius diei adie ctione celebrato.Varronis autem tempore,menſtruum lunæ curſum ex quater ſepte nis diebus conficiebant,ut die duodetriceſimo Ariſtidis ſamii authoritate luna ipſa ex quo ueſtigio profecta eſſet,eodem rediret.quod & in atticis quoq; noctibus plane ſignatum eſt.In martis quoq; curſu dimetiendo alii ab aliis & parte & non parū mul tis minutiis euariant.Sed & de omnibus planetis controuerſia,quādo qui Ptolemæo fuerunt antiquiores etiam de abſidibus locuti planetarum nullam tamen fecere mo bilem,Ptolemæus omnes ut diximus præter ſolem mobiles fecit cui conſenſit ea in re proclus & leo,cæteri contradixerunt.Sed hactenus de erronibus ſiue planetis quorū

De motu mercurii diſſenſiones.

De maxia ſolis declinatione lis.

Io.d regio mōte.

De lunę motu diſſenſio.

Ambroſius.

De motu martis diſcordia.

nūmerum,

numerum,ſitum,motum,incertum indepræhenſumq; mõſtrauimus:id ipſum de he rentibus ſuo cœlo ſtellis oſtendatur.octauam itaq; ſpheram innumeris ſyderibus cor ruſcantem quæ ſupra orbem ſaturni nomine ſignatum collocari dicitur,extimã omnium atq; ſupremam,ægyptii,chaldæi,plato,Ariſtoteles,hipparchus,cõſtituere. quorum ſententiæ(q̃q̃ alii aliter ſentiant)acceſſit etiam Ptolemæus:ut probauit.Io.picus patruus in octauo libro aduerſus Aſtrologos:primuſq; Alphonſus loca planetarum ad nonam ſphæram ſupputaſſe cenſetur.Alii nonam introduxere,nouo depræhenſo motu,cum non uideatur conſonum rationi,ut duo oppoſiti motus eidem corpori debeantur,quales cernuntur in octaua ab occaſu in orientem(ut dicunt)mota,rurſum q; cum reliquis ab oriente in occaſum reuoluta.putant primum motum propriũ eſſe octauæ,ſecundum ſuperioris ſphæræ ab oriente in occaſum inferiora omnia raptante,quæ ratio tamen nec leonem hebræum,nec platonicum proclum,in mathematicis longe lateq; uerſatum tenuit,quo minus octauam ſupremam omnium contenderent.ſunt enim qui duplicis illius motus & experientiam negent,& rõnem plane diſſoluant.nam ſunt qui non recipiant ab occidente ſtellas in ortum moueri,ut īfra mõſtrabimus,ſunt qui motum diurnum adſcribãt ætheri,eumq; perpetuum eſſe dicant: non diuiſum in ſphæras,quæ quidem omnes tam octaua q̃ ſeptem inferiores erraticæ uoluantur propriis motibus ab occaſu in orientem.Contra leo hebræus inferiori ſphæræ eum motum adiudicauit,ſunt qui totum cœlũ ex omnibus ſphæris quaſi animal ex omnibus ſuis membris conſtituant & totius cœli motum referant acceptũ motori uniuerſali,ſingulos uero ſpherarum motus ſingulis earum motoribꝰ attribuãt, quare pũtãt nõ oportere rõne diurni motus nonã eandemq; nouam ſphæram exquirere,quoniam is motus non proprius ſit octauæ,ut duobus propterea motibus ipſa rotari dicatur,ſed communis omnibus,in comunem quoq; motorem plane referat. Sed enim non deſunt quibus ratio duplicis motus iam diſſoluta perſuaſerit,ut aliam etiam ſphæram inueherent alio depræhenſo motu,atq; ita non extimam fecere nonam,ſed ſuper ea quoq; decimam collocarunt,quod Alphonſus,campanus,Leopoldus,Meſſalla,Albertus exiſtimarũt. Sed & ſuper ueteri motũ, noua etiam ante paucos dies emerſit opinio,Noſter enim Theriacus mecum nuper differens,non uideri ſibi affirmabat ut ab occaſu feratur in ortum tramite recto,quoniam idem ipſo in orbe punctus contrario motu ſimul moueretur,quando & a ſuperiori dicitur ab oriente in occaſum rapi,ſimulq; alio collatus puncto & accederet atq; recederet: ſed ſolis itinere hoc eſt uia ſigniferi moueri cenſet,ita ut ab ægocerotis tropico ad tropicum cancri motu proprio deferatur.exemplũq; nauis & impulſæ remis,& ab ipetu aquæ ſecundum flumen ſimul delatæ duxit in medium.atq; illico hanc ſuam opinionẽ oſtẽdit ſe uerſibus celebraſſe in opere quod de mũdi geneſi ca nebat expoſitiõe multiplici,heptaplum.Io.pici patrui mei imitatus:quod opus inchoatũ carminibus,eius morte paulopoſt ſecuta periiſſe dubito.vidimus in corporibus ſupra planetas cõſtituendis,aſtrologorum mathematicorumq; principalium incertam eſſe ſententiam.ſed ut octauam tantum ſtatuamus.de illius motu quid erit decernendum?quo de motu ſupra quoq; ſunt allata diſſidia,eius ipſius motu ad imobile quod dicunt ſignum collato:ut inq̃ octauam tantummodo ſtatuamus quid erit decernendum? nempe ægyptii chaldæi,omniſq; uetus Aſtrologia uno tantum motu qui diurnus appellaẽ ab oriente in occaſum uolui illam ſtatuerũt,hipparchus ab occidente in oriẽtem rapi cũ er-

De numero ſpherarum et motu controuerſia.

B. theriacus

raticis uoluit.dices poſterioribus accededum perſpicatioribus in indagãdo ,& in iu
dicando grauioribus.qui hoc recipit & inuitus ſequetur antiquos,nã Ptolemæo mul
ti poſteriores fuere qbus magis placuit antiqua uia incedere,quod facit proclus , cũ
alibi tum in commentariis ſuper timæum,negat enim octauam ſphæram moueri ab
Proclus. occidente ad orientem circa polos ſigniferi,& poſt centeſimum quemq; annum uno
gradu.Sequi enim oſtendit ut iam ſub occaſum urſa deuergeret,quæ abuſq; tempo/
ribus homeri inoccidua dicatur &appareat inoccidua, ut canopus ſtella non uide/
retur amplius quæ breuem ſupra finitorem periodum iis efficit qui in tertio climate
degunt,his autem qui rhodum incolunt radat orientem ut ſcribit poſſidonius,q ta/
men eandem ſeruet poſitionem:Idem quoq; proclus in calce ſui de ſphera operis, ca
nobi ſydus in ſummo argus gubernaculo fulgẽs in rhodo uix conſpici affirmat , ma
ximeq; a locis editioribus,At in Alexandria prorſus non uideri.In eis autem cõmen
tariis reſpondet etiam obiectis in hunc ferme modum q̃ ſi afferatur inquit ſenſus te
ſtimonium ſupputationibus,illorum reſpondere,& ſenſuum etiam teſtimonio utun
tur qui eum motum omittunt in ſupputando motu planetarum:tum non eſſe uerita
tem in connexo docet,quoniam ex falſis ſupputationibus uerum aliquando colligi/
Io.picus. tur.Abraam Auenazra neutri præiudicat opinioni,Ioãnes picus patruus nihil & ip
ſe definit præter hoc unum,nihil poſſe certum definiri.Sed opinionem fingamus ue,
riorem quæ ab occidente uolui fixarum ſphæram ſtellarum in orientem affirmat ,nũ
erit poſtea concors eorum ſententia qui id aſtruxere?minime gentium.ſemper pu/
tat hypparchus & Ptolemæus ab occaſu moueri in ortum,contra Azarchieles & Iſac
Iſraelita moueri quidem,ſed reuerti uolunt quodam neſcio quo ſpacio cõfecto, ut p
pe erraticam conſtituant fixarum ſphæram ſyderum,ſuamq; opinionem experimen
tis aſſerunt comprobatam.Non ita uidetur Thebiti,qui motum alium hoc expuncto
ducit in medium,quo ſphæra ipſa,ad auſtrum uergat & aquilonem.& ſunt qui hanc
recipiant & nihilominus alios etiam admittant adeo, ut ſphæram ipſam fixarũ ſtel/
larum triplici motu diſcerpſerint.Sed qui cum Ptolemæo ſentiunt ab occidente in or
tum ſemper illam moueri nec mutare curſum,de motus tamen uelocitate magnã ex,
citant controuerſiam.Si quidem & auerrodam & moſes ægyptius &.R.Auenazra nõ
putant expleri partem unam ſiue gradum centũ annis,ut hypparchus & Ptolemæus
exiſtimarunt,Sed ſeptuaginta annis cõfici & abſolui unius gradus ſpatia tradidere,
uelocius etiam ipſam uolui cenſuit albategni,& ſex annis ſupra ſexaginta gradũ ab
ſoluere.Paulus florentinus eandem fecit ulociorem . Secundum quem igitur ſuppu
tatorem lis dabitur?Omnes in ſupputando periti,omnibus affuit copia inſtrumento
rum,nec mens nec oculi defuerunt.unde igitur tanta diuerſitas? unde illa perpetua
controuerſia de diſtantia mobilis arietis ab immobili,de qua ſupra diſſeruimus?quã
nec uiſilis poteſtas , nec inſtrumentorum adhibitæ machinæ componere unq̃ aut
ſedare potuerunt.Sed hactenus de uarietate opinionum & in ſphærarũ numero aſſe
Iob. rendo,& earum metiendo motu,ut illud Iob capite octauo ſupra trigeſimum uerita
te fultum apprime uidere poſſimus,nunquid noſti ordinem cœli & pones rationem
eius in terra, & iterum quis enarrabit cœlorum rationem?unde etiam luce clarius de
præhendere poſſumus q̃ ſit incerta iſthæc ars quæ tamen certa pleriſq; omnibus de/
cernitur.Nec Io.pici patrui illud officiat dũ aduerſus diuinatricẽ Aſtrologiã prooe/
miatur,de hac motuum dimetiendorum facultate prolatũ:artem hanc uidelicet eſſe

certam

certam & nobilem in ſuiſq; terminis honeſtiſſimam & hominũ authoritate doctiſſimorum maxime comprobatam.Certam enim potuit appellare in ſe ſe.i. quo ad naturã eius pertinet,non quo ad nos attinet,Item certam quoquomodo & ex parte non omnino,Item comparatione ruſticæ & nauticæ & multo magis diuinatricis aſtrologiæ, certam poſtremo dum ſe ſe intra ſuos continet terminos,tempora uidelicet interno ſcendi rebus gerendis opportuna,ob dierum & noctium inæqualitatem, ob menſiũ & annorum partitionem,ob annotationem ſolſtitiorum.propterea a doctis hominibus laudatam & maxime honeſtam exiſtimarã ref,ad ſtatas ſolẽneſq; cærimonias tuẽdas,& in antiqua hebræorum lege ob uarias lunaris motus obſeruatiões,& in noſtra etiam ad paſcharis celebritatem,de qua in exordio naſcentis eccleſiæ multæ fuerunt altercationes.Verum hæc exactam omnino & punctalem ita dixerim certitudinẽ non exigũt,alioquin quo pacto legeremus illa quæ ſupra duximus in mediũ ex libro Iob ſacratiſſimo,Nec item ex ea ulla eſt eximia quo ad degendam ciuilem uitam prorſus utilitas.quando & apud Xenophontem uideri datur ſocratem exiſtimaſſe parum utilitatis in aſtrologia diſcenda multum uero temporis ineſſe diſpendii :eam uero ſolũ ea de cauſa diſcendam conſulebat ut dies ac noctes horas & menſes & ãnos exactius perciperemus,At improbabat qui & planetarum motus exactos,& eorum a terra diſtantiam compræhendere ſatagebant,q̃q̃ ea re non eſſet imperitus. Ac ne quis exiſtimaret de diuinatrici eum Aſtrologia uerba facere,illam ipſe acrius eſt omnino inſectatus,& impoſſibilem & impiam adeo iudicauit ut deos ſummere pœnas de iis q ei inuigilarent aperte decreuerit,ſi uera Xenophon ipſe in libro de dictis ſocraticis mãdauit poſteritati.Auguſtinus quoq; noſter qui & diuinatricis Aſtrologiæ acerrimus hoſtis & impugnator fuit,de hac aſtrologia motuum dimetiendorum & in confeſſionibus & in libris de doctrina chriſtiana mentionem cum faceret,ibi ſcripſit, Nec curo noſſe tranſitus ſyderum:hic uero eam ſalubrius honeſtiuſq; contẽni docuit,quoniam uicina eſſet errori fatua fata cantantium:quæ quidem q̃ ſit incerta etiam primo rei ruſticæ libro Columella inde ſubſignauit,dum ſcribit perſuaſum multis longo æui ſitu qualitatem cœli ſtatumq; mutari,& adiicit hipparcum aſtrologiæ conſultiſſimum profeſſorem,prodidiſſe tempus fore quo cardines mundi loco mouerentur. quod ſi eſt impletum perierunt antiquæ obſeruationes,ſi fiet peribũt poſteriores & reliquæ cum uel una re cœleſti etiam minoris momenti uariata, uaria eſſe neceſſe ſit illa quæ ſuper ea re fundabantur dogmata aſtrologorum atq; decreta,& de aſtrologia ſatis, nunc ad muſicam examinandam accedamus.

Xenophon. Auguſtinus. Columella.

Quid aduerſus muſicam artem ephectici philoſophi diſſeruerint,et quid in eos etiam hac de re dici queat. Capur nonum.

MVſicam ephectici philoſophi improbaturi,quoniam rem inuidioſam aggrederentur,ipſius nominis uariam acceptionem prætulerunt. primum muſices appellatione ſumpſerunt eam facultatem quæ circa melodias & ſonos & rhythmos uerſabatur:quamobrem muſici uocantur qui ea arte pollent.Deinde organorum peritiam,muſicam dixere:& propterea qui tibiis & pſalteriis uterentur,muſicos uocauerunt.abuſu item quodam muſicũ dixere opus quoddam bene compoſitum.Muſicæ autem primo in ſignificatu deſumptæ ſolum contra-

dicunt,idq; duplici uia pergũt facere.nam primũm conantur oſtendere eã nõ eſſe utilem ad fœlicitatem conſequendã,ſed uerius inutilem & noxiam. Deinde artis fundamenta conantur euellere,principales hypotheſes euertendo.Initio autem ſatagũt probare non ineſſe muſicæ quidpiam quod naturaliter animum exciret , ſed totũ id in hominum opinionem & æſtimationem referendũ.nam alius delectatur ſono,alius minime,ut propterea non inſit ei natura,ut delectatione audientes afficiat,Idẽ enim ſæpenumero ſonus,& excitabit equos,& homines non excitabit, & forraſſe melodia ipſa,equorũ non erit excitatrix,ſed tremefactrix.qua de re confici uolunt muſicam uitæ non eſſe utilem.neq; enim facultatem haber mentis cogitationiſue humanæ directricem ad uirtutes,ſed cohibentem quodammodo ;quare ceſſantibus huiuſcemodi melodiis mens minime propterea liberata ad primam reuertitur maleſanam affectionẽm.ſicut enim & uinum & ſomnus non ſoluit triſticiam ſed inferr obliuionẽ,ita & melodia atq; concentus non corripit & frenat animi mœſticiam,uel iratã ſedat mẽtem:ſed auellit quodammodo & pro tempore.ut quaſdã quaſi uideri poſſit inducias dare.atq; hunc in modum auertit.pythagoras cum dicitur ebrios pueros concẽtibus quos iuſſit adhiberi,mentis compotes rediddiſſe,auertit forte ab amentia paululum, non ſobrios reddidit,alioqũi fateri opus eſſet plus poſſe tibicines q̃ philoſophorum præcepta ad uirtutem ſobrietatis,& morum prauorum correctiõem.eadem fere cã, ſpartiani ad tibiam & lyram inibant cum hoſtibus certamina.ſicuti enim qui ponde ra deferũt & qui remigant uel aliud quiddã moleſti laboris perferunt,concordi uo ce & tanq̃ gemitu conantur mentem auertere a laboris moleſtia conſideranda:ita & tubis & tibiis milites in bello uſi ſunt,nõ ut haberẽt aliqd ex harmonia quo mens excitaret aut inderet fortitudo:ſed ꝑpter agonium & perturbatiõem reuocare animũ in ſe ſe ſtuduerũt.Sic & quidam barbarorum ſtrepitu buccinarum & tympanorum bellare ſolent quæ tamen nihil iuuent fortitudinẽ.Cum uero dici conſueuit Achillẽ furentẽ,& amore correptum,melodiis ſtuduiſſe,non mirum:quãdo intemperie animi affictaretur.& hæc fabuloſis quidem tradita commentis,quemadmodum & illa, conſueſſe heroas cum diſcederent patria relinquere cantores ad uxorũm tutellã : q q̃ belle eas inſtituere ſolerent,teſtis eſt clytemnæſtra.qui uero eam poeticæ uſui eſſe uolunt ita ut illi eam omnino complicent,non iccirco utilem conuincent , quoniam & poetica ut cum de grammaticæ partibus haberetur oratio,inutilis exiſtimari poteſt.quæ ſi etiam utilis conſtituatur,non ſequitur propterea ut utilis muſica conce datur,quoniam hæc ſenſum dũtaxat mulcet,illa etiam mẽtem inſtituit. Si uero a poetis ad philoſophos nos conferamus & ſocratem atq; platonem coluiſſe muſicam audiamus,non tamen propterea ad fœlicitatem facere ipſam confitebimur , quoniam alii etiam phi id negauere,& ociosã dixere & amantem uini,& miniſtram uoluptatum.q; ſi quis diceret delectari magis peritos arte q̃ imperitos,propterea harmoniæ operam dandam eſſe:refelli facile poſſet ex uulgo,quibus magna ẽ delectatio potus & cibi,ſi fame & ſiti tabeſcant,abſq; ulla cauſæ noticia,cur ita fiat:& ſine ulla coquinariæ aut uinifacrricis artis diſciplina.ſic enim & infantes nulla freti muſicæ artis peritia melodiis deliniri dormiunt,& irrationales animãtes multæ tibiis & fiſtulis demulcentur,quemadmodum etiam delphines concentibus tibiarum oblectati,ere migaris adnatant nauigiis,maiore forte cum uoluptate cantibus & ſonis affecti.quã Ariſtoxenus fuerit aut philoxenus aut Timotheus,harmonicam ob diſciplinam celebrati.

Pythagorę exẽplum.

Spartianorũ exemplum.

Obiectio

Solutio.

Obiectio.

Solutio.

Obiectio

Solutio.

lebrati.Nec admittunt ſceptici mundum harmonia gubernari,nec ſi admittant,con
fici ob id propterea uolunt ut ipſa faciat ad fælicitatem.Atq; hæc ſummatim fere di
cunt ephectici,quibus eo non aſſentior in omnibus,ꝙ ſenſu communi ſatis conſtat
nullum pene poſſe inueniri tam barbarum & ihumanum hominem,qui aliqua &
ſi nõ oĩ,muſices oblectet̃ ſpecie,quæ ita ſonorũ & uocũ concors diſcordia dici poſſet,
ut cõcors diſcordia ꝑtiũ uenuſtas,cõcors humorũ diſcordia ſanitas,concors diſcor
dia ſuꝑorũ & iſerorũ orbiũ mũdi pulchritudo. Adhibita ea ẽ i ſacris uniuerſi orbis
conſenſu,nec ritu modo gentium, ſed diuino ut in ueteri teſtamento ſatis apparet,
& in nouo paſſim quoq; hymni & cantici frequẽtantur. At ſecũda uia demoliendæ
muſicæ artis apud ſcepticos hæc eſt ut principia ſubuertãt. Si.n.inquiũt muſica ſciẽ
tia dicitur melodiarum & nõ melodiarum,rhythmorum & non rhythmorum,ſi mõ
ſtrauerimus melodias & rhythmos nõ ſubſiſtere,omnem eiuſmodi ſcientiam ſuſtule
rimus.Vox inquiunt proprium eſt ſenſibile auditus.Sicut proprium uiſus color.Vo
cum autem alia acuta alia grauis,per metaphoram uidelicet ſenſilium quæ referun
tur ad tactum,quod.n.pungit & ſcindit tactum,dicitur acutum:quod premit & frã
git,graue.ſic quæ quodã modo ſcindit & pungit auditum,uox acuta,quæ tãq̃ ꝓmit
& frangit,grauis appellatur.Cum igitur uox æqualiter effertur ad aliquam inten/
tionem,ut nullam faciat ſenſus euulſionem,uel ad grauitatem,uel ad acutiem, talis
ſonus φθόγγος .i. phthongus dicitur a græcis.proprerea muſici eum ita deſcribũt.
phthongus eſt melodiacæ uocis caſus ad unam intentionem.phthongorum autem
alii æquiuoci uel uniformes græcis dicuntur ὁμόφωνοι.Alii nõ æquiuoci:& illi qui/
dem differunt inuicẽ ſecundũ acumen & grauitatẽ,hi uero non ita ſe habent.ſed &
ex iis & ex illis Aliqui acuti aliqui graues appellantur:& rurſum ex non æquiuo/
cis Alii uocantur diaphoni Alii ſymphoni,ita liceat dicere:quoniam diſsiuoci &
conuoci ſi aures audierint aut plane non ferrent,aut male libenter.Diſſonantes
quidem ii qui inæqualiter & diuulſe magis mouent auditum.Conſonantes uero qui
æqualius & impartiliter magis. Circumſcribunt autem diſtantias quaſdam ſecun/
dum quas moueatur uox uel ad acutius quiddam exurgens & extenta,uel ad gra
uius inclinans & remiſſa.quã ob rem analogia quadam ſiue proportione harum
diſtantiarum Aliæ conſonantes ſiue ſymphonæ:aliæ diaphonæ nuncupãtur.& ſym
phonæ quidem quatenus ſymphonibus phthongis:diſſonantes uero quatenus diſ
ſonantibus continentur.ex conſonantibus uero diſtantiis primum & minimum
διὰ τεσσάρων hoc eſt per quartuor muſici nuncupant.quod autem ſuper hæc maius
διὰπέντε hoc eſt per quique:& quod maius διὰ πασῶν hoc eſt per omnes.Rur/
ſum diſſonantium diſtantiarum minimum & primum uocatur ab ipſis δίεσις.ſecun
dum autem Semitonium,quod eſt duplum ad dieſin.Tertius,tonus qui eſt duplex
ad ſemitonium.Cæterum ſicut omnis diſtantia ſecundum muſicam i phthongis ha/
bet ſubſiſtentiam ſic & omnis mos,hoc autem eſt genus melodiæ.nam quemadmo/
dum ex humanis moribus aliqui triſtiores ſunt & rudiores,quales fuiſſe uetuſtis in
hominibus memoriæ proditum eſt,Aliqui procliues ad amores & compotationes,
Ad luctus ẽt & lamenta.ſic & melodia aliqua,in animis hominũ honeſtas quaſdã &
urbanas efficit motiones,Aliqua uiliores atq; degeneres.Vocatur autem communi
ter talis melodiæ modus,mos apud muſicos,quoniam morũ eſt quodammodo affe
ctrix.huius autẽ cõis melodiæ aliud χρῶμα dicitur,aliud harmonia aliud diatonon.

Cõtra ephecticos author pro muſica

Vox acuta.
Vox grauis.

phthongus.

phthongi cõſonãtes et diſſonãtes ita et symphonę et diaphonae diſtantiae.

Cõs. diateſſaron.
Diapente.
Diapaſſon
Dieſis
Semitonium
Tonus.
Mos

Chroma
Harmonia.
Diatonon.

quorum harmonia auſteri cuiuſdam moris ,& quodammodo honeſti præparatrix
exiſtimatur. χρῶμα autem acutum quiddam & lamentabile præfert, Diatonon uero
aſperum atq; ſubruſticum. Rurſum uero harmonicum melos indiuiſile habetur. dia
tonum uero duas habet differentias, mollis ,Diatoni, & Syntoni. χρῶμα uero tri-
bus conſtat differentiis uictrici, Semitonia, molli. ex iis autem omnibus ſatis con-
ſtare poteſt omnem muſicæ artis ſpeculationem in ipſis phthongis habere ſubſiſtē-
Obiectio. tiam, quos ſi tollas muſicam ſuſtuliſti. Sed quo modo tolles inquiet quiſpiam phthō
Reſponſio gos: quoniam uox ſunt, ſecundum genus. At dogmatici philoſophi pleriq;, non ſo
Cyrenaici. lum ſceptici, uocem ſuſtulerunt tanq̄ minime ſubſiſtentem: Cyrenaici.n. philoſophi
ſolas affectiones paſſionesue ſubſiſtere dixerunt, unde & uox quæ affectio non eſt
Democritii. ſed effectrix affectionis ſubſiſtentibus rebus non adnumeratur , & Democritii atq;
platonicorum multi, omne ſenſile abiicientes, & uocem quæ res apparet ſenſilis ab-
iectam uoluerunt. Quæ quidē uox aut corpus eſt, aut incorporeum: nō illud iuxta
peripateticos, non hoc ſecundum Stoicos. Atqui ſi non eſt uox acuta, & grauis: uox
ulla non eſt: ſed neutram eſſe monſtratum eſt, aduerſus grāmaticos dum haberetur
ſermo, & de ſyllaba & dictione diſputaretur. Ad hæc uox neq; in effectu & fine, neq;
in ſubſiſtentia concipitur, ſed in generatione & temporali extentione: quod autem
in eo quod eſt generari contēplamur, nōdum eſt. Sic & domus & nauis i ipſo(ut ſic
dicam)fieri ,nauem aut domum eſſe iure nō dicimus. quare uoce ſublata phthon-
gus non eſt, & phthongum ſi ſuſtuleris nec ſymphonia nec melodia reliquetur. Cæ
terum alio ex capite(quoniam(ut mihi uidetur)ſophiſticum hoc forte illis uiſum)
quaſſare & mouere loco, muſices ædificium tentauere. Si.n. inquiunt rhythmi nō ſūt
Rhythmus. neq; de rhythmis erit ſciētia: qualis muſica habetur. Rhythmus autē cōſtitutio quæ
Pes. dam eſt ex pedibus: pes autem conſtituitur ex eleuatione & poſitione, Eleuationē
Tempora. autem & poſitionem quātitate temporis ſpeculamur. ex temporibus.n. pedes, ex pe
dibus Rhythmi fiūt. Tēpus autem ſi ſublatum fuerit, omnia huius artis ædificia cor
ruent. At qui tempus uel finitum eſt, uel infinitum, primum minime affirmarint
ſi monſtrauerimus fuiſſe tempus cum tempus non erat, & futurum tempus cum tē
pus non erit: ſecundum uero neutiq̄. eſt.n. ipſius præteritum, præſens & futurum
quorum ſi uel primum uel ſequentia non ſunt, finitur & exhauritur tempus, ſi ſunt
erit i præſenti & præteritum & futurum, quod eſt oppido q̄ abſurdū. Ad hæc quod
conſtitui dicitur ex non exiſtentibus, ipſum non exiſtit: tale autem eſt tempus ex
præterito uidelicet quod amplius non eſt ,& ex futuro quod nondum eſt, & ex præ-
ſenti: quod aut partibile eſt , aut minime, Si primum dicatur ut uidelicet ſit partibi
le, quoniam omne partile ab aliqua ipſius parte menſuratur , ut cubitus a digito,
oportebit ut illud parte eius aliqua dimetiamur præſenti autem alia tempora dime
tiri non quimus, alioqui erit idem præſens cum præterito & futuro. cum præterito
quidem, quoniam illud metitur ut pars, & pari pacto cum futuro, & uice uerſa aliis
temporibus eadem ratione minime poterimus menſurare pſentia. Si impartile: quo
modo ipſius aliud præteritum aliud præſens aliud futurum: & quidem impartile, fie
ri non poteſt partile ut ſcribit Timon. Ad hæc ſi momentum temporis præſens im-
partile, neq; principium a quo initium capiat habebit, neq; finem in quod deſinat,
atq; ob id neq; medium: atq; ita præſens non erit, ſi uero partile, & in tempora quæ
non ſunt diuidetur, non erit tempus: ſi in ea quæ ſunt, non erit integrum tēpus, ſed
eius

eius partium aliquæ erunt,aliquæ non erunt.Atq; hæc quidẽ aduerſus muſicam diſ Author ꝑ muſica.
putauerunt:quorũ multa ſophiſmatibus implicita ſunt,& ſolui queunt diſtinctiõe
entiũ quæ exiſtant & quæ ſucceſſione cõſiderantur. nec tam ſolidis hæc nituntur ar
gumentationibus ut ſuperiora. Attamẽ ne promiſſum deſeramus ordinem,præſta
re exiſtimauimus ut referemus illa potius q̃ omitteremus.quibus etiã addi poteſt
Xenophonteum illud in epiſtola ad æſchinem.Scimus inquit Socratem auribus ſo-
lummodo muſicam percepiſſe.quaſi diceret artem ipſam eiuſq; minutias nõ exiſti- Xenophon.
maſſe illum tanti,quanti fieri ſolet a multis.

Quam multa aduerſus dialecticam facultatem á ſcepticis ꝑhis ſint diſputata,et quid au
thor pro ipſa. Caput decimum.

Eſtat dialectica:nam alias liberales quæ dicuntur artes uexatæ iam a ſcep
ticis fuerũt.reſtat inq̃ dialectica in quã ſua & ipſi argumẽta refundãt,aut
ut ſignificãtius loquamur,i quã refuſa oli ab ipſis fuiſſe mõſtremus,iter
prætis quodã modo uice perfuncti.In hanc certe plurima ſunt moliti cũ
ænesidemus in quarto præcipue pyrrhoniarum hypotheſeon,Tum & ſextus quoq; Aeneſidemꝰ. Sextus.
Empiricus qui præter libros πυῤῥωνίων ὑποτυπώσεων .in quorũ ſecũdo logicã ſiue
dialecticam uexat acerrime,duo etiam per ſe ſe ſatis ampla uolumina ſcripſit cõtra
logicos:& ante oia curauit ueritatis iudiciũ plane ſubuertere.quorũ librorũ mul-
ta rettulimus ſuperiori huius operis uolumine.pergunt poſtea particularia logico
rum impugnare dogmata:De demõſtratione:quã aliter ſumunt q̃ cõſueuere peri-
patetici.De ſyllogiſmo,De inductiõe,De genere,De ſpecie,aliiſq; de multis. Quibus Author pro dialectica.
in rebus & ſi logica etiã utantur ipſi,ad logica uidelicet dogmata ſubuertẽda:tanta
.s.eſt huius diſciplinæ uis & ab ortu naturæ tam alte eius principia hominibus in-
uſta ſunt,ut ſine ea qcq̃ fere agi non poſſe uideatur in litteris,& diſceptatione cõi,
Ad abſtruſis i rebus ueritatẽ ſincerius &idagãdã &dep̃hẽdẽdã:Tamẽ qd attulerint Authoris logica inſtitutio.
tãq̃ epitomate percurramus.Nã logicã facultatẽ peripateticos plane ſecutus qnq;
iam libris quibus titulus eſt logica iſtitutio pro uiribus explicui.q̃q̃ ſubſignaui mi
hi certa nõ eſſe quæpiã Ariſtotelea placita,in demonſtratrici maxime facultate.idq;
latius & particulariter magis aperiã quinto huius operis uolumine. Nũc q̀ attinet
ad ſcepticos eorũ pſtringamus argumẽta:qui cũ demonſtrationẽ ſe demoliri exiſti
ment ſignũ demonſtrãs auertere in primis curãt.etenim diſtinctionẽ cũ admittãt
eam,quã poſteriorũ p̃horũ ſcholæ in peripatetica familia nobiles etiam admiſerũt,
ut ſignorũ alia ſint rememoratricia ita mihi liceat uocare q̃ illi dicũt ὑπομνηστικὰ
alia demõſtratricia ab illis ἐνδεικτικὰ nũcupata.illa ualere dicuntur ad ea indicã
da quæ ad tẽpus manifeſta non ſunt:ut quæ euidentẽ quidẽ habeant naturam quæ
tamen quibuſdã circunſtantiis extrinſecus obſcurentur.Hæc autẽ ualere ad iudican
dum ea quæ natura manifeſta non ſunt,eiuſmodi autẽ dicuntur eſſe quæ ſuapte na
tura nequeãt nobis clara uideri, ꝓptereaq; demonſtratiuis ſignis & indagari & te-
neri.contra hæc ſigna ſe ꝓfitẽtur uelle diſſerere.Aduerſus alia minime:qm̃ cõi uita
ꝓbata ſũt,aliter.n. q̃ poſtea cõſueuerit,capi iſthæc ſigna uolũt.nam ſigna rememo
ratricia dicũt eẽ fumũ ignis,& cicatricẽ uulneris,quæ cũ ipſo cuius ſũt ſigna quodã
mõ ſua claritate cõſeruãt.Demõſtratricia uero quæ ex ꝓpriæ naturæ apparatu, id
cuiꝰ ſũt ſigna idicẽt,ut corporeæ motiões ſigna ſũt ai,uñ demõſtratricia ſigna ſtoici

dicunt pronunciata eſſe in ſano coniunctó præcedenti,& teuelatticia deſinenti illum

Contra ſigna dmóſtratricia

Hæc itaq; ſigna in cōtrouerſiā ducere tentāt in hūc modū,pnūciata uolūt eē dicta AξΚ/ά illi nuncupāt,ex ſe pfecta,& quātū in ſe ipſis clara.Sed utrū talia inueniātur ſub dubio uerſatur,quādoq; dē Epicurei negāt,affirmāt Stoici:ſed cū ſtoici affirmāt, aut ſimplici utūtur affirmatione arbitraria uidelicet & nuda, aut demonſtratione utuntur.Si primū dicant,cōtraponetur eis oppoſita negatio etiā arbitraria, pariū oio uiriū.Si ſecundū,dubio dubiū cōfirmabunt,qm̄ ex dictis ipſis demōſtratio con ſtituitur petitq; ſatis cōſtat qđ principio negatū eſt.Simili modo ſi eſt pfatū in dubio uerſabitur,eoq; magis,q̄ ea etiā rōne nō ſubſiſtēs uidebitur,qđ ex partibus nō ſubſiſtentibus cōſtituitur.Cum pars pfertur prima,ſecūda non eſt,cū effertur ſecūda,prima præterit.cum.n.(uerbi cauſa)pronunciant ſi dies eſt,ſequens pars, ideſt lux eſt,nondū eſt,& cum dicūt lucem eſſe,iam illa præcedēs.ſ.diem eſſe,in ipſa pronunciatione deſijt,& in præteritū tranſiuit euanida.Cæterū ſi etiā ſanū inueniatur

Opi.de ſano coniuncto.

coniunctū qđ tamē ſit illud certāt pleriq;,Aliter.n.Philon,Aliter Diodorus dialecticus decernit,uti alibi eſt declaratū.Aliter alii,qui neutiq̄ ſecuti dialeticos ipſos ueteres & Stoicos,aiunt ſanū tum eſſe cōiunctū,cum id qđ cōtraponitur parti conſequentis enunciati,pugnat cum ea parte quæ anteceſſit,& hanc mihi uidentur opi

Autho.opi.

nionem ſibi delegiſſe(Si tamen alias nouerunt),poſteriores dialectici Galli atq; Britanni,cum dicunt (ut eius utar uerbis) illam eſſe bonā conſequentiā:cuius oppoſitū cōſequētis repugnat antecedēti.Alii uero dicūt uerū eſſe cōiūctū cōnexūue, (cōſecutionē & cōſequētiā iuniores uocāt) cuius deſinēs ſiue cōſequēs pars ,in præcedenti ſiue antecedēti,poteſtate uirtute ue,cōtinetur.Litem uero hanc cōtrariarū de ſano cōnexo opinionum quis diiudicabit?quomodo fides præſtabitur ei qui ſine demōſtratione decernet?qūo qſpiā poterit hac in re demōſtratione uti?Etenim demōſtratio ſana eſſe nō poſſe dicitur,ubi p aſſumptas & cōnexas ppoſitiones non ſequitur ipſa cōcluſio,tanq̄ ſequēs ex præcedenti.Si hoc fiet,num pmiſcuus ille mō dus iam exploſus introducetur?quærimus.n.& uertimus in dubiū qūo cōſecutionē cōſequentis ab antecedēte diiudicare poſſumus?q̄ ſi ipſum demōſtrās ſignū, quod ſeqtur indicat reuelatq;.uel qđ manifeſtū eſt reuelat,uel minime.Si primū des,non erit opus ſigno.cuius.n.ad ea quæ manifeſta ſunt dignoſcēda egemus indicii? ſi ſecundū,qm̄ indiſcuſſa eſt de nō manifeſtis quæſtio,qūo uidelicet diiudicētur diiudicariue queant?qualia.ſ.uera?qualia falſa?& demū ſi quid eorū uerū eſt indiſcuſſum ēe manebit,Si in uerū ipſum deſinet cōſequens eius cōnexi ppoſitio.Cæterū nō pōt iure affirmari.Signū ipſum reuelare poſſe qđ ſignatur,ſi uera eſt relatiuorū regula, ut ſimul ſint & alterū nō pcedat alterū ſuapte natura: Ad ſignatū uero ſignū referri qs ambigat?quare ita prius nō erit ſignato,ſicuti nec dextrū ſiniſtro,qm̄ ſunt ſimul natura,qđ aūt cū alio aliquo ſimul eſt,ipſum nō pcedit ac p hoc nec tanq̄ præcedens reuelare pōt ſubſequēs.Ad hæc cōtrouerſia cū ſit de ipſo ſigno, nā Epicurei

Baſilides sto.

ſenſilia,Stoici itellectilia uolūt eſſe,pter baſilidē:nā & ipſe & ſectatores nihil uoluit eſſe incorporeū,& pterea illud etiā cōtrouerſū cū ſit,maxīe aliis affirmātibus ſigna inueniri demonſtrantia aliis negantibus:ii qui affirmāt,aut ſuo arbitratu affirmāt demonſtratione non uſi,aut demonſtratione nitentes.Si primum eadem eſt libertas negandi,idem prorſus arbitriū.Si ſecundum dicant ,rapient pro confeſſo quod pro incerto & dubio tractabatur.Demonſtratio.n.ſub ſigno tanq̄ ſūb genere continetur

netur.quare ſi in dubium uertitur ſignum demonſtrans,In controuerſiã quoq; ducitur demonſtratio,non ſecus ac ſi quis ambigeret,num in rerum natura eſſet aial.illico etiã dubitaret num homo ipſa in rerum natura inueniretur.Hæc & alia & cõtra ſigna & pro ſignis etiã,ut hinc inde rem dubiam faciant,ſceptici diſſerere cõſueuerũt.Qua de re confectum uolunt, ita de demonſtratiõe quæ ſpecies illius habeatur decernendũ eſſe,atq; etiã de ſyllogiſmis:quorũ definitio eadem pene apud peripateticos quæ demonſtrationis apud Stoicos,quare ſi eadem,idem põt confici.Si uero demonſtratio ſyllogiſmi ſpecies eſt,ut apud peripateticos cõpertum,ſublato ſyllogiſmo illa ipſa corruit,Syllogiſmus aũt ſub ſigno claudi facile põt,qm̃ ex propoſitionibus aſſumptionibus ue cõſtatur:quæ ex ſignificãtibus terminis conſtituũtur. Verum & particularia quoq; ſtruunt & cõtra demonſtrationẽ,& contra ſyllogiſmũ argumenta:& maxime cõtra Stoicos,quorum ut dixi demonſtrationis definitio eadem pene cum ea quæ eſt peripateticorũ ſyllogiſmi.Stoici.n.quatuor modos nõ cõgregantis colligentiſq; orationis ponunt,quinq; uero modos indemõſtrabilis orationis,quæ tantarũ ſit uirĩũ ut per ea cætera demonſtrari queant,& quibus ſublatis omnis dialecticæ uis in cõnectendis & copulãdis propoſitionibus euertatur.At ſcepticus conatur oſtendere omnes iſtos ad unum eorũ modorũ non cõcludendi plane reduci & huic tanq̃ cõi rõni inſiſtunt. Vel manifeſta inquiũt cõnexa ſunt ex quibus qdpiã demonſtratur,uel dubia,Si hoc,nõ dabimus cõiunctum ipſum cõcedemus ue tanq̃ manifeſtum.Si primum, cum partem antecedentẽ coniuncti dederimus ſubito & dederimus ſequentẽ.Si.n.eſſe diẽ conceſſerimus,ſimul concedemus,qm̃ ſuapte natura ſubinfertur diem eſſe quare cõficitur reduci & hoc & alia ad modũ ab eis dam natum,qui dicitur Κατὰ παρολκὴν quaſi dixeris per attractũ.De cathegoricis quoq; ſyllogiſmis peripateticorũ idem aiunt,hoc etiã uſi exemplo.Iuſtum pulchrum,pulchrum bonũ,Iuſtum igitur bonum.uel inquiunt cõfeſſum eſt & manifeſtũ,pulchrũ bonum eſſe,uel dubium & imanifeſtum.ſi hoc dicatur eſſe,non concedetur per interrogationem,& propter ea non colligetur cõcludetur q; ſyllogiſmus. Si primũ.i. manifeſtum ſit,quod omne pulchrum ſit bonũ:ſimul atq; fuerit admiſſum,aliquod eſſe pulchrum, ſimul & admittetur idem eſſe bonum.ut hæc interrogatio ſit ſatis,iuſtum pulchrum,iuſtum igitur bonum.& trahitur aliud ſumptum in quo pulchrum bonu m eſſe dicebatur.Sic inquiunt etiã hoc in ſermone,Socrates homo , ois homo animal ,Socrates igitur animal.Si.n.manifeſtum ex ſe non fuerit,q; omne quod eſt homo ſit aial,uniuerſalis ꝓpoſitio non cõcedetur,neq; ipſam dederimus interrogãti.Si aũt hominẽ eſſe,ſeqtur ipm̃ eſſe aial,& ꝓpterea uerũ eſt qđ cõceditur:ꝓpoſitio ea quæ eſt ois hõ eſt aial,ſimul ut ꝓferetur ſimul & iferetur,q; Socrates eſt hõ ideq; aial,quare ſatis abundeq; fuerit hæc ipa iterrogatio.Socrates hõ,Socrates igit aial, & trahitur illa propoſitio omnis homo animal.Cæterum ueram orationem non inueniri dicunt,& ob ea quæ dicta ſunt,& ob id q; omnino debet in uerũ deſinere:Cõcluſio aũt uera ne ſit,an minime dignoſci neqt,qa uel manifeſta eſt,uel minime:primum neutiq̃,quoniam nõ indigeret ut propoſitionibus manifeſtaretur,ſi ex ſe ipſa clareſceret,non minus q̃ ſumptis illata. Secundum ſi dixerint. quoniam de illis aſſũptionibus extat controuerſia,ut ſupra ſatis eſt indicatum,incompræhenſa & controuerſa cõcluſio fuerit:atq; per hoc cõtrouerſum etiam fuerit,per ſumpta uerũ ne feratur an falſum.ꝑcedens præterea & ſubſeqũes cum relatiua ſint,quorũ natura

Stoicorũ dogma.

Oppos.ſcep.

ſimul eſt ſimulq; dignoſcitur,fiet ut ſi ignota cõcluſio, ignotum quoq; ſit ſumptũ: ſi manifeſta cõcluſio,ſumptum quoq; clarum & manifeſtũ.Nã ex manifeſtis(ut aiũt) nõ inferuntur ignota,propterea non conficietur ut ex ſumptibus reueletur ipſa cõ cluſio:qm̃ uel non manifeſta & non comprӕhenſa,uel manifeſta & reuelante ꝓpoſi tione non indiga.In demonſtrationem quoq;,uel eo arietant ſceptici:ꝙ res contro uerſa ſit,proptereaq; ipſi nihil magis affirmant q̃ negant inueniri ,Dogmatici affir

Democritus. mant & rationales medici, Empyrici uero tollunt:& Democritus in eam in lib.Cano num acriter inuexit.Et prӕterea quilibet eorũ qui demonſtrationẽ eſſe concedunt,

Epicurus. Peripatetici. quapiam in re illam ſe aſſeruiſſe prӕdicant, Alii negant. Epicurus enim ex motu uacuũ ſe demonſtraſſe opinatus eſt.Peripatetici ex motu uacuũ tolli exiſtimarũt. Sumpta quoq; propoſitionũ demonſtrationi deſeruientiũ ſub dubio, ſub lite, ſub iudice uerſantur.Verbi cauſa illa,ſi eſt motus,eſt uacuũ:ſecundũ Epicurum incipit a uero & in uerum deſinit.ſecundũ peripateticos a uero exorſa finit in falſum.ſecun

Diodorus. Sceptici. Stoici. dum Diodorum initiũ ſummit a falſo,& in falſum recidit, At ſecundũ ſcepticos qm̃ i obſcurum deſinit,obſcurũ eſt. Inter ſtoicos quoq; nũ multa pugna etiã in ipſis aſ ſumptionibus:plures.n.non unam eſſe uoluit Chryſippus,antipater uero decreuit ex uno ſumpto ſermones confici,& prӕterea de manifeſto & nõ manifeſto multam uel controuerſiã excitant,uel ſtruunt calumniã,ut demonſtratricia ſigna demõſtra

Contra ſyllo. tionemq; ipſam reddãt incertã.Syllogiſmũ quoq; eum in qua uniuerſalis ꝓpoſitio continetur eo dãnant,ꝙ in ꝓmiſcuum probãdi recidat modum.Si.n.particularis ex uniuerſali concluditur,tota eius ueritatis uis in uniuerſali continetur:puta oĩs ho mo eſt animal,Socrates homo,Socrates igitur animal.eo.n.uere pronunciat̃ illa So crates animal, quia oĩs homo eſt aĩal.At ꝙ oĩs homo ſit aĩal ex particulariũ induc tione colligitur,& ſi una defuerit particularis,uniuerſalis minime colligetur. uni uerſalis igitur particularẽ & particularis ꝓbat uniuerſalẽ.pari pacto in condictio nalibus ut ſi dies eſt,lux eſt.huius.n.ueritas exiſtẽte luce comprӕhenſa eſt, & ex ea diem eſſe reſcitum eſt,atq; probatum.mox ex die lucem eſſe inferunt.alia quoq; per multa tam de affirmãtibus q̃ de negantibus percurrunt, ut oſtendant in ꝓmiſcuũ

Contra inductionem. oẽs locum recidere.Inductionẽ quoq; non admittunt.qm̃ uel omnia colligere ſe di cunt particularia uel non oĩa.Si hoc,firma non erit inductio:quӕ.ſ. poteſt particu lari aliquo aduerſante labefactari.Si ſecũdũ,labor inanis erit & irritus: quãdo par ticularia infinita ſunt & nullo termino ab hominibus comprӕhenſa.Definitionem

Contra deffinitionem etiam num diſiicere tentarunt.primo inquiunt is qui definitum ignorat potis non eſt qđ.ſ.ignorat definire,q uero & nouit & deide definit,nõ ex definitione definitũ cõprӕheudit:ſed poſtq̃ hoc nouit ei ipſi definitionẽ apponit.qđ ſi ita eſt neceſſaria nõ eſt ad res cõprӕhẽdendas definitio.Et eni ſi oĩa definire uolumus:ſimpliciter ni hil definiemus,qm̃ res in infinitũ eſt ꝓcubitura:Quӕdam uero cape ſine definitio ne cũ fateamur,fateri ẽt plane uidemur,ad rerũ cõprӕhenſionẽ minime neceſſariã eẽ definitionẽ.Qui uero ad diſciplinã diceret neceſſariã:nõ nihil diceret, ſi primus q res nouit,eas ipas definitione cõphẽdiſſet,Sed modo ex definitis definitionẽ iudi

De generibus et ſpeciebus. cãt,quӕ & iudicari forte neq;,cũ ad infinitũ ꝓcũbat igſitio rerũ definiendarũ. De generibus quoq; & ſpẽbus ita fere argumẽtantur.Si ſunt genera,uel tot ſunt quot ſpẽs,uel genus oĩbus eſt cõe ſpẽbus.Si primũ,nõ erit gn̄s qddã cõe i ſpẽs diuiſum,ſi ſecũdũ,uel toto genere una q̃q; pticipat ſpẽs,uel pte aliq̃ ipſi;.primũ nequaq̃.fieri enim

enim qui poteſt ut unum quiddã a diuerſis ſecundum idem contineatur ſic,ut totũ uniuerſum ue i uno quoq; ſpeculemur eorum,in quibus eſſe dicitur.ſi ſecũdũ aiãt, primũ nõ ſequetur ad ſpeciẽ,genuſ omne,ut exiſtimãt,neq;.n.homo erit oẽ aial,ſed pars aialis,ſicuti nec erit ois ſubſtãtia aiata ſẽſilis.Deide & ſi dicatur oẽs ſpecies par ticipare pre generis ipſorũ,id erit uel eiuſdẽ,uel alteri9 & alterius.ſi eiuſdẽ:quo mo do affirmari poterit pꝑter ea quæ dicta ſunt?ſi alterius,ſpecies ſimiles nõ erunt ſe cundum genus,idq; abſurdũ dogmaticis exiſtimatur. Infinitũ etiã erit genus unũ quodq; in iſinita diſſectũ,non ſolum ſpecies,ſed & indiuidua i quibus ipſis poſt eius ſpecies eſſe pnũciatur.neq;.n.homo ſolũ,ſed etiã aial eſt Socrates,plato,cæteri. Alia etiã pleraq; & cõtra hæc ipſa,& contra alia dialecticorũ dogmata fudere: quæ om nia qm̃ minime difficulter diſſolui poſſe exiſtimo,& eorũ ẽt multa diſtinctione clari & obſcuri,noti & magis noti,ſimpliciter & expte poſſẽt defendi,ideo explicãda dili gentius nõ duco.Miror tñ ꝙ illud etiã Socraticũ a Xenophonte in lib.de Soc. dictis relatũ,ipſi non rettulerint,Socratẽ conſulere ſolitũ logicam ita diſcendã,ut magnũ eius ſtudiũ multãq; operã improbaret.ſed ad metaphyſica & phyſica & moralia in firmanda,quid ipſimet attulerint philoſophi deinceps aduertamus. Author pro logicis. Xenophon.

Quae nam et q̃ multiplex improbatio ſupremae philoſophiae partis,quam pleriq; meta phyſicã,alii primã pħiam,alii gentiũ theologiã dicũt,a ſcepticis excogitata.ibiq; etiã ad uerſus eos nonnihil. Caput undecimum.

POſt liberales artes,ipſas etiã pħiæ partes,quæ reliquæ putabantur,ple nas cõtentionis & diſceptationũ reddere tentauerũt ſceptici pħi, A pri mis quas dicũt cauſis principiiſq; rerum exorſi:In quibus cauſis cũ po tiſſimũ gentes ipſæ,ſuos numerarẽt deos,de ipſis agendũ eſſe imprimis exiſtimarunt,nõ ꝙ ipſos quo ad patriæ leges aut iuberent aut pmitterent,non ipſi colerent,ſed quatenus aut pħorũ authoritate,aut indicio ſenſus,& cõiecturæ inda gine,fuiſſent introducti.Eorum igitur(iquiunt) quæ excogitamus:eſſentias conci pere aio debemus,ueluti ſi corporea ſunt,an incorporea.ſed & ẽt ſpẽs.neq;.n.q̃ſpiã equũ uerbi cauſa cõcipere aio rite poterit,qui prius formã figuramue nõ nouerit. qm̃ uero iter dogmaticos Alii corporeos dicũt eſſe deos,Alii icorporeos, rurſũ alii humanis figuratos liniamentis,alii minime,atq; iterum alii deum in loco reponũt, Alii nequaq̃,& eorum qui alicubi eũ eſſe dixerũt,nõnulli itra mundũ, Alii oio ex tra collocauerunt.qũo ipſius habere cõceptũ poterimus?Cum neq; de ipſius eſſen tia,neq; de forma,neq; de loco cõſentiãt pħi.Nam ꝙ alii iis quæ uſui hominũ gene ri eẽnt iuẽtis,hoies ipſos cõſecrarũt,& de iferis ſuo mõ diſſeruerũt,uanũ oio: neq;.n. pꝑterea docent qũo hoies,ad exiſtimandũ deos eſſe,puenerũt: eoq; magis ꝙ de illis diuerſe ſũt arbitrati.Perſæ.n.ignẽ,ægyptii aquã deũ eſſe dixere,alii aliud. ꝙ ſi hoies poſt mortẽ deos eſſe factos putauerũt:qũo ipſorũ cõceptionẽ deorũ in primis ha buerunt ad quã.s.referrẽt functorũ hominũ aias.At qui & hæc q̃ breui diſpereũt. nãq; ea quibus hoies falſo cõfidũt,uiuentibus illis tantũ modo permanẽt, mortuis aũt ipſis q̃ ociſſime abolentur. Eſt.n.uidere multos uita comite ad memoriam con ſecratos,poſt mortem plane contemptos.nec Democriti ſatis potuit coniectura ad proferẽdũ deos ex terremotibus & fulguribus atq; fulminibus,nec Epicuri ex ſimu Perſae. Aegypdi. Democritus. Remotio taci tae obiectiõis

lachris humanæ formæ obuerſantibus ante ora dormientium,neq; ex cæleſtiũ glo-
borum ordine:nam poteſtatem quandam naturæ colligere inde queunt: non Dei
beatitudinem & infinitam poteſtatem.ſi.n.primo beatum hominem perciperẽt,De
inde beatum Deum ad illum.s.transferrentes eam,quam in homine nouiſſent bea-
titudinem:primo nouiſſe oportuit quid ſit beatitudo,cuius participatu quiſpiã di
citur beatus.Sed apud græcorum multos dæmonia quædam diuinaq; natura dicit
& eudæmõ uocabatur qui dæmonẽ εὖ.i.bene haberẽt diſpoſitũ,quare iğunt anteq̃
beatitudinem cognoſcamus,primum cognitionem Dei & dæmonis habuiſſe conue-
nit,Vnde alterutrum indiget alterutro:& hæc quidem & alia complura diſſerũt de
opinione quam primo dicuntur homines de diis habuiſſe.Deinde an ipſi ſint dii lõ
giuſcule diſputarũt.quoniam de aliqua re haberi opinio & exiſtimatio poteſt.quæ
tamen res ipſa non ſit,ut ſcylla & hippocentaurus:deos autem non eſſe dixere mul
Euemerus. ti ſicuti euemerus arrogans ſenex,& iniqua uolumia pangens: ut hemiſtichiũ uer
Callimachus. tam Calimachi:qui fictos ab hominibus deos uoluit a potentibus & prudentibus
uiris,ut ſibi ſubiectos homines eorum timore compeſcerent. quam opinionem ſe-
Critias. cutus uidetur Critias,& prodicus Chius,relata inter deos exiſtimãs ea omnia,qui-
Prodicus. bus iuuarentur mortales,ſic ſolem,lunam,ſtellas,fluuios,& cætera fuiſſe deorum ui
Diagoras. ce conſecrata.Diagoras etiam melios Dithyramborum ſcriptor,qui initio ſui car-
minis gubernari omnia dæmone & fortuna dixerat,affectus iniuria: Cum uideret i
Theodorus. pune degere qui ſe affeciſſent,palinodiam cecinit.& Theodorus Atheus cognomẽ-
Protagoras. to,qui uarie de iis quæ apud græcos recepta fuerãt diſſeruit:& Abderites protago
ras,qui eſſent ne an non eſſent dii?& quales nam eſſent?ſe nõ poſſe dicere proteſta
tus eſt,quoniam multis prohiberetur:ob quam cauſam Athenis profugus cum na
uigaret periit in mari:cuius rei longo ſermone meminit in ſecundo ſyllorum libro
timon. Timon.Fuere autem qui contradicerent & deos eſſe ſint arbitrati, quattuor potiſſi
mum freti fundamentis hiſce,conſenſu hominum,mundi ordine,multis quæ abſur
diſſima exiſtimant eſſe,opinionem conſequentibus eorum,qui deos omnino ſuſtu-
lerunt:facili demum exploſione earum quæ ipſis aduerſarẽtur ſententiarum.Fuere
autem philoſophi qui ſilentium cum de diis rogarentur tenuere,ut propterea niſi
fallor a ſcepticis nec inter eos qui affirmarent Deos,nec inter eos qui negarent po
thales. tuerint collocari.Thales.n.phyſicorum princeps ſciſitãti Cræſo de diuinitate eomea
tertullianus. tu deliberãdi quemadmodum Tertullianus ait i Apologetico, Sæpe fruſtratus eſt:
Simonides. & Simonides quid eſſet Deus a Tyranno interrogatus ſe neſcire reſpondit.Cæterũ
inter eos qui affirmarent & qui negarent ſceptici quodam modo medii ſe agere ſe
curius exiſtimarunt,Si deos reciperẽt ἀδοξάστως ,ut eorum utar uerbo:& ſecundũ
patrias colerent leges,ſecundum philoſophiam uero nihil decernerẽt.quare & mul
ta pro diis modo pythagoreos,Platonem,Ariſtotelem,Stoicos,ſecuti: modo contra
deos,ueſtigia Carneadis & Clitomachi obſeruantes,multa ſcripſere:quæ referre nõ
Cicero. expedit:nõ ſolum propterea q Cicero i lib.de natura deorũ pleraq; oino ſimilia re
Sextus. cenſuerit:nam multas rettulit Sextus in lib.contra phyſicos Clitomachi & Carneadis
Soritas,quas Cicero non explicuit,innuit autem eo loci (ſi non fallor) contra quos
Carneades ui multa diſſeruit,ut excitaret homines non ſocordes ad ueri ueſtigan-
Noſtri theo- di cupiditatem,non ſolum inq̃ propterea,ſed quoniam a noſtris,ita cum unius dei
logi. unitatem & maieſtatem aſtruunt ſunt diſſoluta,ut ſuperfluo factũ iure uideri poſ-
ſet.hæc

ſet.hæc tamẽ pauca rettuliſſe ne libri ordinem deſererem cõſentaneum uiſum eſt. Certe iamblichus hominibus iditam & tanq̃ inuſtam unius dei cognitionem ſcribit & tactum ut ipſe ait diuinitatis omni noticia longe meliorem.pluralitatẽ uero deorum & ab ipſa antiquitate bonis ingeniis exploſam,& unitatem aſſertam ,cũ alii ex noſtris pleriq;,tum & ego tam in libris de prænotione rerum pro uiribus: q̃ in lib. de prouidentia plane monſtraui:quo ex libro niſi me decipio & Carneadis & Clitomachi argumenta omnia facile diluuntur.Sed reuertor ad ſcepticos.qui ne cauſarẽtur de impietate,qui deos tanq̃ rerum effectores tollere uiderentur,Communiũs & in uniuerſum magis cauſas rerum ſublatum iri , uel ſub dubio relinquere curauerunt:quas rerum cauſas,aſtruere cõnati ſunt dogmaticorum philoſophorũ plurimi:non eſſe uero illas putauere,quicunq; ſophiſtarum tranſmutantes cauſas motuſq; locales tollere ſe de medio exiſtimarunt.Magis autem non eſſe q̃ eſſe philoſophi ſceptici diſputarunt,hinc inde argumenta excitantes,ut tandem huic rei ſicut & cæteris omnibus dubitationem & ambiguitatem inferrẽt,& aſſenſum cohiberẽt.

Iamblichus.

Opa autho. ĩ quibus cõtra pluralitatem deorum.

Quapropter aduerſus cauſarum exiſtentiam ita ſoliti uel ipſi argumentari, uel ab aliis excogitata argumenta recenſere.Si cauſa aliqua eſt,eorum eſt ex numero quæ ſunt ad aliquid,hoc eſt alicuius cauſa.huiuſmodi uero quæ ad aliquid eſſe dicuntur cogitatione quidem noſtra exiſtunt,re uero ipſa minime.Iam ſi quidpiam alicuius dicitur eſſe cauſa ipſum quidem non erit,ſi id cuius eſſe cauſa dicitur nõ fuerit: ſed multa a ſuis pendere cauſis dicuntur,quæ non ſolum non pendent ab eis, ſed nullo modo ſunt ut palam fiet.Præterea cauſa ut cauſa,ſciri nõ poteſt niſi effectus ut eius effectus cauſæ dignoſcatur:ut igitur cauſa detur intelligi.Prænouiſſe effectum quatenus eius eſt effectus,oportuit:atq; ut effectus prænoſcatur præſciuiſſe opus eſt illius cauſam quatenus cauſa,igitur alterum altero cognoſcitur nec unde fieri debeat initium ſatis apparet,Atq; hinc promiſcuus qui iam exploſus eſt locus introducitur.Ad hæc ſi cauſa eſt ulla.uel corpus corporis eſt cauſa,uel incorporeum incorporei,uel corpus incorporei,uel corpis icorporeum, ſed nihil horum eſt,igitur nõ cauſa.nam ſi primum detur cum utrũq; eadem polleat natura cur magis alterũ alterius erit cauſa?Si uero ambo cauſa,effectus patienſue non erit:quodubi concedetur,neq; erit efficiens ullum & cauſa.Si uero ſecundum detur,eadẽ ratione,ea ipſa hoc eſt ut neq; ſit efficiens ullum,neq; ſuſcipiens,conſequeretur.Si uero duo ultima afferantur in medium,tunc id quod efficit tangere debet materiam ut efficiat. & patiens materia tangi debet ut patiatur.Incorporeum uero nec poteſt tangere: nec tangi.quare corpus incorporei & contra corporis icorporeum cauſam eſſe nõ poſſe commentãtur.At hoc ultimum a noſtris facillime ſolueretur diſtinctione cõtactus corporis uidelicet & uirtutis ſiue ſenſus & ſpiritus. At qui Aeneſidemus in cauſas argumentatur ita.ſi corpus corporis eſt cauſa.uel ingeneratum eſt huiuſcemodi corpus ut atomus apud Epicurum, uel generatum ut dici cõmuniter ſolet . & hoc uel manifeſtum,ut ignis,ut ferrum:uel imanifeſtum ut atomus.quicquid autẽ horum dicatur eſſe,nihil poterit efficere.aut.n.ſecundũ ſe ipſum manẽs, aliud quiddam efficit aut non ſecundum ſe.ſed eum alio conueniẽs.Si primũ dicas, dicere etiã te oportebit plus ſe ipſo illud ipſum propriaq; natura non poſſe,ſi ſecundum, tertium etiam quiddam effici ab eo iure non dices,quod uidelicet in ipſo ante nõ præfuiſſet,fieri.n.qui poteſt ut unum uertatur in duo,aut duo in tria,hoc.n.pacto quid

Contra rerũ cauſas argu. ſcepticorũ.

Solutio theologica autho.

Argu.Aeneſidemi.

prohiberet,ut ab uno infinita promerētur:eadē quoq; rōne de incorporeo dici afferriq; nō difficulter poſſet. Ad hæc nec aliquid alicuius cauſam dicūt ſi ſimul ſint, quoniam nō magis hoc q̃ illud,neq; ſi alterum prius,alterum poſterius:nam ſi cauſa dum eſt,nondum eſt id cuius eſt cauſa,cauſa illa dici non poteſt:ad aliquid.n. cauſa dicitur:& quæ tali modo relatiua ſunt,ſimul eſſe neceſſe eſt.pari ferme modo de mouente & moto ſolent argumentari.Sed ſolutio ſatis in promptu:propterea magis ea explicare non expedit:quoniā diuiſio non eſt integra,& ab una æterna & omnipotenti cauſa,multæ & cauſæ & effectus diuerſo modo produci potuerunt. Non tamen illa cauſa effectus eſt cauſa ,ſicut aliæ , ſed in infinitum ſuper omnem quā proprie homines concipimus & compræhendimus cauſam,exaltata: eademq; i omnibus ē rebus etiā imis ut noſtri probant theologi. Tollere etiam de medio cauſas ita aggrediuntur ut oſtendant non magis eas ita eſſe diciq; debere, q̃ effectus ipſi. Siue inquiūt cauſa ex ſe ſe integre atq; perfecte ſuapte natura effectiua ē rei cuiuſpiam,ſiue cooperatrice quodā modo poteſtate īdiget ex parte ipſius effectus.Si illud dixeris:eueniet ut multa ſolis tribuenda ſint cauſis,quæ tamen tribui nō debere conſenſus eſt & dogma omnium pene philoſophātium cōmune .Nā ſi hoc dederis, cauſam iam per ſe ſe nullam reperies:cum effectus tam ipſi effectui q̃ cauſæ referri acceptus & poſſit & debeat.Si.n.ignis gratia exempli uſtionis erit cauſa,uel ſuapte id erit natura & per ſe ſe,uel cooperatur ei combuſta materies :ſi primum ubicunq; erit exuret: At non eſt ita,nam quæpiam comburit quæpiam minime.quare nō per ſe ſe & integre & abſolute id efficit.ſi ſecundum reſponderis,quomodo habemus dicere ipſum eſſe cauſam uſtulandi,& nō etiam proprietatē aptitudinēq; lignorum: quemadmodum.n.ſi ignis non eſt,uſtio non eſt.ita ſi deſit materia quæ poſſit exuri, uſtio nō erit.Icicirco ſi id habetur pro cauſa,quod ſi adeſt effectus pducitur,ſi abeſt non producitur,tam erit cauſa materiæ proprietas ad recipiendam impreſſionem ignis,q̃ ipſe ignis.Alia pleraq; non diſſimilia promunt epichiremata,quibus & adſtringi dogmaticos aiunt,ut pene fateantur non aliud eſſe patiens ab agēte, ſed eorum concurſu fieri effectum:ſicut liqueſactionem ceræ non tam ab calore q̃ ab ipſa cæra pendere conſpicuum aiunt,cum alterum ſine altero eſſe cauſa nō poſſit liquefactionis ipſius,quando non magis cæra propter calorem liquefiat,q̃ per cæram liquefaciat calor.Quare cōfici nolūt abſurdū eſſe ut quod a duobus pendet, in unū tantum modo ut in cauſam referatur.Adiiciunt & illud:qui cauſam dicunt eſſe,uel ſimpliciter id proferunt nulla moti ad id aſſerēdum cauſa rationabili,uel cauſis ad id promēdum idoneis perſuaſi.Si primum,nulla eis debetur fides.ſi ſecundum petunt id quod principio negatum eſt,aſſumunt.n.cauſas quæ an ſint ſub dubio uerſatur:hæc & alia multa de cauſa & effectu tam in tertio pyrrhoniarum informationum:q̃ in libro contra phyſicos parte prima,diſſeruit ſextus ipſe pyrrhonius græce. Ego latine,ut tenerem libri ordinē,& ſeruarem quod me facturum receperam,paucula hæc attuli,reliqua omiſi.

Solutio theologica autho.

Quid aduerſus phyſicos ephectici diſſeruerint,ubi etiā cōtra eos nōnulla. Cap.xii.

Phectici quoq; aduerſus phyſicos pleraq; alia moliūtur diuerſis in locis, referre aliqua inutile non fuerit:ad ordinem quem ſumus polliciti obſeruandum.itaq; ubi phyſicos phos impetiuere de cauſis efficientibus ſupra naturam,hoc eſt ſupra materiam,motum,ſenſum,multa diſſerētes:

ipſam

ipſam etiam materiam & quæ ab eà pendent duxere incontrouerſiam:& de princi pus materialibus ipſiſq; rerum corporearum elemẽtis multa diſputãtes:ex pugna philoſophorum in ipſis principiis acerrima,ueritatem de eis non poſſe compræhẽ di ſubindicarunt:quando alii unum,alii plura uoluerint eſſe.& qui plura alii fini ta,alii infinita,& qui unum alii terram,alii aquam,alii ignem,alii alia,ut primo hu ius operis libro magna ex parte recenſui.Inde digreſſi exiſtimant non poſſe ea cõ præhendi quæ uidelicet aut corporea dicerentur eſſe,aut incorporea,cũ neq; cor pus neq; incorporeũ compræhendi poſſe dicant.Corpus igitur ſi(ut aliqui finiũt) eſt quod facere poteſt aut pati: incompræhenſile eſſe uel hinc arbitrantur, quod neq; efficiens neq; patiens compræhendi poſſe ſupra ſatis oſtendere conati ſunt. Si uero trina dimenſio eſt quæ poſſit reſiſtere,tollere eam uel hac argumentatione tentant.Corpus quod dicitur uel aliud quiddam eſt q̃ hæc ipſa ſcilicet longitudo, latitudo,profunditas,reſiſtentia:uel harum concurſus eſt & coitio rerum. primum ſi dicerent,dicere etiam oporteret quid ſit illud aliud quod tamen ab eorum diffi nitione excluditur. ſecundum uero ſi afferrent,ſublatis omnibus particulis diffi nitionem claudentibus & ipſa protinus auferetur . Si fines aliqui ſunt corpo rum , ii ſunt uel lineæ uel ſuperficies uel corpora, quodcunq; horum afferatur id uel per ſe exiſtere uel ſolum in ipſis corporibus conſiderari dicetur: ſi primum id ſomnio ſimile uidebitur:Si ſecundum afferatur ſtatim id ſuapte natura dabitur,ex ipſis uidelicet non fieri corpora.oportet.n.ut ſecundum ſe aliquam habeat eſſentiã id quod efficere aliud quiddam iure affirmatur.quare neq; in ipſis exiſtere corpo ribus inuenientur:quod etiam ex difficultatibus quæ tactũ circunſtãt aperitur. Si enim ſe ſe inuicem tangunt coniuncta corpora,eorum ipſorum extremis finibus ue hoc eſt ſuperficiebus ſe ſe contingũt.ſuperficies igitur totæ ſe totis atq; uniuerſim inuicem non unientur ſecundum tactum,quoniam commixtio eſſet tactus & inceſſ ſio quædam rerum quæ continguntur:quod non cernimus. Si uero aliis partibus ſuperficies tangit appoſiti ſibi corporis ſuperficiem,Aliis uero unitur corpori cu ius eſt terminus: nemo poterit ſpeculari circum corpus longitudinem & latitudi nem nõ profundam,quare neq; ſuperficiem. Similiter autem ſi ſupponamus duas ſuperficies inuicem componi ſecundum earum extrema,in quæ deſinunt ſecũdum eam quæ ipſis dicitur ineſſe longitudinem,hoc eſt ſecundum lineas:tum lineæ ipſæ per quas inuicem ſe tangi dicuntur ſuperficies,inuicem non unientur.commiſcerẽ tur.n.confunderenturq; quodam modo.Si uero una quæq; ipſarum aliis quidẽ par tibus latitudinis lineam tãgit ipſi appoſitam,Aliis uero unitur ſuperficiei cuius eſt terminus:tum non erit expers latitudinis,indeq; linea nõ erit.Si uero nec linea eſt in corpore nec ſuperficies,neq; etiam latitudo,neq; longitudo,neq; profunditas in erit.Qd etiã tactus non ſit cõpræhenſilis ita aſtruit,quæ ſe tangunt aut ſe totis ita dixerim tangunt,aut partibus,non primum,unirentur.n.inuicem huiuſcemodi nõ tangerentur.Non ſecũdum,quoniam partes ipſæ ut ad totum relatæ partes habẽt ut uero ad ſuas partes tota iueniũtur.hæc igitur tota aliorũ ſũt partes,tota quidẽ totis non tangentur,ob ea quæ iam dicta ſunt,neq; partes partibus contingentur, hæc.n.horum partes ut ad ſuas ipſarum partes referuntur tota ſunt.quare neq; to ta totis neq; partes ptibus tactu copulãtur.unde & incõpræhẽſilis tactus aſſeritur ea opiniõe & reſiſtẽtia tollitur,qua corpus ꝑter ipſas tres dimẽſiones cõponi affir

Cõtra deſini tionẽ corpis.

Quod tactus nõ ſit cõpræ hẽſilis argu.

De incorporeis. mabatur. Incorporea quoq; tolli putarunt ſublato corpore, ſicuti priuationes eliminari ſi habitum ſuſtuleris. Ad hæc ſi eſt inquiunt incorporeum uel ſenſile eſt, uel intelligibile, Si primum detur, incomprehenſile habebitur, ob diſcrimen belluarum & hominum in ſentiendo & ob ſenſuum ipſorum differentiam, & circunſtantias, & mixtiones, & id genus & cætera: de quibus actum libro ſecundo, cum de decem modis cohibendi aſſenſus ageretur. Si uero ſecúdū afferatur, Cū ſenſile ducat in cognitionem intelligibilium: ſenſu in controuerſiam ducto quid conficient? At certe cóficerent ſi eis modis ad incorporea ſcanderent, quibus noſtri uſi ſunt. Sed illa & alia

Réſſio autho.

De tēpamēto complura differentes ad temperamenta deueniunt, Iuniores appellant complexiones, quæ in incerto poſita contendunt, ob multitudinem diſſonantium opinionum, atq; inter cætera hoc utuntur argumentādi modo: Quæ temperantur ex ſubſtantia & qualitate conflari dicuntur, igitur uel eſſentias ipſorum miſceri quis dixerit: qualitates uero non miſceri, uel contra conflari qualitates, eſſentias minime, uel utrunq; inuicem uniri, uel neutrum alterutro commiſceri. Si neq; ſubſtantiæ neq; qualitates inuicem ullo modo miſcentur, inexcogitabilis erit temperatio, quo modo enim ſenſus unus a temperamento fieri continget? Si quæ temperantur nullo.ſ. eorum quos diximus modorum conflabuntur. Si uero qualitatem ſimpliciter apponi ad qualitatem aliam dixerit quiſpiam, ſubſtantias uero miſceri, abſurda utiq; dixerit. neq;.n. abdicatis qualitatibus quæ in temperamentis corporum ſunt, ipſas comprehendimus temperaturas, ſed tanq̄ unam ex iis quæ conflata ſunt cóficticiam perſentimus. Si uero contra qualitates quidem miſceri quis afferat, ſubſtantias minime, impoſſibilia dubio procul affereret: eſſentia.n. qualitatum in ipſis ſubſtātus eſt, quare ridiculū habebitur ſi qualitates a ſubſtantiis ſeparatas priuatim & proprie affirmauerit commiſceri. q; ſi reſpondeatur qualitates in temperatione, & ſubſtan-

Reſpōſio. Confutatio. tias inuicem cōflari, & cōflatas ipſam temperaturā cōſtituere: Inſtabūt & urgebūt fieri contendentes, ut aut ſola poteſtate mixtio fiat, aut nunq̄ fieri queat niſi tantū dem ex alterutro rerum (ut aiunt) miſcibilium afferatur. Si quis.n. decem aquæ cyathis cyathum ſucci cuiuſpiam miſceat, miſceri utiq; ſuccum aquæ nō negauerint: Si igitur pauxillum mixtæ ipſius rei capiatur, inueniet ipſum plenum ſucci uirtute & poteſtate. Si uero pars miſceatur parti ita, ut totum toti coextendatur, per tranſitū qualitatis & eſſentiæ, æqualia erunt: & tunc aut unum decem æquabitur, aut decem uni. hæc illi fere & nonnulla alia, quibus tamen per ea quæ iuniores de temperamē

De motu. tis diſputant non difficile pateret reſpōſum. Motum deinde loco ut ſic dixerim mouere tentant, & cum ſex eius dicantur eſſe ſpecies, ab eo motu qui ſecundum locum dicitur, exordiuntur. huius duæ ſpecies, aut cum ſecundum totum mouetur corpus aut cum ſecundum partem: exemplum primi, cum quis locū ambulando permutat, ſecundi, cum manum extendit quiſpiam & contrahit uel cum ſphæra circa centrum mouetur, dum altera ſemper & altera pars mutat locum, & diuerſe ſe habet ad ipm punctum in ſphæræ meditullio conſtitutum. Tres autē ipſius motus opiniones ſub antiqua lite uerſatæ ſūt. Alii ut pythagoras, Empedocles, Democritus Epicurus, Peripatetici, motum eſſe decernunt. Non eſſe uero & Parmenides, & Meliſſus, & Diodorus cronus, niſi is forte motum eſſe concedat quempiam, neutiq̄ uero ipſum moueri: ſane iis annumeratur qui motum ſuſtulere. neq; autē hoc magis q̄ illud neq; cōtra ſceptici. qui quatenus ad ea quæ apparēt reſpiciunt motū eſſe non diffitentur

perſuaſi

perſuaſi forte ab Antiſthene Cynico,qui dum de motu interrogaretur nihil uerbo reſpondit,ſed opere,ſurgens uidelicet atq; deambulans:quatenus uero philoſophica ratione motus inuehitur,non eſſe diſputant ſceptici.quare & quæ pro motu & quæ contra motum dici ſolent cum in medium afferunt,& apparentiæ & communi ſenſui rationes opponunt,aſſenſum cohibent.eſſe illum non magis ꝗ nõ eſſe exiſtimantes,ob diſcordiam & opinionum uariarum & rationum.quæ aũt contra motum ducũtur,in hunc fere ſe habent modum.Si mouetur quidpiam uel a ſe ipſo mouetur,uel ab alio,non a ſe ipſo,quoniam omne quod mouere dicitur, uel propellendo mouet,uel attrahendo,uel ſurſum urgendo,uel deprimendo.Si propellit ſe ipſo poſterius eſt,tale.n.omne ẽ,quod ante ſe quidpiã pellit.ſi trahit,ſe erit anterius,ſi ſurſum urget,ſubtus ſe,ſi deprimit,ſuperius ſe:& qui diceret moueri totum uel omne per partẽ,de illa etiam parte quæſtio eadem interrogabitur.Neq; ẽt ab alio mouet,qm̃ illud ab alio,aliud itẽ ab alio,& ſic in ĩfinitũ ꝓcũbet excurſio.uel.n.cãm motus.habet,uel nõ habet,hoc ſecundũ nequaꝗ dicturi,qui nihil ſine cauſa uolũt eſſe. primum ſi dicent, cauſa per quã mouetur,motrix ipſius erit:quare ſi mouens agit & quod agit mouetur,& illud alio idigebit motore,& alio item illud ipſum,quo ad finis tandem nullus inueniatur.ꝙ ſi ad impetum & electionem cõfugerint: Ad memoriã(inquiunt)reuocent,non eſſe adhuc arbitrium certum ueritatis diiudicãdæ. Hoc autẽ incommodum nos effugimus qui certa ducimur fide.Sed reuertamur ad ſcepticorũ argumenta,Addunt.n.ꝙ ſi dicerent non ſequi ſemper quod mouet,rem ipſam motam,quare non dari ordinẽ hunc deinceps pendentem & fere catenatum quem multi.ſ.noſtrorum uocant eſſentialem,ſed ſeparari a re ipſa mota motorem ut manus a pila quam proiecit:illud etiam dicere eos opus eſt:quod mouetur corpus,ab ipſo quod mouet pati quoquo modo & diſponi ad motum,nihil autem pati poteſt quod aut appoſitione,aut ablatione,aut tranſpoſitione non patiatur. In dubium autem hæc uertuntur non ſolum ꝙ indiuiſilia nullo eorum modorum mouentur,ſed quoniam ablatio ipſa & additio & tranſpoſitio certo & extra cõtrouerſiam non recipitur.Si quid.n.aufertur ab aliquo:aut æquale ab æquali, aut maius a minori,aut a maiori minus auferri dicitũr:quod autẽ ablatum eſt,anteꝗ auferetur, in eo a quo ablatum eſt continebatur.æquale autem non cõtinetur in æquali ſicut ſex in ſex,maius.n.opus eſt eſſe id,quod continet eo quod continetur,& id a quo aliquid aufertur eo quod ablatum eſt,ut poſt ablationem aliquid relinquatur. hoc.n. differre uidetur quod aufers,ab eo quod penitus & omnino tollis. Sed neq; maius in minori continetur ut ſex in quinq;.hinc etiam ducetur,neq; minus in maiori contineri,Si.n.in ſenario numero quinarius compræhenditur:ut in maiori minus,&in quinario quaternarius,& in quaternario trinarius:& in trinario binarius,& in binario unitas compræhẽdetur,quibus explicatis quinarius ſupra denarium numerus exurget,quem in ſenario comprehenſum eſſe conficietur.Rurſum ſi quid ab aliquo aufertur.aut a toto totum,aut a parte pars,aut totũ a parte, aut a toto pars auferetur. Totum uero uel a toto uel a parte auferri qui diceret riſui pateret. relinquitur ut dicãt partem auferri uel a toto uel a parte.ſed eſto uerbi cauſa dicatur auferri a denario numero unitas:hæc uel a toto auferetur denario,uel a nouenario.ſ.relicto: non a denario quoniã non eſt aliud denariũs numerũs ꝗ decem unitates. neq; una aliqua unitatum,ſed concurſus omniũ unitatũ,nec ab una quaq; unitate debet uni

Antiſthenes.

Argu.contra motum.

Rũſio autho.

tas auferri:nam unitas indiuiſibilis,igitur auferri nequit.Sed neq; a nouenario reliq to.quoniam quod aufertur,non relinquit integrum,id a quo dicitur auferri,nouẽ narius autem unitate,a denario ſublata,nõ minuitur.Adiectionem etia m fieri non poſſe uel hinc poteſt comprobari.quod.n.additur uel ſibi ipſi additur, uel præxiſtenti,uel ei quod ex utriſq; conſtitutum eſt.Addatur exempli gratia quattuor cyathis cyathus:quæro cui fit additio?non ſibi ipſi cyatho,quoniam quod adicitur aliud ab eo eſt cui adiicitur,nihil autem eſt quod a ſe ipſo ſit diuerſum, ſed neq; ei qđ eſt ex ambobus compoſitum.quõ.n.fieri additio poteſt ei,quod nõdũ eſt?nondũ autẽ eſt ex uno & quattuor cyathis cõſtitutio,priuſq̃ fiat unius ad quattuor additio: ſi uero præxiſtẽti tetracyatho dicatur additio fieri,ſequetur ut cyathus ipſe unus quattuor æquetur cyathis,quoniam quod alicui protenditur coextenditurq;,æqua le illi debet eſſe.quare neq; additio ſatis conſtat,neq; detractio,& per hoc nec tranſpoſitio,quæ uidelicet ex additione & detractione diſſultat.quare motũ non eſſe his rõnibus aſſerũt.Ad hæc,ita Diodorus cronus argumẽtatur. Si qđ mouetur uel i eo i quo ẽ loco mouetur,uel i quo nõ eſt,nõ primũ,quia in eo manet & ipſum iplet,nõ ſecũdũ,nõ.n.in ipſo eſt,abſurdum autem eſſet quod in rhodo eſt,in leſbo moueri,affirmabat etiam non moueri quicq̃,motum nihilominus ipſum,quod non moueretur,affirmabat,idq; propter ea ꝙ impartile dicebat in loco indiuiſili cõtineri,& modo in hoc modo in illo inueniri.Imaginatio iſthæc,nõ omnino abſimilis uidetur ab ea de qua ex noſtris tractarunt non nulli,quide angelorũ motu diſſeruere: Sed.n. priori rationi reſpõderi poſſe ſcio a peripateticis faciliter,de motu ſphæræ in eodẽ loco,& diſtinctione termini a quo & termini ad quem,ut corpus partim in altero,& ex parte in altero eſſe dicatur.Sed urgent ſceptici,de partibus eiuſdem ſphæræ non eodem in loco motis,& tollere conantur diſtinctione motus,& in quadam latitudine & proprie deſumpti,uerbi cauſa in domo,& in aere nos ambiente.& affirmãt de proprio loco .i.uallãte nos aeris ſuperficie loqui: in qua non mouetur quicq̃, Si in ea eſſe uere dicatur. nam in aliis partibus ambientis aeris præter eas quibus circumcluditur corpus,eſſe iure non affirmatur.quare ea quæ prius allata fuerat dubitatio redit.Aliæq; permultæ & in tertio pyrrhoniorum & in opere contra phyſicos ab eo quem ſæpe citauimus ſexto ducuntur in medium.de auctione quoq; & minutione differentes:ſenſui communi rationem eam obiiciunt de rerũ inconſtantia,quarum eſſentia fluit & mutatur idemtidem adeo,ut affirmare nequeas eandem eſſe. & præterea additionem qua fit auctio & detractionem qua fit minutio ſublatam iri ſupra contenderunt.De toto quoq; & parte magna contentio non ſolum quod totum & uniuerſum differre ſtoici uolebant:pro quibus uerbis reponunt ipſi τὸ ὅλον,καὶ τὸ πᾶν.ὅλον .n,dicunt mundum,πᾶν uero quod extra mundum eſt uacuum.& cum mundo unum.quare finitum illud,hoc infinitum,confun dit autẽ & promiſcue hæc accipit Epicurus & alii pleriq;.non ſolũ inq̃ propter ea.Sed quia de toto & partibus quo modo differant,& quo modo inter ſe partes,multa diſputatio? & tollere quoq; ipſum totum & partes uel ſub dubio relinquere multis contendunt , quorum hæc pauca ſint ſatis.Additione ſublata quam ſupra ſuſtulimus tollitur totum:quod ex concurſu partium conſtituitur:& ablatio etiam ſi detur,una aut aliquæ partes ſi auferantur,deſinit eſſe totum.Ad hæc ſi aliquod eſt totum,aut aliud eſt a partibus ipſius,aut partes ipſæ ſunt totum.primum ſi detur,hoc eſt ut aliud ſit q̃ ipſæ partes,ſequitur

Diodorus cronus.

Rũſio autho.

De toto et parte.

Stoici. Epicurus.

quitur ut ablatis partibus totum ipſum remaneat, quod fieri non uidemus ulla in re. ſi ſecundum, nomen erit ſolummodo & appellatio inanis, quæ nulla propria eſſentia ſit freta. Ad hæc ſi partes ſunt uel totius erunt partes, uel partium inuicem, uel ſui ipſius una quæq; non primum quoniam præter partes nullum eſt totum, & partes ſic eſſent ſuæmet partes, quoniam una queq; partium facere dicitur ad totius complementum, Non ſecundum quoniam pars contineri uidetur in illo cuius eſt pars, non tertiũ quoniam erit pars ſe ipſa maior, & minor qua. s. continet & qua contenta eſt, ſi ſui ipſius pars eſſe diceretur.

De naturali mutatione.

Naturalis quoq; mutatio quam iuniores alterationem dicere conſueuere uertitur i dubium, quoniam uel corpus eſt qđ transmutatur uel incorporeum, uel ſecundum cauſas agentes uel patientes permutatur, hæc autem omnia dudum in controuerſiam ducta ſunt. Præterea quod permutatur in aliquo tempore permutari dicitur, ſed neq; in præſenti tempore neq; i præterito neq; in futuro quicq̃ permutatur, igitur ipſa permutatio non datur. ꝙ neq; in præterito neq; in futuro mutetur quidpiam, ſatis in promptu eſt noſcere, quoniam ea ipſa tempora non ſunt, Quomodo. n. in tempore quod non eſt, quicq̃ aut efficiet aut patietur? ꝙ autem neq; in præſenti ſatis apparebit opere procedẽte, quoniam ipſum præſens etiam non exiſtere diſputabimus, ſed nũc illud ſit ſatis afferre, ꝙ præſens tempus impartile eſt, fieri autem nequit ut in tempore impartili atq; indiuiſibili ferrum exempli gratia ex duritie in mollitiem permutetur. ſed &

De generatione & corruptione

generatio atq; corruptio non expers dubitationis & controuerſiæ, namq; additione & ablatione & alteratione (ita fari liceat) antea ſublatis, conſpicuum affirmant eſſe, utranq; ſubuerti. Aliqui præterea inquiunt. Si quid generatur uel ipſum generatur cum nondum eſt, uel cum iam eſt, ſi anteq̃ ſit, ſequetur ut ſimul ſit & non ſit, non eſt. n. ex hypotheſi & eſt in ipſo (ut ſic dixerim) fieri, Si uero poſtq̃ eſt, eueniet ut bis factum iure dicatur.

Reſponſio authoris.

Sed peripatetici actus & potentiæ diſtinctione, difficultatem remouerent, atq; ita etiam de corruptione continget dicere, cum quis corruptus dicitur aut mortuus uel dũ manebat uiuebatq; corrũpitur & moritur, uel cũ mortuus eſt: nõ primũ q̃a ſimul mortuus eſſet & uiueret, nõ ſecũdũ q̃a bis aut mortuus ẽẽt aut moreretur.

Reſponſio authoris.

Sed de diſpõne & ipſo mori ꝑduci diſtinctio põt, & đ ipſo quoq; mori & mortuũ ẽẽ diſcrimẽ iferri. Alii uero ita iterrogãt, uel qđ ẽ generatur, uel qđ nõ ẽ nõ qđ nõ ẽ, q̃a ipſi nihil accidit: quare nec generari, nec ẽt qđ ẽ, nã ſi fit qđ eſt, uel quatenus eſt fit, uel quatenus non eſt. nõ hoc ſunt dicturi, illud forte ſed q̃m aliud ex alio fieri dicũnt, aliud erit qđ fit ab eo qđ eſt, tale aũt non eſt. i. quod diuerſum eſt ab eo quod eſt. Deinceps quoq; de corruptione i hunc modum. Si quid corrumpitur uel qđ eſt corrumpitur, uel quod non eſt. hoc aũtẽ quare ſint dicturi nõ ſatis conſtat: q̃m pati oportet id quod corrumpitur quod aũt non eſt, pati ullo modo nequit, Illud aũt ſi afferant quod eſt corrumpi, ita argumentantur, aut. n. dum ꝑmanet & i eo qđ eſt corrũpitur, aut dũ non ꝑmanet. Si primũ erit ipſum ſimul & ens & nõ ens, igitur q̃m nõ corrũpitur q̃dpiã quatenus nõ ẽ ſed quatenus ẽ, eueniet q̃dẽ ut qua corrũpi dicitur aliud ſit ab ente, ſiue eo qđ eſt, & iccirco nõ ens qua uero manet & in eo qđ eſt, dicitur interire, nõ erit. Et hæc q̃dẽ fere de oĩ ſpecie motus quibus ex eiſdem fundamentis ſuperſtrui reſponſio poteſt.

De quiete.

De quiete uero in hunc modum eam non dari aiunt, quia motus quieti opponitur, moueri autem omnia corpora continue pleriq; dogmaticorum aſſeruere etiam corruptibilia & ſenſibus

obnoxia,nam de cæleſtibus corporibus ea rotari ſemper in orbem nemo fere eſt q̃
Ariſtarchus dubitet,pteter eos qui dicunt ea manere,terram uero moueri .inter quos Ariſtar-
Seleucus. chus mathematicus & Seleucus & Niceas Syracuſanus ut ante diximus.Corruptibi
Niceas. lia inq̃ moueri ſemper dicunt,eorumq; ſubſtantiam continenter & minui & augeri
Heraclitus. hoc eſt reparari & inſtaurari quod fluxerat & euanidum fuerat.Sic Heraclitus ra-
paciſſimo fluuio materiam hanc qua noſtra hæc quæ ſpectamus corpora conſtituũ
Plato. tur conferre eſt auſus,& Plato,ipſa corpora,non ὄντα ſed,γινόμενα(ut græcis etiam
utar uerbis)appellauit,quaſi ea non exiſtere ſed identidem fieri audientibus inſi-
nuaret.Ad hæc quod manet quieſcit ue,contineri ab iis uidetur quæ circa ipm ſũt,
omne autem tale patitur,ſed neq; pati quieq̃ cum non ſit qui agat,ſupra contẽde-
bant,Adiicientes & illud ſi quod manet quieſcit ue,patitur:& omne quod patitur
De loco. mouetur,quod igitur quieſceret moueretur.Cæterum de loco multa diſcutiebant
præponentes multis eũ accipi modis large & preſſe,& Chaos etiã & magnus quoq;
locus,& ſpatium χώρα uocatum a græcis,ducebatur in mediũ ad difficultatem
augendam.ſed qui locum ipſum in uniuerſum tollunt,neq; partes non tolli uolũt
ſine iis ipſis non eſſe illum contendentes eoſq; qui ex partibus q; ſint,locũ eſſe ten-
tant aſtruere,Cauſantur acriter.aſſerentes quod dubium eſt eo ipſo quod eſt dubiũ
intermedio probari.Alios quoq; cauillari exiſtimant & nugari qui locum ideo ſta
tuere conantur q; fiat quidpiam in loco uel factum ſit,rapere.n.eos dicũt & ex-
torquere inuitis.ſ.& non concedẽtibus corpus eſſe,ut ipſi corpore aliquod eſſe fa
teantur.Ad hæc quoniam dimenſiones non habentur niſi tres,hæq; ſimplices non
duplices(uerbi cauſa)una longitudo una latitudo,una profunditas.quærũt cuius
nam ſint hæ dimenſiones,ſolius ne corporis?ſolius ne loci?an potius amborum? ſi
loci ſolius non habiturum erit corpus propriam lõgitudinem latitudinem profun-
ditatem,quare corpus non erit corpus.Si corporis ſolius,nulla erit dimenſio loci
quare nec locus: ſi amborum,quoniam locus præter ipſas dimenſiones nullam ha
bet ſubſiſtentiam,ſi ipſæ dimenſiones ſpatii uacui ue ſubiacẽt corpori, ipſius uidẽs
licet corporis conſtitutrices,ſequetur ut quæ conſtituũt ſpatium dimenſiones, &
corpus etiam conſtituant;quibus fiet,facile ut dici queat corpus a ſpatio non
differre.& hæc quidem fere contra ſtoicos,qui ſpatium uacuumq; tantum abeſt ut
Peripatetici. tollant,ut etiam aſtruant neceſſarium.A quarum opinione quidam etiam peripate
tici non abhorruere,hac etiam de re ducem ipſorum Ariſtotelem improbantes, ut
ſexto huius operis libro aperiemus.Sed quantum attinet ad ſcepticos ubi ſtoicos
impetiuere ſe ſe uerterunt ad peripateticos impugnandos.qui cum dicant locum
ultimũ eſſe rei continentis quatenus continet(uerbi cauſa)mei corporis locũ eſſe
Citimam ambientis aeris,qua.ſ.illud ipſum ambit, ſuperficiem . ita eos redarguere
nituntur,& contendunt ex eorum opinione ſequi idem eſſe & non eſſe. Cum,n.cor
pus debeat aliquo in loco eſſe fieri ue ,& nihil eſſe poſſit aut poni in eo quod non
ſit, oportet locum præexiſtere ,ut ſic in ipſo corpus fiat & ſit . atq; ita locus erit
priuſq̃ in ipſo ponatur loco corpus . quatenus autem locus ipſe hoc eſt conti-
nentis aeris ſuperficies figuratur affingiturq; ab eo quod continetur & ambitur
corpore , non poterit conſtitui locus priuſquam in ipſo ſit corpus,atq; ita locus
non erit , antequam in ipſo corpus collocetur. Ad hæc inquiunt ſi locus eſt uel
factus

factus eſt uel minime,hoc neutriq̃.afformatus enim dicitur & perfectus ab eo quod in ipſo collocatur corpore.illud autem ſi dixerint ideo ſunt dicturi,ꝙ cum in loco eſt corpus tunc fit locus,in quo iam dicitur eſſe quod in ipſo collocatur, ſed iam dicitur locus eius uidelicet quod in eo ponitur corporis.Demum uel corpus eſt uel incorporeum,utrūq; uero ſupra uerſum ē incōtrouerſiam.Sicut & tẽpus etiam ſub eadem uerti uolunt,nam quatenus eá quæ ſenſibus apparent ſequimur,uideri dicunt non nihil eſſe tempus:qua uero quæ hinc inde ſolent afferri rationes ſub examine ponuntur,non eſſe illud quicq̃ differuere,ſiue illorum definitio ducatur in medium qui uoluere,tempus eſſe dimenſum quēdam mundani motus.ſiue illorū quorum conſenſus eſt numerum eſſe eius quod prius eſt & poſterius in motu, ſiue eorū qui menſuram dixere motus & quietis,ſiue qui caſum aſſeruere,ſiue qui corpus, ſiue qui incorporeum ſunt arbitrati.namq; uere omnes eſſe non poſſunt eiuſcemodi finitiones quia pugnant inuicē ſe ſeq; deſtruunt, & quæ nam falſa? Alii aliter decernunt.Quoniam uero motum,quietem,numerum,omnes uidentur aſciſcere.iis (ut tentatum eſt) antea ſublatis,ſublatum iri & tempus facile uolunt. præterea finitum ne an infinitum ſint quæſtionem mouent.& utriq; parti nectunt argumenta. diuiſibile præterea an indiuiſibile percunctantur?Si ſecundum reſpondetur,opponunt præſentis præteriti & futuri diuiſionem,Si primum,quoniam omne quod diuiditur menſurari dicitur ab aliqua eius parte,nulla tempus aſſerunt poſſe menſurari,qm̃ pars iam præteriit,pars futura eſt,& quæ Præſens eſt idiuiſilis habetur. Adhuc neq; genitum dicūt & corruptibile,quoniam quod generatur ex aliquo quod ſit fieri,oportet & in aliquo quod ſit corrumpi, neq; ingenitum & incorruptibile, quoniam aliud nondum eſt,aliud præteriit.Et quoniam omne quod generatur aut fit in tempore fieri dicitur,ſi fit tempus,fiet in tempore.uel igitur ipſum in ſe ipſo fiet,uel aliud in alio.Si primum ut ipſum fiat in ſe ipſo,idem & erit ſimul & non erit præexiſtere.n.opus eſt id in quo aliquid fit,ei ipſi quod fit in illo. Si ſecūdum reſpōdēt,ut diuerſum in diuerſo.præſens fiet in futuro & futurum in præſens fiet. Hæc alia pleraq; ab illis de tempore diſputantur,Sed hæc de eo ſatis,deq; omni quam aſſerant aduerſus res phyſicas difficultate,nunc quid aduerſus morales parauerint diſpiciamus.

Multæ tẽpis antiquæ definitiones.

Quid ephectici philoſophi aduerſus moralia reliquorum philoſophorum dogmata diſputarint,ibiq; q̃infirme ex ſolis philoſophorum doctrinis et moribus,genus humanum ad degendam uitam duceretur,et ꝗ fuerit ſalubris Chriſtiana diſciplina.

Eſtãt moralia dogmata,in quæ ſuas ephectici philoſophi refundãt & rationum & obſeruationum copias,ut aſſenſum cohibeant.ſic & Sextus EmPiricus inter eos cum acer tum copioſus author effecit. & in tertio pyrrhoniorum cum aduerſus ethicos diſputat philoſophos,& in libris quos particulatim ſcripſit contra diuerſas philoſophiæ partes: nã eum librum qui eſt aduerſus ethicos ultimum eſſe uoluit.Itaq; & hinc & inde quæ ad propoſitum facere uideantur decerpemus,e,græco in latinum quaſi quadam trãsferentes paraphraſi. Et addentes, impugnantes, interpretantes, reſpondentes, quod nobis rei de qua agimus quadrare uidebitur, ex aliis etiam authoribus

adducentes quod nobis rei de qua agimus quadrare uidebitur, ut hoc in opere ſæpe fecimus quatenus oſtenderemus nihil eſſe tam firmum & ſtatum in humana philoſophia quod non acres etiam impugnatores & euerſores habuerit. Primum quo pacto degenda uita & quibus moribus, ex uariis opinionibus philoſophorum & æſtimationibus nationũ duci ſolet incontrouerſiã, qua de re cũ prio lib. plurima recenſuerimus, huc ſpectantia, de ſummo bono, de diſſenſione philoſophorum ſup bonis malis indifferentibus, ſupq; uirtutibus humanis & legibus: & ſecũdo quoq; nõnulla dum decimi ſcepticorum ad contradicendum loci mentio haberetur, omnia ea non repetemus in præſentia, ſed quoquo modo ad introducẽda ea quibus nunc

Boni definitiones uariæ.

inſiſtendum eſt, eorum meminerimus. Bonum ipſum alii quod fælicitatẽ efficiat definiuere, alii quod eam compleat, alii quod ad eam conſequendã cõducat, Alii q̃ per ſe ipſum eligẽdum ſit. Plato in primo de legibus bona in diuina ſeiunxit & humana. bona diuina, prudentiã dixit eẽ temperantiam iuſtitiam fortitudinem. Humana bona, ſanitatem, formam, uires, diuitias. alii alia nam prout quiſq; optabat ſi

Locus Ariſt. Sceptici.

bi aut optatum poſſidebat, bonum metiebatur, unde forte Ariſtõ. ait bonum quod omnia appetunt. ſed enim hunc nolunt Sceptici cognoſci eſſentiam boni, ſed accidentia quæpiam. Quæ quidem accidentia uel ipſi bono ſoli accidunt uel aliis, Si aliis, ipſius boni conſtitutricia & ab aliis quæ non ſunt bonũ (ſic loquar) diremptricia ita non ſunt, ut ipſum proprie ſignent & figurent bonum: ſi uero ſoli, fieri tamen iccirco nequit, ut ex iis bonũ ipſum pernoſcamus. Sicuti. n. ille cui equus eſſet ignotus, nec quid ſit hinnire iam nouit, neq; per id quod eſt hinnire in cognitionem deueniret equi, niſi prius equo occurreret hinnienti. Sic qui boni eſſet inſolẽs & ignarus, & quid eſſet bonum quæreret, quid ipſi bono ineſſet proprie & ſoli, ſcire nequiret, niſi ex ipſo bono bonum poſſet intelligere. Prius. n. noſſe opus eſt ipſius naturam boni, Deinde ita cognoſce, q̃ iuuet, & propterea eligendum ſit, & q̃ fælicitatẽ polliceatur aut præſtet. q̃ autem eiuſmodi accidentia ſatis non faciant ad declarandã naturam boni, ipſi erunt teſtes dogmatici philoſophi, qui & ſi illa omnia cõcedant, Interrogati nihilominus quid ſit illud cui illa ipſa accidant? incredibiles excitabũt pugnas. Alii. n. uirtutem, alii uoluptatem, alii indolentiam, Alii aliud quiddam commentabuntur eſſe id quod iuuat, quod eligendum ſit, quod fælicitatem efficiat. Nõ ſecus de malo & de eo quod indifferens eſt decernent, quando ſuper eius etiam natura & altercantur & bellant. Cæterum nullum eſſe ſuapte natura uel bonũ uel malum uel indifferens, hinc argumentantur. quodcunq; natura aliquem afficit, omnes pariter afficit qui eadem pollent natura. Ignis enim calefacit & comburit omnia ligna, Nix uiuentia omnia corpora afficit frigore, atq; ita de cæteris. Sed bonum & malum & indifferens, eos a quibus cognoſci dicuntur, non ita afficiunt, igitur annumerari non poſſunt, quæ ſuapte natura ſint talia, ut ita eſſe iure iudicentur: Nã ut prætereamus uulgus ineruditum, quorum pars proſperam corporis ualetudinem bonum arbitrantur, pars ſcortorum gregibus immergi, Alii crapulis adiici, Alii uinã ingurgitare, in ludis alii pernoctare, alii etiam peiora. philoſophorũ multi tria bonorũ genera cõſtituunt, nec in iis diuidundis cõcordes, quãdo aliter peripatetici, aliter ſtoici prĩutur: ſed & nõnulli uoluptatẽ iter bona ab illis nõ hitã, nõ ſolũ iter bona repoſuere ſed bonorũ primũ, cũ tñ ſint q̃ iter mala reponãt adeo, ut

recenſue-

eorum quidã exclamarit μανείην μᾶλλον ἢ ἡσθείην hoc eſt iſanire magiſq̃ oblectari.
Qui uero diceret partim hac, partim illac eundum, ut rixã diſputantium hac de rẽ
philoſophorum uitetur, fieret & ipſe pars rixæ, qua uel alteri parti uel alterutri ad
uerſaretur, & ipſequoq; indigeret iudicãte & decernente, recte ne elegiſſet an mi-
nime? Cum uero iudicium nullum decernendi ueri extet incõtrouerſum & clarum
atq; ab omnibus confeſſum receptumq;, ut ſecundo lib. huius operis ex horum phi
loſophorum opinione diſſerebamus, præſtat inquiunt ab aſcenſu abſtinere, q̃ teme
re & non pſpicue decernere. Illud ẽt adiiciunt quod bonum dicitur uel eſt ipſum eli
gere, uel ipſum quod elegimus. non primum ex propria ipſius ratione, neq; .n. feſti
namus & cupimus eligere aliquod, & conſequi niſi excidamus ab ipſa cupidine ut
amplius .s. nõ eligamus. neq; .n. appetimus eligere uinũ aut panẽ ſitientes .s. & fame
ſeẽtes, niſi ut liberemur ab ãguſtia famis .ſ. & ſitis, qua affecti panẽ uinũq; appeteba
mus eligebamusq;. Appetere igiť ipm & eligere p ſe nõ ẽ bonũ, uerius aũt moleſtũ,
qñquidẽ nihil nõ aliud famelicus cibũ obtinere ſatagit, q̃ ut famis moleſtia carear,
atq; ita de cæteris appetitiõibus decernẽdũ. Si ſecũdũ .i. id qđ eligimus dicatur eſſe
bonũ, hoc certe uel extra nos eſt, uel circa nos, ſi extra, ſane uel aliqd affectiõis i nos
opatur, uel omnino nihil, ſi hoc; neq; ducet nos ad eligẽdum, ſi illud, non iam per ip
ſum erit a nobis eligendum quod extra nos eſt, ſed per inditam .s. nobis ex eo diſpo
ſitionem. Si uero circa nos, aut circa corpus erit ſolum, aut circa animum, aut circa
utrunq;. Si circa ſolum corpus, effugiet noſtram cognitionem; quoniam anima dũ-
taxat cognoſcimus, non ſolo corpore, ſi dicant a corpore ad animumuſq; protendi
illud uel noſcant uel memorẽtur opus eſt, quod eligitur quatenus iudicatur a men
te cogitationeue iudicari, non a corpore irrationali: relinquitur igitur ut aſſerant
circa ſolam animam eſſe bonum. Sed hoc controuerſum etiam apud dogmaticos,
quando alii non exiſtere illam. Aliiſi exiſtat nihil compræhendere, ut late diſputa
tum cum de iudicatorio quæſtionem, rerum multarum fætam, ſceptici euentilabãt.
Sane Epicurus uoluptati bonum finemq; addixit: animã uero ex atomis ſicut & cæ- Epicurus.
tera conſtare dixit: In aceruo igitur atomorum, quo modo & uoluptatẽ fieri, & aſ-
ſenſum, & iudicium, & hoc eligendum, & bonum, hoc fugiendum & malum, ſi ſane ſu
mus mentis affirmauerimus? Stoicis etiã quo pacto aſſentiemur? qui cum artes di- Stoici.
cant bonas in anima eſſe, eaſq; ex conceptionibus exercitatis fieri, conceptiones au
tem circa principalem uerſari ſpiritum, ipſo in ſpiritu collectionem quarundam no
bis eſſe & artem affirmabunt: At una impreſſio delet aliam, & informatio prior po
ſteriore abolebitur, quoniam fuſilis eſt quodammodo ſpiritus ipſe corporeus. quo
pacto & aliis aſſenſum præſtabimus? qui uolunt temperamento corporis id accep-
tum referri oporttere. Quæ omnia tam diuerſa, bonum in anima uel non eſſe, uel
eſſe ſub dubio relinquunt. par etiam diſcurſus de malis & indifferentibus propor
tione ſeruata facile fiet: cum tot malorum genera tot indifferentium apud ſtoicos
& alios philoſophos pugnaciter ſint introducta, ut ad naturam referri eãdem .s. &
uniformem omnino nequeant: ſed neq; etiã ex animantium brutorum naturis mu
tuari poterit: nam qui diceret leones ſuapte natura fortes eſſe, proptereaq; affir
maret eligi natura ipſa fortitudinem: Idem non aduerteret eadem ratione eligi na
tura ipſa debere timiditatẽ, qm̃ cerui & lepores ſuapte natura nõ fortes ſed timidi
ſunt, quare natura ſe duci ad uoluptatẽ Epicurei ſileãt, qm̃ i eã bruta etiã animãtia Cõtra Epicu.

quodam impetu ferantũr,nam ſi feruntur non eligũnt,nec ferũtũr ſemper,& bru
ta ſunt ratione carentia,qua pollet homo,& uti debet ad frenãdas uoluptates:quæ
ideo in bonis ducendæ non ſunt,quoniam effectrices ſunt malorum & dolorũ cau
ſæ,paupertatis,Ignominiæ,mortis,&p ræterea labores uoluptatibus aduerſi corpo
reis,honeſtas animi ſæpenumero parant uoluptates.Verum.n.uero ſi quis perpen
derit ꝗ̃ diuerſa ꝗ̃ uaria de bonis & malis,ut hæc conſequerentur illa fugerent gen
tes,nationes,pħorum pene omnium ſcholæ,decreuerint:nihil certi in moribus hu
manis apud ipſos pħos inueniri poſſe conſpiciet.Nam quod alii bonum eſſe duxe
runt,alii id ipſum uel in malis repoſuerunt uel inter ea quæ dicuntur indifferentia
collocarunt.Igitur quæ nã turpia,quæ minime,quæ faſta,quæ nefaſta,quæ pia,quæ
impia apud leges & mores eorum habebantur, xaminemus:Apud nos turpe duci
tur & nepharium idq; & iure & merito,pueris cõmiſceri.Apud Germanos olim ut
Sextus. Sextus ait,apud Gallos etiam & Ariſtotele & antiquiore Iſidoro authoribus turpe
Ariſto. non ducebatur:atq; horum conſuetudine pueri publice nubebant. Apud eoſdem
Iulius Ceſ. Germanos Latrocinium olim non ducebatur infame qđ ſcribit Iulius Cæſar,& poſt
S.thomas. eum.s.Thomas,qui in theologicæ ſummæ uolumine primo,ſecundæ partis,quæſtio
ne quarta ſuper nonageſimam:eiuſmodi errores,in æſtimãdo ꝙ latrocinari & Pue
ris abuti malum non eſſet,tribuit deprauatæ rationi,ex affectione, cõſuetudine, ha
bitudine ue naturæ. Sed illud uitium maſculæ libidinis,nõ ſolum unius nationis ui
tium fuiſſe credamus,Nã apud Cretenſes antiquitus inoleuit.unde ille a grãmaticis
Vergilius. creditur a Vergilio citatus Cydon.Apud Thebanos quoq; puerorũ amores nõ con
Cicero. demnari,quod ſcelus etiam in græciam reliquã irrepſiſſe teſtari Cicero uidetur, de
Dionyſio Tyranno,cum ait habuiſſe illum quoſdam pueros more græciæ ſibi amore
coniunctos & in Græciæ Gymnaſiis huiuſcemodi amores liberos atq; cõceſſos eſſe.
In cauſa ſceleris opinor fuiſſe lycurgi leges,inhoneſtis puerorum amoribus habe
nas laxantes:quas leges cũ eorũ & authore Apolline & laudatore Platone condem
Theodoretus nauit Theodoretus in libro de legibus:inter alia mentionem faciens ipſius ut eius
utar uerbo græco παιδεραστίας ne cetera commemorem.Non habeo nunc mentionẽ
ꝙ & in Italiam & ad regiones alias uitium hoc nepharium pernicioſiſſimumq; mi
grauerit,nam & ſi committitur,turpe tamen ducitur,& legibus ſeueriſſimis uindica
tur.Sed ꝙ apud illos inq̃ hoc turpe nõ duceretur,Sicut nec apud Perſas abuti pue
ris ut ſuperiore diximus lib.nec apud maſſagetas itẽ turpe & obſcenum erat mulie
ribus publice miſceri & uacare adulteriis,nec apud perſas quoq; turpe matres nu
bere filiis & patribus filias:id.n.licebat p Zaradi leges,uti eſt apud Theodoritũ nõ
ſolum fratribus ſorores,qđ & apud ægyptios erat legitimum:ſed hæc quæ mas in fe
minam cõmitteret,non eo abhorret a natura modo:quo magis mirandũ cur a phi
loſophis omnibus ſcelus ipſum maſculæ libidinis nõ ſit exploſum:atq; hinc magno
Cynici. pere damnandi Cynici,& Stoici Zenon Cytieus,Cleanthes,Chryſippus,qui eum nõ
Stoici. malum ſed ἀδιάφορον hoc eſt indifferẽs appellabãt authore Sexto.ut hinc magna
uel ex moribus ipſis,uel ex philoſophorum doctrinis,oriretur ad bene atq; honeſte
Diuina lex. degendam uitam perturbatio.Sed lex diuina quid eſſet ſentiendum hac de re cen
ſuit:quæ non inter ea quæ indifferentia uocantur illam annumerauit, Nec inter ma
la ſolum,ſed peſſima:& acerrime qui talia cõmittunt puniendos decreuit,& ob eius
modi ſcelus,quinq; urbes arſerunt:& qui illis in urbibus manſerunt igne & ſulphur

re pe

re perierunt.publice mulieribus uiros miſceri,apud nos & pleraſq; nationes turpe
& plenum obprobrio. Apud nonnullos indorum populos,& uſitatum & pene legi
timum:quod & Crates Cynicus obſeruabat.Mulieres quæſtum corporis facere flagi
tioſum,Apud ægyptiorum multos dignum gloria adeo,ut quæ cū plurimis obuer-
ſatæ uiris eſſent,talare quoddam gererent ornamentum eximiæ dignitatis inſigne,
atq; apud eoſdem puellæ dotem ſibi ex iuuentutis flore ubi præparauiſſent,tum nu
bebant.ac Stoicos(inquit Sextus ipſe)uidemus non abſurdum eſſe dicere,cum me- Sextus.
retrice uitam degere,& ex eius opere nutriri.ægyptii ethiopes & Sarmatæ ſtigmati-
bus inurebāt infantes,Apud Romanos uero id exiſtimabatur inglorium.Sed irrep
ſit nūc cōſuetudo ut principes fœminæ inaures geſtent,inſtar aſiaticarū mulierū:mi
ror q; etiam eos non ſint imitatæ,qui generoſum putabant ſi nares quoq; puero-
rum perforantes,argenteos & aureos orbes & pretioſos lapillos ſuſpenderent. Ve-
ſte talari uſos multos idq; decori ductum plane conſtat,aliis id ipſum uitio uerſum,
non apud Perſas modo & ante Semiramidem,Sed etiam tyranni Dionyſii tempeſta
te,cum recuſauit Plato quia uir eſſet ſtolam muliebrē,Admiſit Ariſtippus, quoniā Plato.
etiam ad orgia bacchi mulier accedere & incorrupta recedere facile poſſet.Abomi Ariſtippus.
namur nos & deteſtamur quemadmodum & nationes multæ eos,qui matri aut ſo-
rori inceſtis nuptiis ſe iungerent,Ab eiuſmodi uero ſcelere tam non abhorrebant,
quod ante dictum eſt Perſæ & ægyptii.ut perſæ palam matres haberent coniuges,
maximeq; ipſorum ſapientes,qui magi perſarum lingua nuncupantur.ægyptiis ue
ro ſorores publice nuberent.Adſtipulari iis potuiſſent fabulæ quando Iuno dicere
tur Iouis & ſoror & coniunx.Illis uero etiam philoſophus Zeno, qui ita abſurdum
eſſe non putauit matris particulam filii particula,ſicuti nec manu membrum aliud Cōtra zenonē
confricari.in hoc non philoſophus(ut mihi uidetur)nō homo,ſed bellua longe im author et cō
manior:quando inter eas inuentæ ſunt multæ,quæ & maternum refugerint coitū, tra Chryſip-
& in eo deceptæ ſe ſe in præceps dederint,& in miniſtros ſæuierint,Si uera prodidit pum.
Ariſtoteles. Quare ſileat Cytieus ipſe,dum de puerorū educatiōe deq; ſanctitate fi Ariſto.
liorum in parentes agit,& Iocaſte meminit & œdipi:ſileat & in politicis Chryſippus
cum patrem ex filia & matrem ex filio prolem ſuſcepiſſe non improbat,nec malum
ſibi hunc morem uideri aſſerit:& Plato quoq; ſilētium teneat,dum ī uniuerſum pec
cat, & mulieres uiris promiſcue communes facit.Male hic,at peius Cato,qui nō di-
xit hoc ſolum,ſed fecit,& Martiam coniugem dedit hortenſio.hinc illa florentis Ter
tulliani exclamatio.O ſapientiæ atticæ.O Romanæ grauitatis exemplū:leno eſt phi
loſophus & cenſor. Vni uiro mulierem unā matrimonio copulari,legibus plurimis
eſt cautum,multas uero uni addictas uiro mulieres,& Thraces,& getuli,& libes uol
uere.Nephas præterea cenſeretur a pleriſq; hominibus,ſi humanis ueſcerentur car
nibus.quod nephas non eſſe barbarorum multi opere,Chryſippus etiā uerbis mul
tis docet in ſua republica.Nephas item humano ſanguine ſuperum aras deturpari
putabant nationes multæ,Lacones uero dianæ aram ſanguine humano madere,re
ligioſum exiſtimabant:& pueri flagellabantur in templo ut ea abundantius cruen
taretur.Adulterium plecti debere non parum multæ leges præcipiunt ut malum &
reipub.pernitioſum,quod non malum ſed indifferens pleriq; putarunt.O diuinā le Laus diuinae
gem quæ controuerſiam dirimit ,& inſanientium nationum,& aberrantium philo- legis.
ſophorum:quando nō ſolum ea,moſes mæchos penæ ſubiecit,ſed Chriſtus eum ani

mó mæchari,qui alienam concupiſceret mulierem teſtatus eſt:& æternæ morti mæ
chos ſubiiciendos aſſeruit. pium eſſe parentes colere & eorum curá ſi ſibi ipſi pro/
uidere nequeant ad uictum,ſuſcipere nos debere,humanæ leges fere præcipiũt uni
uerſæ:At apud Scythas.ubi parentes eorum ſexaginta ætatis annos ſuperauerant
iugulare moris erat,neq; ducebatur impium:Nec mirum quando,Saturnus etiam
apud eos ferebatur pudẽda patris falce diſſecuiſſe,& Saturnum Iuppiter ad īfarna
detruſiſſe,& Pallas & Neptunus parentem uinclis aggredi tentauiſſe.At qui & pue
ros nutrire & fouere noſtros,ipſa naturæ lege iubemur,At non ſolum fabulæ Sa/
turnum in filios ſæuire uoluiſſe decantauerunt,Sed legiſlator Athenĩẽſium Solon
(ut primo diximus libro)licere quibuſlibet parẽtibus ſanxit,proprios filios occide
re:quod tamen leges aliorum complures uetuerunt.Filios quoq; ſub poteſtate pa/
tris eſſe romanæ decernunt leges,alii uero tyrannicum hũc morem ſunt arbitrati.
Occidere hominem legibus uetitum eſt:qui ſingulari utũtur certamine pulchrum
ducunt,quod cõtra noſtras leges,plurimi etiam inter nos principes admittunt:ſed
humanarum legum parua uis niſi diuina authoritate firmentur.propterea quod
in calce quoq; primi huius operis libri dicebamus,ad conſequẽdam authoritatem
Thomas. multi ſe finxerunt a diis leges quas aliis tradebant accepiſſe:& Thomas in quarto
de regimine principum cum ex Ariſtotele multa retuliſſet,ad īfirmãdam hippodo
mi politiam excogitata,diſputabilia tamen eſſe dicit in utranq; partẽ ut pote quæ
circa humanos actus,contingentemq; materiam diuerſentur:Satis in parte docẽs,
humana cogitata humanis etiam cogitatibus & cõfirmari & infirmari poſſe, ut pa
rum per ſe ſe habeãt roboris,ni ad ea fulcienda ſuperior & diuina proſus accedat
authoritas.Latrociniis inſiſtere & contra leges & iniuſtum eſſe quis neſciat.ſed præ
ter Germanos de quibus pauloante diximus,nonnulli barbarorum,legitimũ adeo
putabant,ut etiam cilices glorioſum exiſtimarẽt,& eos qui inter latrocinandũ for/
te fuiſſent interfecti,honore dignos & laude plane cenſebant. At eiuſmodi mores
tãq̃ inſolentes & barbaros execulta fortaſſis īprobarit Græcia.At lacones,Sobrii ut
ille inquit & acres uiri,Ius atq; uſum furãdi probauere pro exercitio & diſciplina
Gellius. rei bellicæ,qđ & a Gellio proditur capite ultimo libri undecimi atticarum noctium:
eodem quoq; libro Ariſtonis iureconſulti authoritate,apud ueteres ægyptios fur/
ta omnia fuiſſe licita & impunita memoriæ prodidit,quod cũ legiſſem uenit ĩ men/
Author. noua ſolutio. tem poſſe fortaſſe hinc afferri ſolutionem præter alias complures, non uſq; quaq;
abſurdam quæſtionis illius,in qua ſe ſe multi torſere theologi,Cur licite hebreorũ
populus uaſa & cæteras diuitias ab ægyptiis abſtulit:quando quidem quod licitum
erat ægyptiis,non illicitum uideri deberet hebreis in ægypto degentibus,hoc eſt le
ge egyptiorũ uti aduerſus ægyptios oppſſores.licuiſſe ẽt antiqtus,ut prauis hoib9
probi auferrẽt quæ poſſidebant,illud caliclis apud platonẽ in gorgia ſuggerere fa
cile poſſet,q Hercules probatur geryonis abſtuliſſe boues,quas ille nec uendiderit,
nec donauerit,tanq̃ hoc natura iuſtum haberetur,ut quæ deteriores poſſidẽt ſint
melioriſ.Atq; ut eius pprie græciſ utar uerbis qb9 hoc poſtremũ explicuit ὡς τού/
του ὄντος τοῦ δικαίου φύσει, Καὶ βοῦς καὶ τἄλλα κτήματα εἶναι πάντα τοῦ βελτί
ονός τε καὶ κρείττονος τὰ τῶν χειρόνων τε καὶ ἡττόνων. Piũ eẽ debitoribus ſi paupes &
ſoluẽdo nõ ſint ignoſcere,pleriq; oẽs minime dubitãt.At in lege duodecim tabula
rum decernebatur corpus eius qui debebat & ſoluendo non erat diſſerari & dari

creditoribus

creditoribus.cuius rei & meminit Gellius apte,& ſuboſcure fortaſſe Terẽtius ſub il Gellius.
lis uerbis animam debet , quam legis crudelitatem conſenſu publico Eraſaim,Ter Terentius.
tullianus eſt author.Circa cultum religionis q̃ diuerſa diuerſæ gẽtes?quarum aliæ
paucos deos,aliæ multos,& hæ corporeos,illæ incorporeos,aliæ ſelectos, numeroſiſ
ſimos aliæ,& nullo termino compræhenſos colebant.In eorum uero ſacrificiis q̃ di
uerſa?q̃ abſona?q̃ abſurda?q̃ pugnantia?Sarapidi porcellum immolare impium,
Herculi & Eſculapio piũ exiſtimabatur a multis.Sacerdos ægyptius citius morere/
tur inquit Sextus,q̃ ſuilla carne ueſceretur,etiam & Iudæus a quo ægyptii morem Sextus.
hunc traxiſſe non difficulter crediderim .libes uero ſi ouinam carnem guſtaſſent
facinus apud eos pene inexpiabile comiſiſſent.Columbis ueſci Syrorum nonnullis
erat illicitum,omnibus aliis minime uetitum:quibuſdam in templis piſces comede
re nephas putabatur,fas in multis.ſed & alii religione ſua prohibebatur,caput ani
malis comedere,alii humero,alii pedibus,alii hortenſibus multis ueſci ,pythagorei
etiam fabis adeo,ut citius patris capite ueſcerentur:q̃q̃ uel non uerum uel non ſta
tum fuiſſe preceptum cerni apud Gellium poteſt.pleriq; omnes caninas carnes nõ
admittunt in cibum,thracum populi nonnulli illis ipſis paſcuntur,quod forte olim
& græci:Vnde & Diocles ægris quibuſdam caninas ad ueſcendũ carnes dari iubet.
Reuertor ad ſacrificia gentium ſed uerius ſacrilegia.Saturno ſacrificabãt humanis
hoſtiis,Scythicã Dianã hoſpitũ cruore placabant,æquo Neptunũ,atq; et Apollinẽ,
unde ille fortaſſe cecinit placat equo perſis Radiis hyperiona cinctũ ne detur celeri
uictima tarda deo.Cõſueſſe & Maſſagetas mactare ſoli æquũ eandẽq; ob cãm ſcribit
Herodotus.Dianæ quoq; capras immolare fas erat,nefas æſculapio,quæ uero ad ex
piationem animæ pertinere dicebantur q̃ aduerſa inter ſe?q̃q; bellantia?& tamen
prophana & plurimum ſceleſta,idq; ſuaſu malorũ demonum fiebat qui ſe deos cre
di uolebant. Scribit magnus Athanaſius.in lib.cõtra gentes omnẽ ferme ciuitatem Athanaſius.
eam ob cauſam flagitiis plenam,inter quæ illud affert,phænissas mulieres antiqui/
tus proſtare ſolitas,ut quæ exiſtimarent deam ſuam meretricio placari,& ab ea ue
niam hoc pacto precari:alii alia turpiſſima ad animæ expiationem pertinere autu
mabãt.De ipſa uero anima quanta lis?quid.s.poſt diſſolutum corpus illi eueniret.
Alii nihil omnino,bonum alii, ſed diuerſe. Nonnulli animæ poſt mortem æter/
nas ſedes ,partim plaingeneſiam ,partim metempſychoſin, Quattuor enim apud Quattuor
platonicos opiniones de animarum tranſitu diuerſæ, fuere qui promiſcue in di/ Plat,opi.de
uerſa animalia circuitum probarent ,fuere qui reditum ad homines mallent & he trãs.aiæ.
roas,fuere qui habitus tantum ferinos imaginariaſq; affectões exiſtimarint,fuere &
qui luendæ pœnæ gratia inter irrationalia uerſari arbitrarentur :quæ tamen multi
ratione pollere uoluerunt & antiqui pythagorei & Sceptici & Platonici,ut primo
libro recenſuimus , atq; etiam ut quinto huius operis lib.monſtrabimus etiã Por
phyrius ,iter platonicos peripateticus nobilis iter peripateticos platonicus . Ariſ.
d ſtatu aiæ poſt mortẽ tã dubie locutus ẽ ut adhuc pipateticiqd uoluerit nodũ cõſti
tuerit.Quidã uel bonũ uel malũ,nihil certi decernũt.Ipſo uero de corpe ubi uita fũ
ctum erit, q̃ uarii ritus?proiiciendum canibus alii malebant, Alii lacubus immer/
gi ,uulturibus quidam adſeruari,pars igne conſumi,pars ſale condiri, Alii alia , ut
nec in uita nec in morte concordes inuenirẽtur,& ſi quiq; et quapiã ĩ re obſeruãda

conueniſſent uerbis,factis tamen ab ea alieni inueniebātur?Illud.n. non diſcuſſiſſe
non licet,Mores ne ipſi philoſophi ſarcieiur ſuos cum oratione & doctrina pugna
re,quod eſt a multis aſſeueratum?an legitime & ex ratione ægiſſe?Cum pythago-
ras apud tyrios,Zenon apud prienenſes tyrannidem affectauit.Cum anaxago-
ras depoſitum hoſtibus denegauit.Cum Ariſto.familiarem hermiam turpiter io-
co excedere fecit.cū Alexādro turpiter adulatus eſt,cū oleum quo lauerat uendidit
cum amatæ fæminæ ſacra fecit tanq̄ Eleuſinæ Cereri.Cū iſianus ille & Rabiolus por
Cicero. phyrius ſe ſe interficere uoluit,uetitus a Plotino.Sic ſane uidet: Sic & Cicero teſtatur
Nepos Cor. cū eorū uita & uitiis mirabiliter oratione pugnauiſſe.ſic & Cornelius nepos magnā
eorū pte ſe audiſſe ſcribit q̄ i ſchola de pudore & cōtinētia preciperēt argutiſſime
Cato. & i omnium libidinū cupiditatibus uiuerent.ſic ante eū Cenſorius Cato p̄ſtigias in
ſectatus eſt p̄horū ingeniū umbras uerborū inanes,qui(ut eius utar uerbis inacti
cis noctibus repetitis) ſe nihil habere & nihil tamē egere ac nihil cupere dicunt,
cum & habendo & egendo & cupiendo ardeant.Itaq; non diſſidiū perpetui & conte
tionis nomine,ut in epilogo primi libri ſatis oſtendimus cōdemnati:ſed euſq; for
taſſe deuecti ſcelerum,ut propterea & urbe & Italia ſiue cum ſtaret Romana res pu
blica,ſiue cum imperatores rerum potirentur,Senatus conſultis,quod eſt et hoc ip
ſo libro ſuperius indicatū eiicerentur:nec ab ipſis et p̄hs nō impetrebātur.Nempe
Seneca redarguēs medicis cōparauit, quorū tituli remedia haberent pyxides uene
Beneficiū diuinæ legis. na.O beneficium diuinæ legis maximū,quæ quod certantes inter ſe gētium philoſo
phi nunq̄ per tot iam ſæcula ſine controuerſia definiuerunt,id paucis & pacate do-
cuit & explicuit,quid bonū?quid malum?quid agendū?quid declinādum?Ac pri
mum quidem ſub umbra moſaici rudimenti,Deinde in abſolutiſſimi euangelii luce
ſplendidiſſima,quod qui pdicabant,non modo non euertebant contraria uitæ ra-
tione:ſed pro eo tuendo etiam cruces eculeos,ignes perpetiebātur.In quo quicq̄
precipitur id eſt norma uiuendi,& ars comparandæ felicitatis,quoniam dei eſt uer
bum,ſemper uerum,ſemper ſanctum ſemper obſeruandum.Quæ uero gētes ex ad
uerſo tradidere uel falſum uel prophanum uel aut ſemper aut ſæpe noxium.Afferā-
tur quæſo apud illos quæ nam ſit ſtata lex degendæ uitæ?quādo cōſtitutū illis ad
huc cōcorditer non eſt,quid bonum?quid malum?quid neutrum?aut indifferens
cenſeri queat:ſiue eorum uiam doctrinæ ſiue morum ingreſſus fueris.& in doctrina
quidem quot capita fere tot ſententiæ etiam ipſis i legibus quas multi euertere co
nati ſunt,& Cicero cōfeſſus ē ueri iuris Germanæq; iuſtitiæ ſolidam & expreſſam ef
figiem nullam teneri,umbram & imagines tantum,eaſq; inquit utinā ſequeremur.
Saneq; uel eo illas multi improbarunt,quod quæq; gens quod ſibi eſſet utile legi-
bus condiderunt,Mores autem philoſophorum ut præterea uulgus,ſi diuerſæ fue-
rint ſectæ apprime diuerſi,ſi conſectanei quoq;,nō idem,ſed & cum moribus quoq;
ipſis & uita eorum mirabiliter,ut ille inquit pugnabat oratio.Ars igitur bene bea
teq; uiuendi apud eos haberi non poteſt quando nec ars ulla quæ plena non ſit di
ficultatis,& fæta rixarum eorum in ſtudiis,in ſcholis inuenitur.neq; n.una ſed mu
tæ exq; inuicem pugnantes.ergo omnes illas ſequi homines nequeūt,quoniam ad
uerſæ inter ſe ſe:& quæ nam uero proximior ſi humanis rationibus probetur,hu-
manis etiam rationibus improbabitur.nec ad lydium ullum lapidem dabitur pro
uocatio,Nec ab humana communi propēſione duci ſincere poterit i,ſtecta.s. pri

ma origine,& ſ:ſuis nitatur uiribus nutabunda & uacillante,fallaceſq; ſenſus & in anes opiniones plurimũ ſecuta. Quare diuini luminis beneficio fuit opus ut bene uitam hanc uiuentes eam quæ æterna futura eſt fœliciter uiueremus.

¶ Libri tertii examinis Epilogus:in quo oſtenditur ſectas omnes philoſophorum aliquid umbræ ueritatis eatenus cõſecutas,quatenus ipſæ uel de longinquo ſunt æmulatæ diuina ſacrarum litterarum dogmata.inquibus eminenter & ſincere col lectum poteſt uideri,quicquid in prophanis illis libris ĩpure & tenuitter iterſperſum eſt. Caput.xiiii.& ultimum tertii libri.

h Actenus quid gentes in ſe ſe per tot ſecula litterariis armis bellantes molitæ fuerint,magna ex parte recenſuerim: ut oſtenderem nihil apud eas firmi nihil conſtantis reperiri poſſe.quare non contẽtus quid afferent pleriq;,tritis tantum modo & communibus controuerſiis inſiſtentes,nec euoluentes remotiora & ut arbitror efficaciora, adire ipſe conatus ſum antiquorum philoſophorum,& non parum multis ignõtorum, nõ citata ſolum dogmata,Sed integra & abſoluta græce ſcripta uolumina , maximeq; ſcepticorũ,qui aduerſus reliqũos pugnaciter & ſubtiliter diſſeruerunt . Quos quidem philoſophos ſcepticos tam & ſi in pleriſq; non probo,eatenus tamen non improbo,quatenus eorum qui uel omnia uel plurima ſcire ſe tenereq; profitebantur arrogantiam obtunderent.Eſt autem ſubtilius hominum ingenia conſideranti facillime peruidere,omnibus inſectis Philoſophorum quiddam inſigne,quod non ſit ei commune cum cæteris,quæ in unum ſi conferas,plane comperies ea omnia eminẽtius multo,atq; ſincerius ſacris i litteris quas ipſi chriſtiani colimus ſueniri.Improbant alios philoſophos ſceptici,qui ſe ſcire quicq̃ profitentur'ui humanæ philoſophiæ.num hoc,ſed multo clarius,efficacius,uerius,ſacræ litteræ? inanem gentium philoſophiam aſpernantes & ne ea ipſa decipiamur admonentes . Suſcipiunt ſceptici patrias leges,patriis moribus ſimpliciter & nulla diſquiſitione acquieſcũt. num & hoc noſtri?ſed & ſecurius & ſanctius?qui diuinas uoces ſine ſcrupuloſo rationis examine admittendas iubent,qui ſimplici ducũtur fide ad res æternas & credendas & ſperandas,atq; ad mores diuina lege aut comendatos ad cuſtodiendum, aut condemnatos ad abiiciendum,uel admittendos uel declinandos.Dogmatici uero philoſophi ſe dicunt ſcire,qui admittẽdi quidẽ ſi aliqua tantum & humano more ſe ſcire intelligant,& ſenſibus inter mediis qui ſæpenumero fallunt,Alioqui fruſtra nobis ad diſcẽdum dati.s. ſi ſemper fallerent,ſi uero nunq̃ fallerent quod nam falſum in rebus humanis;Vnde ulla ueri laus?Vnde ullum præmium inueniretur? An quæſo a ſacris litteris modo diſciplina laudatur,modo nimium ſcrutãdi ſtudiũ condemnatur;dum non plus ſapere q̃ oportet admonemur.Qui uero nihil ſciri uolunt academici quatenus ſuis in diſputationibus,multa q̃ uera exiſtimabantur & falſa erant,detexerunt & ferendi quidem & probandi,Salomone præipiente reſpõdendum eſſe ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam,ne ſibi ſapiẽs eſſe uideatur:qua uero hoc ſolum ſe ſcire quod nihil ſcirent afferebant,eatenus non imitandi,ſed cum eis non

Scepticí. Dogmatici. Academici.

habenda amarulenta contentio ,eodem Solomonis præcepto ,quo iubemur non reſpondendum ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam ne ei ſimiles uideamur. In uniuerſum hæc diximus de ſtudio captandæ ueritatis apud diuerſas philoſophorũ ſectas: quarũ aliæ ſe illã tenere,aliæ minime poſſe teneri,Alia non magis hoc ꝙ illud aſſeruere. Cæterum ſi & alia quoq; examinentur,fiet utiq; manifeſtum ea ſi quid ueri in ſe habent aut ueriſimilis,id totum a ſacris pendere litteris:in quibus illa omnia eminentiſſime,& multa alia præterea,de quibus tanꝙ de ignotis omnino & ab humana cognitione ſeiunctis philoſophi gentium non præceperunt.

In pricipiis

In principiis itaq; præbet præcepta fidei quæ nullus noſtrorum abnuit certa,& ſunt qui annuant euidentia.Multoq; magis ꝙ ꝙ dicantur humanitus .euidẽter ſpectari:id autem firmæ ꝓpẽſioni qua ſincere in diuina credenda ferimur,tribuerent non nulli ſignis alii ſupra naturam,ii uero fidei lumini ferunt acceptum,ex quo certiorem quoq; ſcientiã deduci aſſeuerant,interno fulgore diuinitus immiſſo gratis,quo & uidẽtur æterna & miraculis præſtatur aſſenſus,a quibus abhorrent qui eo ipſo lumine deſtituuntur. præbent inꝗ ſacræ litteræ multo firmius ꝙ peripatetici aut alii ex dogmaticis philoſophis ſua proloquia.

Io. Scotus,

Exiſtimauit Io.Scotus quarto in ſententias theologicas cõmentario quæſtione tertia diſtinctionis decime quartæ,ueritates noſtræ fidei, cæteris & excellentiores ideo habẽdas,quod ad eas naturale mortalium lumen nõ pertingat,& certiores,quoniam ab ea ſunt ueritate quæ nec fallere poteſt omnino nec falli.quo fieri noluit ut certius haberi debeat quod diuinis eſt litteris reuelatum, ꝙ id quod quicunq; intellectus poteſt attingere lumine naturali. Adde ꝙ illa ipſa de quibus locuti ſumus proloqa nec omnibus omnino ueritate niti uiſa ſunt,nec concordi ſunt admiſſa ſentẽtia:

Plato.

& adde ſi placet illud platonis in legibus,ſolius dei eſſe approbare eã de quibus multi ambigant,ut certitudinem diuinorum eloquiorũ ẽt ex gẽtibus comprobare queamus,Supra eni uidere potuimus ꝙ apud pleroſq; ꝓborum proloquia ambigua,ꝙ plena rixarum.Noſtra uero & cõſenſu gẽtiũ & prodigiis celebrata.

Inmoribus

Morum etiam colendorum munia præſcribunt,nulli ſano homini non uiſa digniſſima quæ debeant obſeruari,tantum abeſt ut cauillis impetãtur & obnubantur ambagibus:quæ ad hæc non pertineãt melius,multa ꝙ ſceptici digna non ducunt quibus inſiſtatur,ut hinc multo etiam magis ꝙ ex æneſidemi aut nauſiphanis aut Sexti diſputationibus cohibere aſſenſum facile poſſimus.

pythagorici.

pythagorici Pythagoræ ita aſſentiebantur ut certum tenerent quod ille dixiſſet:nec aliam eius probationem afferebant ꝙ ipſe dixit pythagorã ſignificãtes:atq; ut ipſi loquebãtur dorice αὐτὸς ἔφα nos uero dicimus deo & iis qui deo inſpirante loquti ſunt credendum:

Naziãzenꝰ.

atq; ut inquit Nazianzenus in primo cõtra Iulianũ imperatorẽ : apud illos dicebatur ipſe dixit:apud nos crede:atq; ut ipſis Nazianzeni utamur uerbis. παρ' ἡμῖν πίστευσον præterea pythagorei ueteresq; platonici & ex iunioribus aliqui ſtudia ſua ad diuina transferebant pythagoræq; illud quaternitatis arcanũ diuinam ſubindicare apud illos naturam,ut facile exiſtimem ægyptus facit.in qua ille diu uerſatus eſt,in qua & plura moſaica didicit.Didicit & circunciſionem eandẽq; pertulit authore Theodoreto,qua etiam circunciſione uti ægyptios cõſueſſe apud gentium hiſtoricos legimus,Itaq; potuit pythagoras quattuor litterarum nomen quo apud hebreos dei eſſentiam ſignificari celeberrimum eſſet,in arcanis habuiſſe, id ꝙ etiam confirmari e uſper ipſam quaternitatẽ iuramento pẽt ſolitum enim

per maiora ſe nõ per minora iurare:Q uare illa quæ de numeris exponere nonnul
li tentarunt ea non magnæ ut mihi uidetur efficaciæ ſunt: neq; enim diuinis ad ma
thematica:ſed mathematicis ad diuia pythagoras utebatur.Sed utcũq; fuerit recti
certe & breuius a paulo ſumus inſtituti,omnia in dei gloriam fieri debere.Poterãt
enim ad contemplationem dũtaxat diuinæ poteſtatis & ſapientiæ illa ab eis referri,
noſtri uero ad bonitatẽ ad agẽdas gratias rettulerũt:qđ nõ philoſophicæ diſputa
tionis ſed præcipuæ religionis eſt proprium.Archeſilas & Carneades nihil ſe ſcire Archeſilas et carneades.
profitentur,præter hoc unum ꝙ nihil ſciant.An uerius & diuinius Tharſenſis no
ſter ad Corinthios loquitur:non enim iquit me iudicaui ſcire aliquid inter uos niſi
Chriſtum & hunc crucifixum,humanam ſapientiam pro nihilo ducens & Ieſum di
uinam æterni patris ſapientiam contemplatus.An electores philoſophi conferen Electores.
di uidentur Paulo huic præcipienti omnia probari quod bonum eſt teneri? Tria il
la ſua bona peripatetici dum iactant,quæ bona ſunt animi in libra Critolai longe Perſpatetici.
præponderant.At ad bonũ illud ꝓcellens quo ſummũ ad bonũ peruenitur ſacræ lit
teræ nos breuiori & faciliori compendio ducunt.Imperturbati degere non ſolum
iuniores,ſed antiqui etiam ſceptici nituntur ſuis conſiderationibus,quibus neutræ Sceptici.
& uerius nullæ parti aſſentiantur.Docent & citius & ſincerius tranquillitatem diui
na eloquia cum id promũt non contriſtabit iuſtũ quicquid ei acciderit.Vnam colẽ
dã uirtutẽ ſtoici ꝓdicãt,una charitatis uirtute fælices euadere hoies ſacræ litteræ cõ Stoici.
teſtãtur.firma hæc & oibus certa numeris pollicitatio,ianis illa ſtoicorũ,plena faſti
dii,plena arrogãtiæ,& ꝓpria nõ diuia æſtimatiõe ſubnixa,Cynici faſtũ abiiciunt ea Cynici
nino fortaſſe faſtu:modeſtiſſima uero & nihil ſibi cõſcia mẽte,calcãdã inanem gloriã
ſacra dogmata ꝓſcripſere.Illi ipi cynici magna freti libertate ſua munia ꝓſequebã
tur adeo,ut propterea maximus tyrius inter platonicos non ignobilis quodã libel
lo cynicæ uitæ laudes proſecutus ꝓponat omnibus philoſophis etiam Socrati Dio
genem Sinopeũ. An uero xp̃ianæ diſciplinæ libertas ſupra quã dici a nobis queat
præcellẽtior:qua .ſ.libertate nos Chriſtus donauit:lex enim perfectæ libertatis a Ia
cobo illo diuino ſine controuerſia nuncupata eſt:qua non in caninam uitam,ſed in
adoptionẽ diuinã fit trãſitus:qua & Paulus optauit apoſtolus diſſolui & eſſe cũ xp̃o.
Pari pacto ſi alias oẽs ſectas cõſideraueris ſub ſidere illas & ꝓſterni xp̃ianæ diſcipli
næ cõperies.Oẽs deniq; ſectæ ubi de fine hoïs fælicitateq; diſſerũt tã diuerſe id effi
ciũt,tã diſſone,tã ꝑnitioſe,ut ẽt quid bonum quid malum,tanq̃ amentes diſcerne
re nequeant:ut maximæ hinc iterum atq; iterum habendæ gratiæ Deo ſint,qui per
moſem primo deinde per unigenitum filium reuelarit,quid bonum quid malũ? de
quibus obſcuras uitiatæ naturæ ſemitas ſecuti philoſophi,nec rite,nec conſone de
creuere,ne dum abiecto malo bonum ipſum ſunt conſecuti.Porro noſtris in litteris
non paralogiſmi ulli,ſed ueræ præclaræq; & conſenſu bonorum omnium probatæ
ſententiæ,& miraculis comprobatæ:quæ propria illarum uidentur argumenta lit
terarum,quoniam quod ſupra naturam diuinitus præbetur hominibus,ſignis etiã
quæ ſupra naturam ſunt,diuinitus debet confirmari:& ad finem ſupra naturã per
duci: ut in calce primi libri ſatis explicuimus ſub exemplo ſyllogiſmi.Illo etenim di
uino lumine quo fides nititur,quo animi oculis æterna uidẽtur & ſperãtur:& ſigna
quoq; ab Apoſtolis & apoſtolicis uiris in fidei ꝓbationẽ adducta diuinitus a patre
luminum deſcendiſſe contemplamur:cui & ratio & humana omnia argumenta ſuc

cumbunt. Eas igitur litteras amplecti debemus, quorum ſtudio cum ueritatẽ ſequi
reiecta falſitate, tum fælicitatẽ conſequi ablegata miſeria & debemus & poſſumus.
Quas litteras ipſi gentiũ philoſophi peregrinatiõibus exiliiſq; ſuſceptis expetiue
runt, & ſi quid liquoris quem deſiderat animus ſitibundus ueri, ſua ipſorum litte
raria monumenta irrigauit, id totum ab earum litterarum fonte manauit: quando

Plato. Pythagoras. Democritus. Orpheus.

& Plato ægyptum petiit, indeq; academiæ & lycii fluenta q̃q̃ Cæno græciæ ſuperſti
tionibus addictæ ſemiturbida, decurrerunt. & antea Democritus & pythagoras in
ægypto diuerſati ſunt, prius etiam Orpheus, qui unius dei cultum ſeruandum Mu
ſæo præcepit, cum antea plurium eſſet cultor aſſertorq; deorũ: atq; hic quidẽ eo ma
iorem ſuæ peregrinationis fructum conſecutus eſt, q̃ pythagoras & Plato ætate po
ſteriores, q iam tum cœperant ægyptii paulatim cum præclaris moſeos monumen
tis multas etiam deorum pluriũ ſuperſtitiones admittere. Adde apud philoſophos
gentium & eloquentiã & rerum noticiã uiguiſſe, q̃q̃ diuerſis tractatã modis, ut eſt
uidere apud platonicos & peripateticos, apud ſtoicorum, & ſcepticorum uolumi

De multiplici theologorũ ſtudio.

na. Apud noſtros theologos & eloquẽtiam inſignem, & rerum notitiam exactiorẽ
inuenies, maiori & clariori lumine patefactam. Fuit autem in priſcis illis uiris theo
logis & noſtræ chriſtianæ legis promulgatoribus, pura & nuda ueritas; ſignis ſupra
naturam confirmata, qua gentes caruerunt. Deinde & præcellenti ingenio & doctri
na plurimi, Cum apud græcos tum apud latinos, non ut addicerent ueritati robur:
Sed ut eos reiicerent, qui ſinceritatem noſtræ fidei maculare conabantur, adnixi, nõ
parum multa ad ipſius theologiæ & propagationem & ornatum cõtulere. Dum. n.
ſacras interprætantur & declarant litteras, adeo multa protulerunt & profunda ſa
pientiæ flumina, ut inde ſibi potuerint quicunq; diuinis rebus delectarent, quoſdã
quaſi canales corriuare. Quis enim ignorat Petrum longobardum & ſuas ſentẽtias,
q̃bus enarrãdis iuniores oẽs ĩſudauere theologi, & Gratianũ diſcordiũ cõcordiã ca
nonũ, i qs explanãdis iuris põtificii iterp̃tes laborauerũt, ex ipſis antiq̃orib9 theo
logis cõpilaſſe: decretaleſq; põtificũ epiſtolas eorũ teſtimoniis cõfirmatas, ut ad ſa
cras tãdẽ litteras intermediis illis ipſis theologis recurreret. Vbi uero & i græcia ſtu
diũ litterarũ oio deſiit, & apud Italos ac exteros q̃ lingua utebãtur latina, cultus ea
rũ & p̃prietas elanguit, p̃petua dicẽdi ſeries incõciſam mutata ẽ, & ornatæ illæ dicẽ
di figuræ ex oratoriis officinis extractæ, in nudos dialecticorũ ſyllogiſmos, in mera
enũciata p̃cubuere ita, uti eorũ q̃dẽ ſequerẽtur dogmata, modũ uero ſcribẽdi nullo
pacto adſequerẽtur. Demũ ut oẽs ĩplerẽtur nũeri, & ĩ hoc ẽt gẽtibus p̃ſtaremus, nõ
defuere, q̃ & oratoriæ & dialecticæ & oĩs p̃bĩæ nõ ignari, ac ĩter oratores illos & dia
lecticos iſtos iterp̃res tãq̃ medii, ut q̃ utrorũq; munia obire tẽtarint, ueritatis mãife
ſtãdæ negociũ ſuſceperit, quo ad p̃batiſſimos illos & uetuſtiſſimos ĩtime & legẽdos
& ediſcẽdos a q̃bus. ſ. ſacræ ſincerius enarrabãtur litteræ, facilior omnino reditus
præberetur. quod nos q̃q̃ nec eloquẽtia nec rerum noticia p̃ſtabiles, cõſeq̃ tamen
cupimus, unde iã tot & tanta uerſauimus, cum apud græcos tum apud latinos deſi
ta, & apud plurimos etiam ignota uolumina. Sed qm̃ noſtra hac tẽpeſtate non mul
ti uel ſciũt uel curant uetera hæc, & quæ multis antiquata putãtur p̃bandi genera,
ſolũ uel cognoſcẽtes uel admittẽtes Ariſtotelem adeo, ut ſolũ ẽt eũ p̃bm arbitrẽtur
eiuſq; uera oĩa dogmata & ſacris cõformia litteris autumẽt, forte nõ illis diſſimiles
de q̃bus lucilius, ut pueri ĩfantes credũt ſigna oĩa Ahæna uiuere & eſſe hoĩes. Age

iam Ariſtotelem ipſum,& quæ ab eo fluxit,peripateticam ſectam ſingulariter examinemus,non iam uel ſedentes in porticu,uel recumbentes ſub academica platano uel in acie cum ſcepticis ſtantes,& circum quaq; quod obſtat urgentes.Sed ipſo in lycio cum Ariſtotele & ſectatoribus deambulantes.

IOANNIS FRANCISCI PICI MIRANDVLAE DOMINI,ET CONCORDIAE COMITIS,LIBER QVARTVS, IN EXAMEN VANITATIS DOCTRNAE GENTIVM, ET VERITATIS CHRISTIANAE DISCIPLINAE, QVI ET PRIMVS EST ADVERSVS DOCTRINAM ARISTOTELIS.

PROOEMIVM.

Vi philoſophi Ariſtotelis memoriam laudibus exornare cupiunt,ſoliti nō ſunt multum operæ inſumere,longaq; aut laborioſa inuētione fatigari:Præſto nāq; illis perſpicax eius ingeniū a Platone ita cōmendatū,ut cum abeſſet ab auditorio,actutum mentē abeſſe pnunciaret,præſto eſt & multa lectio,cuius gratia ab eodem Platone lector appellaretur.Huc accedit rerum affluēs copia,multis expetita,omnibus grata,ſtilus eruditus,atq; in primis elegans,non græcis modo ſed & latinis,qui græce ſciunt,ipſoq; et Cicerone laudatus:Partiendi uero materias tā exacta diligentia,ut res naturales ad uſq; minimas euoluere,& explicare ſategerit:Doctrina tā multiplex,ut nō philoſophos docuerit ſolum,uerum etiā rhetoras,poetas,hiſtoricos,eiſq; ipſis in rebus & arte,& ſi quādo libuit uſum pſtiterit.Quibus oībus & campus ſe ſe offert patens,in quo laudum ſeges ubertima,& ſuccurrunt pariter inſtrumēta metendi.Vitia uero illius quæ circūferri ſolent,alii non admittunt,alii quoquo modo poſſunt extenuare conantur.At cū ad illud eſt deuentū,ut excuſent eū ab ingrati animi nota,ꝙ contra pceptorem platonē,quē uiginti annis audiuit,ſcripſerit:ꝙ eius dogmata pleriſq; in omnibus & maxime principalibus in locis uexauerit,confutauerit,exploſerit,& torquentur ipſi & anguntur:Nihil tamen habent ea in re antiquius ꝗ ut amorem prætendant ueritatis,qua fretus Platoni magiſtro nō pepercerit,ipſumq; eius elogiū in promptu eſt,Socrate ueritas amicior,atq; illud in ſcholis protritum,duobus exiſtentibus amicis piū eſſe ueritatem in honore præferre.Itaq; adeo potuit Ariſtotelis nomen,& authoritas,ut non maximos ſolum haberet uirtutum præcones,Sed & eorum quæ a multis crimina eſſe cenſerentur defenſores eximios.Illudq; in primis ei contigit admirabile,ꝙ ingrati animi notam,quæ etiam uitio illi uertebatur,uitio ſane apud omnes gentes,& præcipue apud perſas maximo,eam laudi & quidē præcellenti ueritatis defendendæ tribuerunt.Ego uero & ſi laudibus non mereor ornari,nec etiā eo pſus ambitu laboro:qđ tamē & culpa caret,& calumnia carere meriro debet,id ipſum damnari a noſtris hominibus & cauſa præcipue idicta,nullo pacto uelim.Propterea illud ego ab Ariſtotelis nimiis amatoribus & laudatoribus q nūc i eccleſia noſtra uiuunt libenter impetrarem,ut me qui ab Ariſtotele multa dicere,& uiginti circiter annos eius uolumina comperiendæ gratia ueritatis uer

De laudibus Ariſto.multa

Vitia Ariſto. diſſimulata.

Quid querat a lectoribus author et quibus de cauſis

ſaſſe non diffiteor,ſi eius doctrinam quaſi libra appenſam,& diutius in examine uerſatam,non id habere ponderis quod pleriq; exiſtimarunt aſſeruero, ſi fruſtra ri fine philoſophiæ,ſi incertam ſi pleriſq; in locis falſam monſtrauero,pariter excu ſent,potiuſq; id amori aſcribant ueritatis,& pietatis cultui.Negabunt ne mihi chri ſtiani homines & fratres unius religionis ueræ participes id petenti,quod Ariſto teli alienigenæ & prophanis gentiũ ſuperſtitionibus mancipato gratis nulloq; intercedente conceſſerunt?Nõ potuit quidã idololatra ferre græcam urbem inter quirites,non potuit tolerare deliramenta ægyptiæ terræ tam longe ſitæ,feram ego chriſtianus homo,inter chriſtianos,ipſis ſub oculis,& propalam,Chriſti euangelio uel præferri uel æquari Ariſtotelea uolumina?adeo exculta,æſtimata adeo,ut non difficulter aliquem reperias ex ſuperbis litterarum cultoribus,qui Ariſtotelicum ſe q̃ chriſtianum dici non ambiat.eam.n.docti,& inſignis uiri, hanc rudis & plebei nomenclaturam autumant,adeo rudes,& ueræ prorſus rationis egeni ſunt, inde al lucinari ꝙ certa oĩa apud Ariſto.firma oĩa & incõcuſſa putent ſic,ut nihil certius, nihil ueritate fultum magis poſſit inueniri.Multa(nec diffiteor)apud Ariſtotelem eruditio,multa elegantia ſcribendi,multa etiam fortaſſe ueritas,ſed certe non par ua uanitas:bilancem adhibe,& quid præponderet animaduerte, crebro utere ,ut a grano gluma diſcutiatur,& ad Zephyrum paleæ iacentur inanes.Quid ſuccenſes? peto ne aliud a te q̃ ꝙ inde digreſſus meliora q̃ras?& ab humanis ad diuina quaſi fidei & amoris alis te te ſubleues?An propterea toruꝰ es aſpectu ꝙ Ariſtotelis doc trinam uanam ipſe appellauerim?cur non illis in primis & magis iraſceris,qui ipſũ dixere pharmocopolam,uti ab Ariſtocle peripatetico, & ab Euſebio proditur & ab Athenæo: cur non Theocrito Chio ?qui ut eſt apud eundem Ariſtoclem apud Diogenem, apud Euſebium ,uanum Ariſtotelem nuncupauit, idq; etiam acrius ab eo poſita græca uox ſonat κυόφρων .Sed & minus multo ſuccenſere debent,qui didicerint in libro ſapientiæ id uanitatis argui,cui nõ ineſt ſcientia dei, & qui apud Salomonem legerint,omnia ſub uanitate concluſa ; ut hoc etiã meum ſtudium,Si qui ſub ea repoſuerint,modo ipſi proficiant,& ueritatem agnoſcant,nõ egre feram. Alioqui quid mihi quæſo cum Ariſtotele?ueritatem ſequor,atq; ut alii ſequantur exhortor,Equidem & aliquando eius dogmata,de anima rationali, & de appetitu materiæ primæ dicatis commentariis expoſui,& cum ei falſo quidam male morati homines,ad excuſationem ſuorum facinorum,adſcribere impietatẽ cir ca prouidentiam diuinam molirentur,pro Ariſtotele dixi,oſtendens illam affirma tam ab eo,non tamen ſincere nec omnino multis,proptereaq; eius ea de re dogma & a Naziãzeno & a Theodoreto σμικρολόγον ſit appellatum;omnia tamen ipſius opera diſcuſſa pro uiribus,adſtipulari nõ derogare diuinæ prouidẽtiæ prima ope ris ea de re compoſiti parte longi opere ſubſellii pateſeci:Atq; alias quoq; ab anti quis nonnullis ipſum Ariſtotelem & a Laurentio Vallenſe eadem cauſa defendi,ip ſumq; naturæ interpretem in libro de imaginatione nuncupaui,in quo illum ſicu ti & in aliis ſæpenumero ſecutus ſum,quia uel ita ſe ſe res habere uideretur, ut ipſe decreuerat,uel quia tanta ferebatur eius authoritas ut diſquirendum eius de ueri ritate doctrinæ in ſe ſe non ſuccurreret, neq; enim philoſophum ſed philoſo phiæ legem pleriq; omnes arbitrabantur . At qui nunquam ita ardens in eius & aliorum philoſophorum ſtudio fui, quin & incertam eorum doctrinam

Quid de Ariſtotele in uniuerſum.

plurimũ

plurimum & in pleriſq; falſam nõ aduerterem. Quod ideo ſum præfatus, ne ſubito quodam uitio mentis quiſpiam me, ex amatore inimicũ factũ exiſtimaret. Teſtãtur hoc ipſum libri a me editi de ſtudio philoſophiæ, & Theoremata de fide, & logicæ inſtitutiones, in quibus uel tenuem quendam huius poculi guſtum dedi. Nihil enim apud me potius fuit q̃ ueritas, quæ maioris apud omnes momenti debet eſſe q̃ cætera: pro qua non modo contra Ariſtotelem: ſed contra mea opera ſcribere me paratum profiteor, ſi quando me deerraſſe depræhenderem. An ego maior Auguſtino? qui retractauit, & emendauit ſua ipſius iam emiſſa ſcripta. An Nazianzeno maior? & laudante & uituperante maximum. An maior Hieronymo ſemet in ſuis in eſaiam, & in abdiam commentariis, corrigente? An Io. Pico patruo maior? qui ſe ſe olim fefelliſſe adoleſcentem, præclara quæpiam ueterum nomina, in ultimo aduerſus aſtrologos ſcriptum reliquit: quiq; aliam maturioribus annis, aliam in adoleſcentiæ feruore de aſtrologia & magia naturali ſentẽtiam tenuerit, uti & quinto & ſeptimo de prænotione rerum libro ipſe mõſtraui. Ingenuũ dubio procul eſt propria tollere & eliminare ſi quæ occurrerint errata: quod & gentes etiam ſæpenumero obſeruauerũt. Sic enim uetuſtus author Hippocrates medicus, ſic Soſigenes mathematicus, ſic Dionyſius rhetor, ſic pollux, ſic Cicero, ſic Quintilianus, ut ſteſichorum, & alios taceam complures, effecere. An id etiam non fecit Ariſtoteles? qui q̃q̃ ſæpe damnat platonem, laudauit nihilominus egregie, & de eius laudibus orationem ſcripſit authore Olympiodoro: eiq; ipſi aram poſuit, noto illo epigrammate, cuius & Philoponus meminit & Hãmonius: In elegiis quoq; ad Eudemum cecinit in laudem platonis multa, inter quæ illud, Nulla ferent talem ſæcla futura uirum. Horum autem in numero, quo ad rem hanc attinet, nequeo propterea collocari. nã ſi laudaui alias, aut defendi Ariſtotelem ueritate duce, non tamen aut religioſam, aut penitus certam, aut omnino ueram doctrinam eius aſſerui: ſed innui ſæpenumero, & quandoq; etiam ſubſignaui certam non eſſe, ſed probabilem, nõ ueram omnino, ſed aliqua ex parte falſam, non religione fultam, ſed ſuperſtitione labefactatam, ut pote hominis, & q̃q̃ inter gentes magni, & forte maximi, hominis tamen, & ueræ lucis, ueræ religionis ignari. Quæ omnia nũc latius explicaturus ſum, ut qui plures ipſi hærent Ariſtoteli q̃ euãgelio, & qui in eius uoluminibus euoluendis, totum uitæ tempus, melioribus officiis tribuendum, tanq̃ fini ultimo ueritatis inueniẽdæ deuouerunt, poſſint facilius ſi uoluerint reſipiſcere. q̃q̃ excipio in Ariſtotele quæpiam ueritate (uti arbitror) fulta, nec aliis etiam ignorata philoſophis, eaq; a Deo eſſe decerno, naturalis & largitore & illuſtratore luminis: atq; aliqua non ſolũ uera, ſed longe præclariſſima non ambigo, forte tamen non eius inuenta dicerem, ſed a platone & pythagoreis qui moſayca in ægypto didicere deriuata. Nonnulla quoq; ab ipſo puto fuiſſe inuẽta, nõ tã doctrina q̃ eximia cura, ac diligẽtibus experimentis: uti licet uidere in libris de hiſtoria, partibus, generatiõe aĩaliũ, libris utiq; oium quos unq̃ ſcripſit multorũ ſentẽtia præclariſſimis, quos tamẽ eſſe ab omni errore prorſus immunes negant pleriq;, quibus facile nonnullis in rebus conſentirẽ. Itaq; poſt uanitatem aliorum philoſophorum & etiam Ariſtotelis quoquomodo detectam tribus libris ſuperioribus, hanc ipſam Ariſtotelis doctrinam, quæ maximo nunc eſt in pretio, & diligentius appendere, & ſcrupuloſius in trutina collocare libeat, ut quod in ea etiam eſt uanum & leue, ſincerius deprændatur,

Alia autho. opera.

Veritas p̃ferẽda oibus.

Q̃d multi contra ſuamet opera ſcripſerint.

Ab Ariſtotele & dãnatur & laudatur plato.

Quomodo author & p̃ ariſtotele & cõtra ariſtotelem.

In quo munere obeundo,ſiqua uera bonaq; eluxerint, non mihi ſed luminum pa-
tri accepta, referri uelim. Quod q̃q̃ alus omnibus in libris meis ſemper cupio , in
hoc tamen quarto huius operis,& iis qui ſequentur quarto & ſexto,maxime opta-
uerim.Nec tam modeſtiæ cauſa hoc ipſum prolatum habeatur, q; non ſatis aptum
huic oneri ferẽdo ipſememet auſim exiſtimare,q̃ ueritatis . Qua neſcio quo pacto.
ſũ pductus ad id,qđ alioqui forte nũq̃ ſperaſſem,iniquiſſimo primũ exilii mei tem
pore,quo & arma potius tractare iuſta ut iniuſtis reſiſterem,& opem regum & prin
cipum implorare,& amicitias æqualium parare opportuiſſet:Deinde in iuẽda qua
drienni bello iam recepta patria,ubi non minus laboris exanclauimus iterum re-
duces,q̃ in alienis ditionibus iterum exules:nihilo tamen minus inter illa ipſa inco
moda,præſto fuerunt omnia,quæ huic operi abſoluendo iudicarẽtur conducere,di
uinitus condonata:Quoniam & in peregrinationibus elucubrandi affuit animus
& in alienis urbibus uariarum linguarum bibliothecæ non defuerunt,& in propu-
gnandis mœnibus iam partis,tanta inter machinas bellicas,inter pericula, ſæpenu
mero & tranquilitas & quies animi,ut in pace & in ocio maior deſiderari pene non
potuiſſet. Quæ inter tot calamitates cõmoda,quis diuinitus pfecta iure queat am
bigere? & ipſi deo nõ debere accepta referri ? a quo omnia & uera & bona tanq̃ ab
ipſiſſimo ueritatis & bõitatis fõte deducũt puidẽtia mirabili.Sed iã quarto hoc qđ
præ manibus babemus libro,uanitatẽ Ariſtotelis aperire conemur in uniuerſum.
Quinto aũt & ſexto particularius atq; (ut arbitror)efficacius, id ipſum moliemur.

Qđ author qcqd bõiſu is i opib; in eſt deo accep tũ refert.

Quod doctrina Ariſtotelis in examine appenſa,plus inanis q̃ ueri ponderis præſe
ferat,& q; triplici ea uanitate labet.Ibiq; trium etiam ſequentium librorum ordo
particulatim explicatur. Caput primum.

E Rgo ne in libra doctrinam Ariſtotelis appendimus?o laborẽ mul-
tis calumniæ morſibus expoſitũ.Sed nil pietate duce, nil comite ue-
ritate timendum eſt.Primum illud(ni longe fallor)cõſtat:altera in
lance ſi poſuerimus diligentiam,ſtili elegantiam , acumen ingenii,
multam lectionem,multamq; doctrinam Ariſtotelis,parum in ea nos præterea poſ
ſe collocare:In altera uero ſi triplicem poſuerimus uanitatem, non præponderare
illam,ſed præ inani momento hanc in aerem longe ſuſtolli,facile putauerim. Vbi.n.
ſuperſtitio,incertitudo,falſitas,quid ſolidi ponderis?quid non inane? non uanum?
Hãc autem uanitatem ubi toto opere deptæhenderimus,falſi examinis nomine in
iuſte damnabimur.Itaq; triplici uanitate,de cuius ſignificatu primo operis huius
libro diſſeruimus,labare ipſam,& iam iam corruere uideri poterit. Principio autem
de initii & finis uanitate & de fallacibus mediis agendum:cum ut ordo ſeruetur,tũ
ne ad inuidiam nobis ſit hæc diſputatio, ſed potius ad pudorem eorum qui noſtrũ
in ea litteris mandanda inſtitutum damnauerit,illam ipſam fore , ſapientes rerum
æſtimatores cenſeant . principium philoſophiæ a ſummo bono pendere.ipſumq; fi
nem poſitum in adeptione ſummi boni,tam rudes q̃ eruditi putant: & ipſemet Ari
ſtoteles conſentit,docens quicq̃ non eſſe quod non appetat bonum , hoc autẽ præ
terq̃ religione poſſideri non poſſe conſenſus fuit omnium qui bene in litteris audi-
uerunt:Nec ab hoc Ariſtoteles abhorruit,qui & in ethicis, & in ſua quam inſtituit

Prima uanitas doctriæ Ariſtotelis explicatũ lõgo decurſu.

re pu

re publica & in re domeſtica de religione præcepit. At q̃ uanus fuerit omni hac in re, hoc eſt & in capiendo initio, & in fine decernendo, & in eo quo illum adipiſci docuit intermedio, facile ſumus cum teſtimoniis, tum ipſiusmet uerbis probaturi. In primis non Deum, ſed malum dæmonem ſui ſtudii ſuaſorem, & præceptorem habuit: ſic ꝓdit eiꝰ uitæ ſcriptor & operũ expoſitor Philoponus, docẽs pythiæ iuſſu phari cæpiſſe Ariſt. καὶ τῆς πυθίας κελευούσης αὐτῷ φιλοσοφεῖν ἐν Ἀθήναις ἐστάλθαι. Et Pythia inquit iubente ipſum philoſophari mittitur Athenas, fæmina autem hæc erat Apollinei templi cuſtos inſtincta, & agitata dæmone. eum autem dæmonẽ, Cũ ipſe, tum alii putabant Deum præſcium futurorum. Nec hoc mirum debet uideri, quoniam ea tempeſtate alii etiam, utrũ facile, tutoq; philoſophari poſſent, ab Apolline quærebant. Sic de ſe fatetur Oenomaus, uir ut Euſebius affirmat, apud græcos tam philoſophia q̃ eloquentia nobilis: qui etiam in ipſum inuectus Apollinem bis ab eo ſe deceptum aſſeuerat. Idem Ariſtoteles ſicuti Apollinem euentorum prænotione pollere, ſic & Iouem & Iunonem ſalutares exiſtimabat, unde & Ioui ſalutari, ſoſpitæq; Iunoni uota nuncupauit. At qui de Deo ipſo non ſincere loquitur, ut pote & plurium memor cultorq; Deorum, & de natura eius ipſius quem & ſingulariter quandoq; uocat Deum, uarius eſt, & anceps. Porro ipſius religio qua ſummum bonũ, ipſamq; fælicitatẽ parari cenſuit, non religio eſt, ſed ſuperſtitio, & meracissima uanitas, Idolatriæ uel ſubiecta uel mixta: Nã qui plures colebant Deos in ſacris regum libris prouocare Deum dicuntur in ſuis uanitatibus. Ipſe autem non ſolũ diis, ſed & heroibus gentium ſacra decreuit, eouſq; deuectus, ut & amatæ imolauerit fæminæ, inſtar eleuſiniorum, ita enim memoriæ proditum eſt ab Ariſtocle, ab Euſebio, ab aliis. Sed q̃q̃ philoſophorum hoc libris commendatum eſt, quoniam tamen ad morum calumniam, non ad doctrinam pertinet, poſtponamus. Neq; eni ipſe hoc affirmauerim pro certo, ſicuti nec illud ꝙ i cauſa fuerit, ut uenenum propinaretur Alexandro, ex arcadia ſumptum rupe, quod quidem uenenũ ut Plinius inquit, magna eſt Ariſtotelis infamia excogitatum: nec item ꝙ patriam Stagiran macedonibus prodiderit ut Ariſtocles retulit, dum pro eo Apologiam faceret in ſeptimo de philoſophia: quod & repetiit idem Euſebius in quinto decimo: ad ſolidiora deueniendum eſt. Legimus in eius teſtamẽti tabulis, eum ca uiſſe, ut matris Ceres, & quæ uouerat animalia lapidea, i Nemea, & in ſtagiris collocarẽtur. Qđ ſi nec tabulis credamus, quas tamen uti leges eſſe ſeruandas, ipſe præcipiunt leges, ad Ariſtotelis ꝓpria uerba, ipſis in eius litterarum monumentis relata deſcendamus. Certe ꝙ deos colẽdos ſuis ipſe uerbis docuerit, qui legunt ethicos libros facile depræhẽdũt, Nãq; ad filium Nicomachum dum ſcriberet, primo libro fælicitatem deorum munus eſſe non negauit, ac ut eius utar uerbis θεῶν δώρημα. Et in quinto ipſius operis libro eius iuſti quod a lege dimanet partem fecit ſacrificia, ut ἄρνα θύειν, ideſt capram imolare. De magnificentiæ quoq; uirtute libro quarto, cũ præciperet, deorum templa magnis tradidit exornanda ſumptibus. Et alibi quoq; plurium deorum maxime memor, ut in magnis moralibus εὐτυχία ἐστὶν ὥσπερ ἐπιμέλειά τις θεῶν. hoc eſt bona fortuna eſt tanq̃ deorum procuratio. laudat Homerum in politicis, qui dixerit ꝙ erat Iuppiter. πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε. Et item θεοὺς βασιλεύεσθαι. hoc eſt deos regnare cenſuit. De ipſo autem cum diſſereret Deo, in duodecimo metaphyſicorum libro: animal dixit eſſe ſempiternum optimum, per hæc uerba φαμὲν δὲ

Oenomaus phs.

Ariſtocles.

plinius.

Euſebius.

τὸν θεὸν εἶναι ζῶον ἀΐδιον ἄριστον.hoc eſt dicimus aũt deum eſſe aial ſempiternũ opti
Alexander. mum:ut hinc fortaſſe ſuum traxerit Alexander aphrodiſiæus delirium docẽs, deũ
eſſe mundum. Ariſtotelis.n.ſibi ſenſa uidebatur expromere qui ita putaſſet, quod
Plutarchus & ei Plutarchus aſcripſit.& uidetur Themiſtius in libro de anima eũ ẽt ſecutus,cum
Themiſtius dixit Deum eſſe animal ſempiternum prouidens,& beneficum homini. Qua uero
iniuria ea protulerit Ariſtoteles uerba eius fautores diiudicent? qui ſi alio uer-
tere uerba uoluerint,ad ipſum prouocabo,ad antiquos expoſitores, ad ipſum etiã
Albertus Albertum cognomẽto magnũ,qui ei id uitio uertit,ad alios ẽt quorũ hoc ipſo ope
re citabuntur nomina & ſententiæ ſuper hac re latæ referentur. Sed quid eſt opus
diſtorquere ſenſa philoſophi commentis parum firmis ne ineptis dixerim? Cum
Reſponſio adducunt in medium illud φαμὲν quo cõtẽdũt ex aliorũ opinione non ex propria
eũ locutum:quam ſententiam præclari alioqui & dubio procul magni uiri, tam &
Confutatio ſi parum gnari græcarũ litterarũ ſecuti ſunt. Legãt quæſo primum de naturalibus
multiplex. principiis librum,ubi maxime propriam aſſeuerat firmatq; ſententiam,& tanq̃ re-
rum naturæ fundamentum iacit,ubi formæ meminit & materiæ, Alteramq; nõ eſſe,
Alteram,ut creditum quibuſdam fuerat,ſancit per hæc uerba ἡμεῖς μὲν γὰρ ὕλην
Simplicius καὶ στέρησιν ἕτερον εἶναι φαμέν. Qua ſententia Simplicius in maximis illis in primum
phyſicorũ librũ cõmentariis,differentiã inter platonis & ꝓpriam opinionẽ ſtatuere
ſcribit περὶ τῆς ὕλης καὶ τῆς στερήσεως .i. de materia & priuatione. propriam itaq;
opinionem illa dictione φαμὲν expreſſiſſe conſtat,tantum abeſt ut ex aliorum opi
nione aut uulgi fama loqueretur. Poſtea cum formam diuinum quiddam & bonum
& deſiderabile dixiſſet,priuationemq; illi contrariam aſſereret, his dictionibus eſt
uſus τὸ μὲν ἐναντίον αὐτῷ φαμὲν εἶναι.qbus ex uerbis ſuꝑfluo cogitata fuga eſt ex
modo locutionis,ſicuti etiã ex ratione uocabuli illius ζῶον ἀπὸ τῆς ζωῆς.i.animal
Alia reſponſio. a uita,quoniam & ipſa in animantibus uita deriuatur ab anima. Illud magis mirã-
dum inueniri cui placuerit ab Ariſ.proditum,uiuentem æternum,non animal ſem
Confutatio piternũ. Sed ipſa Ariſtotelis uerba nullo pacto hoc admittũt, neq;.n. ζῶντα αἰώνιον
multiplex. hoc eſt uiuentem æternum apud eum habetur, ſed ζῶον ἀΐδιον. ideſt animal ſem-
piternum:Nõ admittit etiã ratio Ariſtotelicæ doctrinæ,apud quam præſtat animal
uiuẽti:quare aialis noie q̃ uiuẽtis potius uiſus ẽ eũ ipm quẽ uocat θεὸν honorare,
oẽ.n.aial uiuit, At multa apud eũ uiuũt quæ nõ ſunt animalia,ut herbæ, fructices,
plantæ. Quo factũ ut ei ipſi θεῷ quem dixerat animal ſempiternum, actutum ſubie
cerit uitam & æuum continuum & ſempiternum: & hoc eſſe θεὸν uoluit. quod autẽ
de intellectũ corpus æthereũ agitante intelligi uoluerit,quæ non multo poſt eodẽ
ſubiecit lib. uerba ſatis indicãt,affirmãtia eſſe illũ τῶν φαινομένων θειότατον,i. appa-
rẽtiũ diuiniſſimum. Et q̃q̃ poſtea uidetur de uno Deo,& eius bonitate apertius lo-
qui ut etiam diximus in libro de prouidentia,non defuerũt tamen qui ex omni de
curſu duodecimi libri primæ phiæ,Deum alium non conuinci putarint ab Ariſto-
tele,præter q̃ mẽtem illam primam,qua primum rotatur cælum: Quod aperte ſcri
Baccon. bit egregius philoſophus & theologus Io. baccon carmelita in primo ſententiarũ
commentario,diſtinctione uigeſima prima:eam uero mentem infinitæ perfectiõis
apud Ariſtotelem haberi,probatũ nõ eſſe,& ſuo ipſemet ingenio baccõ, & ingenio
Herueus ſorum doctorum authoritate decernit. Sic Herueus acutiſſimo theologus ingenio
in ſecundo in ſententias commentario,diſtinctione quartadecima & ſcribit & pro-
bat

bat Ariſtotele in xii. metaphyſicæ, dum de primo motore qui ſit actus purus loqui-
tur, non loqui de omnino primo quem uocamus Deum, ſed de toto genere motorũ
ſeperatorum: eiuſq; opinionem de ſeperatis ſubſtantiis fideli ueritati tripliciter re-
pugnare cõtẽdit: & cælũ ipſum a deo iuxta Ariſtotelis & ẽt Auerrois opinione exe-
cutiue non moueri Petrus aureolus decernit, a quo tamen moueri multi ex. ſti-
marunt. Certe Philoponus græcus author in tertio de anima cõmẽtario, intellec-
tum dicit apud Ariſtotelem eſſe eum qui inerrabilem uertit ſphærani, & quem ipſe
nuncupat creatorem, ſed Platoni omnino non uideri Deum eſſe intellectum, neq;
item piis dogmatibus id eſſe conſonum aſſeuerat, qm̃ Deus ſuper intellectum eſt: un-
de prouidentia quæ dicitur græcæ πρόνοια noiatur inquit ὡσ πρὸ τοῦ νοῦ ὤν, tãq̃ πρόνοια
ſupra intellectum ſit. Scio tamen alios contra putare, & rationes afferre, ſcio & il-
lis etiam poſſe reſponderi: Nec etiã me latet octauo phycorũ illud annotatum, dei
nomine quod ex cælo & intellectu componi dicitur, appellari: & in topicis diuidi
animal per ſenſile & itellectile: Vt ſileã quid ẽt primo de anima ſcripſerit, qđ ad rẽ
hanc poſſet pertinere: Nam & quinto libro cum de definitiõe diſputabitur & ſexto
cum de metaphyſicis ageť hac de re etiam diſſeremus. Ad hunc enim locum nõ per-
tinet proprie ut iſthæc controuerſia diſcutiatur: & quid alii pro eo, quid contra eũ
attulerint recenſeamus, quandoquidẽ in preſentia curamus, ut ex uerbis Ariſtote-
leis potius q̃ ex aliorum, male de religione ſanxiſſe illum condoceamus. Cæterum
in libro de mundo ad Alexandrum in æthereo corpore platoni aduerſans colloca-
uit Deum, qua de re taxauit illum martyr Iuſtinus, taxauit item Athenagoras phi-
loſophus in oratione quã habuit p̃ chriſtianis ad Marcũ imperatorẽ & cõmodum,
atq; oſtendit apte Deum ab Ariſtotele exiſtimatũ eſſe aial ex aia & corpore conſti-
tutũ. Sic & Galenus i libro de hiſtoria p̃hica putauiſſe cẽſet Ariſtotelẽ, Dei quoq; ut
aialis mentionẽ fecit primo libro de anima, ut etiã Simplicius apte teſtatur. Sed hac
de re ultimo huius op̃is uolumine latius. tãtũ ſit ad p̃ſens admonuiſſe in Ariſtote-
le nõ fuiſſe dei ſcientiã, ac per hoc teſte ſapientia uanitatis nomine culpandum, neq;
eius in ſcriptis contineri religionẽ, ſed ſuꝑſtitutionẽ: Quod cũ ex iis quæ narraui-
mus late pateat, accuratius nihilominus ſi uoluerimus ſextum, & ſeptimũ politico-
rum pcurrere depræhendemus, ubi Deis & templa & ſacerdotes inſtituit, & honorã-
dos ipſos præcepit deos a ciuibus, & iuſſit per regiones diſtribui ſacella non diis ſo-
lum, ſed heroibus, ac alia complura quæ in noſtro de prouidentia libro ſcripſimus,
Cum & ab impietate ipm̃ defenderemus, & diuinum cultum, & prouidentiam per
eius ſcripta poſteris tradidiſſe doceremus, non ſincere tamen illum quidem, & reli-
gioſe, Sed ſuperſtitioſe prorſus more gentium reliquarum: qui & oraculis quoq; dæ-
monum accedebat, & aliquas quæ præter naturam uidebantur cauſas in ipſorũ ua-
ticinia tanq̃ diuina reduci aſſentiebatur, hinc illud in tertio de natura animalium.
ꝗ Caper quidam in lemno & eius maſcula proles lac emitteret dum mulgeretur tã-
ta copia ut inde πυριεφθας colostra uertit Theodorus Gaza, conficerent, ea. n.
uti σημεῖα .i. ſigna, oſtenta uertit Theodorus, haberi exiſtimauit, & referri accepta
uaticinio, Deus inquit conſulenti reſponderat futurum ut polleret incremento pe-
culii. Quare qui colunt Ariſtotelem colere ſe Idololatrã cognoſcant hominem: qui
tam bene ſit philoſophatus, ut ſi martyri & philoſopho Iuſtino eo in opere quod e Iuſtinus
græco uertimus in latinum, Si procopio hiſtorico quarto in libro dum de Euripi

natura differit ſtare uoluerimus,animi mærore quia.ſ.cauſam ipſius Euripi non po
Mors Ariſto. uarie ꝑdita. Náziázenus tuerit agnoſcere deceſſerit e uita.Gregorius etiam Nazianzenus apud græcos co/ gnomento theologus,primo contra Iulianum imperatorem libro cum ſcripſiſſet. cum Homero male eſſe actum ob ignorationem problematis Arcadici,mox Ariſto telis philoſophiam paruipendit,in Euripi uarietatibus & permutationibus,in qui bus & obiiſſe ſubintulit ꝑ hæc uerba καὶ τὴν ἀριστοτέλους φιλοσοφίαν καὶ προσεδρεί αι ἐπὶ τῷ τοῦ εὐρίπου μεταβολαῖς ὑφ' ὧν τεθνήκασι.ipſius aūt theologi græcus iter pres, & earum quas citat hiſtoriarū declarator, affirmat Ariſtotelem cum natu ram Euripi chalcidici ideſt pelagi eius quod ſepties in die mirabili modo conuer/ titur deprehēdere non potuiſſet, ſe ipſum í ea maris parte precipitaſſe hoc ipm re ſonans ἐπειδὴ ἀριστοτέλης οὐχ εἷλε τὸν εὔριπον εὔριπος ἐχέτω τὸν ἀριστοτέλην.hoc eſt poſtq̄ Ariſtoteles non prehendit Euripum, Euripus habeat Ariſtotelem,& ſubne xuit καὶ τέθνηκεν οὕτως & ita mortuus ē.Nihil aūt magiſtro aſſenſus ē Socrati qui ſi Xenophōti adhibemus fidē,huiſcemodi occulta ꝑquiri uetuit,cui et aſſenſus uidet ille ſiue poeta ſiue hiſtoricus q cecinit,Tu q̄ cuiq; moues tā crebros cauſa meatus,ut ſuperi uoluere late.Alii alia de obitu ipſius,quos inter Eumelus hiſtoricus ꝑdidit quod & apud Suidam quoq; legitur,Ariſtotelem aconito ſumpto ſibi ipſi manus,in tuliſſe.Num præclarus hic finis uitæ philoſophicæ?Sane finis(ut uidetur)principio reſpondens.nam ſi dæmonis inſtinctu ſe peremit,& habuit huius uitæ finem, certe

Aeolus. & iuſſu dæmonis habuit initiū uitæ ꝑhicæ,ut ei comodiſſime illud æoli poſſit aptari κακῆς ἀρχῆς γίνεται τέλος κακόν mali pricipii finis malus.Cognoſcāt igitur q̄ue co lunt,ut memores ſint apoſtolici præcepti,& caueant ne per inanem philoſophiam decipiantur.Prima igitur hæc uanitas,quoniam & malum fuit initium, finis quoq; malus,non uitæ ſolum ſed ipſius doctrinæ,quæ ad bonum finem ſincere non ducit, & inter medium quod docuit finis acquirendi non religio eſt,ſed ſuperſtitio. Secun

Epilogus primae uanitatis Ariſtoteleae. dam uanitatem monſtrabimus,quoniam & ſi certa eſſent eius litterarum monumē ta,quæ ducentur in controuerſiam,in eis tamen pollicetur certa,nec ſtat promiſſis; incerta uidelicet & ambigua comminiſcens,idq; authoritatibus compluribus, & ra tionibus confirmatum iri uolumus.Falſitatem quoq; ueritatis loco tradidiſſe doce bimus,quando & plures,& inexpiabiles commiſit errores,quæ omnia ſuo ordine horum decurſu librorum patebunt.Sed primum omnium explicādum puto,unde illi tanta nunc fere apud omnes authoritas extiterit.Subinde illius opera monſtra

Quo modo ſ opere procedendum. bo ambigua & pleriſq; in omnibus apocrypha,quam ob rem inſtar belli Procede/ mus.Nam uti in re militari fieri ſolet,uelitaris pugna committitur,priuſq̄ confer/ tum ineatur prælium,& leuis armaturæ milites phalangem præcurrunt.Ita ad præ ſens hoc in litterario bello ſi fecerimus, uideri poterit neq; inconcinne factum neq; alienum ab inſtituto.Excogitauimus itaq; operæpretium fore,ut nimiis cul/ toribus Ariſtotelis,qui parum ſunt alienis in libris,nihil omnino in græcis uer ſati, monſtretur & principium & ordo ſupremæ Ariſtotelee authoritatis, ut mox diſcant q̄ neſciant adhuc quid ſit quod profiteantur. Atq; illud uti ſciant, neſcire tamen quid rei uerus uſus, aut quorſum tandem negocium ſit proceſſurum. Quapropter ubi docuerimus non tantæ prioribus ſæculis fuiſ ſe quantæ nunc eſt æſtimationis Ariſtotelem, ſubinde aperiemus incertos

eſſe

eſſe ipſius libros,qui maximo habentur in prætio:hoc eſt non cõſtare adhuc an ullum habeamus librum ab eo compoſitum.Quod & ſi concedatur,nõ liquere tamen aliquid eſſe eis in libris quod illi poſſit extra controuerſiam attribui.Inde ad doctrinam ipſam etiam ſi eius ſit & habeatur legitima,non ſuppoſititia & notha, infirmandam ſumus progreſſuri:auctoritate ſectatorum,ſcribendi modo,bello expoſitorum perpetuo,chriſtianorum theologorum magni nominis iudicio,errorũ pernicie,ſenſus fallacia,eius demum ipſius teſtimonio.Quæ ubi primo libro tãq̃ generatim explicata fuerint,Atq; iis etiã aliqua erit in parte ſatisfactum,qui nõ ſunt Ariſtoteleis in libris doctrinaq; uerſati,nec potentes ſatis,fortiores comprehendere rationes.Vbi inq̃ primo libro hæc peracta fuerint,Secundo preſſius rem urgebimus,& multis uiis demonſtrandi,& ſciendi artem ab eo traditam minus certam aperiemus.In tertio uero,multorũ eius errorũ caterua ſubſignabitur,ut commoniti demum hac triplici uanitate,doctrinam omni fultã ueritate & quæramus auidius & ardentius excolamus.

Vnde nam tanta Ariſtoteli noſtris temporibus authoritas tributa,ubi de uario philoſophãdi ſtudio p diuerſa tpa,deq; diuerſis inſtitutis.Io.Pici atq; ipſius authoris. Cap.II.

PRimum autem declarari oportere arbitror,unde nam tanta illi facta fuerit authoritatis acceſſio,ut aliquot ſæculis philoſophus appellatus per excellentiam ſit,& ſolus dignus habitus cuius uerſarentur uolumina:cum nihilominus aliarum ſectarum principes olim clari fuiſſent & conſectaneorum multitudine,oppido q̃ honeſtati: Nec defuerint etiã ex ipſius ſectatoribus qui aliquibus in rebus reprehendere illum ipſum non ſint ueriti.quod manifeſtum eſt apud Themiſtium conãtem & a Theophraſti & ab Andronici impugnationibus defendere Ariſtotelem.Atq; apud Philopponum & Simplicium id ipſum pleriſq; in rebus licet animaduertere. Mihi certe multa cogitãti & uerſanti plurima,nihil in cauſa uidetur fuiſſe magis q̃ ignoratio,& Arabũ maurorumq; quorũdã ruditas,& inculta barbaries:qui in id impegerint qđ i primo de generatione libro uitandum ſubinnuit Ariſtoteles ipſe,eos cauſatus qui ad pauca reſpicientes enunciant facile : atq; ut ipſe ſuiſmet uerbis loquitur πρὸς ὀλίγα ἐπιβλέψαντες ἀποφαίνονται ῥᾷον. Nam q̃ diu ſteterũt Athenæ:ſtetit in Academia,platonica ſecta,eademq; multiplex:ſteterunt & in ſua porticu Stoici,uiguit & ephectica inſtitutio,& aliæ philoſophorum familiæ floruerunt.Sic & q̃ diu romanum ſuo in robore manſit Imperium,i urbe Roma Plato multũ excultus ,Stoici magnopere celebrati ſunt.Pirrhonii plurimum potuerunt.Fidem faciunt Ciceronis & aliorũ boni nominis authorum monumenta . Ipſe etenim Cicero nouos magis coluit academicos & platonem ſemper excepit,magis coluit & ſtoicos,Et q̃q̃ Ariſtotelẽ & ſectatores ſæpenumero laudat,legimus illa tamẽ eius aduerſus Lucullũ,Si mihi cũ peripatetico res eſſet,qui percipi poſſe diceret qđ impreſſum eſſet e uero,neq; adhiberet illã magnã acceſſionẽ,quomõ īprimi nõ poſſet a falſo, cũ ſimplici hoie ſĩpliciter agerẽ.Teſtãtur id ipm & aliorũ lucubrationes phorũ,q̃ noſtra ẽt extãt ætate,apud quas platõis & ſtoicorũ ſæpius mẽtio q̃ Ari.cuius nihilominus bibliothecã deuicerit

Themiſtius.

Cicero.

athenis Romam Cornelius Sylla deuexerat. An quæſo poſt Syllam, poſt Auguſtum
etiam non fuere, qui Romæ non modo platonica ſed ſceptica, pythagorea, ſtoica, ma
gno ſtudio coluerint? Nun tempeſtate Neronis magnos fecit progreſſus in
Epictetus. Stoicis Epictetus apud græcos, apud latinos Seneca, & poſtea philoſophus Arria-
Seneca. nus Epicteti non ſolum cōfecit enchyridion, ſed ſtoicam ipſius doctrinā quattuor
Arrianus. libris enarrauit: Non ne Marcus & philoſophus & Imperator ſtoicus fuit & ſtoica
Marcus p̄hus græce ſcripſit, quæ ipſe perlegi? Nun eius cōmodiq; filii temporibus multa ſcripſit,
Sextus. quæ & adhuc extāt monumenta. Sextus pyrrhonius de rebus ſcepticis, multis poſt
Ariſtotelem ſeculis natus, magno apud Marcum ipſum q̃q̃ Stoicum in honore? An
Hierocles. & Hierocles pythagoreis interpretādis operam impendit? Numenius quoq; pytha-
Numenius. gorea excoluit, & Iāblichus de ipſa pythagoræ ſecta, q̃ttuor libros doctiſſime ſcrip
Iamblichus. ſit: Ille inq̃ Iamblichus & Ariſtotelis & Platonis interpres, qui magno eſt apud pe
ripateticos, & p̄cipue apud ſimpliciū in p̄dio, maximo autē apud platonicos, a qui
bus & diuini cognomentum impetrauit. quæ omnia monumēta ab iniuria tempo-
rum uindicata ſunt, patentq; quantū in ipſis eſt, omnibus qui græce ſciunt: ut mit-
tam qui platonem ſequi maluerunt & præponendum putarunt Ariſto. unde quæ-
ſo illa procli, hermiæ, & aliorum multorum, florente iam in Italia peripateticorum
gloria i platonis dialogos egregia monumēta? unde Plotini tot de platonicis Enea
Alcinous des in quibus etiam ſæpenumero arguitur Ariſto. Vnde Alcinoi Epitoma, Albini in
Albinus. troductio ad ipſa platonica perdiſcenda, etiam poſtq̃ Ariſtotelis fama percelebris
fuit omni in regione latina? Vnde Attici Platonici in Ariſtotelem multis i rebus &
multæ & magnæ repræhenſiones? quarum etiam partem in libris ſequentibus ſub-
ſignabimus. Alexander autem Aphrodiſieus magnā authoritatem arrogauit Ari
Alex. aphrodiſieus. ſtoteli. At q̃tum Alexander ei tribuit gloriæ, tm̄ forte detraxit eius uir ſæculi Gale-
Galenus. nus medicus eum in pleriſq; taxans, Nam hic ipſe pertinacis & ante paululum tem-
peſtate floruit: ſeuero autem pertinaci & Antonino filio de fato librum Aphrodi-
ſieus inſcripſit, poſt quem multi ex platonica ſecta floruere Ariſtotelis impugna-
Auguſtinus. tores. Scribit Auguſtinus in tertio academico, ſua ætate philoſophos non fere uiſos
niſi aut Cynicos, aut peripateticos, aut platonicos, & Cynicos quidem, quia eos ui-
Seuerinus. tæ quædam delectat libertas, atq; licētia. Poſtremo Seuerinus Boetius Italia iā go-
thorum in poteſtatem redacta Ariſtotelem interpretatus, Platonis etiam ſtudioſus
Auguſtinus. fuit, quem tamen Ariſtoteli præponebāt Auguſtinus ex latinis, ex græcis multi no-
ſtræ religionis Antiſtites. Poſtq̃ uero Athenis omnino corruit humanæ domicilliū
ſapientiæ: & Romā in prædam barbaris ſæpenumero data eſt. migrarūt ad Arabas,
Mauros, & hiſpanos eos, qui Arabum lingua utebātur, græci aliquot philoſophorū
libri, & Ariſtotelis maxime, ſed latina lingua non immigrauit, quo factum ut mul-
ta Ariſtotelis uolumina conuerſa ſint ex græco in linguam Maurorum, quibus &
Auerroys Alpharabius & Auerroys, & alii complures philoſophati ſint, atq; etiam ipſe Auicē
Auicenna na, q̃q̃ platoni multum uidetur addictus, ſiue q aliquos platonis libros nactus ſit,
ſiue q opinionibus platonicis quæ apud Ariſtotelem ſunt receptis, eas excoluerit.
In nō nullis etiam aduerſatus Ariſtoteli. Arabes itaq; huiuſcemodi uei reliquis pri
uati philoſophorum libris, præterq̃ Ariſtoteleis (q̃q̃ & quæ citauimus extabant, &
alia præterea multo illis antiquiora, quorum etiam noſtra ætate copia nō deeſt, ut
Architæ pythagorei, pleraq; & de dialecticis, & de ſapientia uolumina, ut Timæi lo-
crenſis

cı ē ſıs eiuſdē ſectæ uiri de natura, ut ocelli lcucāi de mūdo, & alia q̄ recēſere lōgū ēēt
ſocraticorū ēt Platonis æqualiū monumēta, uti Cebetis, atq; Xenocratis) Reliqs inq̄
uel priuati libris uel male pſuaſi ſolū eſſe Ariſto. q ueritatis lucē, de tenebris erue
rit, nihil aliud curauerūt, nihil potius habuerūt, q̄ ut oēm uim igenii i ipſo itelligē
do & iterp̄tādo, paſſis (ut aiūt) uelis effūderēt. In hiſpania uero cū regnaret Alphō
ſus litterarū, & p̄ſertim mathematicæ diſciplinæ ſtudiis oblectatus, Mauris adhuc be
rhycā tenētibus, quā noſtra memoria Ferdinādus & Heliſabella Reges hiſpāiæ diu
turno bello ab eorū māibus uēdicarūt, facile fuit uti ob uicinā, & populorū freq̄ns
cōmerciū, iportarētur i hiſpaniā citeriorē, Arabū Maurorūq; ligua cōſcripti Auer
roys, & Auicēnæ libri, iiq; i latinū ſermonē uetterētur. Sic & florete iā i lutetia pari
ſiorū, p̄hiæ ſtudio, ex hiſpania i Gallias libri ipſi deuecti ſunt, Et ibi quoq; nōnulli
trāſferri potuerūt ſicut & antea ſub magno Charolo Dionyſii opa. Io. ſcotus mona
chus iterp̄tatus ē. Nec hebræi quoq; huiuſce Ariſtotelei dogmatis ob eius librorū
trāſlationē exortes, uetus. n. teſtamētū ex p̄hia exponere tētauerūt, Primuſq; id cu
rauit Moſes ægyptius Ariſto. ēt magna ex pte ſectator, ppterea q; i uarias rep̄hēſio
nes icurrit, maxieq; illū i ope qd̄ lucerna dicitur Rabi haſdai uexauit Ariſtoteleæ
doctrinæ acerrimus ipugnator: cuius ope pcedēte mentionē faciemus, ille aūt Mo
ſes ſub Auerroys ipe p̄batus ē. Qui qdē Auerroes cū ei tū aliis multis ipoſuit, cum
monumētis litterarū rettulit, mille & qngētos p̄teriiſſe ānos ex quo ſcripſiſſet Ariſ.
Nec ullū i eius libris alicuius momēti errorē iuētū fuiſſe. Dignus certe cui crederet
ſi aliis i rebus uerax, ſi nō Mahoemeti diſcipulus extitiſſet, q cū ſua pfidia tū, & hereti
ci ſergii & iudæi cuiuſdam uanis dogmatibus aſſenſus, multa delira, multa ipia, i ſuā
legē ſine ulla lege diſpſerit. Vnde id q̄ſo uos Auerroiſtæ didicit ueſter Auerrois? ne
q; . n. tot ſæcula uixit, ut oībus cū hominibus diuerſari potuerit & de p̄hia diſſerere
Sed eſto Neſtoreos ānos uixerit, adiectis ēt tribus cornicis ætatibus: unde inq̄ illud
didicit? quo pacto negatricē illā ppoſitionem, nō eſſe uidelicet ullū iuentū errorē p
bare potuit? an oēs legit Ariſtotelis iterp̄tes? An cū oibus hoibus q Ariſtotelē ple
gerūt locutus ē? hoc ſane ſi dixeritis, uobis ipſis fidē ex tā iſigni mēdacio aliis oib;
i rebus ēſtis adēpturi. Illud aūt potius uos dicturos arbitror, ſed uidete q̄ falſo: Nā
aut legit Theophraſti, Andronici, Philopōi, Siplicii diſcipulorū uidelicet & iterp̄tū
Ariſtotelis monumēta, Qui qdē Ariſto. ipſius errores detexere nō paucos, aut mi
nime? Si legit & nō aduertit, ipm eximiæ ruditatis noie culpatis. At ſi aduertit & er
rores nō eē, quō illi errores affirmāt aut nō oſtēdit, aut nō extra cōtrouerſiā defen
dit oīo inētitus ē. quā notā quō effugiat neſcio, qū aliter ēt de Iride a ſocio ſuo cōp
tū q̄ ſanxerat Ariſto. ipſemet fatet̄, ſed hac de re qnto lib. Certe uana hæc opinio de
Ariſtotelis doctrinæ ueritate multū icremēti traxit ab Auerroe, nā noſtri q ex Ita
lia i Gallias iuere p̄batū magno in p̄tio habuere Auerroys cōmētaria i Ariſto. tā
& ſi nōnulli ea ipſa dep̄hēderit a uero abhorrētia, idq; ex Italis aliq, & ex aliis natio
nibus: unde & Io. ſcotus Corruptā Auerroys expoſitionē aduertit, & maxime i ſecū
do i ſentētias cōmētario ex ea nō trahi Ariſto. ſenſa pſcripſit. Verū plurimi nō ſolū
Ariſto. male tranſlatū ſed Auerroys ēt male fida cōmētaria tāq̄ magnæ æſtimatio
nis mercē, tā & ſi parū ſincerā, hoc ē nō nitidā, ſed barbarā & male traſlatā, i patriā
duxerunt. & ut erāt igenio p̄clari & acuti multa diſq̄ſiuerūt i Ariſto. & Auerroe, q
ipſi forte nūq̄ cogitauerūt: hinc Ariſto. magnū illud apud oēs litteratos nomē, ma
gna gloria pſuaſit Italiā, nec Gallias, nec Hiſpanias dereliquit. Neq; ſane mirū ſi ma
gnus oī pcul dubio uir i litteris multaq; doctria Ariſtoteles, cura & diligētia iterp̄tū
& laudatorū maior omnino & celebrior q̄ par eſt fieri facile potuerit, quādo & qui

Bellum hiſpanorū aduerſus Mauros.

Auerroys dictum.

Contra Auerroem.

Contra auerroyſtas.

mediocris etiam doctrinæ compotes iure habendi eſſent,partium ſtudio & præcellentium ingenio uirorum inſublime adeo tolli quirent,ut ei aut æquari gloria poſſent aut pferri ſi ad id patrandum laudatores annıterentur.Nihil.n.tam abiectum quod non queat haber in pretio,ſi eorū qui litteras callent conſenſus acceſſerit: nihil tam elatum quod eodem conſenſu facile non deprimatur.& de Ariſtotelis antiqua æſtimatione hactenus,& de ea quæ ad noſtram etiā ætatem propagata eſt: q̃q̃ ſub Eugenio & Nicolao pontifice,Georgius Gemiſtus & Beſſarion cardinalis Nicenus platonica excoluere,& Beſſarion libros ēt edidit in eius defenſionem latina lingua compoſitos,Gemiſtus uero qui etiam plethon dicitur græce ſcripſit nōnulla platonis & Ariſtotelis dogmata conferens:& inter conferendum aduerſus Ariſtoteli.Nicolaus etiam Cuſa eiſdem temporibus Platoni ſatis addictus.Marſilius ficinus florentinus eundem platonem in latinū conuertit,& multis argumentis,& cōmentariis aperuit.Alii nihilominus platone poſthabito hæſerunt Ariſtoteli,exiſtimantes illum noſtræ minus diſſonare religioni,hac fortaſſe freti ratione,ꝙ iis qui a fide in cōi ſumpta non diuelluntur,minus poſſit obeſſe Ariſtoteles q̃ plato,qui multis ſuſpitionibus,fide neutiq̃ ab acta fide inq̃ non proprie & exacte,ſed in cōi deſūpta,præbere aditum facilius poſſit q̃ Ariſtoteles,qui rationibus non fide ſolear plurimum & fere ſemper inniti.Ioannes picus Galeotti patris frater quod primo dixi libro utrūq; ſe cōciliaturū pbiam,Platonis Ariſtotelisq; recepetat,ac ni morte præuentus fuiſſet facile(ut arbitror)eius rei deſideriū poſteris nō reliquiſſet,tāta erat illius ingenii uis atq; dexteritas,tanta doctrina.Ego uero ut quæ primo etiā fuit uolumine indicata repetam,non conciliare,ſed infirmare uniuerſam gentium doctrinam tentaui libris ſuperioribus,his autem qui ſequentur Ariſtoteleā: ut maius inde ſtudiū ſacris litteris poſſimus impartiri exemplo ueterū theologorū,ut earū quoq; ueritas litteratū humana ſapiētia de ſūmo quod arripere geſtiebat faſtigio iam deturbata,magis,magiſq; reſplendeat.Vti.n.mihi nūc liceat Auguſtini uerbis, quibus ipſe utitur aduerſus academicos,unā ueriſſimæ phiæ diſciplina:non.n.ē iſta huius mundi,quā ſacra noſtra meritiſſime deteſtātur,ſed alterius intelligibilis, cui aīas multiformibus errorū tenebris excæcatas,& altiſſimis a corpore ſordibus oblitas nunq̃ iſta ratio ſubtiliſſima reuocaret niſi ſūmus Deus populari quadā clementia diuini intellectus authoritaté uſq; ad ipſum corpus humanū declinaret atq; ſubmitteret.cuius non ſolum præceptis,ſed etiā factis excitatæ animæ redire in ſemetipſas & reſpicere patriam ſine diſputationum cōcertatione potuiſſent.Hæc Auguſtinus. Tantum abfuit ut in Ariſtotele perlegendo uitam conſumendam exiſtimaret, quādo & quos illi proponebat & uniuerſam humanam philoſophiā poſt haberet.Sunt & ad hanc diem nonnulli qui aperire oculos incipiant,& ad meliora pergēdum arbitrentur:Nec exiſtiment Ariſtotelem tanti eſſe faciendum, quanti ſolebat: cuius iam doctrinam decem uiis in uniuerſum aduſq; libri huius finem monſtrabimus incertam,ſequentibus uero particulariter efficaciterq; magis multis cum rationibus tum etiam authoritatibus atq; exemplis & incertam et falſam.

Marſilius. Io.picus. Author. Aug.uerba.

Quod incerta eſt Ariſtotelis doctrina ex ſententiis multorum philoſophorum qui ſectarum principes extitere. Caput tertium.

T ſane apud eos qui rerum antiquarum notitiam per litteras hau/
ſiſſent,prima hæc uia mihi percurrenda non fuiſſet,nec tantū labo
ris ut eā aliis quaſi per inhoſpitā regionē deerrātibusq; oſtenderem,
fuiſſet omnino inſumendū. Nam plures contra Ariſtotelē q̄ ab Ari
ſtotele ſteterunt,nec certā eius doctrinam arbitrati ſunt.Quod autem nunc aliter
exiſtimetur,atq; ob id illum maior defendat numerus iunctaq; umbone phalāges,
minime mirum,paucis.n.rectum obtigit iudiciū,Nec quod pluribus placet ipſomet
Ariſtotele authore,id propterea uerū aut eſt,aut debet haberi.ſcribit.n.multa eſſe
falſa quibuſdam ueris probabiliora,hoc eſt multitudini accepta magis & grata.Nec
non eius quoq; ipſius illa ſententia eſt,loquendum ut plures,ſentiendum ut paucio
res,quaſi tacite doceret,iudicium litterarū atq; doctrinæ ad paucos pertinere. qua
re eo ipſo teſte poſſumus antiquis illis aſſentiri,quorum pauci qui aduerſus ipſum
ſteterunt maioris duci quo ad pertinet ad ferendam de rebus p̄hiæ ſententiam de
bent q̄ aliorū q nūc uiuunt multæ myriades.q; ſi quiſpiā aſſeruerit fuiſſe Ariſtotelē Obiectio.
ſemper gentium conſenſu ſummo in prætio,Atq; Alexandrum eius diſcipulū ; qui
& gentium uictor fuerit & totius græciæ(ita dixerim)perterrefactor,ducant in me
dium,Cuius poteſtate factus ſit princeps philoſophorū,is q̄ longe fallatur poterit Solutio.
ex multis aduertere.Xenocrates in ueteri academia celeberrimus, & princeps habi
tus,magno tamen fuit in honore:Pyrrhonis multum potuit inſtitutio . Carus etiā
Alexandro Xenocrates,adeo ut ab eo multis ſit donatus talentis:quinquaginta eā Xenocrates.
fuiſſe numero etiā Themiſtius refert eo in opere cui titulus p̄hs uel indicator ſiue Themiſtii opus cui titu
tortor græcæ ita,φιλόσοφος ἢ βασανιστὴς inſcribitur,quæ tamen talenta præter par lus p̄hus uel
uam nūmorū quantitatē,ob eximiā ſeueritatē,animiq; conſtantiam remiſit regi,ut indicator.
alii prodidere.Pyrrhon aūt uel princeps,uel magnus certe dux & author ſcepticæ Pyrrhon.
facultatis ab Alexandro decem milibus aureis auctus,qui nihilominus Ariſtotelis
doctrinæ fuerunt aduerſi.In quem poſtea inſurrexerunt pleriq; magni nominis ui
ri.Taceo eubulidem mileſium,& Epicurum,qui Ariſtotelē contumelioſiſſime uexa/
uit,& Cecifodori quoq; in eū libros tranſeo,& aliorū quorū & Euſebius in decimo Eubulides.
quinto & ante illū in ſeptimo de p̄hia peripateticus Ariſtocles meminere. Carnea Ceciſodorus.
dem dico,Clitomachū,& ante illos Archeſilam,Mediæ & nouæ principes academiæ, Carneades.
Plutarchus etiā taxauit Ariſtotelē,ut ſileā magnas ſtoicorū cateruas,quæ illi belli/ Clitomachus
cum cecinere.Sed ei p̄pius indixere bellū Platonis Aſſeclæ,inter quos plotinus poſt Archeſilas.
Ariſtotelem circiter quingentos annos,eum multis uexauit in locis. Sceptici uero Stoici.
proſſus in omnibus.Nec exiſtimetur etiam id factum uitiligandi cupidine,quando Plotinus
Alexandri potentia & gloria dum illi Ariſtoteles præceptor aſſiſteret obſtabat, Sceptici
adeo inuidiæ,ut palam auſi non fuiſſent philoſophi cæteri ,niſi magna cum ratio/ Remotio taci
ne contradicere . Idq; ex eō deprehendi facilius datur quod dum uiueret Plato tae obiectiōis
contradixiſſe Ariſtotelem negat Philoponus , Cum ob alia , tum quod affines Philoponus.
ei erant , & propinqui platonis Chabrias & Timotheus , eo tempore magni in
Athenienſium Republica duces . quanto igitur magis ipſe macedo pari in cau
ſa poterat, qui tum omnibus anteibat potentia .poterat inq̄ tueri Ariſtotelem,
Si eius æſtimationem doctrinæ leuiter & iniuria cæteri philoſophi conuellen/
dam procuraſſent. Qui quidem Macedo etiam ſi poſtea quodam in Ariſto/
telem odio motus dicitur,nihilominus quantum ad eius honorem doctrināq; per

Munus Alexã dri in Ariſto telem.

tinet nihil immutatum imminutumq; curauit, adeoq; illa delectatus ut eius miniſterio multa hominum milia delegarit pro inueſtiganda natura animalium cuius pernoſcendæ cupidiſſimus erat: eiuſq; rei meminit etiam Plinius in octauo de naturali hiſtoria. poſteaq; octingentis eum talentis donauit cum libros edidit de hiſtoria animaliũ: quod etiam proditur ab Athenæo. præterea Xenocrates moribus inter phõs probatiſſimis, & ueritatis amator, ſi certa illi uiſa eſſet Ariſtotelis doctrina, aliam ipſe & diuerſam non inuexiſſet. Sed fuerit in cauſa ut Ariſtoteles uexaretur dum ipſe uiueret, inuidia, At poſtq̃ obiit: poſt q̃ ſimultates & odia dies lõga præſcripſit? quid mouit Archeſilam? Carneadem? philonem? quid poſtea Plotinum? quid Plutarchum? quid Sextum? inuidia an ueritas? quid atticum mouit ut eũ comparaŕet ſepiæ? cauſam ipſe reddidit, de anima dicit cum differeret eã decreuiſſe mortalem, de itellectu uero dum diſputaret & ab anima abiungeret rem incompertam, reliquiſſe dubiam, & obſcuritate inuoluiſſe, ut ſepia ſibi ne capiatur conſulens atramẽto. Inuidia hæc an ueritas? Sed ſit alterum in cauſa, ſit etiam utrunq; ſi malint, utcunq; ſcripſerint, undecunq; moti ad ſcribendũ fuerint certe ſcripſerunt, & Ariſtotelis doctrinã pro uiribus abiecerunt. Dicent examinandam cauſam rationibus, authoritate remota, hoc ipſum non diſplicet, Do illis etiã aliquid amplius: ſumatur & prætendatur ipſius Ariſtotelis dogma hoc, probabile id eſſe, quod uel omnibus uel pluribus, uel ſapientioribus uidetur, hoc poſito conſtitutoq; nun illico probabilis, non autem certa iudicabitur Ariſtotelis philoſophia? quam. ſ. uel ſapientiores uel plures impugnant. Impugnatur. n. ab omnibus philoſophorum ſectis, præterq̃ ab ea, quæ eſt ipſius met, & ab eodem nuncupatur peripatetica, nec etiam ab ea conſenſu publico recipitur, ſed plerũq; illum taxant eius ipſius iterpræt es, quod ſuo loco manifeſtum fiet. Quod ſi quæramus i antiquis authoritatem plures maioriſq; momenti in eum q̃ ab eo ſtare comperies. Quæ te aliũ Plotinum, alium Carneadẽ, alium Chryſippum. ꝙ ſi Aphrodiſiæum, & Hãmonium, & Simplicium opponas, qui ab Ariſtotele ſtent, & ſecundum eum dent litem ſuſpectos teſtes affers, ex ipſa Ariſtotelis familia, q̃to magis iudicium illis non competet? Eoq; etiam magis, ꝙ ex eadem familia teſtes teſtibus aduerſos, in albo prætoris ſcriptos offendemus. At ſi dignitatem quæras, omnes philoſophi, Et ſi Ariſtoteles ſuæ ipſius: certe & alii ſuarum quoq; ſectarum principes extitere. Si multitudinem conſectaneorum ſpectes, nunc ipſe pluribus abundat, olim paucioribus, & in futurum fortaſſe pauciſſimis. quando multi iã cõtra ipſum inſurrexerũt platonis aſſeclæ, & forte alii extabunt qui mecum ſentient, & mecum dicent, nec in eo, nec in aliis gentium philoſophis ſolidam ſinceramq; ueritatem quemadmodum uulgus etiam litteratorum exiſtimat reperiri. Quare & ab iis qui ſimul cum eo uixere philoſophis, & ab iis qui poſterioribus ẽt ſæculis floruere, nõ ẽ habita certa phĩ Ariſtotelis doctrina ut pleriq; putauerũt.

Atticus contra ariſtotelẽ.

Remotio alterius obiectionis.

Probatur multipliciter incertum eſſe an ullum habeamus librum, cuius exemplaria fuerint ab Ariſtotele compoſita. Cap. quartum.

a Lia ſe ſe nobis oſtentat uia, ſ' ea quidẽ bifida, originẽ ducẽs ex ambiguitate legitimæ doctrinæ. Nam & in uniuerſum generatimq; & particulatim dubitauere pleriq;, generatim dico an cõſtaret Ariſtotelis ſectatoribus ullum ne haberent librum Ariſtoteleum uere atq; legitime? Particulatim uero an eis in libris quicq̃ ſincerũ & incorruptũ cõtineretur? de hoc poſtea, nũc de libris

in

in uniuerſum agendum eſt.Peripatetici philoſophi,& etiam platonici qui Ariſtote
lem græca lingua ſunt interprætati,ſuper uno quoq; eius libro quæſtionem habēt.
Nun ipſe quem exponendum adſumunt,ſit legitimus Ariſtotelis liber an ſuppoſi
titius & nothus:ſic Hāmonius,ſic Magētenus,ſic Philoponus,ſic Simplicius, ſic etiā
Olympiodorus ut cæteros taceam conſueuere.Nec nunc Ariſtotelis librum ab Ari
ſtotele poſſeſſum,& qui olim in eius bonis fuerit intelligo, nec ſophiſtice loquor,
nixus amphibologia,ſed librum qui ab exemplaribus Ariſtotelis propriis,ab eoq;
compoſitis editis ue,deductus unq̄ fuerit.Dubitationi huic,& incertæ ſententiæ de-
dit occaſionem uarietas Ariſtotelicos libros tractandi,& in ordinem redigēdi.Neq;
enim conueniunt authores adeo ut una hæc habeatur ſemita comperiendi, neſciri
adhuc an ullum habeamus librum compoſitum ab Ariſtotele.Sed & aliæ ſunt quæ
paulopoſt apparebunt.Laertius diſſentit ab iis qui antea ſcripſerunt ipſius uitam
philoſophis .Poſteriores & ab eo & ab aliis euariant,& q̄tum pertinet ad logicam
facultatem,olim hac de re multa narrauimus,quæ ut hic quoquomodo recenſea-
mus,locus ipſe uidetur admonere.Scribit itaq; ipſe Laertius & ducit in medium de
dialecticis monumentis opera,quæ non habentur hoc ſæculo,& multa tacet, eorūq;
nihil meminit,quæ apud nos ſunt,& iugiter uerſantur in manibus: Nam diuiſionū
ſophiſticarū uolumina quattuor,& libri de contrariis neutiq̄ apud nos habentur.
Nec item nouimus methodicum uolumen,Nec ea quæ de interrogatione, & reſpon
ſione:nec uolumen de prouerbiis,nec quæ de propoſitionibus contentioſis,& syllo
giſmis compoſuit.Minus autē nota ſunt quæ de generibus edidit & ſpeciebus.Quæ
quidem pleriſq; ante nos ſæculis fuiſſe ignota,ſatis aperit Porphyrius ,qui de ge
neribus & ſpeciebus & propriis ,ut prædicamentorum Ariſtotelis liber poſſet
intelligi ,non nulla præcepit. Ipſe uero quem habemus pro Ariſtotelico prædi-
camentorum liber an eius ipſius ſit quanta lis?Alii dixerunt Archytæ fuiſſe pytha
gorei:ſed alius eſt archytæ,q & nunc extat liber prædicamentorum Cathegoriarū
ue,dorica lingua ſcriptus,Alii Ariſtotelici cuiuſdam archytæ dixerunt eſſe,alii con
tra.Nec nō incertus ne is Ariſtotelis haberi deberet liber an legitimus effecit Adra
ſtus Aphrodiſixus,qui duos oſtentari ſolere pro Ariſtoteleis prædicamentorum li
bros memoriæ prodidit.Auxit quæſtionis materiam philoſophus Hāmonius,i phi
ladelphi bibliotheca duos prædicamentorum libros inuentos aſſeuerans,Cum ta-
men unus dumtaxat ab Ariſtotele ſcriptus perhibeatur.Ad hæc nouem priorum
analyticorum libros Laertius citat , habemus duos. Sic & de philoſophicis libris
uaria quæſtio ,deq; metaphiſicis:cum alii alios afferant & titulos eorum & mate
rias .nam octo apud nos phycorum circūferuntur , duodecim metaphycorum
apud multos,apud aliquos etiam quatuordecim q̄q̄ & plura etiam perhibentur
eſſe ipſius Ariſtotelis :De cælo quatuor , de generatione duo,de anima tres & alii
præterea aliis de rebus libelli circūferri adhuc ſolent. At apud Laertium de motu
unus,de elemētis tres,& naturaliū ſecundū elementa triginta octo:de philoſophia
tres,de anima unus dumtaxat afferuntur.Præterea unum librum citat quæſtionū
de aīa,de uoluptate,de nobilitate,quæ ignorātur.Simplicius quoq; in digreſſione
quadā i tertio de aīa cōmētario,anteq̄ exponat ad liqdū uerba illa de pticula aūt
aīæ qua cognoſcit aīa & prudens fit,dialogū Ariſtotelis de aīa cui titulus Eudemus
citat,& ducit in medium loco teſtimonii,quem tamen Dialogum qui uiderit aut

Remouetur cauillatio

Lis de libro pdicamētorū

Lis de phyſicis libris et metaphyſicis.

Quod multi ariſtotelici libri qui citati ſūt,a bonis autoribus non habeantur.

legerit reperio neminem, q̃q̃ & Ariſtotelem in Eudemo citat etiam Themiſtius in tertio de anima, Citat & Fabius Quintilianus Ariſtotelis Gryllũ, qui a nullo ꝙ ſciã temporibus noſtris aut auditus aut uiſus. Apud Athenæum quoq; ex libro Ariſtotelis de ebrietate teſtimonia citantur: & ſæpe etiam Theophraſti liber eius tituli ducitur in medium loco teſtimonii: Nobis autem noſtræq; ætati, ꝙ ſciam ignorantur huiuſcemodi uolumina: ignorantur & quatuordecim libri de ſeperatis ſubſtantiis quos ſe uidiſſe teſtatur. s. Thomas in libro contra Auerroem de unitate intellectus. Adeoq; res confunditur ut nihil certi librorum eius poſſit depræhẽdi. Sed quia forte Laertio, & hiſtoricis demũ libris, minus fidei dixerint attribuẽdũ, & ſoli forte Simplicio non ſtarent, & Thomæ: accedat ipſe Ariſtoteles qui ſcriptos a ſe libros de plãtis refert in quinto de natura animalium; quos libros non extare omnes norũt cultores Ariſtotelis: & ſi quæpiam quæ circunferuntur legitima non habeantur: nãq; pro illis Theophraſti de plantis libri paſſim leguntur. Quinquaginta fere de animalibus libros ſcripſiſſe Ariſtotelem etiam Plinius retulit ĩ octauo de naturali hiſtoria, decem autem & octo dũtaxat habemus integros, ut creditum eſt, nec nõ fragmentum de hiſtoria animalium, quod nõ uertit Theodorus in latinum, arbitratus id inter libros non de hiſtoria ſed de generatione animalium ſi uſpiam locari debeat annumerandum: & alios etiam nouimus de animalibus ſcripſiſſe ex Ariſtotelea familia: quibus libris titulus potuit Ariſtotelis, pro uero legitimoq; præſcribi. Accedant & ipſius Ariſtotelis ſectatores iuratiſſimi, quibus quattuor in uniuerſum cauſæ produntur, cur libri Ariſtotelis haberi poſſint incerti. Prima eſt ꝙ multi fuere q dicerentur Ariſtoteles; quare pro eo qui ſtagirites fuit Nicomachi filius, Ariſtotelis diuerſi titulus ſupponi potuit: octo ſi quidem uiri eo nomine citantur a laertio. Secũda (ut ab Hãmonio proditur) tituli penuria, Vnde alii aliam facile inſcriptionẽ præferre pro Ariſtotelea potuerunt. Cõtigit & ante paucos annos ſimilis apud minorum & prædicatorum ordines quæſtio, Circũferebatur. n. pſalmorum interpretatio ſine titulo: minores Alexandri exhalis titulum præponebant, prædicatores Vgonis nomine prætitulabant, & Venetiis agitata quæſtio, hunc ſortita eſt finẽ, patriarchæ Antiſtitis iuſſu ut ſine titulo veneris imprimeretur. Imitatio quoq; fuit in cauſa ne libri Ariſtotelis diſcernerentur, quandoquidem proditum eſt memoriæ & plane peripateticis cõpertum, ab Eudemo & Theophraſio, & phenia, ad præceptoris Ariſtotelis imitationem libros de prædicamentis, de interprætatione, de Analiticis fuiſſe conſcriptos. Et præter hæc obſeruaui ego & de animalibus eos. & de aliis quæ Ariſtoteli ſolent accepta referri copioſe diſſeruiſſe. Phænias. n. Ereſſius ſæpe apud Athæneum citatur in opere de plantis, & in quinto maxime libro. Atq; apud eundem Theophraſius in tertio decimo de animalibus affertur etiam pro teſtimonio, Alexander item mindius in ſecũdo de aialibus ducitur in mediũ, Scio quoq; adhuc apud doctos extare controuerſiam aliqua ex Ariſtotelicis dogmata Ariſtoteli an Theophraſto debeant adiudicari & maxime quæ primo libro metaphyſicorum continentur, & de plantis quæ adhuc extant ipſa uolumina. Obſeruaui etiam in Ariſtotelis conſectaneis, incertos eſſe librorũ titulos. Inſcribitur. n. Hãmonio declaratio libri prædicamentorum ea, quæ nunc paſſim habetur iis qui græce ſciunt noſtræ tẽpeſtatis philoſophis: Quam tamen uetuſto in codice uidi inſcriptam Joanni Alexandreo. Hermolaus barbarus in transferẽdo Themiſtio phyſicorum illud magnũ longumq;

Quattuor cauſae i uniuerſum cur habeãtur incerti Ariſtotelis libri.

prima cauſa.

Secunda.

Tertia.

Incerti libri conſectaneorum Ariſtot.

longum ꝓ proœmium nihil dubitãs Themiſtio adſcribit,uideturq́; optime quadra
re ſequentibus. At ego eundem prooemium ad uerbũ legi in græco Simplicio.qua
re aut Simplicius Themiſtio poſterior illud furto ſubduxit, quod nequaq̃ credide
rim,quando tam multas paginas ad uerbum eadem in lingua ſibi perperam uendi
care,& impudentis uidetur philoſophi,& eius qui facile poteſt patere iuſtæ obiur
gationi;aut eadem proprie dixit,quod minus etiam conſonat,ut in tam longa ſerie
ſit eadem penitus rerum uerborumq́; menſura,eadem membra,idem circuitus,ea
dem nomina:quod etiam miror in hermolao cuius interpraetatiõis de anima pars
non parua a.s.Thoma qui ducentis eum annis præceſſit refertur ad uerbum in lib.
cõtra Auerroem de unitate intellectus:aut quod unius fuit,alteri eſt adſcriptũ,qđ
longe uero ſimilius uidetur.Si autem hoc in conſectaneis accidit,quanto magis in
principum libris,qui multa perpeſſi ſunt uti monſtrabimus,quæ ſectatorum uolu
mina non pertulere?Themiſtii philoſophi q̃q̃ multis poſt Ariſtotelem ſeculis nati
ut pote qui ſub Iuliano deſertore floruerit, & Conſtantinopolis ſub eo ὕπαρχος
fuerit ut suidas ꝓdit, Multa feruntur quæ nũc ẽt uulgo patent. At nihil horũ ſcrip
ſiſſe illum prodit,ſed de anima libros ſeptem, & librum unum de intentione,& de in Opera The
ſcriptione categoriarũ,& diſputationes.Ego uero & præter ea quæ ipſius habẽtur miſtii uaria.
opera:& præter hæc quæ ex ſude collectaneis rettulimus,legi librum eius græce cu
ius titulus Βασανιστὴς ἢ φιλόσοφος cuius teſtimonium ſuperiori capite duximus in
medium,& libros item Ad Patrem.ſed reuertamur ad Ariſtotelẽ cuius libri ut cor
rumperentur & præmia fuerunt in cauſa.propoſita .n.fuerunt a Philadelpho Pto Quarta.
lemæo ægypti Rege,præmia iis qui libros ad ſe ſe Ariſtotelis attuliſſent, idq́; facile
credi poteſt curaſſe in primis Ptolemæum, quando res acta eſt intermedio Deme
trio Phalereo peripatetico Theophraſti diſcipulo,cui bibliothecæ libris infarcien
de cura demandata fuerat. Corruperunt autem regia munera uoluminum Ariſto
telis integritatem adeo,ut quadraginta libros analyticorum in ea reperti ſint ſub Quadraginta Analyticorũ
Ariſtotelis nomine,q̃uis putet multitudo philoſophorum non niſi quattuor ab eo libri.
conſcriptos & editos,tumq́; ſpe lucri multos regi præſentatos libros ſub Ariſtote
lis nomine ipſe Hãmonius eſt author.Quod ſi qui dicerẽt ſe phraſi legitimos a no Confutatio
this libros poſſe diſcernere,libenter ab eis cõmodari mihi lapidem illum lydiũ pe tacite reſpo
terem,quo factum eſt diſcerniculũ,ut in eis maxime de quibus Ariſtotelis ne eſſent ſionis.
an Theophraſti diſquirebatur, periculum fieret:quoniam ſtilus omnino ſimilis,&
figura dicendi.quid quod Ariſtotelea ethica illa paſſim celebrata quæ Nicomachia
inſcribuntur,ut quæ Ariſtoteles ad filium miſerit,eiq́; dicauerit nõ patris opus eſſe Cõfirmatur.
ſed filii fuere qui cenſuerint?argumento ſit illud,ꝙ Laertius in Eudoxo ita ſcri
bit φησὶ δ᾽ αὐτὸν νικόμαχος τὴν ἡδονὴν λέγειν τὸ ἀγαθὸν Hoc eſt.inquit autem il
lum Nicomachus uoluptatem dicere ipſum bonum . Notiſſimum uero eſt in ope
re ipſo ethicorum eam opinionem Eudoxo tribui . Ciceronis quoq́; quinto de Cicero.
finibus bonorum & malorum libro ,cum de Theophraſto quæpiam diſſeruiſſet
illa ſunt uerba,quare teneamus Ariſtotelem & eius filium Nicomachum, cuius ac
curate ſcripti de moribus libri dicuntur,illi quidem eſſe Ariſtotelis . ſed non uideo
cur non potuerit patri ſimilis eſſe filius.hæc Cicero,quaſi tacite modeſteq́; cõdem
nans eiuſcemodi Criticos,qui quoniam ſimiles Ariſtoteleis uel materia uel ſtilo ha
berentur libri Nicomachii,propterea illos Ariſtoteli acceptos rettuliſſent:nec pro

babilis illa quoq; ratio deeſt ad perſuadendum libros non patris eſſe ſed filii, quo-
niam octo libros de moribus ad eudemũ Ariſtoteles,& duos alios ſcripſit,ut eiſdẽ
prorſus de rebus plura illum opera eademq; repetita nõ ſcripſiſſe ſit conſentaneũ:
Et hæc quidem i uniuerſum multiplex cauſa peripateticis antiquis prodita libros
omnes Ariſtotelis reddit incertos,Ita ut nec etiã phraſi queant internoſci.Difficile
enim ex phraſi diſcernere libros eodem editos ſæculo à uiris doctis, qui eodem ſcri
bendi genere delectantur:difficilius ꝗ cum diſcipuli magiſtrorum inſcribendo ſti
lum emulari & effingere magna cura contendunt.quid eodẽ ſæculo dixerim? quã-
do etiam in diuerſo editis libris ſæculo,mira cõtingat allucinatio.unde ille a.M.Var
rone non modicus labor inſumptus, in diſcernẽdis plauti comediis,cum ex ſimilitu
dine nominis,plautianæ pro plautinis,& diuerſorum quoq; poetarum ex ſtili ſimi
litudine plautinæ cenſerentur omnes:& hæc quidem generalis cauſa.Particularis il

Particularis cauſa.

la magis quæ librum prædicamentorũ eximit ab ordine,ſicuti & illa qua liberũ peri
herminias ſuppoſititio titulo circunferri cẽſuerunt multi freti authoritate,& iudi

Andronicus pipateticus.

cio Andronici peripatetici,qui magni fuit in ea familia nominis.Ipſe negauit aper
tiſſime librum qui Ariſtoteli tribuitur perihermenias.i.de interpraetatione Ariſto

Seuerinus.

telis fuiſſe,Eoq; pluris eius eſt faciendum iudicium a poſterioribus, ꝙ cum Seueri
nus Boetius, etiam ſi eius ipſa de re non receperit opinionem,appellat repertorẽ,
& iudicem librorum Ariſtotelis.At ſane ꝙ recte? quoniam poſt iacturam operum,
totiusq; bibliothecæ Ariſtotelis factã per Neleum ſcepſium ,primus ex peripateti
cis philoſophis in ipſis,qui Romam perlati fuerant Ariſtoteleis fragmentis & po-
liendis,& componendis,& redigendis in ordinem multam operam impendit.Olym

Olympiodorus.

piodorus etiam Alexandrinus in accuratis illis in Ariſtotelis meteora ſcholiis affir
mat fuiſſe aliquos qui cenſuerint primum eius operis librum legitimum non eſſe,
ſed nothum.Vt hinc mirer Ioãnem grãmaticum ,qui dictus eſt Philoponus in pri

Ioãnes gramaticus.

mum in meteorologicos Ariſtotelis libros enarrationum uolumen ſcripſiſſe pro-
prium,id eſſet necne Ariſtotelis opus,nunꝙ addubitatum. Vidimus itaq; incertos
haberi debere libros Ariſtotelis,quando adhuc inter philoſophos non cõſtat,quos
aut quot ſcripſerit,Et cauſas uidimus plures,quibus peripatetici nobiles corrum-
pi,& adulterari potuiſſe & titulos, & monumenta prodiderunt,Et aliqua iam ſub
dubio,& incerto clariſſime uerſari.Reliqua uero,quoniam ad ipſum de quo diceba
mus lapidem lydium examinata non ſunt,& eadem ſunt perpeſſa quæ cæteris acci
derunt,cur pariter incerta non debent haberi?Quod ſi ipſi qui iam de illis dubita

Remotio iactae obiectionis.

runt peripatetici mox illa ipſa expoſuerint,Nil mirum,quid.n.illa indicarẽt & quo
pacto ſe ſe haberent ad ueritatem dogmata,perquiſiuerunt:nec refutauerunt,ut il
lis non deeſſet poſtꝙ peripatetici dicebãtur,& honor,& fortaſſe lucrum. ꝙ ſi phra
ſi dicant ſe diſcernere,ſe ſe iam ſupra confutatos agnoſcant,Et ſciant præterea da-
ri poſſe prouocationem ad Andronicũ,&alios antiquiores peripateticos,qui phra
ſis etiam Ariſtoteleæ gnari ſciiq; erant,ipſaq; reiiciunt phraſi,& ceu nothos exclu-
dunt,quos illi tanꝙ legitimos,& domi natos admittunt.Sed & ſunt qui malos expo
nant libros,quanto magis incertos & ſuſpectos queunt exponere. Si quidem pro-
bare id non eſt ſed interpraetari,quid ſibi illa uerba uoluerint,Vnde & proditum eſt

Auerrois.

Auerroem dum canticam Auicennæ interpraetaretur dixiſſe,bonam ſe declaratio-
nem mali libri traditurum.

Quod et ſi aliquos etiam habeamus libros, qui iuſte, atq; legitime inſcribantur Ariſtoteli, incertum nihilominus eſſe, utrum eis in libris aliquid ſit quod ſincere ſit Ariſtotelis, nec internoſci poſſe quid eius proprium quid alienum. Cap. quintum.

T habentur legitimi Ariſtotelis libri, nullum regia munera corrũperint titulum, ad copioſæ illius Alexandrinæ bibliothecæ maieſtatem augendam: nullum Theophraſti, & phaniæ monumenta promiſcuum fecerint. Nullum tituli p. nuria uolumen uitiarit. Solus Ariſtoteles ſtagirites cenſeatur ſcripſiſſe de prædicamentis, perihermenias, de analyticis quoq; libris nulla unq̃ ſit agitata quæſtio. Nun propterea particulatim certa Ariſtotelis doctrina fuerit? ſane fuerit, ſed eo quo dumtaxat uixit tempore, quo libri eius integri ſeruati ſunt. At nequaq̃ ſequenti ætate, nequaq̃ noſtris tẽporibus. Prodit. n. Strabo in libro tertio decimo poſt obitum Nelei ſcepſii qui Theophraſti ſcholæ ſucceſſerat, et utriuſq; philoſophi bibliothecæ, unicus a Theophraſto hæres inſtitutus fuerat, omnes eorum libros attalicorũ metu regum, fuiſſe terræ defoſſos. Deinde cum ſæculis poſterioribus eruti fuiſſent, inuentos lac eros et tineis blatiſq; roſos, et humiditate ipſa terreſtri labefactatos. Inde Athenas perlatos, & ab Apellicone Teio emptos, magis etiam temeratos. Mox iidem libri Romam Syllæ opera cum uecti fuiſſent, tanta ſunt contextus labe inuenti, ut Tyranion quidam grãmaticus ſupplendi & emendãdi curam ſuſceperit, fruſtraq; ceſſerit negociũ adeo, ut ab exſcriptoribus etiam imperitis uitiati ſint magis. Andronicus quoq; Rhodius in componendis eis nauauit operam, & diſtinxit tabulas, ita confuſi erant. Sed nec id ipſum profuit. nam ordo librorũ qui extat, habetur uarius. Exẽplũ ſit illud q̃ initiũ tertii de aĩa libri, hoc græcæ hẽt exordiũ ὅτι δ' οὐκ ἔστιν αἴσθησις ἑτέρα παρὰ τὰς πέντε hoc eſt, q̃ alius autem non habeatur ſenſus præter quinq;, Ita. n. græci codices antiqui quos uiderim, omnes habent, quem ordinem & ſectionem Themiſtius in ſua paraphraſi cuſtodiuit. non ſolum expoſitores inter quos Simplicius etiam affirmat. Inde rem eam quæ proponi ſolet diſcutienda quam græci σκοπὸν uocant aperiri. Theodorus quoq; metochites quem expoſitorem ne dixerim? an paraphraſten? aut utrunq; nundum ſatis conſtitui; uidetur. n. ſe ſe talem exhibere ut quandã cum omnibus communionem habeat, tam & ſi totum illud opus in quadraginta libros diſtinctum ἐξηγηματικὸν uocetur. hoc inq̃ in opere Theodorus ipſe ſectionem librorum de anima eã ſequitur, quam antea alii & expoſitores, & paraphraſtes erãt ſecuti: ut initium capiat tertii uoluminis ab eo loco quo & alii cæpere principium. Latini autem præter diuum Thomam, cui hac in parte non conſentit Egidius, quoniam probauerat græcorum diuiſionem, Sed certe uel latini omnes uel latinorum plurimi ſolent inde tertii capere initium, De particula autem animæ, qua cognoſcit anima, ſic ut partem tertii eam omnem quæ de ſenſu diſſerit collocent in ſecundo, & demant ex tertio quem ordinem in commentariis quæ ſcripſi in tertium de anima, cuſtodiui. Cæterũ Philoponus ĩ primo de aĩa citat quæpiã Ariſtotelis. & quæſtionem illam utrum de omni anima diſputare pertineat ad phyſicum citat in calce tractatus de partibus animalium, quam ſæpe quæſitam eo loco nunq̃ inueni, ſed fere inter exordia primi libri de ipſis partibus animalium collocatam eſſe nouimus: eũq; ipſum tractatum dicit proxime antecedere libros de anima, quod tamẽ ab aliis exi

Strabonis hiſtoria de libris Ariſtot.

Andronicus.

Themiſtius.

Theodorus metochites.

Latini expoſitores.

Cõmentarii autho. in tertium de aia.

ſtimatur ſecus. Accedit ꝙ & aliis in uoluminibus par ſi non maior quandoq; diſſo-
Diuerſitas in libris metaphyſicis.
nantia reperitur. Metaphyſicorum libri quãuũ ad undecimum, & duodecimum per
tinet in arabicis & latinis tralationibus non conueniunt, & pars duodecimi, ubi py
thagoreorum opinio, homerico carmine de unitate principatus exploſa cernitur:
apud græcos & latinos extat, apud Auerrois codicem non inuenitur. Et quo ad per
tinet ad græcos quintus liber aliter ſe ſe habet in aliquibus antiquis, ac in his qui
ſunt formis ſtanneis excuſi Venetiis. Illud quoq; ſit indicio ꝙ in Martiana Florenti
na bibliotheca, extat codex uetuſtus ſatis, in quo repetuntur quæ in quinto dicta
Michael epheſius.
ſunt, ſecus ac in aliis. Sed & Michael Epheſius in ſcholiis in primum de partibus ani
malium librum, citat modos neceſſitatis uarios ex quarto metaphyſicorũ quos ta
men conſtat eſſe apud pleroſq; in quinto, non quarto libro collocatos: & mirũ hoc
uideri non debet iis qui græcos Ariſtotelis codices ab Aldo Venetiis impreſſos le-
gerint, ubi numerus librorum metaphyſicorum uariatur omnis. nam qui in Auer
roys tranſlatione & aliis pleriſq; ſecũdus eſt liber, ibi primus habetur, & qui tertius
ſecundi loco repoſitus, atq; ita deinceps multa uarietas cernitur. Cum autem inter
græcos & latinos diſſenſio eſt, ad Rhodium Andronicũ poteſt dari prouocatio. At
cum inter ipſos græcos codices, nullus eſt ad heraclium lapidem recurſus. Sed & An
dronici quoq; iudicium non ſatis certum, quoniam cõiectura ducebatur, minus au
tem legitimum & competẽs cum de opere periherminias ſit quæſtio. Id.n. ipſe ab
Ariſtotelica familia ſummouit tanq̃ nothum & ueluti Aſynbolum, quod tamen alii
legitimum, & domi natum cenſent: in quo uolumine etiam diſſenſio, Nam in duos
Diſſenſio in lib. pihermi.
quidam partiuntur libros, Nonnulli unum dumtaxat aſſerunt librum, ſed & græci
complures non id opus in libros, ſed in plura τμήματα hoc eſt plures ſectiones di-
remptioneſq; diſſecuere. Nec modicum quoq; Ariſtotelea littera poſt Andronicum
inter peripateticos certatum eſt: dum quiſq; quod non intelligebat, aut quod per-
peram iacere uidebatur pro arbitrio emendabat, ſit illud pro exemplo in opere de
Diſſẽſio in libro de ſenſu.
ſenſibus, quando tot annis eſt bellatum ſuper particula illa γευστικοῦ μορίου nã alii ui
ce illius θρεπτικοῦ reponẽdum malebant, Alii contra, qua etiam in lite cẽſuit Aſpa-
ſius referri debere illam θρεπτικοῦ dictionem ad animæ poteſtatem, Alexander uero
minime id uerum aſſerens, ad particulam qua nutrimur referendam maluit, & prio
rem magis probauit lectionem, ſed & aliam quoq; rettulit in qua utraq; particula
poneretur, Tanta eſt totius contextus, litterarii apud Ariſtotelis monumenta ua
rietas: & ordo præterea librorũ uarius, atq; ut cætera taceam ſæpe eſt animaduerte
re epilogum inferri cuiuſpiam rei de qua diſputarit, mox aliis inductis Iterum pri
ora repeti, inuerti, interpollari, quod authoris inſcribendo conſumatiſſimi reſpon-
dere gloriæ non uidetur, magis autem uel iniuriæ temporum, uel imperitiæ corrup
torum: qui ad illud fortaſſe inaniter reſpexerunt, quod poetæ in carmine cudendo
quadrat, non philoſopho in explicandis rebus naturæ proſa oratione ſcribenti, ut
Iam nunc dicat iam nunc debentia dici, pleraq; differat & præſens in tempus omit
tat. Hæc itaq; præſtat & tineis corrodentibus & temeratoribus inuertẽtibus adſcri
bi q̃ Ariſtoteli ſicuti & Theodorus quoq; gaza in præfatione ſuæ interpretationis
in libros Ariſtotelis de animalibus Apeliconi Teio uitio uertit ꝙ ordinem librorũ
Diuerſitas in libr. de animalibus.
de hiſtoria eorumdem animalium uariauerit, quare ipſe eum qui nonum obtinet
locum in græcis exemplaribus, ſeptimum fecit in latinis. & nonũ qui erat ſeptimus.

Quapropter

Quapropter & ipſe qui latinis potiſſimum apud quos Theodori tranſlatio uulgatiſſima eſt cõſulere meditatus ſum: hac ipſa utar in adducẽdis teſtimoniis diuiſione, nec etiam recepit Theodorus neq; uertere in latinum uoluit de ipſa hiſtoria fragmentum: cuius ſupra meminimus, quod ad libros de generatione ſi uſpiam collocari debeat plane reiecit. Sane quoq; Plutarchus meminit Syllam ex Athenis Apelliconis Teii bibliothecam aſportaſſe, in qua erant plurima Ariſtotelis & Theophraſti uolumina prius incognita, quod magno etiam indicio eſt tot antea temporibus nam ab Ariſtotelis obitu, ad imperium Syllæ pluſq̃ ducenti anni intercesſerant, tã præclara monumenta non fuiſſe cognita, ni quia defoſſa, ut Strabo refert, omnino fuiſſent. Ex quo incomodo, quis non probe cõiecteretur labes inumeras proueniſſe? meminit quoq; ipſe Plutarchus & Apellicõis, & Tyrãnionis & Andronici, meminit & Athenæus in quinto δειπνοσοφιστῶν Tei Apeliconis qui ſibi Ariſtotelis bibliothecam ſicuti & alias etiam, quoniam bene nummatus erat, precio comparauerit. Quãtum igitur ad græcum exemplar librorum Ariſtotelis pertinet, iam uidemus ſi certum habere uelimus illud, aliter nos uoti compotes fieri nõ poſſe præterq̃ miraculo. Alioqui ſincerum quo modo habebimus? niſi ipſe idem excitetur ab inferis forte & tineas de uaſto illo primæ materiæ ſinu reuocandas quidam dicent, ut reddant quæ comederunt ſenſa. Habere itẽ oporteret in conſilio Apelliconẽ Teiũ & grãmaticos illos, & librarios corruptores, nõ correctores, q repetũdarũ accuſati, & redderẽt quæ ademerũt Ariſtotelea, & quæ ipſi de ſuo peculio interſerere malluerũt, haberent ſibi, Deinde accerſendũ eſſe Andronicum peripateticum ſubiicerent, ut narraret quo pacto ſe ſe habuerunt illa uolumina lancinata, & diſcerpta, cum ad eius manus perueniſſent. Quod ſi quiſpiam Straboni ſtare noluerit, quem etiã ſecutus plutarchus uidetur, negetq; id quod ille affirmauit, Cur & ego, & quicunq; alius negare non poterit? hoſce qui circunferuntur Ariſtotelis & in ſcholis leguntur libros Ariſtoteleos nõ eſſe? hoc eſt neq; legitimos, neq; ꝓprios, ſed nothos ſuppoſititioſq;. Aſſentiemur ne illis nuper natis? cum ipſi nolint adquieſcere hiſtoriæ Strabonis, qui illa ipſa aut uidit aut certe uidere potuit? opus. n. illud ſuum coſmographiæ in quo hæc narrat ſub Auguſto Cæſare ſcripſit, nec iuuenis, utpote qui ætatem iã pene conſumpſerat in Aſia & Europa luſtranda, nec etiam narrat quæ aliis uoluminibus (excipio diuina ueteris teſtamẽti, quæ uti Ioſephus, & philõ retulere tãta cura aſſeruata fuere uti nec populi ipſius captiuitas, nec regionis uaſtitas uitiarit) facile non acciderint. nam & liber nephariæ legis Arabum aliter in oriente, aliter in occidente ab eius cultoribus interſtinguitur, & uaria ẽ opinio: librum etiam ipſum nõ eſſe eũdem, qui olim fuerat, quo tempore eius author mahometes erat inhumanis, utpote qui auctus, imminutus, interpollatus fuerit. nec etiam de nomine & authore apud omnes conuenit. quæ omnia facile uideri queunt apud Nicolaum Cuſam ĩ opere quod Alchorani ipſius Cribratio prætitulatur. Quanto igitur magis ob cauſas antea narratas iſthæc uel ſimilia Ariſtoteleis libris obuenire potuerunt? & iam obueniſſe multi exiſtimarunt, ſæpenumero conqueſti græca ſe habere Ariſtotelis corrupta exemplaria: inter quos Theodorus gaza non ſiluit: ſe ſe in uertendis Ariſtoteleis laboraſſe, ꝙ mendoſos admodum codices haberet, uel librariorum culpa, uel caſu eo qui apud ſtrabonem legitur: qui caſus ſe ſe prodit apertius ĩ Theophraſti libris diſperſis & pene euanidis, quorum partes etiam a Theodoro trãſlatas ſi qs

Confutatio ta citae reſponſionis.

non uitiatas putat, conſulat Atheneum: facileq; deprahendet & interpollatas & mutilas. id quod ego Romæ obſeruaui, poſteaq; & obſeruatum ab iis qui Athenæū formis impreſſerunt animaduerti. At qui ſi gratis nulla prorſus extorquēte ratione cōcedamus, græcos Ariſtotelis libros legitimos fuiſſe, & legitima in eis Ariſtotelea ſenſa, proprioſq; animi conceptus aſſeruari: Ad latinum Ariſtotelem ubi uenerim9, mirū q̄ ipſe non erit Ariſtoteles. libros eos ſemper excipio, quos Theodorus gaza cōuertit e græco. Atq; ut de reliquis taceam in eo contextu quem expoſuit Auerroys de arabico ſermone in latinum uerſo, tot pene errores quot uerba ſpectantur. Vide q̄ uerus poſſit aut debeat Ariſtotelis interpres haberi, qui adeo ab imperitis celebrari ſolet Auerroys, & quanti ſit eius faciendum teſtimonium hoc ab eo poſitum in prooemio expoſitionis in naturalem philoſophiam: non eſſe a mille & quingentis annis inuentum cuiuſq̄ momenti errorem in Ariſtotelicis litterarum monumentis, Cum nullum ipſe ferre iudicium queat aut ueritatis, aut erroris, qui Ariſtotelis libros non legit ob ignorationem græcæ linguæ, arabica uſus tranſlatione plena mendaciis, In qua & ſua commenta refudit, & ſi forte legit, Ariſtotelis libros non legit, ſed Apelliconis Teii & Tyrannionis grammatici, & illorum qui inde ſibi peripateticum poſtea nomen arrogauere.

Quod et ſi certi habeantur quantum ad authoritatem pertinet Ariſtotelis libri, certi etiam quoad litterae contextum ſpectat, ita ut nullo unq̄ temporo uitiati ſint, Adhuc teſtimonio Theophraſti, Andronici, Simplicii, et Porphyrii, et aliorum incertam eſſe Ariſtotelis doctrinam et aliquibus in rebus falſam. Caput ſextum.

Condonemus tamen Ariſtotelis cultoribus, quos dicunt Ariſtotelis libros in eum ipſum Ariſtotelem, ut in authorem atq; parentem iure meritoq; referri poſſe. Condonemus & illud nullo eos tempore unq̄ uitiatos, nullam æui paſſos iniuriam, nulla ſcriptorū & impreſſorum uulnera pertuliſſe. An certā ꝓpterea ſtatim ipſius Ariſtotelis doctrinā cenſebunt? Id ſi effecerint uiderint ne nobis prouocatio detur ad eius diſcipulos & hæredes diſciplinæ, & ſectatores, Atq; in primis ad Theophraſtum taxantem de motu

Theophraſt9 Themiſtius. animæ magiſtrum Ariſtotelem, quem & ſi Themiſtius tueri ſaragat, facilius nihilominus, ut mihi uidetur, poterit defendi Theophraſtus a Themiſtio q̄ Ariſtoteles a Theophraſto. ſed hoc non agimus ad præſens, ſexto libro id facturi. Nunc tantum oſtendimus Ariſtotelem a ſectatoribus quandoq; uexatum, & habitum incertum atq; etiam mancum. Nam & Themiſtius ipſe obliuum exiſtimauit Ariſtotelem de iis animalibus pertractare, cuius initium non in aliud eius generis animal referiur, atq; iccirco ex putredine dicuntur oriri. Idem quoq; in aggredienda i Analyticos paraphraſi docet obſcura in Ariſtotele multa, & ad occultandum potius, q̄ ad aperte prodendum uideri ſcripta. idq; data opera quod (ni fallor) indicant illa eius uerba πολλὰ μὲν οὖν ἴσμεν ἐς ἐπίκρυψιν τοῦ ἀριστοτέλοις βιβλίων μεμηχανῆσθαι

Lib. themiſtii phs. Idem Themiſtius eo in opere cui duplex eſt titulus. βασανιστὴς καὶ φιλόσοφος In Ariſtotelis doctrina ſcribit eſſe neſcio quid σκολιὸν καὶ δίστροφον. hoc eſt obliquum tortuoſum ue atq; uerſatile. Andronicus Rhodius qui eius librorū poſt effoſſionem corrector, & compoſitor fuit, de Xenocratis agens dogmate putat, q etiam

et Themiſtius refert ea ſcripſiſſe Ariſtotelē, quæ nō poſſint intelligi, & q̄ ab aliis re/cte, ab Ariſtotele minime recte dicta, & interpꝛtata cēſer. Porphyrius, quē Boetius ſe uerinus libros perihermenias exponēs ſeq ſe dicit, & intellectus acumine, & iniarū diſpoſitione pcelleret: ad Anebonē ſcribēs ægyptiū, nec in Ariſtotele, nec i aliis certā eſſe doctrinā manifeſtauit, cōiectura uniuerſa cōſtare p̄ hiam teſtificatus, & eius ip/ſius principia lōge debilia, inter quæ ſcribit apud græcos multā eē uerborū pugnā, ut pote cū ex humana rōcinatione boni capiat cōiectura, ſuaq; ipſe lingua ita exp̄ſ ſit παρὰ μὲν γὰρ ἡμῖν λογομαχία ἐστὶ πολλὴ ... ἐκ θεῶν ... ἐν λόγῳ ... & i libro de aia ad berito, ... φιλοσοφία ... ἀμφι ... q̄ rō eorū q̄ i pħia ſūt nō icerta ambigua ue. Idē i ope cui fecit titulū περὶ τῆς ἐκ λογίων φιλοσοφίας ſcribit apte oēs græcos p̄ hos aberrauiſſe, quibus in lo cis uniuerſim locutus Ariſto. nō excepit, cui, et Endelechiā nō paucis uexauit. Ale xāder Aphrodiſ xus iuratiſſimus eius īterpꝛs, ſcribit i comētariis i primū metaphy ſicorū, Ari. fundamēta ſuæ doctrinæ iacere i plurimorū opinionib; & multitudinis iu dicio. Indeq; ſuas demōſtratiōes moliri, quo qd dici pōt ad infirmidā eius doctrinā, & icertā reddēdā efficacius. Cicero. c. Amafanii & eos q̄ eiuſdē erāt en uli rōnis nō pbat qa uolebāt ab idoctis pbari, dq; illi diſciplinæ putabāt firmamētū, Inde autē Cice. trahit argumētū nō dici illa ſubtiliter. Sed ſint pbabilia qd. n. pbabile niſi qd pluribus uidet ipſo mec Ari. iudice. qd magis aberrās q̄ uulgi multitudinis iudi/ciū? At nō ſit error, ſit pbabilitas q̄ ide pueniat, qd aūt ſinē re pbabile ē, id certū nō eē māifeſtū ē. Idē Aphrodiſæus i comentariis meteorologicis ſatis certas nō hēre Ari ea de facultate rōnes fatet, ut pcellu docet im. Idē quoq; ſentit Ariſto. p̄ plexe de itellectu potētiæ & actus locutū, quos mō diſtixit, mō coiudit. qd & Philopon ad notauit, eiuſq; rei i noſtro quoq; i tertiū Ari. de aia cōmētario meminimus: & qa ita res poſcere uidebat Ari. ēt detedimus. Io. grāmaticus cognomēto philopon nō uti icertū mō, ſed uti falſū ēt rephēdit & cōfutat ipm quē nihilominꝰ diligēter expōit Ari. & n. uniuerſalē ppoſitionē cuiꝰ uſu oēm cōmunire doctrinā ille pcurauerat, in ſtātiā ſemp pati pnūciat i ſua i ipſius pħi elechos paraphraſi: & i cōmētariis phyſicis ipm iprobat, q̄ ſpatia iteruallaq; refutarit rōneſq; eiꝰ uti debiles & ctrouerſas abii cit: tū & Themiſtiū ea de cā ridet q̄ Galenū taxauerat, a quo taxatus fuerat Ari. tm̄ abfuit uti eū defēderet, uti certū tueret authorē. Nec paucis hoc egit, duo. n. uolumi na, nec oino minima cōfici poſſēt ex iis, q̄ a philopono aduerſus Ari. i maximis illis i q̄rtū pħycorū librū cōmētariis effūdunt. Præterea rōnes aduerſus uacuū inaneq; deprōptas quo ad motū pcipue ptinet, quē ppea Ari. ſublatū iri putauerat, Philo ponus eludit: quarū ſexto huius opis libro aliq̄ nō oia referemus, & tāgemus poti q̄ accurate explicabimus, ne. ſ. oino agant acta. Poſſē innūeros citare uel platonicos pħos, uel aliis pħorū ſectis addictos: at ſuſpectos afferrē teſtes, q̄ affirmarēt rerū nā liū cognitionē i q̄ maxie laudatus Ari. ſciam nō eē, ſed opionē, ſiue credulitatē ſeu mauis opiatiuā rōnē, ſicut & cogitationē eē, mathematicā notitiā rerū. ſolaq; itelle ctilia q̄ rōne & itellectu cōcipiūt ſciam parē, nālia q̄ ſēſu & rōne, cōiecturā. Sed & pi patetici nō deſūt q̄ ēt res nāles ſub ſcia nō claudūt. Siplicius apud græcas gētes ma gni cognomēto magiſtri dignatus, i cōmētariis illis ampliſſimis i primū librū pħy corū, & Ariſto. & Platonis authoritate decernit, null i haberi poſſe de pricipiis nāli bus certā cognitionē, qm̄ ea illi nō cōpetāt: q̄ demōſtratiōi cōpetere cēſuerit Ariſt. qm̄ & Plato decreuerit phyſiologiā eē, q̄ſi dixeris cōiectādi facultatē εἰκοτολογίαν il

Ale. aphrodiſæus.

Cicero

Comētaria auth. in tertium de aia.

Simplicius

le uerbũ poſuit:quãdo ẽt principia,& cauſæ rerũ naturaliũ ex cõpoſitis atq; cõfuſis
digno ſcat,unde pdeat cognitio cõiecturalis,atq; ut uerbo ipſius utar [illegible] ſub
dubiũ ἀλλ᾽ οὐκ ἀποδεικτική hoc ẽ ſed minie demõſtratrix.Idẽ in cõmẽtariis de aĩa mul
ta ſcribit aduerſus Ariſtotelẽ:quẽ tñ magna cura,magnaq; cũ diligẽtia interpraꝫ,
Atq; illa ipſa uerba iter initia opis tãq̃ frõti ipſius ſtigmoſũ ulcus iurit καὶ οὐχ ὡσ τῷ
ἀριστοτέλει δοκεῖ, κινεῖ μὲν ἡ ψυχὴ κινεῖται δὲ τὸ ζῷον, ἀλλὰ καὶ τὸ ὄργανον ἕτερον. hoc ẽ
& nõ ut Ariſto.uideꝫ,mouet qdẽ aĩa,moueꝫ aũt aĩal,ſed & aliud organũ.Idẽ primo
de cælo cõmẽtario Ariſtotelẽ uerẽrũ nõ recẽſuiſſe ex fide opiniões plane ſignificat
Euſtathios. & hoc ipm ẽt ab Euſtathio i primo ethicorũ libro cõfirmaꝫ. At Magentenus quoq;
Magentenꝰ. Mitylenæus ipſius Ariſtotelis expoſitor,dũ iterptaretur lib.periherminias adeo in
certã eius habuit doctrinã,ut ſcripſerit nõ ſolũ eẽ Ariſtotelẽ obſcurũ,Sed nullo ee
Olympiodo doctrinæ nõ uſũ fuiſſe.Et olympiodorus dũ eius libros meteorologicos exponit,in
rus. eis multa falſa & pugnãtia docet cõtineri,ut recẽtiores omnitã phos & medicos q
& ſi Ariſtotelẽ ſequanꝫ in plurimis,nihilo tamẽ minus aliqbus in rebus neutiq̃ ad
P.aponẽſis. mittũt:quẽad modũ Petrus ẽt Aponẽſis dũ ſui cõciliatoris libri differẽtia trigeſima
quinta diſputat,teſtes ne ad generandũ neceſſarii ſint:aduerſari potius Ariſtoteli
q̃ ei inniti maluit:quẽ tamen protomagiſtrũ eodẽ in loco nuncupat, & anatomiæ
ſcientiã eius tempore uſq; quaq; perfectam non fuiſſe cenſet. Nec deſunt qui modũ
etiam loquendi ſæpenumero uel impetunt uel cauillantur.

Incertam eſſe Ariſtotelis doctrinam,ex modo ſcribendi ipſius. Cap.vii.

T ſane conſenſu oĩum fere ueterum phorum,dãnatus olim fuit Ariſto.
ſcribẽdi modus:ut pote qui ea quæ ambigua minime uiderẽtur, multis
uerbis,pluribuſq; argumentationibus proſequeretur. Quæ aũt multa
egerẽt cura ut tractarẽtur & i quibus eẽt inter doctos aliqua diſcepta
tio,ea paucis abſoluerit:Atq; i hoc genere quæſtionũ elegãti quidẽ,ſed cõciſa nimi
Breuitas la um uerborũ ſerie uſus eſſet,Nec attica ſolũ ſed pluſq̃ laconica,atq; ẽt pluſq̃ Chilo
cõica & chi niana,ut Ariſtagoræ mileſii uerbo utar,Quid.n.breuius. Sed neq; ænigmatibus,mo
lonia. re pythagoreorũ uti uoluit,deſciuiſſet.n.ab iſtituto.At uerbis uel ambiguis in ſe ſe
tã & ſi prima facie uiderẽtur expoſitiſſima,uel artificioſe adeo cõpoſitis cõcinnatiſ
q; differebat,ut primori fronte,ipſoq; i lectionis ueſtibulo,puia ſatis apparerẽt:ubi
admitti uolebas,excludebaris recõdito ſenſu & nimis q̃ abſtruſo,ſæpe quidẽ perple
Cicero. xo,ſemp nihilominus elegãti.Hinc opinor factũ ut Cice.q Ari.elegãtiã ſcribẽdi lau
dare ſemp ſolet,i top.eorũ ad trebatiũ pfatione,i qua ẽt icredibilẽ efferet ipſius Ari.
copiã & ſuauitatẽ ſcribat nõ mirati eũ phm rhetori nõ eẽ cognitũ,q ab ipſis phis
pter admodũ paucos ignoreꝫ.& ſane qdẽ,quũ ſolitꝰ erat ſẽtẽtias breues & ſiplicitas
nõ claris aliq & explicatis uerbis patefacere,ſed iuoluere ãbiguis plurimũ,politis
nihilo tamẽ minus & elegãtibꝰ.De græco loquor Ari.nõ de latinis eiꝰ uulgatis tra
lationibus,quibus nihil (ita dixerim) barbarius,nihil dubio pcul intptius,Tãq; fœ
dæ illæ & horridæ,q̃ ipſa eius græca elocutio cõpta ẽ,atq; polita:ut propterea Iuſti
nus martyr exiſtimet putauiſſe Ariſt. ut ob probatũ illud & expolitũ dicẽdi genus
ſibi eſſet habẽda fides.Fruſtratus tamẽ uoto apud pleroſq; ẽ: pp ambigua ſenſa,Nã
eam ob cauſam multa in eum ſcõmata,multa conuitia ſparſit antiquitas adeo, ut
Atticus. etiam ſepiæ nuncupationem non effugerit.Atticus enim quod & ſupra dicebamus
philoſophus,ſimilem eum dicebat ſepiæ,cuius ea natura proditur,ut dũ quæritur
a piſca

a piſcatoribus ut capiatur,iam iamq; admoueri manus perſentit,attramentum il-
lud humoris nigerrimi quod in ſe le habet congenitum ſpargens, inficit aquam
ut ab oculis mox & a manibus piſcatoris elabatur.Sic & Ariſtoteles iis in rebus in
quibus capi,hoc eſt reuinci redargui ue dubitabat,ſermonis uel breuitatē,uel obli
quitatem,uel diuerſitatem ſpargebar,ut aciem eorum,qui ſe depræhēdere uolebāt
eluderet.Ad occultandum etiam ſua ipſius ſenſa,illū ita obſcure ſcripſiſſe arbitror.
Ita.n.a ſæpia fieri etiā abſq; metu,Idē Ariſtoteles nono libro de hiſtoria animaliū ē
author.Verum enim uero,ut erar uir longe præcellentis ingenii aſtutiſſimiq; iudi
cii,quod ſemp ego quidē exiſtimaui,huic uerſutiæ duas alias adiecit, quibus prius
temperaret legentium incommodum,nanq; ut breuitate obſcuritateq; ſermonis ab
ſterrebar quodam modo lectores,ita in rebus minime controuerſis repetitione,&
frequentibus epilogis utebatur,quibus ſententiam firmaret in animis auditorum
quos & rerum multiplici codia alliciendos curabat,nā de omnibus pene rebus quæ
deſiderari queunt,edidit uolumina,ut rerum tandem copia philoſophis omnibus,
qui ante ſe libros ediderant ſine controuerſia præſtaret:Idq; ut puto facile eſt con
ſecutus,qnod forte Hieronymus animaduertens in Ariſtotele inquit pene uidetur
infuſum quicquid eſr capax humanum genus,qui ſi tam bona uoluntate fuiſſet, q̃
magna rerum polluit copia,ab eodem Hieronymo cum alibi tum in eccleſiaſtes cō-
mentariis ſtultitiæ nomine cum ipſo platone non culparetur:&ab Auguſtino pſal
mos enarrante apud inferos contremiſcere non ſcriberetur. Sed.n .copia illa rerū
Ariſtotelicarum ſufficienti uerborum copia ubi maxime eſt odus non illuſtratur.
In libris de animaliū hiſtoria clare ſatis loquitur,In politicis & œconomicis aliquā
to clarius,ea ſi quidem uti ſenſui ſatis expoſita & moribus multitudinis accommo-
da ſunt, de ipſis quaſi ſecutus admodū,& ab eo ne caperetur metu liber differebat,
ſic & ubi de mundo agit ad Alexādrum.At ubi de ſpectatrici loquitur philoſophia
in phyſicis,in metaphyſicis,in libris de anima,& ſententias intercidit,& ſuſpendit,&
obtruncat,& ſemiperfectas periodos promit,ac alio ſe loco quidpiam præſtaturum
quandoq; promittit quod ibi pollicetur,& interdum relinquit uadimonia. Alienis
etiam nititur opiniōibus,quæ poſtea falſæ decurſu temporum iudicatæ ſunt,uti cū
ſe ſe refert ad Calippum,& Eudoxum de numero cæleſtiū ſphærarū in duodecimo
primæ philoſophiæ,quo ēt in loco Auerroys ecentricos orbes,& epicyclios irridet,
& confutat,ac aſtrologiam illam,quæ ſuo tēpore uigebat motricem,uanā affirmat,
quam ſe perficere poſſe cum ſperaſſet iuuenis,deſperauit ſenex,quā Ariſtoteles mi
nus etiam incertam cum haberet,ſe ad Eudoxum rettulit. Nouat etiam quandoq;
nomina ut aliter ipſa res q̃ haberet uſus exprimeretur,Ab ipſo.n. uocabulū Enthe
lechiæ ſiue Endelechiæ conflatum eſt,ut cōtinuata motio daretur intelligi:& quinta
illa(ut Ciceronis eſt dictum)non nominata magis q̃ non intellecta natura,Inuertit
etiam atq; alios in ſignificatus q̃ conſueuerint aſſumit,ut categoriā quod erat rhe
torum nomen iudiciale,cui opponeretur apologia,ut cum alii,tum Porphyrius ma
xime meminit in commentariis in prædicamenta ſiue Categorias ipſas Ariſtotelis
editis ꝑ iterrogationē & reſpōſionē.Meminit & Dexippus Platonicus i qōnibus &
ſolutiōibus,quas i ipſa Ariſtotelica ꝓdicamēta elucubrauit,cuius authoris nup mi
hi Romæ dū eſſem facta ē copia,ex bibliotheca Medica Io.cardialis,quæ græcis ē eiſ
dēq; raris libris refertiſſima,Quo tp̄e Cardinalis,ipe Hiſpano cum exercitu patriā

Ariſtoteles uir precellentis ingenii et aſtutiſſimi iudicii.

Copia ariſtotelis maxima

Hieronymus. Auguſtinus.

Ari. aſtus in ſcribendo.

Enthelechia.

Categoria.

Porphyrius.

Dexippus.

Leo decimus

repetiuerat,qui paulo poſt in pontificem maximum electus Leonis decimi nomen aſſumpſit.Nouis item loquendi & decernẽdi quæſtiones utitur Ariſtoteles modis, q & ipſi quæſtionum,ac ambiguitatum fæti ſunt.Interponit.n.hanc particulam forte,& alia generis eiuſdem,quibus tanq̃ præſidio ſe cõmunit,Idq; in logicis libris potiſſimum,& præcipue in prædicamentis:quam ob rem ſæpe dicunt interpræcres , ex alieno tunc non ex proprio iudicio loqui,Id ꝑ maxime dicunt,cum male diſſoluiar gumenta non poſſunt in eos ipſos directa locos:& hac potuit de cauſa præter alias euenire,ut eius etiam auditores de ipſius doctrina fuerint ambigui,uti paulo poſt aperietur.Illud autem forte quod græce ' ἴσως dicitur, non ſolum dubitandi , ſed affirmandi potius,& ampliandi notam,quidam ex eius iterpræcibus habere uoluerunt,Nam michael Epheſius in primum ipſius de generatione animalium librũ ait

Michael ephesius.

Τὸ δὶ ἴσως ἀντὶ ἁπλῶσ καὶ καθόλου κεῖται hoc eſt,illud autẽ fortaſſe pro eo qđ ·ẽ ſimpliciter & uniuerſaliter iacet.ſed oppido q̃ aſtuti hoc iudicii ſignũ,q; dubia nõ ſibi adſcribit,nec itẽ aliis,ſed ambigue refert,quæ uero digna ſunt cognitu,& extra redargutionis aleã,ſibi ipſi adſcribit,quæ perperam falſoq; prolata,in alios refert,& ſi uulgo etiam cognoſci poſſent,multis tamen argumentis impugnat,adeo ut ſupfluis in opinionibus refutandis,& per ſæpe falſo relatis,non exiguam ſuorum librorum partem conſumpſerit.Eoſdem quoq; quos reuincit authores,quandoq; excuſare ſatagit,& in multis tamen ſequitur,ut hinc etiã a propriis aliena non facile dẽtur internoſci.Damnat in pleriſq; Homerum,eius tamen teſtimonio ſuã de deo ſententiam confirmat.Damnat Thaletem in primo primæ philoſophiæ qui ſecutus Homerum,Principium rerum aquam definiuerat,At in libro de mundo ad Alexãdrũ opinionem reiiciens platonis,qui Deum in ignea collocarat ſubſtantia,eundem in æthereo corpore ſupremo repoſuit,homericorum carminum teſtimonio.Fere, autẽ ſemper non conſtanter loquitur ſed obſcure,quod fuiſſe in cauſa ut pleriq; primũ mereororum librum nothum & ſuppoſititium exiſtimarint Olympiodorus eſt authorquãdoq;dẽ ibi & manere i propoſito,& clare loqui uideatur.Sed quo ad hoc attinet non rectos illos æſtimatores cenſet,quoniam & obſcure ſint argumẽtationes, & inconſtanter,ac dubitabunde loquatur,prefatus.s.ſe & dubitare quæpiam,& quæpiã quodã modo tãgere.Quibus oĩbus ex rebus quantum ad ſcribendi modum pertinet Ariſtotelis doctrinam incertam eſſe colligi poteſt,& ſepiæ ſpargẽtis attramẽtum more obſcuram,& etiam Chameleontis inſtar uerſicolorem,cuius eam eſſe naturam prodit ipſemet Ariſtoteles quarto de partibus animaliũ libro,ut ſit(Non ex rerum quæ prope iaceant coloribus quod Ouidius quod alii prodũt aſſimilare eũ ſibi colorem qui ſit proximus contendentes,quod etiam admittere uidetur Plutarchus excepto candido , Nõ ira aut cupidine quod Seneca uiſus eſt uelle)ſed prænimio metu multiformis.Sic forte ille multiformis & uerſatilis metu,qui uel a laudis cupidine ſuggerebatur ne caperetur refutareturq;,uel a corporis temperatiõe quæ illi etiam inopia ſanguinis riguiſſe dicitur,ut ille de Chameleonte narrat: qui omnium maxime animãtium ſanguine caloreq; deſtituatur.Atq; inde pauor & ex pauore mutatio.Cuius opinionis uidetur Plinius fuiſſe libro uigeſimo octauo ſcribẽs nullum animal pauidius exiſtimari & ideo uerſicoloris eſſe demutationis.id ipſum quoq; de Polypo tam apud Plinium libro nono q̃ apud Atheneum,Plutarchum Lucianum, alios,affirmatur.

Olympiodorus,

De uarietate colorum in Chameleonte q̃ uaria.

Doctrinã Ariſtotelis incertã oſtendi ex ipſius aſſeclarũ expoſitorumq; perpetua pugnã quae ꝙ multiplex ſit, et ꝙ magna oſtenditur. Caput octauum.

T ſi certa eſſet Ariſtotelis doctrina, nec etiã omnino, ſed magna ex
a parte: nun ipſius aſſeclæ atq; interpræres concordes inuenirentur i
eius ſententiis, & percipiendis & declarandis? Cũ autem in pleriſq;
oibus & in iis maxime quæ principales habentur percipiẽdis, aper
tiſſime diſſentiant, & in declarandis eis rixentur, digladienturq;,
nun ipſa illa doctrina certa putabitur? Nec mihi diſſenſiones noſtrorum theologo Remoſſo taci tae obiectiõis
rum regerat quiſpiam, Nam ſunt noſtra fidei pricipia & articuli principales ita fir
mi apud omnes chriſtianos & ſtabiles, ut de eis probatorum nemo diſſentiat, ſunt&
eccleſiæ uniuerſalis ſanctiones ſuper cauſis fidei, & neceſſariis ad ſalutẽ moribus, qui
bus eorum nemo reluctatur. De aliis uero, & maxime iis quæ pendẽt a philoſopho
rum gentium doctrinis, ſæpe inter ſe contendunt. At ipſi philoſophi in ipſis princi
piis philoſophiæ rixantur: in collocandis fundamentis digladiantur. Equidem poſ
ſem duo magna uolumina implere ex diſſenſionibus, uariiſq; iterpræetationibus lo
corum Ariſtotelicæ doctrinæ, cuiuſcunq; facultatis. Sane quæ ad rudimenta logicæ
pertinent difficultates, incerteq; ſententiæ, eas qui ſimplicii monumẽta legerit in
Ariſtotelis prædicamenta compræhendet, tam magno fuiſſe numero, ut ſi nullibi de
mente Ariſtotelis amplius diſceptatum fuiſſet, ſatis illæ deberẽt haberi ut icerta ip
ſius authoris redderetur uniuerſa doctrina. Idem in reliquis etiam libris plane con Quãta diuerſitas i graecis expoſitoeib9
ſpicuum, Et ſi ad naturalem poſtea fa cultatem te conuerteris, & Philoponum, Sim
plicium, Alexandrumq; perlegeris, mirum quantæ diſſenſiones: tot .n. reperies ut
uacuos libros alios facile putes. q ſi eorummet metaphyſica in manibus ſumpſeris
putabis te deceptum, & uix tibi ipſi credes tot pugnas antea ſpectauiſſe. At ſi relic Quãta in latinis.
ta græcia in latium cõmigraueris ſpectatum latina cõmentaria, te ipſum ruditatis
argues, qui putaueris omnes in Ariſtotelica doctrina difficultates a græcis interp
tibus exhauſtas: exiſtimabis eos pacatos, & placide quietis plenos, ſi quas ipſi exci
tauerunt pugnas multiplici noſtratium eidemq; perpetuo prælio cõtuleris. A græ
cis &.n. diſſident ſæpe latini: atq; ipſimet inter ſe multipliciter confligunt. Aliq ad
græcos commeant, omnibus deniq; in rebus Ariſtotelicæ doctrinæ dubitant, omni
fere ſententiæ hinc inde mouent argumenta, Et quanto magis euoluere curant in
noluunt magis, & lumen geſtientes accendere, tenebras offundunt, eorum inſtar
qui lychnum deficientis lucernæ, flatu rediuiuum excitare molientes, prorſus ob
ruunt, & intermori cogunt. Signum id euidentiſſimum, q mille & eo amplius annis
in græcia ſuper Ariſtotelis ſenſibus bellatum, Et in lutetia pariſiorum quadrigen
tis. Sed in ipſis quoq; interprætandis interprætibus ſexcenta diſſidia. Auerroem
nanq; alius hac, alius illac raptat, ut pro ſe faciat. Inter eos qui nominales dicuntur
uarie ſectæ, Thomam Ariſtotelis interprætem aliquibus in locis diuerſi diuerſe in Auerroyſte. Nominales.
terprætantur, & ipſorum quoq; interpretum ſententiæ uariæ trahuntur in diuerſa,
ſunt qui a Capreolo ſtãdum cenſent in natura relationũ & aliis nõ nullis, ſunt qui Capreolus
ab eo diſſentiendum putent: De Scoti ſenſu, multis in rebus diuerſi diuerſa ſentiunt Scotus.
& in dies noua mouentur prælia, adeo ut qđ in uniuerſum dixit Solomon Ariſtote
lis interprætibus poſſis aptari, faciendi libros nullus eſt finis. Sed qui libros facien
dis corr.xãdi, bellãdi, contingendi, digladiandi ut certus tandẽ Ariſtotelicæ doctrinæ

ſenſus percipi queat. Nec exiſtimes lector minutis tantum modo i rebus paruiq; mo
menti alios a: ıs bellicum canere, ſed in rebus maximis, a ad nos maxime pertinen
tibus, nec apud ſæcula dumtaxat poſteriora ſed apud ipſos qui Ariſtotelis uocem
Theophraſt9 — propriis auribus hauſerunt. Theophraſtus enim & ſcholæ ſucceſſor Ariſtotelex, &
hæres bibliothecæ, putauit Ariſtotelem exiſtimare animam humanam eſſe immor
talē: Ariſtoxeni de anima definitio quis ambigat nō ſit muſicæ arti cui maxime icū
Ariſtoxenus. — bebat q̄ Theophraſti condiſcipuli ſentētiæ accomodatior? qui nihilominus Ariſto
xenus muſicus Ariſtotelis auditor fuit Gelii teſtimonio. Dicæarchus Siculus ex Me
Dicæarchus. — ſana eiuſdem Ariſtotelis auditor, & uti de eo ſcripſit Cicero, magnus in primis peri
Diſcordia in ter theophra. et dicæarchū et alios de aiā — pateticus & copioſus, mortalem exiſtimauit animam Plutarcho teſte, & authore ſex
to philoſopho nullam, Nullam item quod & primo huius operis libro dicebamus
authore Cicerone. Id ipſūq; Atticus affirmauit, Et Dicæarchū qui omnē animæ ſub
tantiā ſuſtulerat aſſeuerauit ipſi Ariſtoteli conſentanea decreuiſſe. Eius etiā dicæar
Galenus. — chi opinionem ita perpēdit ſicuti plutarchus effecerat Galenus de pħica tractās
hiſtoria, & Ariſtoteli cenſet conſentaneam, Si quidem cum alibi tum eodem in libro
decernit Ariſtotelem putauiſſe animam non eſſe immortalem, ſed hac de re ſicuti
& de animæ opinionibus primo libro multa diximus, & alia quoq; plura ſexto libro
dicemus. Sed ſi hic idem peripateticus .s. Dicæarchus toties cum Ariſtotele locutus
tam ab alio diſſenſit in re tam neceſſaria tantiq; præiudicii, quid nam de aliis cenſe
bis, ſi rite ſapies? At forte diſcipulorum hæc & auditorum inuidia? Quid uero cauſæ
Plutarchus. — fuit? ut plutarchus quadringentis fere annis poſtea natus exiſtimarit Ariſtotelem
neutiq̄ putauiſſe animam eſſe immortalē, ſed corruptioni obnoxiā, Id ipſum quoq;
Alexāder — Galenus cenſuerit? Cur Alexander Aphrodiſæus certe poſt plutarchū. forte poſt
Galenum natus q̈q̄ eodem ſæculo uixit, Nec huius authoritate nec illorum inuidia
motus inter examinandum, & exponendum Ariſtotelis placita cenſuit ab eo decre
tum animam eſſe mortalem. Cur poſt Alexandrum multi expoſitores eius ſunt ſen
tentiam ſecuti; multi ab ea deſciſcentes aduerſam Ariſtoteli ſentētiam adſcripſerūt,
ut Hāmonius ut philoponus ut Simplicius ut Sophonius ut Theodorus metochites
ut alii. quid q̄ ex decima ſeptima particula .xii. metaphyſicæ uno ex uerbo Thomas
& alii humani intellectus immortalitatem, Alexander mortalitatem, Auerroys
Comentarii autho. in tertium de anima. — unitatem confirmauerint? uti ſcripſimus in commentariis tertii de anima indigreſ
gone de ipſius immortalitate. Cognoſci hac ipſa de re maxime poteſt, ita hoc in ne
ſocio ſicuti et aliis in rebus de quibus ſupra loquebamur, et de quibus etiam non
fecimus mentionem, ut de ſubiecto totius pħycæ facultatis, quod eſt adhuc ſub iu
dice, Ariſtotelis doctrinam & eſſe & haberi debere prorſus incertam, quoniam eius
interpretes omnis generis, certum adhuc non habent & ſi multis ſæculis id ſit cō
tinue quæſitum, quid ſuorum librorum lectoribus ipſe dederit intelligi.

Quod ex Chriſtianis theologis probatiſſimis et antiquiſſimis haberi poteſt philoſophiam gentium non aeſtimandam, ac doctrinam Ariſtotelis ince[rta]m eſſe, et plerisq; in rebus falſam. Caput nonum

S — Ed non ſolum gentium philoſophi uerum noſtræ chriſtianæ religionis
uel antiſtites, uel doctores, uel utrunq;, & in philoſophia gentium non
æſtimanda, & in Ariſtotele cum uarie intelligendo incertam, tum repræ
hendendo

hendendo falſam doctrinam eius nobis reddidere. Reprahendendo inq̃ non ſolum ꝙ mūdi æternitatem probare ſategerit, qđ agere Deum neceſſitate naturæ decre/ uerit, ꝙ diis gentium ſacra fecerit, nam hoc extra controuerſiam damnādum & ab ominabile, ſed aliis etiam in rebus, de quibus illum pleriq; ſolent cōmendare. Nec uarie dico intelligendo, quo modo & uarie etiam ſacras quandoq; litteras interpræ tantur, hoc eſt diuerſe, ꝗꝗ & ea circa ſacras litteras uarietas in unum coit eatenus, qua uterq; ſenſus ubi uerus inuenitur, ab authore ſupremo, Deo uidelicet, quē nul la ueritas latet, qui omnis ueritatis eſt cauſa, primitus eſt notus, immo etiam ſempi terno cognitus, ſed uarie. i. ſibi ipſis contradicentes. Cum ueteribus. n. non conuene re iuniores, Nec itidem iuniores inter ſe ſe, Neq;. n. antiquitus apud noſtros aut ue/ rax author aut conſtans Ariſtoteles habebatur, aut pro magiſtro & doctore ſūme batur. nam maiore prudētia ſcribit Auguſtinus authores noſtros omiſiſſe eas quæ ab illo tractari ſolent quæſtiones non profuturas diſcentibus & occupantes: quod peius eſt multum prolixa & rebus ſalubribus impendenda temporum ſpatia. aut ſi qui eum uerſabant eius tamen quæ nunc putantur eſſe de pleriſq; rebus opiniones Ita non recipiebantur, ut pote uel uana in religione fundatas, uel arrepta de ſenſu occaſione nitentes, atq; ita etiam Dionyſius areopagita coarguit ſimonem tāq̃ eū latuerit non oportere ſapientem ratione ſenſus inniti, aduerſus rerum omniū cau ſam, ſic & alii in uanitate ſenſus ſui ut uerbis utar Apoſtoli non eſſe ambulandum præcepere: & Ariſtotelem nominatim declinandum præmonuere, illiſq; gratiſſimū erat theologis, ſi quis contra philoſophos, cōtra mathematicos, ſcriberet, modo ex pers aut phiæ aut Matheſeos riſui non pateret, quod & in commentariis prophe tæ Danielis & alibi ſignificarūt. Neq; enim ueteres theologi ita ut iuniores phis gē tiū aſſentiebant, quos dum confutamus ſuffragamur illis. neq; mathematicos quos s. ſancto quodam odio proſequebantur, more quorumdam noſtratium conſulebāt quādo ēt (ut uidimus) eā aſtrologiam quæ motus metitur īter liberales artes nūera tā, honeſte cōtēni ſcripſit Auguſtinus: qua quidē ī re decepti ēt pleriq; ſunt, æſtimā tes eā pluris q̃ ipſi olim phi. nā libro tertio mōſtrauimus nō tāti factā geometriā & aſtrologiā a pclariſſimis gētiū authoribus q̃ti nūc fit, nec ab ipſo ēt platone ut ple riq; uellent in arce authoritatis collocatā. Vtebatur ille ad intelligibilia noſcēda ma thematicis non per ſe ſe id apud eū ſatis uideri pōt & apud alios: unde illud alcinoi platonici ꝙ ni ita fiat eorū curioſitas manca & amens nulliuſq; æſtimanda cenſetur. diſciplinamq; mathematicam non ſcientiam eſſe ſed cogitationem affirmat. In aſtro logica uero diſciplia ueteribus aſſētiebātur plato & Ariſto. unde ille ī timeo, hic tā in ſecundo libro de cælo q̃ in xii. primæ philoſophiæ reprahenditur a multis: quan do ſolem ſecundum planetarum uterq; poſuerit, & Ariſtoteles calippo & eudoxo in globorū celeſtium aſſerendo numero conſenſerit. Sed nec in erroribus etiā ut ali/ bi eſt proditum, certa concorſq; ſententia de quibus apuleius dum de platonis dog mate diſſerit, ſtellas ipſas erroneas & uagas dici affirmat, quoniam noſtræ ſuper ea rum curſibus opiniones diſputationeſq; poſſunt in errorē itellectum inducere: cu ius ēt rei meminimus & in libro de prouidentia & in quæſtione de triplici aſtrolo/ gia. Redeo ad Ariſtotelē in quo confutando citarem Lactantium, ſed nihil fortaſſe apud noſtrates, aut certe parum haberet momenti. Laudat eum tamen Auguſtinus & in gentes quorum e numero fuit Ariſtoteles, fortiſſime ſcripſiſſe illum Hierony/

Auguſtinus.

Dionyſius.

Apuleius.

Lib. atibo. de prouid.

Q̃ ò de tripli ci aſtrologia

Lactantius.

mo Auguſtino & aliis magni nominis:qui aliter de Ariſtotele ſentiunt q̃ multitu-
do nunc putet.Iuſtinus philoſophus & martyr in libro gẽtium admonitorio qui ſu
perioribus annis eſt a nobis e græco in latinum conuerſus,Scribit apertiſſime Ari-
ſtotelem tenuiſſe eam animam non quæ irrationalis habetur,& ſenſilis , ſed quæ ra
Teſtimoniũ Iuſtini. tionalis dicitur,& ab eodẽ Ariſto . uocatur entelechia mortalẽ eſſe,ita.n.ille græce
ἀριστοτέλης δὲ ἐντελέχειαν αὐτὴν ὀνομάζων οὐκ ἀθάνατον ἀλλὰ θνητὴν εἶναι βούλεται
& ſupra quoq; dixerat Ariſtotelem noluiſſe ut inſtar platonis triplex eſſet anima,
ſed una eademq; rationalis.Poſteaq; ſcribit illũ non perinde ut plato putauiſſe eã,
mobilem:ſed immobilem prorſus,motuſq; omnis eſſe pricipium.Gregorius naziã-
Teſtimoniũ g.Naziãzẽ. zenus apud græcos theologus per excellentiam nuncupatus,in diſputatione con-
tra Eunomium,Ariſtotelis de anima ſermones mortales appellauit,ſicut & eos qui
de prouidentia deminutos,ipſiuſq; artificioſum quaſiq; ſubdolum dixerit ſcriben-
di modum,& humana nimis dogmata taxauit,Nam cum pythagoreorum, & plato-
nis pleraq; repræbendiſſet & epicuri reieciſſet impietatem ,de Ariſtotele uerba fa-
ciens his ipſis dictionibus uſus eſt ἀριστοτέλους τὴν σμικρολόγον πρόνοιαν καὶ τὸ
ἔντεχνον καὶ τοὺς θνητοὺς περὶ ψυχῆς λόγους καὶ τὸ ἀνθρωπικὸν τῶν δογμάτων Grego
Teſtimoniũ g.Niſeni. rius quoq; Niſenus uti eſt notiſſimum ſcripſit ab Ariſtotele exiſtimatam eſſe ani-
mam corruptibilem.Deinde Theodoretus epiſcopus Cyri in libro de natura homi
Teſtimoniũ theodoreti. nis,cum de anima differit inter alia ſcribit δημόκριτος δὲ καὶ ἐπίκουρος καὶ ἀριστοτέ
λης φθαρτὴν εἶναι ταύτην ἀναιδῶς εἰρήκασιν hoc ẽ Democritus aũt & Epicurus & Ari
ſtoteles corruptibilẽ eſſe ipſam impudenter dixere,& alibi quoq; intellectum aliud
eſſe quiddam diuerſumq; ab anima ſtatutum ab Ariſtotele cenſuit,animamq; ipſã
mortalem exiſtimatam Origenes Adamantius dum philoſophorum ſectas enar-
Teſtimoniũ Origenis. rat eo in opere cui ab eo φιλοσοφουμένων eſt indita appellatio ,inter platonem &
Ariſtotelem hoc maxime docet intereſſe,q̃ ille mortalem eſſe animam decreuit hic
minime,atq; eius ut uerbis utar ἐναφανίζεσθαι .Nec id ſemel dixiſſe contentus ope
re procedente repetiit: particulares uero ſingulares ue ἀφανίζεσθαι ſanctus Tho
mas & alii pleriq; putant Ariſtotelem exiſtimaſſe ſepetatim ab anima non eſſe in
tellectum,ſed ipſius animæ ſiue affectionem,ſiue qualitatem,ab eius ipſius eſſentia
profluentem:In hoc euarians a Theodoreto,ab ipſo met autem non ſolum,ſed a Na
zianzeno & Iuſtino diuerſa & oppoſita prorſus uia progreſſus:Cum decernit Ari-
ſtotelem putauiſſe hũmanã animam eſſe immortalem.Sane uti plutarchum,Alexã
drum,& Galenum taceam,quos capite ſuperiori oſtendimus putauiſſe mortalitatẽ
animæ creditam ab Ariſtotele,magna eſt in omni eccleſia authoritas Nazianzeni,
Non a Hieronymo ſolum ut a diſcipulo magnopere laudati,ſed in ipſis probati põ
tificiis decretis:magna Niſeni,magna Iuſtini,non Hieronymi ſolum & Euſebii ſcrip
tis ornati,ſed coronati martyrio,nec minima Theodoreti,cuius poſt tertii concilii
diſceptationes,& conflictus cum ſanctiſſimo uiro Cyrillo habitos,in quarto hoc ẽ
in Chalcedonenſi primum exagitata,mox & probata eſt fides,& ſcriptis propriis il
luſtris eius per ſe copioſaq; doctrina,epiſtola etiam pontificis Leonis maximi ho-
norata,& laude etiam poſteriorum,tituloq; beatitudinis inſignis habita,ut in anti
quis eius codicibus græcæ ſcriptis inueni.Nec parua etiam origenis ubi non erraſſe
in rebus q̃ ad fidem præcipue ſpectant exiſtimatur.Adde Auguſtinum qui animã
quintum elementum ab Ariſtotele exiſtimatã affirmat .q̃q̃ quid ſenſerit, quid nõ
ſenſerit

ſenſerit Ariſtoteles nihil ad fidem pertinet,ſed ad gentiū doctrinam.qua in re præ
celluiſſe Adamātiū cōſenſu publico decretū eſt:de quo ēt illud uulgatū ubi bene ne
mo melius.Præcelluiſſe Augu.nemo neſcit ēt ipſiſſimus. Nō derogo ꝓpterea Tho
mæ,qui horū forte nō uidit libros,ut poté græce ſcriptos,uidit certe Niſeni,quē hac
de re non probat in ſecundo contra gentes uolumine,& ſi uidit non quid in re eſſet
ſed quid ſibi uideretur uelle Ariſto.mens,ex ordine contextus expoſuit.Mos enim
alioquin pariſiēſium theologorum cum primores illi probariq́ ſine controuerſia
noſtræ theologiæ doctores quicq̃ ex profeſſo non dubitabundi,ſed ex certa matu
raq́ ſententia decernunt,omnino non contradicere,Magis autem ut eorum dicta
reuerenter interpraetari propriam in opinionem trahere moliantur. Habuit tamē
fortaſſe,uel certe potuit habere authores Thomas,in Ariſtotelea familia magni ui
ros nominis,quos in Ariſtotele declarando ſequeretur.Nam præter Theophraſtū.
Et Hāmonius,& Philoponus & Simplicius inſignes peripatetici.Præterea q́ Sopho
nius & Theodorus metochites & alii ſcribunt.& multis probare argumētis conan
tur Ariſtotelem & exiſtimaſſe,& clare ſcripſiſſe humanas animas eſſe immortales.

Qui nam cenſuerint Ari. putauiſſe animā īmortalē.

Quid uero ego ipſe hac de re ſenſiſſe putem Ariſtotelem,& quo modo in tertii de
anima libri commentariis diſputaui maximeq́ in digreſſione de ipſa animæ immor
talitate,ut aſſertores mortalitatis oīno repellerē:qua ī digreſſione indicaui fieri fa
cile potuiſſe,ut magni illi ex noſtra religiōe uiri ex Alex.maxie opiniōe de Ariſto.
opiniōe decreuerint & ex ſectatore magni apud peripateticos nominis,de pricipis
eorū doctria arbitrarētur .Hic aūt nihil aliud uolumus colligere,q̃ ꝙ tā ſe ſe uarie
capiēdā ꝑbet Ariſto.doctrina,ut īcerta debeat iudicari,& authoritate theologorū
græce ſcribētiū q eū reprehēdūt nō æſtimāda.Sed.n.Thomæ nō ſolū & Alberto ac
cidit ut diuerſe a prioribus theologis ī Ariſto. itelligendo proceſſerint,uerū & ſec
tatoribus Thomæ etiam num contigit,ut quem aliis in rebus & ſequūtur & inter
pretantur in hoc ab illo prorſus euarient.Et ſane pro conſtanti & firmo recipien
dum illud eſt,quod magnus quidam uir prædicare ſolebat,eosqui uoluntatē in doc
trinæ ſtudiis præponunt intellectui,hoc eſt qui prius uel affectione uel aliorū opi
nione q̃ ratione & examine diligenti de rerum ueritate decernunt ſæpiſſime falli.
Sed hæc de anima ſatis plura ſexto huius operis lib. ſumus dicturi:q̃q̃ alia pleraq́
poſſent afferri & in communi & particulariter.Si quidem Gregorius Nazianzenus
in primo contra Iulianum apoſtatam libro humanam omnem eruditionem tene
broſā & a ueritate excidērē decreuit ſcribēs ἐπὶ πᾶσα ἡ ἐν τοῦ ἀιῶνος τούτου δύναμις
ἡ καὶ παίδευσις ἐν σκότει διαπορευομένη καὶ τοῦ τῆς ἀληθείας φωτὸς πόῤῥω τίπτουσα
quoniam inquit & omnis ſæculi huius poteſtas & eruditio in tenebris obambulat,
& longe excidit a luce ueritatis:ſub omni autem eruditione eam quæ eſt Ariſtote
lis contineri nemo neſcit.In genere quoq́ incertā non ſolum Ariſtotelis ſed oīum
gentium doctrinam decimo de prouidentiæ oſtenſione lib. Theodoritus affirmat,
cum de rebus naturalibus eam habuiſſe nihil certi & exacti clara uoce pronunciat,
nec ſolum inueniſſe illam aliquid τῶν ζητουμένων ut eius utar uerbis ſed plenam re
diiſſe ut eius iterum utar uerbis. ζόφου πολλοῦ καὶ ἀπορίας .Illudq́ apoſtoli
cum inter alia duxit in medium.Si quis uidetur noſſe aliquid nondum nouit
quemadmodum noſſe oportet,Multa quoq́ ad hanc rē alio in opere duodecim in
libros diſtincto aduerſus gētes, illas ipſas ſanaturus enunciat.Gregorius quoq́ to

Quid author ſentiat de ariſtote.opiniōe.

Nota.

Greg.nazian,

Theodoritus

manus pontifex.xxvii.commentariorum in Iob.In hoc itaq; inquit mundo dum ui
uimus tunc perfecte quæ ſcienda ſunt ſcimus cum proficientes per intelligentiã,nil
Ambroſius. nos pfecte ſcire cognoſcimus,& Ambroſius in ſexto hexaemeron inanẽ & uſurpato
riã (ut eius utar uerbo) philoſophiæ doctrinam a moſe poſthabitam aſſeuerauit.
Idem Ambroſius toto decurſu hexaemeron operis,multis in rebus atq; in primis i
natura ſiue eſſentia quinta,qua cælum ab Ariſtotele conſtare decernitur,Ariſtote-
Auguſtinus. lem ipſum explodit.Auguſtino quoq; ſeptimo ſuper Geneſim eadem quinta eſſen-
tia contemnitur:& in ſuperioribus operis uoluminibus cælum ex materia factum
aſſeritur,& eius figura ſphæricam in qua aſſerenda multum laborauit Ariſtoteles,
adeo non dignam in cuius diſcuſſione occuparemur cenſuit ipſe Auguſtinus,ut ſe
cũdo ipſo ſuper geneſim uolumine hæc ſcripſerit:quid.n.ad me inquit pertinet ut
rum cælum ſicut ſphæra undiq; concludat terram,in media mũdi mole libratam,an
eam ex una parte deſuper uelut diſcus operiat.At de ipſo quoq; Ariſtotele martyr
Iuſtinus mar. Iuſtinus uti de authore incerto,& ſibi ipſi aliquando aduerſo loquitur ,ac eum de
principiis differentem aliter exponit q̃ alii.Neq;.n.formalem cauſam ſed deum quẽ
in quinto ætherio corpore ut in ſede collocauit,ſimul cum materia rerum natura-
lium principium dicit intellexiſſe,& aliter quoq; de idæis q̃ poſteriores exiſtiment
locutum docet,ſiue alios,qui perierunt eius libros uiderit,ſiue correctiora,aut alia
omnino nactus exemplaria.Incertos.n.libros Ariſto.eſſe ſupra ſatis oſtẽdimus.Ma
Magentenus. gentenus etiã mitylenæus archiepiſcopus cuius ſupra habita eſt mentio,reiecit mo
Hieronymus dum Ariſtotelicæ doctrinæ.Hieronymus quoq; duodecimo commentariorum ſuo-
rum in Eſaiam libro,ſuper illis prophetæ uerbis conuertens ſapientes retrorſum,&
ſcientiam eorum ſtultam faciens,ita ſcribit,& ſapientiam philoſophorum,quæ & ip
ſa erroris pars maxima eſt,ſtultam eſſe monſtrabit:dum nequaq̃ humanis cogita-
tionibus Dei probantur comprehendiſſe ſapientiam.hæc Hieronymus qui a philo
ſophorũ cætu neutiq̃ excluſit Ariſtotelem.In tertio contra academicos libro Au-
Auguſtinus guſtinus inquit, quo modo ſe habeat humana ſapientia,eam me uideo nondũ per-
cepiſſe,ſed cum triceſimum & tertium ætatis annum agam,non me arbitror deſpe-
rare debere eam me quandoq; adepturum.Supra.n.diſputauerat ſubtiliſſime an ſci
re aliquid ſapere percipere ue homines poſſent,q̃ ſi hoc dicebat generatim de om
ni cognitione,q̃to magis de ſenſibili cognitione atq; notitia? de qua poſtea ætate
procedente minus etiam honorifice ſenſit:nam libro 83 quæſtionum docet a ſenſi
bus ſincerã ueritatem expectandã non eſſe:ſenſu uero nititur Ariſtotelea doctrina.

Quod ex chriſtianis theologis iunioribus qui pariſienſi ſtilo per quaeſtiunculas ſcribẽ
do celebres habiti ſunt,haberi poteſt Ariſtotelis doctrinã incertã eſſe .Caput.x.

O biectio. a T dicet aliquis ſinamus ueteres:adeamus iuniores theologos: qui
ſubtiliores multo habiti ſunt:atq; in ueritate & diſcutienda uege-
tiores,& inuenienda perſpicaciores .apud eos.n.Ariſtotelem celebra
tum adeo inueniemus:ut nihil fere ſine eo decernere tentarint.con
Reſponſio. tra ego afferam,& multos,& diuerſis in locis Ariſtotelem uexauiſſe,& q̃q̃ Thomas
& Albertus plurimum ſint Ariſtotelem ſecuti,ſcribitur tamen a Thoma in quar
to de regimine principum libro ſententias Socratis & Platonis non rite ab Ariſto

tele

tele narratas teſtimonio græcorum peripateticorũ.Ipſeq; inſigni etiam contradic
tionis nomine condemnat Ariſtotele,ſi quidẽ æternitatis mundanæ aſſertorẽ illũ
eũdẽq; humanas animas & plures & immortales exiſtimaſſe pronunciat. Quæ dog
mata inter ſe pugnant ob id,ꝙ ex ipſa æternitate mundi,infinitas numero animas
e ſe cõſequitur: Ab ĩfinito uero abhorret Ariſtoteles tertio maxĩe phyſicorũ & pri
mo cæli libro.& ꝗq̃ ſecundo cõtra gentes uolumine capite octuageſimo primo ſcri
bitur,in ſubſtantiis immaterialibus id nõ affirmari,ſed in corporibus naturalibus
Hoc a Thoma non ſcriptũ,ſed uice gloſſematis fuiſſe appoſitũ ut facile putẽ,id me Locꝰ.ſ.tho.
mouet,quod paulo ante fuerat ab ipſo Thoma aſſeuer. tum,opinionem qua contẽ declaratur.
debatur non eſſe abſurdum putare infinitas animas,eam principiis ab Ariſto.poſi
tis repugnare: qm̃ nõ eſſe actu ĩfinitum decreuit.Quæ nã igitur quæſo repugnãtia
ſit in corporibus naturalibus infinitum eſſe actu putauerat abſurdum Ariſtoteles,
nõ aũt abſurdũ ſi ĩueniret in ſubſtãtiis ĩmaterialibus?ꝗ nã inq̃ iſthæc repugnãtia?
ſepatæ.n.aiæ imateriales ſubſtãtiæ ſũt.q̃re tollit potius repugnãtia ex ipſa diſtictio
ne corporis naturalis & imaterialis ſubſtãtiæ,q̃ afferat. Quo fit ut coniectari nõ dif
ficulter poſſimus,ab aliquo auicẽnæ & algazelis ſectatore appoſita illa in margine
uerba(in corporibus naturalibus non autẽ in ſubſtantiis immaterialibus) quæ po
ſtea in librũ ipſum irrepſerint. Appoſita inq̃,ut eam opinionem nõ repugnare pri
cipiis ariſtoteleis oſtenderent,quã repugnare ſcripſerat Thomas. Sed utcunq; ſe ſe
res habeat,neq;.n.propterea ſuper hac repugnatione digladiari uelim . illud certe
conſtat,nullo modo infinitum numero dari actu poſſe,longe maxime aſſeuerari a
Thoma in theologica ſumma,ſeptima primæ partis quæſtione: ut ſi nolimus proba
ri a.s.Thoma Ariſtotelem ſibi ipſi contradicere; inuiti certe cõcedamus propterea
contradicere Ariſto.s.Thomam.Vnde & acutiſſimus quidam eius ĩterpres, tam & ſi Tho.Ca.
qđ ſcribitur ſecundo contra gentes uolumine nõ uti nos,ſed ut alii,legit: nihilo ta-
mẽ minus affirmat,quarto ipſo ſeptimæ quæſtionis articulo.s. Thomam omnẽ uiã
concordiæ cum doctrina Ariſtotelis ademiſſe ſibi,iuxta expoſitionem ſuam: qm̃ ex
opinione æternitatis ſupra narratæ,& opinione multitudinis aiarum imortaliũ , ſe
quitur aĩas humanas eſſe actu infinitas,quas nullo pacto infinitas eẽ poſſe ipſomet
articulo plane decreuit.Cæterũ Thomæ diſcipulus Egidius romanus,ſibi ipſi cõtra Egidius
dicere Ariſto.nõ abnuit,dũ ad mũdi quã fuerat cõmẽtus æternitatẽ,aiarũ nũerus ĩ
finitus quẽ nõ admiſit,ſequeret.Neq; aũt me latet quid hac de cõtradictione multi
dixerint.& alios ad nouitatem mundi ab Ariſtotele poſitam, ſed in libris qui apud
nos non uiſuntur cõfugere.Alios ignorationis potius & obliuionis damnaſſe Ari-
ſtotelem q̃ contradictionis , ut & ipſe Egidius uiſus eſt uelle,in opere quod appel-
latur quodlibet,& Durandus in ſecundo in ſententias commentario, & quicunq; aſ Durandus
ſeuerarunt non reſpexiſſe Ariſtotelem ea,quæ ad ipſa ſua placita conſequeban-
tur.Alios infinitatem eam non actu ſed poteſtate decernere,ut pote cui fieri poſſet
additio.alios alia.Sat eſt ab aliis,contradictionis,ab aliis,obliuionis & ignorationis
nomine damnatum,ab aliis ſuſpectum fuiſſe nomine tarditatis.Sane ab Alberto ẽt Albertus.
repræhenditur Ariſtoteles,cum animal cæli motorem nuncupauit,& cum de nume
ro cæleſtium corporum.eorumq; motoribus dubie diſſeruit.Viſum quoq; Henrico, Henricus.
Gulielmo,Herueo,& aliis,de anima perperã decreuiſſe Ariſto.ipſiq; Henrico mul- Gul.
tis rationibus comprobatum eſt uia naturæ ullam non poſſe haberi ſinceram ueri i Her.

tatem, & opus eſſe irradiatione diuina. Et q̃q̃. Io. ſcotus non ille monachus de quo ſupra locutus ſum, ſed ex minorum ordine, eius opinioné aeriter ipugnauit quarta quæſtione diſtinctionis tertiæ primi in patrum ſentẽtias commentarii: Non maiori tamen fortaſſe negocio diſſolui Scoti rationes poſſent, nec minus probabiliter q̃ eas quas attulit Henricus rationes, ille diſſoluerit: ut ex iis quæ ſecundo libro diſputata ſunt, quo quo modo colligi potuit, clarius multo libro ſequenti percipietur

Scotus cum hac de re particulatim uerba faciemus. Ipſe quoq; Io. Scotus in quarto cõmentariorum taxat Ariſtotelem, ꝙ minime perſtiterit in ſententia de anima, & modo hoc modo illud adduxerit: ꝙ non omnia naturali ratione firmata protulerit, ꝑſua ſibili & uulgari philoſophorum opinione ſæpe contentus: & in ſecundo commentario ſcribit multa Ariſtotelem contradictoria latenter conceſſiſſe, & alia aduerſus eũ

Gre. arimi. cum in libris ſententiarum tum alibi ſparſit. Gregorius Ariminenſis cũ diſputat de propoſitione ſingulari futuri temporis, aperte ſcribit Ariſtotelem in pluribus erra

Durandus uiſſe & ſibi ipſi contradixiſſe. Durandus quoq; in primo commentariorum in theologicas ſententias non nimium tribuit Ariſtoteli. In ſecundo uero uolumine diſtinctione prima quæſtione tertia, apertiſſime dicit Ariſtotelem non ſolum contra fidẽ, ſed etiam contra rationem naturalem erraſſe, dum æternum mundum aſſeruit, & rationes eius octauo phyſicorum facile poſſe diſſolui: atq; in ipſo quæſtionis fine protulit Ariſtotelem in iis quæ de infinito dixerat tertio phycorum libro, ſibi ipſi in oc

Io. baccon tauo eiuſdem operis contradicere uideri. Io. Baccon Carmelita q̃q̃ Ariſtotelis ut ex eius apparet theologicis operibus magnopere ſtudioſus, non ſemel in primo commentario in ſententias, etiam in ſecundo, tradit Ariſtotelem errauiſſe cõtra principia philoſophiæ, & ſibi ipſi contradixiſſe, Nec deſunt qui de Galaxia illũ erraſſe di

Nicol. cuſa. cant. Nicolaus Cuſa. s. R. e. cardinalis non Ariſtotelis ſolum, ſed humanam omnem ſcientiam impugnauit, & omnem ſimilitudiné claudicare, nec ea attingi ueritatem affirmauit, & omnem creatam imaginem ab exemplari excidere, & omnem huma

P. alliacẽſis. nam ueri aſſertionem coniectura conſtare exiſtimauit. Petrus alliacenſis idemq; cameracenſis cardinalis tertia quæſtione in primo ſententiarum, ſcribit in doctrina ſiue philoſophia Ariſtotelis nullas uel paucas eſſe rõnes euidẽter demonſtratiuas, eam ꝓ quam iudicat omnibus apparentiorem, de unitate Dei ex rerum productiõe in primam cauſam relata, probabilem tantum exiſtimauit, nõ euidentem: cui & reſpondet & aliam præponit, ex conſeruatione rerum q̃ ex productione, Gulielmi opinionem dum ſequitur, ualidius argumentari poſſe arbitratus. Ibidemq; affirmat ꝙ philoſophia Ariſtotelis ſeu doctrina (ut eius utar uerbis) magis dici debet opinio q̃ ſcientia, & ualde repræhenſibiles iudicat qui nimis tenaciter Ariſtotelis adherent authoritati. Nec multo poſt de fælicitate locutus prodidit, eã ab Ariſtotele umbra

Ni. lyra. tice ſomniatã. Nicolaus Lira in exordiis ſuæ in ſacra eloqitia enarrationis affirmat conſtare philoſophos omnes humanæ tantum ueſtigationi innitentes, inter deducendum concluſiones a primis maxime principiis longinquas, aberrauiſſe. Certe cõ

Io. gerſon ſtat & Ioannem Gerſon modum ariſtotelicæ cognitionis per ſolã iſpectionem phãtaſmatum, & æternam illius rerum, pro gignenda ſciẽtia aptitudinem, improbaſſe.

Herueus. Sic & Herueus de ſeperatis ſubſtãtiis multiphariam taxat Ariſtotelem, & multa præ

Ro. olchot. terea aduerſus eum ſcribit his uoluminibus citata. Robertus olchot eius de mundi unitate rationes eludit, in ſecundo commentario in ſententias theologicas. Atq;

ut

breui ſermone colligam uniuerſa.Non defuere & qui phyſicam ſiue naturalem phi loſophiam,& qui tranſnaturalē ſiue ut dicitur neotericis metaphyſicā male ab Ariſtotele ſcriptam aſſeuerauerint.Legimus in prima quæſtione Io.cānonici de ſubiecto ſcientiæ naturalis eam ipſam philoſophiam naturalem & erronee & inſufficiēter ut eis utar uerbis fuiſſe ab Ariſtotele traditam:& apud Franciſcum maroneum legimus in tertia quæſitione diſtinctionis quadrageſimæ ſeptimæ conflati operis, Ariſtotelem non ſolum de inuidia in platonem cuius dogmata rite proprieq́ non retulerit,ſed etiam de ignoratione abſtractionis,eq́ peſſima rerum metaphyſicarū traditione condemnatum.Franciſcus idem ſuper quarto Auguſtini libro de geneſi improbauit ſui temporis theologos qui pro ſe libentius ex Ariſtotele q̄ ex Auguſtino teſtimonia citarent.quare ſi non deſunt ex pariſienſibus theologis qui Ariſtotelem quantum licet ei per noſtra ſacra tueri uoluerint,non defuerunt etiam ex eiſdem theologis uiri magni nominis, qui illum ipſum condēnarint.quod & ex primo huius quarti libri capite,& hoc ipſo decimo,lectori perſpectū eſſe facile potuit. Io.Cann. Fr.Mar.

Ex multis Ariſtotelis erroribus eius doctrinam incertam cōuinci,Eadem nunc in uniuerſum tanguntur,et explicabuntur ſequentibus libris. Caput undecimū

Aeterum cum ſcribat Gregorius,& alii quos ſupra duximus in medium plures illum errores commiſiſſe,& non percenſeant ſingulos, reperire aliquos nos ipſi tentabimus,eos etiam prætermittentes in præſentia,quos & Theophraſtus & alii eius ſectatores annotauerūt. Sed certe qui errat in pluribus,ſibi ipſi tollit fidem in paucioribus.An homini i pleriſq́ erranti aſſentiemur?Ita ut quemadmodum nos fefellit i illis,fallere quoq́ poſſit in aliis?An non magis ſuſpendemus iudicium,& incertum quod relinquitur habebimus?quando in diuinis libris ſi aliquis uel officioſus error mendaciumq́ inueniretur,antiqui theologi pronunciant futurum ut haberētur incerti.Sed negabit fortaſſe quiſpiā Ariſtoteli nimio plus addictus,aberraſſe illum,& Auerroys authoritate illa iam confutata fretus,contendet in omnibus ueridicum.At ſi cum chriſtianis eſt mihi ſermo,reſpondeant quæſo,Num de principio mundi uera ſit eius an falſa ſententia?falſam dicturi ſunt,Si chriſtiani ſunt.In pricipio inquit Moſes Creauit Deus celum & terram,Ariſtoteles autem nullum habuiſſe principium affirmat, & multis argumentis probare nititur in octauo phyſicorum, quæ argumenta ſexto præſentis operis libro monſtrabimus ueritati repugnare, Q ua etiam in re falſum id protulit a ſolo Platone mundum tēpuſq́ factum, Nanq́ ante illum Pythagoras & alii permulti ea opinione freti mundum a Deo conditum protulere . De fine uero mundi quis error inexpiabilis?quem ut puto ſuo motu non effugiet :Nam nō ſolum incorruptibili ſubſtantiæ contulit,ut non diſſolueretur unq̄,uerū & illi ſempiternum largitus eſt motum:Itemq́ ſempiternam generationem & infinitam commentus eſt:quæ quis nō uidet noſtræ ueritati catholicæ tā repugnare q̄ qđ maxie? Q đ aūt repugnat uero,qs nō eē falſum aduertat?Sed quot errores hinc pullulant aduertamus:hoīes fuiſſe ſēp,hoīes nūq̄ defuturos ſup terrā,æternā primā materiā Reſponſio. Confutatio multiplex.

æternam hominum generationem, infinitos homines, animas numero infinitas
quas nūq̄ redituras i corpora uano dogmate ſparſerat, Et alia pleraq; noſtræ fidei
maxime aduerſa, quæ chriſtiani homines nominis, compeſcere deberent ne ſe
illi tanto tempore manciparent. Plato hac in re uero proximior, & conditum a Deo
cælum affirmans, & eius uoluntate poſſe diſſolui, & ſubterraneis i locis homines da
re pænas ſcelerum, animarumq; iudicium, & reſurrectionem non abnuit, quare ma
xima illa, atq; in expiabilia Ariſtotelis facinora uniuerſam eius doctrinam corrum
punt, & aliis in rebus reddunt incertam. In libro etiam de mundo ad Alexandrum
una in re plures commiſit errores, quos monſtrabimus libro ſexto. At qui alia quo
q; non deſunt, In meteoris ſcribit fieri non poſſe, ut iris inueniatur maior figura ſe
micirculi, quem errorem oculis propriis abhinc annis quidecim compertum rettu
li eo in libro qui inſcribitur de ſtudio diuinæ & humanæ philoſophiæ. Et aliū quoq;
errorem de iride nocturna quis defendet? quam negat poſſe contingere niſi ſtatu
tis quibuſdam longiſq; temporibus, cuius delirii, & magnus meminit Albertus, eūq;
ipſum errorem tertio abhinc libro particulatim inceſſemus. De Gallaxia quoq; tri
tam accuſationem prætereo. Ad hæc ſi dum narrat Ariſtoteles deſideratur ab eo fi
des, & ueritas, quanto magis dum diſputat? Si.n. certus nō eſt author in alienis opi
nionibus, ſententiiſq; referendis, quo pacto debet haberi dum illas aut firmare ſa
tagit aut demoliri? Et ſane in principiis rerum naturalium recenſendis multa delin
quit, In quarto quoq; libro primæ philoſophiæ de Anaxagora, aliiſq; ſimul ātiquis
philoſophis cum mentionem feciſſet, ſubiecit illos omnes exiſtimaſſe ſolum reperiri
entia ſenſilia, Cum tamē ipſemet Anaxagoram & alibi & ipſo eiuſdem operis libro
tradat mentis intellectus ue mentionem feciſſe. Cæterum & illos uexauit perperam,
ꝙ prudentiam, hoc eſt mentis habitum, a ſenſu non differre affirmarint, uti partim
libris ſuperioribus, partim libro ſexto ipſorummet philoſophorum quos falſo ac
cuſauit, uerbis oſtendetur. De principiis quoq; naturalibus dum diſſerit eatenus lo
quitur, ut eius expoſitores pro certo ſe comperiſſe putent, nullum extitiſſe philoſo
phorum qui ſolam terram principium rerum naturalium exiſtimauerit, Idq; etiam
rationis adducunt, ut eueniſſe id ipſum cenſeant propter eius craſſitiem: ſed a pleriſ
q; ſolam terram principium rerum eſſe naturalium creditam, & ſuperioribus libris
Sextus. diximus, Et Sextus philoſophus, & Theodoritus theologus affirmāt. Opinionē quo
Theodoritus q; parmenidis non rite fuiſſe interpretatū Ariſtotelem, ſui etiam peripatetici iura
tiſſimi produt. Ad hæc parmenidis ipſius Empedoclis, Anaxagoræ, & aliorū, ipſius
q; etiam Democriti opiniones in quarto metaphyſicorum poſitas circa ueritatis iu
dicium, non rite narratas & ſupra eſt dictum, & eodē libro qui erit huius operis ſex
tus atq; ultimus, monſtrabimus apertiſſime, In moralibus etiam libris præter aras,
quas diis gentium, & heroibus ſtrui uoluit. nūn illud magnum crimen & inexpia
bile doctrinæ ſcelus, cum cædem præcepit monſtroſi puerperii? quæ quidem præte
reo, tum ꝙ alias de iis diſſerui, tum ꝙ ſepoſitus eſt his omnibus locus, Cum particu
larius doctrinam eius & incertam, & ſæpe falſam ſumus oſtenſuri. De arte demōſtrā
di, q̄ imperfecta ea ſit, libro ſequenti uerba facturi ſumus. De fallaciis autem quas no
bis tradidit uice demonſtrationum, certæq; doctrinæ, nihil etiam ad præſens, quādo
totus qui huius operis liber ultimus erit, ei ipſi rei patefaciendæ deputabitur.

Quod omnis doctrina Ariſtotelis fundatur in ſenſu, qui quoniam ſæpenumero fallax eſt et aliis decipi modis poteſt, preterq̃ iis quos ipſe recenſuit, ideo incerta putãda eſt. Ibiq; contra eos qui dicunt ſenſum ex Ariſtotelis ſententia non falli. ac preterea oſtenditur tolli rationes quibus ipſe ueritatem ſenſus probare ſategit. Caput xii.

Erum.n.uero cum Ariſtotelis doctrina fundetur in ſenſu, Ideo facile conuincetur incerta, quia nõ incertus modo plurimũ ſenſus, ſed ſæpenumero fallax, ac pluribus modis aliis q̃ putauerit Ariſtoteles, & decipere poteſt & decipi. Eſt.n.ſẽſus ſuapte natura uerius ni ſit uarius: uarius autem in diuerſis hominibus eſt, & quandoq; in eodem: & ſæpenumero de ſuis ſenſionibus ambigunt plurimi, ut opere procedente patefiet: unde nec generalis regula ſenſilis ueritatis quæ & uniuerſis & ſingulis hominibus & ſemper aptari queat (ni ego quidem fallor) inuenietur: qua de re ſequenti libro latius diſſeremus. Verus enim habitus eſt olim ſenſus, ni res permutetur ſenſilis, & intermedium ſentiendi non inficiatur: ſed creberrima uariatio contingit, & ſenſilium permutatio frequens & multiplex, ac intermedii fluxilis inſtabiliſq; natura. De his quidem poſtremis aliqua præcepit Ariſtoteles, de priori uero uarietate non diſſeruit, qua de re nunc pauca, plura libro ſequenti dicturi ſumus. Eſt itaq; apud Ariſtotelem ubiq; uidere hoc ſenſus fundamentum magna cura iaci ſolere, Atq; ut ab Analyticis logicæ libris poſterioribus fiat exordium, quibus omnis nititur Ariſtotelica doctrina, quibuſq; reliqua reddere certa magna cura molitur, ſenſum unicum eſſe totius ædificii fundamentum comperimus, totiuſq; demonſtrationis initium: Eam.n. demonſtrationem ex propoſitionibus uniuerſalibus cõmunit, propoſitiones uniuerſales ex ſingularibus per inductionem colligit, ſingularia ſenſu deprehendit. porro phyſicis quoq; libris id præſtituit principium, innatam eſſe nobis uiam a notioribus nobis ad ea quæ naturæ ſunt notiora, nobis autẽ magis nota quæ ſenſibus haurimus, Sic & reliquis i naturalibus libris, & i meteorologicis facile eſt comprehendere. An in primo quoq; de partibus animalium ipſe ſe ſe non ſatis explicuit? Aſſerens nobiles illas & interitus expertes ſubſtantias, minus a nobis propterea cognoſci poſſe, qđ parum.s.ſenſui paterent. & in tertio de generatione animalium, dum de apum generatione diſſerit, ſenſui dicit (quod & ſupra narratum eſt) magis credendum q̃ rationi, cui quidem rationi poſtea fidem adhibendam cenſet, ſi quæ demonſtrantur cum iis conueniunt rebus, quæ ſenſu percipiuntur. De ethicis nihil opinor nunc loqui oportere, quando ipſe incertam eam facultatem & probabilem dumtaxat affirmarit, ut quæ demonſtrationes ſuapte natura nõ admittat. At in metaphyſicis, in quibus non ſolum certam doctrinam ſategit perſcribere, ſed oſtendere facultatem eſſe quæ omnium aliarum facultatum artifex eſſet iudexq; primaria, nun ſẽſum præponit? & ſenſuum etiam dilectionem argumento eſſe uoluit, ut omnes homines natura ſcire cõcupiſcerẽt? Si tamẽ illud initiũ Ariſtoteli & nõ Theophraſto iure debeat adſcribi: In quarto uero eiuſdẽ opis ꝑcipuo & ſubtiliſſimo libro, ut qui uerſetur circa ipſa cognoſcendi principia, que ducebantur a multis in controuerſiam, nun præponit ſenſum? tum cum ueterum opiniões pħorũ falſo tamẽ (qđ ultimo libro mõſtrabitur) recitatas improbare conatur. Semp.n.ibi ꝓuocat ad ſẽſum, Ad ipm ꝑfecto magnis artib9 idẽtidẽ appellat: qbus ex oibus liq̃do cõſpici daꝛ ipam doctrinã

Ariſtotelis in ſenſu fundari,aut cum res haurit per ſuas ſpecies formas tie,aut cum
hauſtas diſcutit,atq; diiudicat,ſiue hoc ad eundem ſenſum,ſiue ad alium ſiue ad plu
res pertineat.Nam de hac re nondum apud omnes lata ſententia eſt, ne dum rei iu
dicatæ robur obtinuit.q̃ uero ſit incertum hoc ſenſus ſiue indicium ſiue iudiciũ,q̃q;
id uel Ariſtoteles ignorauerit(neq;.n.hoc mirum,nã & ſi magnus fuit author Ari
ſtoteles,homo tamen fuit,cui ab ipſo ortu naturæ ipſomet authore magis propria
eſt atq; connata ignorati o q̃ ſcientia)uel ignorauerit inq̃,uel non conſiderauerit,
uel reiecuerit,particulatim monſtrabimus libro ſequenti.hæc enim in uniuerſum
dumtaxat nunc diſſerimus.Ipſe certe fatetur aliquibus modis falli ſenſum poſſe, id
q; trahi,cum ex ſecundo libro de anima poteſt,tum ex alus operibus, Secundo inq̃
quo adpertinet ad latinorum diuiſionem,qua etiam utemur ipſi ſubſignando loca
i proceſſu operis,quoniam latinis potiſſimũ ſcribimus,Alioqui multa ſignari opor
teret in tertio,ſi græcorum diuiſionẽ ſequeremur,uti ſupra docuimus. Ex hoc itaq;
de anima opere,cum ex libro de ſenſibus,& his quæ ſentiuntur,ex libro quoq; de co
loribus,non nihil etiam ex quarto primæ philoſophiæ libro, ac aliis plerisq; locis
(neq;.n.uno ſolo hac de re ſuam opinionem prorſus explicuit)nec non & ab eius in
terpraetibus fallaces modos collecturi ſumus,& non nihil etiam fallaciæ,ut ab ea ca
Primo. uere poſſimus ſubſignaturi. principio itaq; falli putarũt ſenſum,ſi circa rem obiec
tam uerſaretur,quæ propria illi non eſſet ſenſui qui faceret iudicium,ſed uel alte
rius extrinſecus poſiti,uel ſenſus qui communis dicitur.puta ſi auris colorum noti
tiam haurire uellet.& oculus de harmonia ſonora ſententiã ferret,atq; ut noto uta
mur exemplo,ſi Socrates quoniã albus eſſet diceretur ab oculo cognoſci, accideret
ei albo,quod uiſu percipitur,eſſe Socratem:ex accidenti itaq; ſocrates diceretur per
Secundo. ſentiri ,quo modo & uiſus & cæteri ſenſus extrinſecus poſiti fallerentur.Itẽ ſi de ma
gnitudine,motu,figura,& cæteris id genus,quorum iudicium pertinet ad ſenſum
q collocatur intrinſecus,ſenſus ipſi arbitrarentur.Quare oportet ut ad propriũ ſen
ſile diiudicandum feratur ſenſus,ſi uerax debet haberi,& non ad alienum,etiam ſi
iunctum ſit proprio ex accidenti,nec item ad rem obiectam communem, uerbi cau
ſa,magnitudinem,motum,& cætera,quibus unũ præſtituit ſenſum Ariſtoteles, quẽ
nuncupauit communem,intrinſecus poſitum,cui iudicium competeret omniũ quæ
extrinſecus hauſta eſſent diſcernendi.Qui.n.foris ſunt ſenſus,ſolas & ſibi proprias
qualitates hauriunt ſine materia tamen,ut ipſe ſecundo de anima libro docet exẽ
plo ceræ,quæ anuli aurei æneiue ſignum,ſine auro,ſine ære ſuſcipit.Qui autem eſt
intus communis ſenſus,& eas quæ aliis propriæ ſunt qualitates,& quantitatem præ
terea & quæ communia illis ſunt diiudicat.Quare falli ſenſus extrinſecus ſitos Ari
ſtoteles cenſuit,cum uſurpare ſibi communis ſenſus iudicium præſumunt,& etiã cũ
quæ aliis ſunt propria ſenſibus,ipſi ex accidenti diiudicare moliuntur:ut pote quæ
Tertio. ideo ſentiantur,quoniam proprio accidant ſenſibili.Tertio ex diſtantia nimia,nam
aliter cum prope res & iuſte,aliter cum longe & nimio plus collocata eſt,ſenſus ar
Quarto. bitratur.Quarto ſi infectum ſit intermedium corpus diaphanum perſpicuumue,ſi
de uiſu loquamur,quo ſpecies rei ſenſilis ad pupillam deferuntur,uel alia interme
dia etiam infecta ſint:ut in auditu,ſi inficiatur aer quem permeant ſoni,ad auditio
nis delati ſenſoriũ:ut in olfactu,ſi uel aer,uel aqua,uel ex iis conflata natura carens
(ut inq̃t Ariſtoteles)noie,quo intermedio odorata ſpecies defert ad ppriũ ſenſoriũ

quod

quod circa cerebrum collocauit ipſe in libro de ſenſibus, Item ſi caro afficiatur
per quam guſtabilis tactiliſq; ſpecies,ad ſenſorium quod repoſitum circa cor ipſe
met cenſuit,pertferatur.Quinto ſi morbo infectum & extrario quopiam caſu impe Quinto.
dirum ſenſorium ſit.Sexto loco fuere qui numerarent magnitudinem debitã & qua Sexto.
litatem,Nam & tam parua illa,& hæc tam remiſſa eſſe poſſet,ut inde fallacia obori
retur.q̃q̃ ſunt qui hoc uelint eludere:quia ſi ſenſibile id fuerit iam ſenſum non effu Reſponſio.
giet.Sed & ſi prorius non effugiat,aliter tamen propterea præhendi poteſt q̃ de- Confutatio.
ber, qualitas.n.remiſſa,minori etiam hærens magnitudini,minus tamen ſuam dif-
fundet imaginem q̃ ſi maiori eſſet in mole.Sunt & alii qui aliud adiciant:recidere
tamen in hæc quæ rettulimus omnia facile queunt:ut hinc longe fallantur qui ſen Contra eos
ſum non decipi ex Ariſtotelis ſententia cenſeant.Cum tot ille probatiq; eius inter qui dicunt ſe
prætes fallaciæ modos enumerauerint.Sed q̃ friuola ratione id commẽti ſint uidea ſum non falli
mus,Non fallitur inquiunt ſenſus,quoniam ita iudicat ut afficitur,Si.n.lingua quæ
ſit bile infecta,mel guſtatum amarum percipit,quo modo fallitur? Sentit.n.ſpeciẽ
amaritudinis,atq; ita iudicat:ita de intermedii fallacia pari proportione ſtatuunt &
de cæteris.Sed cur non idem de omni cognitrice poteſtate decernunt?quæ.n.cauſa
diuerſitatis,ſi ex eo quod apparet,& quod uidetur,id quod non uere ita ſe ſe habet
diiudicat:tum enim quæ abſurda ſequerentur nemo neſcit.eãdem rem falſam & ue
ram eſſe,ac eiuſmodi cætera.At diſſoluant operæ pretium eſt quo pacto ſenſus ipſe
de ambiguis ferat ſententiam?Sunt enim quocunq; in ſenſu aliqua quæ indigeant
diſcerniculo.Feret ergo modo hic,modo illic ſententiam diuerſam atq; pugnacem
nunq̃ certam,ſi ex ſe ſe aliam non habet facultatem diſcernendi diiudicandi ue q̃
eam qua ſibi quicq̃ primo præſentabitur.præter id nunq̃ eueniet ut non fallatur il
lius iudicium,ſi de re ipſa ſecundum ſe non diſcernat,Ad rem nanq; obiectam iudi
ciũ reſoluitur,quia de ea potiſſimũ quæritur,Neq;.n.de ea uerbi cauſa,quæ ĩ lingua
eſt ſpecie ſit quæſtio,ſed de melle dulce ſit an minime?quare ſi amarum iudicat ob
bilis ſpeciem iam ſibi impreſſam,falſam profert de melle ſententiam,& nunq̃ uerã
proferet,ſi de re quæ obiicitur ipſi ſenſui non recte arbitratur,quod facere nequit
niſi eius imaginem ſincere hauriat.Quare nõ modo fallitur,ſed & ſenſui communi,
& ipſi etiam intellectui magna eſſe poteſt erroris occaſio,quandoquidem ſenſus ip
ſe communis nititur exterioribus in iudicio ferendo tanq̃ teſtibus & indicibus, pa
riq; proportione intellectus,quare & falſa hæc & ab Ariſtotele minime tradita ſũt:
exiſtimat quidem Ariſtoteles ſenſum propriæ obiectæ rei nõ falli,ſed aliis rõnibus
quas in quarto metaphyſicorum attulit,ex terminis a quo & ad quem unde motus
ipſe depræhendatur:ex rei ſpecie quæ maneat mutata quantitate:ex cæli conſiſten
tia immobiliq; natura.quas ego rationes huius operis libro ſecundo, capite uige
ſimo ſecundo diſſolui,inuehiq; maiorem cognoſcendæ rei difficultatem aperui, nec
niſi accidentia ſenſu cognoſci eo ipſo authore ſubſignaui:nec cæli ſubſtãtiam etiã
ſi ipſa mutaretur ſenſu cognoſci poſſe ſubdidi,cui nec ipſum cælum nec immobilis
ulla natura ſubiicitur ut appræhẽdatur.cognoſci.n.ueritates multæ per ſenſum que
unt,ſed ut cognoſci poſſint rationes illæ Ariſtotelex extra controuerſiam non pro
bauerũt.Incerta.n.plurimũ ſenſilis cognitio,multaſq; adeſſe cõditiones oportet,ne
labat ſẽſus & ĩ idicãdo & ĩ iudicãdo:qd̃ & Ariſto.& ſectatores q ſenſui mirũ ĩ modũ
fidũt,cũ aiaduertiſſẽt,exceptiões attulerũt multas,de qbus iã uerba fecim9, quare

Hæc de ueritate ſenſus & fallacia ex Ariſtotelis & interpretum ſententia ſummatim & ingenue rettulimus:quæ reddont ſuapte natura fallacem uiam, de rebus exacte,& ad perpendiculum iudicandi:quando intermedius aer,uel aqua,uel caro facile poteſt infici,ideoq; ſenſum uel remiſſione multa effugere poteſt.Sed & interſitu circunſtantia quandoq; fallit,quoniam nec decretum eſt,nec decerni poteſt quanta illa debeat eſſe,quæ ueraci iudicio deputetur diſtantia,Quoniam alii perſpicacia

Septimo. ſenſuum pollent,Alii hebetudine laborant.Sed præter has una eſt incertitudo quæ prodit ex diuerſo humani corporis temperamento,cui uariæ ab aliis apparitiones fiant,& ſenſamenta diuerſa,unde non unus tantum ſed multiplices errorum modi oriri poſſunt in ſenſu:Qua de re non præcepit Ariſtoteles.Ego uero libro ſequenti id ipſum exequar,ſic & in libro de imaginatione quo pacto ea uariet, fallaturq;, & quo pacto corrigi queat edocui,quod Ariſtoteles quem eo in libro pleriſq; in rebus ſecutus ſum,non explicuit,q̃q̃ eam fallacem ipſe aſſeruit ſenſum autẽ ueracem Qui ſi ꝓbe conſideretur,tã eſt uarius ut illius & indiciũ & iudiciũ infirmũ & icertũ magna ex parte reddatur,ſi una eademq; apud omnes exacta regula ſenſilis ueritatis Ariſtotele authore ſit habenda.Sed hæc in uniuerſum de ſenſu,de quo libro ſequenti particulariter & exacte magis.Ideo illuc huiuſce rei cupidum lectorem relegatum uolo.Nam hic quodam quaſi tranſcurſu & narratione res agitur potius q̃ diſputatione ,q̃q; ullis quæ rem tantam comprobare queant argumentis.

Quod ipſe met Ariſtoteles fatetur ſui ipſius doctrinam incertam eſſe. Cap.xlii.

a T nihil(ſi placet)ſuperiora nobis,q̃ ſit Ariſtotelis incerta doctrina monſtrauerint:Ipſum ſi percunctemur Ariſtotelẽ,Reſpõdebit utiq; ſi de morali philoſophia mentionem habeamus probabilem quidẽ illam nec ad certam & exactam rationis normam exigendam, quoniã ,cũ id rei natura quam tractat non patiatur.At ſine percunctatione nos ipſe antea præmonuit ne a ſe uidelicet peteremus,quod præſtare non poſſet.In logicis etiã aliorum opiniones pleruq; ſecutus id ſæpe repetiit,Dicunt,dicitur, & huiuſcemodi ſimilia.In metaphyſicis comparat intellectum noſtrum oculo ueſpertilionis,qui ita ſe ſe habeat ad ſolem uti nos ad prima & ſumma naturæ contemplanda ,ut qui uidelicet nõ exactam & puram ac per hoc minus certam rerũ notitiã hauriamus. & ipſo initio ſecũdi uoluminis primæ phyloſophiæ ſi eius initii author eſt Ariſtoteles cum præfaretur,ueritatis contemplationem partim facilem partim difficilem,eatenus probari difficilem uoluit,q; neq; illam digne quiſq̃ conſequi poſſit,ad eamq; ipſam ſingulos aut nihil aut parum conferre,cauſaſq; humani(uti diximus) imbecillitatem ingenii.Atq; in primo de partibus animalium leuiter nos attingere res ſuperiores arbitratur,Et ſi ob earum excellentiam oblectemur magis q̃ ſi inferiora cuncta teneremus.In ſecundo uero,de homine q̃ non certa eſſet & exacta cognitio illa eius uerba declarant,hominem unum ex omnibus animalibus nobis cognitis aut diuinitatis eſſe participem,aut omnium maxime,In ſecundo quoq; libro de cælo probabili ſæpe coniectura delectari eis in rebus nos docet:in meteorologicis uero cum ea de q̃bus acturus eſſet ꝑfaret,ſcribit hæc uerba ἐν οἷς τὰ μὲν ἀποροῦμεν τῶν δὲ ἐφαπτόμεθα τινὰ τρόπον hoc ẽ in q̃bus aliqua dubitamus,aliq̃ uero quodã modo

modo tangimus. In naturalibus ut qui uno modo non poſſe dari unicam reſponſionem aduerterit, quandoq; reſpódet ἔστι μὲν ὡς ἔστι δ᾽ ὡς οὔ ē aūt ut ſit, eſt autem ut non, ut in calce primi phyſicorum, Itemq; alibi fere, quaſi, forte, & id genus particulas ambiguas, & incertam reddentes rationem expromet. ſæpe etiam geminatas ponit ipſas ambiguas particulas non una contentus: Nam cum primo de animaliū generatione, rationem redditurus eſſet de cauſa materiæ, finis, formali, & efficienti, quo modo in opere uidelicet ipſo de animalibus eas omnes complexus omnibus ſatisfeciſſet, Deinde cum unam & eandem eſſe quæ formæ & quæ finis eſſet uellet aſſerere uſus ē iis uerbis ὡς ἓν τὸ σχεδὸν ὑπολαβεῖν δεῖ quæ uerba Theodorus uertit quaſi unum quoddam fere exiſtimāda ſunt. Sed enim & de rebus aliis q̄q̄ exploratis nō tamen auſus uniuerſalem inferre notitiam, ſed probabilem & plurimum non ſemp & omnino raram, unde illud eius in ſexto de natura animalium: uerum ita hæc nos exponimus ut magna ex parte res euenit. De anima uero præcepturus ſcribit difficillimū eē aliquā de ipſa ꝓbationē capere atq; ita præfatus eſt. πάντη δὲ καὶ πάντως ἐστὶ τῶν χαλεπωτάτων λαβεῖν τινὰ πίστιν περὶ αὐτῆς q̄bus ex uerbis oēm reliquā eius doctrinā reddidit icertā, ex aīa. n. eiuſq; functionibus, ſenſu, intellectu, phantaſia, ois doctrina capitur. Quare iſthæc oia quorū naturā, proprietatem, munia tractat ipſo in opere de anima in ſcripto, reliquit inter difficillima cognitu, & probatu, quæ tamen cognitionis & probationis aliorum cauſa ſunt. ex debilitate uero aut obſcura difficillimaq; cauſæ notitia, quis non uideat effectus etiam ipſos pari & deteriori etiam condictione q̄ ſit cauſa depromi? quaſiq; id tunc pronunciauit ingenue, maiorem rerum earum quæ ſcire ſe putauit partem, minimam illarū eſſe quæ ignorabat, adeo in his etiā quæ uidebantur incertus, ut hinc ipſam expreſſerit ſuleritq; ſententiam, dubitare de ſingulis non eſſe inutile. quod non feciſſet ſi certa notitia pollere ſe animaduerteret: atq; hac in re ſcepticis aſſentiri uidebatur. Idem ſæpenumero non affirmat, ſed ait ita uideri, quod eſt proprium, & peculiare ſcepticorum, Aliorum etiamnun citat opiniones loco teſtimonii, quin & roborat proprias alienis ſæpenumero placitis, Et poetas citat lyricos, & tragicos, & ipſum Homerum, cuius carmine de rebus altiſſimis librum primæ philoſophiæ duodecimū terminauit, ut qui propriæ imbecillitatis humanæ, errori falſitatiq; obnoxiæ probe conſcius, ſi non ſibi, poetis tamen illis quorum tamen non ualida ſed debilis in philoſophiæ rebus anthoritas, aſſentiendum uideretur hortari, liberam etiam electionem lectori ſæpenumero reliquit, non de maximis ſolum rebus, ſed de minimis, in quibus tamē percipiendis diligētiſſime uerſatus fuerat. Sic de numero orbium cæleſtium eorūq; functionibus in metaphyſicis quæ dicuntur rebus, ſic de coitu & generatiōe apum in quinto de natura animalium (ne plura citem) magnas lites a poſteritatis iudicio non ſubtraxit. At qui ſuam hanc ambiguitatem non ſolum auxit ſcribendi genere, ſed etiam declarauit ſe uelle incertam ipſius doctrinam haberi, & iis qui ſe nō audiſſent prorſus non intellectilem. Extat ad hanc diem eius epiſtola, qua reſpondet Alexandro macedoni ægre ferenti q; libros auſcultatorios, ita ipſe nuncupat, iuulgaſſet, affirmans & editos illos eſſe, & non editos, ut pote qui cognobiles futuri non eſſent, præterq̄ iis, qui illa quæ ipſis continerentur in libris, ab eius ore præmirus accepiſſent. huius etiā epiſtolæ meminit Gellius, meminit Themiſtius, meminit Simplicius, & Plutarchus eadem refert in Alexandri uita, quantum pertinet ad libros

metaphyſicos.Quare ſi ipſe met Ariſtoteles hoſce de prima philoſophia rebuſq; altiſſimis,& de phyſica auſcultatione libros,pro non editis habuit quãtũ ad eos pertinebant,qui ſe non audiſſent:noſtræ ætatis,& aliarum etiam longe ſuperiorum homines ipſo aduerſante Ariſtotele ſe illorum ſenſa percipere profitebuntur:ſi ſuam ipſe met author doctrinam non incertam modo,ſed non intellectibilem pronũciauit,& re minus credentibus comprobauit,quando ita ſcripſit, ut quiſquis illã pro ſe capiat & aptet ſibi perinde ac diuerſos ut quibuſdam proditum eſt Chameleon colores,quæ tandem iniuria non modo intellectilem eam,ſed etiam certam pronũciare?Sed iam quintum operis librum & in Ariſtotelis doctrinam ſecundum aggrediamur,quo in libro comminus agendum eſt,& quaſi ſtataria pugna decernendũ, ubi erit opus ueterano milite.Decem.n.quæ iam emiſſa ſunt tela & uelitibus & etiã tironibus poſſunt eſſe communia.

Epilogus quarti libri ubi de certitudine ſacrarum agitur litterarum. Cap.xiiii.

u

Idimus incertam plurimum haberi debere doctrinam Ariſtotelis, publico fere doctorum hominum magnæq; authoritatis conſenſu, Non ſolum qui in noſtra eccleſia maxime floruere,ſed qui apud ipſas gentes præcipuo in honore habiti fuerunt,&qui ipſum etiã Ariſtotelem audiuerunt docentem & qui de eius doctrina & libris hiſtoriam contexuere.Ipſius quoq; met Ariſtotelis uidimus,& ſi non in ſe,certe nec pro ſe allata teſtimonia,ut certa illa ipſa doctrina crederetur.An igitur ſacras litteras nõ ſumus adituri?cui ueritatis præbent teſtimonium quicunq; eas aut legerunt unq̃ aut ipſarũ initia conſiderarunt,aut decurſum animaduerterunt,aut famam etiam uel de longinquo perceperunt celebratiſſimam,& hominũ decreto ad immortalitatem conſecratam.Nihil illas labefactarunt rinæ,non foſſæ madidæ ſitum inuſſerunt,non captiuitates & exilia uitiarunt.hebræi ipſi partem colunt, noſtri omnino uenerantur gentes admiratæ ſunt.nulla de ipſarum certitudine ſuſcepta unq̃ diſceptatio, quoniam Dei & erant & habebantur oracula:ad quæ uel tenus cortice noſcenda primi philoſophorum cucurrerunt.Ea ipſa & humana ratio prona & quaſi cernua uenerata eſt:demones inuiti celebrauerunt:& orbis uniuerſus uario ſalutauit aſſenſu Moſis dogmata non dignitate ſolum,ſed & tempore omnibus philoſophorum doctrinis ante ſtare & plurimos habræorum & multos ex gentibus clariſſimis comprobaſſe hiſtoriis cum Iuſtinus,tum Euſebius,tum alii prodidere. At nouum quo ipſi regimur teſtamentum ,eius ipſius ueteris eſſe declarationem atq; perfectionem nõ doctrinæ modo præcipuis & maximis omnium fundamentis, ſed clariſſimis angelorum reuelationibus,inuitis dæmonum reſponſis,maximis ſupra creatam omnem uim miraculis,eſt tam aperte firmatum:ut ſit qui ipſi teſtamento nõ credit inſanus, qui credito non accedit,& miſer & infælix.

¶IOANNIS FRANCISCI PICI MIRANDVLAE DOMINI, ET CONCORDIAE COMITIS, IN EXAMEN ARISTOTELEAE DOCTRINAE LIBER SECVNDVS, QVI EST QVINTVS DE VANITATE DOCTRINAE GENTIVM, ET VERITATE CHRISTIANAE DISCIPLINAE.

PROOEMIVM.

Nter humana uitia, alia qdẽ aliis magis digna odio ſũt: ſed nullũ facile eſt inuenire, qđ rudes æque ac eruditi ſint exoſi magis q̃ arrogantiam. Ea.n. cum de ſuperbiæ radice pullulet, & inter ſuperbos (ut inquit Solomon) ſemper ſint iurgia, omnes qui eodẽ uitio ſunt infecti, armat in ſe ſe: Modeſtos uero, & de ſe humiliter ſentientes tanto magis excitat, quanto eis illi magis polluũtur ſordibus, a quibus ipſi ſe q̃ maxime poſſunt uiribus, immaculatos cuſtodiunt. & hæc quidem tam rudi q̃ erudito uulgo, modeſto tamen, omnino communia. Illa uero eruditorum propria, ꝙ ſuæ hoc eſt humanæ ignorantiæ cõſcii grauiter ferũt ſciẽtiæ uanos oſtentatores: Acuuntur.n. ſæpennmero, quod alioquin minime fieret, & excitantur ad ipſorum arrogantiam contundendam, & adeo quandoq; ardenter ut periculum ſit, ne id uitii, quod in aliis damnant ipſi uel nolentes incurrant. In hoc genere philoſophi repoſiti qui ſceptici dicebantur, idemq; pyrrhonii, ad temerariam aliorum philoſophorum frenandam ſuperbiam nati. Nihil.n. cũ ſibi arrogarent, & ut ſcirent identidem quærerẽt, hac ex parte modeſtiæ nomine cõmendati ſunt: quoniam uero ſupercilium ferre eorum, qui & ſcire ſe ſe & alios docere iactabant, omnino non poterant, acrius in illos fortaſſis inuecti, uel aliquam hoſtibus anſam de ſe ipſis pariter ſuſpicandi, ne arrogantes eſſent, facile dederũt. hinc illud græcum epigramma, cuius hæc ſententia, & magnum eſſe & multa admiratione dignum. ꝙ Pyrrhon tot uiros doctos, tantamq; ſapientum uirorum caternam inceſſerit, ꝙ ſi id, ut ſe ſapientem probarent homines effecerit, ſibi ipſi perperam conſuluiſſe, At ſi ex animo, & ſententia, id ſibi deſumpſerit officii, ut tam ſe q̃ alios oſtenderet ignorantia laborare, & egere ſcientia, uirũ merito præcellẽtem habendũ eſſe. At uereor ne ego quoq; in par diſcrimen inciderim, qui omnium philoſophorũ gẽtium tribus libris, Ariſtotelis uero præcipue, quarto uidelicet huic proximo, doctrinam incertã probare conatus ſim, hoc uero ipſo quinto, & qui ſequetur ſexto, acrius etiam me in confutando Ariſtotele accingam. Sed ſane præcipites rerum exiſtimatores non æqui fuerint, qui me hac in parte cenſebunt aut arrogantem aut præcellentem uirum. Diſpar.n. cauſa diſpares etiam euentus eſt productura: tribus.n. primis huius operis uoluminibus quid attuli? Aliorum rettuli placita, gentiũ philoſophos philoſophis gentium cõfutaui, & ſi quid ipſe in medium duxi ſcepticis auxiliatus, id totum ut bonorum pace, arrogantem petulantemq; & ſemidoctam dũtaxat philoſophorum turbam, q̃ modeſtiſſime poſſem admonerem, nõ extare exercitum philoſophorum, qui iam terrigenarum inſtar militum, mutuis uulneribus in plusq̃ ciuili bello nõ ceciderit. Ariſtotelem uero quarto libro hominem fuiſſe, & ab hominibus nõ adoratum, ſed ut hominem ſæpenumero multis in rebus condemnatum hiſtorica fere narratione patefeci. Nunc rationibus pugnandum, & peripateti

Solomon

corum etiam caterua,quibus quandoq; ferro ſuppetias.uti tandem colligere poſſi
mus,uerum illud,& omni dubio procul celebrandum hieremiæ oraculum, Maledic
tus homo qui confidit in homine,huc etiā poſſe pertinere, & ex hoc id queamus
dicere,Nihil me ſum arbitratus inter uos ſcire niſi Chriſtum & hunc crucifixū.Q ua
re de me oro ita arbitrentur,ut me putent hunc mihi potius finē præſtituiſſe, q̃ uiā
(ut inquit ille)tentaſſe,qua me quoq; poſſim tollere humo uictorq; uirum uolitare
per ora.In id.n.fortaſſis eligi materia poterat uberior,& minus inuidioſa.Sed ad ar
tem Ariſtotelis demonſtratricem infirmandam mea iam conuertatur oratio.

Q uid actum ſuperiori libro ,et quid agendum,ibiq; q̄ ars demonſtrandi Ariſtotelis
qua rerum ſcientiā colligi docuit incertā ſit,id ipſumq; quinq; uiis aperiendum,et
quo modo. Capui primum.

ſ Vperiore libro primam Ariſtotelex doctrinæ uanitatem appenſam
in libra,& ſatis ut opinor examinatam:inuenimus multiplici ſuper
ſtitione nixam.Idq; in primis ꝑgratū fuit,ſimul ut Anſa noſtri calū
niandi propoſiti uitilitigatoribus eriperetur,ſimul ut ipſius propo
ſiti rationes aperirentur,quibus daretur internoſci,etiam ſi quoadpertinet ad hu
manam philoſophiam,ſim nullius addictus iurare in uerba magiſtri,non tamen eo
rum me ſequi exemplum,quibus & uere canitur,Q uo me cūq; ferat tempeſtas de
feror hoſpes.Et.n.oſtendi me religionis,ueri,loci, cauſæ, conditionis, in Ariſtotele
quandoq; laudando,quandoq; repellendo rationem habuiſſe,indeq; ſubdidi quan
ta ſit ei facta authoritatis acceſſio,& quibus ex cauſis,& quo modo, Exin ad uanita
tes alias explicandas accintus,incertam eius doctrinam & pleriſq; in rebus falſam
eſſe,decem uiis indagaui:ut aſſenſum præcipitem iam inde continere facile poſſent
nonnulli,qui certam omnino putabant Ariſtotelis doctrinam ſic,ut uiderentur ei
perinde niti,ac olim uulcaniis aut latoniis oraculis ſolebāt ægyptii. Q uoniam uero
in uniuerſum id factum eſt,fortaſſeq; nimis generatim,& plurimum in cōmuni,hoc
quod ſumus exorſi quinto huius operis uolumine,ac ſexto quod ſequetur, particu
larius id ipſum efficiendum eſt,& comminus gerenda res:Nec locis communibus &
tranſlatitiis utendum,nec principibus aliarum ſectarum,qui Ariſtotelem confuta
uere omnino inſiſtendum.Non carneadis tormenta,non ephecticorum philoſopho
rum copiæ,non ſexti empirici machinæ conficiant prælium.Non Galeni, non Aui
cennæ particulares in illum excurſiones bellum indicāt,ſed ipſi noſtro ære licet mi
nus Canoro bellum canamus,noſtra ꝓmamus arma,licet acuminata minus,Demus
q; etiam operam ut ipſe met Ariſtoteles ſe magna ex parte armet in ſe met, ac eius
in illum familia ualidis arietet lacertis,deq; ipſorū armamentario eliciantur inſtru
menta,quibus oppugnetur ad hanc agnoſcendæ ueritatis expeditionem. Q ua i re
Ordo ſeruā dus. hunc ſeruabimus ordinem,ut primo artem demonſrandi,& colligendi rerum ſcien
tiam ab Ariſtotele traditam monſtremus incertam,quo minus negocii nobis ſit in
ſumendū,in refutandis particularibus aggreſſionibus,quas eius iurati diſcipuli de
mōſtrationes appellant.Duo.n.hinc aduerſus illum cōſequemur,primo totius doc
trinæ ipſius conuellemus fundamenta.Secundo q; ubi ad particulares quæ dicūtur
demonſtrationes deuentum fuerit,uidebimus eas in ſe ſe non modo ueritate nō ni

ri,ſed nec arti quadrare quã ipſe tradiderat,neq;.n.ille eum quicq̃ uoluit demonſtra
re,omnes eas conditiones adhibuit,quas neceſſario requiri in omni demonſtratiõe
docuit in poſterioribus analyticis.Quinq; autem uiis ad hoc ipſum propoſiti conſe Quinq; uiæ
quendum perducemur,mox ad particularia ea quæ apud illum præclariora puran
tur demolienda,ſuo deſcendemus ordine.Itaq; tota Ariſtotelis de demonſtratione
doctrina duobus conſcripta libris,quantum pertinet ad id quo oſtendere quicq̃ ni
titur,non redarguere aut in abſurda pellere,prorſus incerta reddetur ,cum ex eius
fundamento,tum ex cauſa,medioq; & fine.Ex fundamento inq̃.i.ſenſu tanq̃ uniuer
ſæ cognitionis exordio,de quo generatim dicta ſunt quæpiam duodecimo capite li
bri ſuperioris:Nanq; ſenſus ibi uanum ſiue indicium hoc eſt cũ præſentat res aliter
q̃ ſunt,ſiue iudicium quo de illis ipſis arbitratur eſſe uidimus,quod eſt fundamẽtũ
demonſtrandi, Sane Ariſtoteles in ipſis de demonſtratione libris qui reſoluto
rii poſteriores appellantur,demonſtrationis principium demonſtrationem eſſe nõ
poſſe docet,quia circulo res agitaretur ſempiterno,cum alterũ per alterum proba
ri oporteret.qua de re damnat antiquos philoſophos i quarto metaphyſicorum li
bro,tanq̃ ratos quodcunq; poſſe demonſtratione probari,inq; ipſis reſolutoriis po
ſterioribus affirmat,inueniri oportere aliquid prius & certius concluſione demon
ſtrata,hoc eſt propoſitionem ſuapte natura tam clarã,ut digna ſit cui fides habea
tur.Hanc ex inductione ſingularium parari,ſingularia uero ſenſu corroganda præ
cepit.Quare ſenſum tãq̃ exordium & fundamentum uniuerſo demonſtrationis ædi
ficio præſtituit:De quo nihil diſquirendũ eſſe in quarto primæ philoſophiæ ita diſ
ſeruit,ut damnaret qui de eo ſciſcitarẽtur ſcrupuloſius,& rationem quærerẽt,ubi ra
tio non eſſet.Idem quoq; & ſexto,& ſeptimo ipſius operis,& ſenſu nititur,& docet eſ
ſe nitendũ ,hoc autem ſi labefacteтur a nobis concutiaturq; & moueatur loco,Puta
mus omne id quod ei ſuperſtructum fuerit corruere uel uno ictu.Prima hæc & uni Prima uia.
uerſalis uia eſt demoliendi artem demonſtrandi ab Ariſtotele excogitatam, quã ſe
quenti capite particularius impetemus,monſtrãtes aliis poſſe modis falli ſenſum,q̃
qui ſint ab Ariſtotele poſiti.Secunda uia q; & ſi alii modi minime darentur fallaces Secunda.
nihilominus & eius authoritate & rationibus adhuc incertus eſt ſenſus,& quod eſt
ſequens demonſtratio.Tertia ex medio quo utitur p cauſa,hoc ex diffinitione,qua Tertia.
in re fallitur,quando eam ſupponit ipſa demonſtratione certiorem,Idq; pro liqui
do ſumit atq; confeſſo,cum magnam tamen habeat difficultatem,non mõ an ſit cer
tior,ſed an in ſe definitio ſit certa & hominibus nota?Quarta uia,ut ſi diffinitio ha Quarta.
beatur in ſe certa,propterea nobis certa ea eſſe non poſſit ſi ſeruare uolumus dog
ma Ariſtoteleum.Huc accedit q; nõ intelligitur clare quid ſibi uoluerit Ariſtoteles,
Illum enim hac etiam in re diuerſi,diuerſe interpræt antur,ut late docuimus noſtræ
logicæ inſtitutionis libro quarto,nam alii definitionem ſubiecti,Alii propriæ affec
tionis,alii utriuſq; demonſtrationem ingredi malunt,atq; alterum in altera propo
ſitione ſubiici uolunt,& prædicari in altera,ut tandem demonſtretur affectio de ſu
biecto.Quinta uia,quia progreſſus & finis incertus eſt cum nulla detur certa pro Quinta.
poſitio uniuerſalis affirmatiua iis qui Ariſtotele nituntur ſine qua tamen ullo
modo noluit demonſtrationem poſſe communiri,nec propria affectio ſubiecti cer
to cognoſcitur,quæ ubi ſubiecto ineſſe monſtrata fuerit,tum demonſtratio dicitur
finem accepiſſe.Indeq; docebimus q̃ longe fallantur qui uniuerſalem propoſitio

nem ut probent contendunt,& q̃ facilis ſit lapſus in rei natura uniuerſim decernenda.Quas ob res cũ & ſenſus fallax ſaltē incertus,ita ut regula genetali nequeat iudicari,& definitio labans,& modus inueſtigandi incertus, incerta propoſitio uniuerſalis,affectio incerta ſit,ſane uidetur ut omnis Ariſtotelea demonſtratio corruat.& hoc quidem ſumus particulatim ſuo ordine deinceps probaturi.Et q̃q̃ forte poſſumus non parum numeroſæ doctorum hominum cateruæ,uel paucis ex Thomæ Aquinatis magni uiri & inter celites collocati dictis inſinuare,q̃ fruſtra multi iactant ſe demonſtrationes habere eis in rebus,de quibus uel pleriq; omnes uel etiam pauci ambigunt:tamē nec eius nec aliorum tantummodo authoritate niti uolumus,ſed diſcurſu rationis uti,& ipſiſmet Ariſtoteleis fundamentis ſæpenumero,quo totum ædificium labefactetur inſiſtere.Sane authore Thoma ubi apud aliquos de rebus in ſpeculatione uerſatis dubitatio eſt,ibi nihil firmum cenſeri iure optimo poteſt.eius hæc uerba ſunt,quæſtione nonageſima ſecundi uoluminis,parte prima theologicæ ſummæ:Sicut nihil conſtat firmiter ſecundum rationem ſpeculatiuam niſi per reſolutionem ad prima principia indemonſtrabilia;Ita firmiter nihil conſtat per rationem praticam niſi per ordinationem ad ultimum finem:& quæſtione ſequenti,principia indemonſtrabilia dicit naturaliter cognita.quare ſi ad id quod eſt naturaliter cognitum fieri reſolutionem oporteat,ſi aliquid ſtati firmiq; comprahendere uelimus per demonſtrationem,ubi aliqui ea in re diſſentiunt,in qua alii ſibi ipſis cōſentiunt & acquieſcunt,alterum fateri cōuenit,aut quod naturaliter uni uidetur uerũ alii non uidetur,id naturale non eſſe,naturamq; in diuerſis adeo diuerſam eſſe, ut pleriq; inter ſe ſuper cognitione naturæ diſſentiāt,& quid ſit naturale dubitēt:aut cum alter alteri uel ſe ſe,uel alios quos ipſe ſequatur in ipſa naturæ participatione cognitioneq; præſtare contēdat,ut ſolum id quod ſibi uel illis quorum eſt ſectator naturale uidetur,haberi debeat naturale,& naturam ipſam tandem conſulere oporteat:quæ uel per ſe ſe ipſum uel per ſuperos hominibus præſtantiores reſponſa ferat.Neq;.n.in ianuis hoc habetur expoſitum,i quo uoce & mente pleriq; diſſentiūt, & magna uerborum pugna digladiantur.Sed iis omiſſis quod policiti ſumus præſtare conemur.

Quod Ariſtotelis demonſtrandi ars incerta quia fundatur in indicio iudicioq; ſenſus qui aliis incertus eſt modis q̃ qui ab ipſo Ariſtotele poſiti ſunt Capui ſecundum

e Xordiamur autem probationes in eum maxime modum, qui ſit in uſu Neotericis philoſophis,ut uim ꝓbandi perſentiant magis apertiusq; depræhendant:ne ſi qui ueterum in argumentationibus perlegendis uerſati non fuerint,offundi ſibi nebulas arbitrentur.Incertum eſt ſenſus indicium & iudicium,igitur ars demonſtrandi Ariſtotelis incerta eſt.Sed anteq̃ aut ſumptum antecedentem ue propoſitionem probem, aut cōnexũ explicem,Dicere etiam nunc & repetere operæprecium duco,quid per indicium & iudicium intelligi uelim.Indicium appello hauſtum receptionemq; ſenſilis formæ qua res ipſa indicatur altiori poteſtati.Iudicium ſenſus etiam more peripateticorum cito,q̃q̃ de propria re ſenſili arbitretur nec ne extrarius ſenſus,an qui communis dicitur:multa eſt apud peripateticos uti opere procedente uidebitur cōtrouerſia

Conſeq.

Declaratio terminorum

ſia. Certe ab Ariſtotele intellectum & ſenſum non hunc uel illum ſed indiſcriminatim iudiciarias poteſtates exiſtimatas conſtat: nam particula quadrageſima libri tertii de anima tractaturus de motrice poteſtate, intellectui & ſenſui tribuit officium iudicandi, & in eo illis conuenire ſanxit. Nam ubi in uulgata tranſlatione habetur diſcretio quod intellectus opus eſt & ſenſus: ubi in arabica quam exponit Auerroys, diſtinguens quod eſt ad actionem ſenſus & intellectus: Vbi apud Argyropilum iacet potentia diſcernendi quod quidem eſt opus iudiciumque mentis atque etſenſus: Apud Ariſtotelem eſt τῷ τὸ κριτικῷ ὃ διανοίας ἔργον ἐστὶ καὶ αἰσθήσεως hoc eſt & iudicatrio quod eſt opus mentis & ſenſus. Indicat enim ſenſus ſuperiori altiorique ui quod ſentit, quod forinſecus hauſit per illa quinque ceu canallicula ſenſilium ſpecierum: idque ipſum etiam ſua ipſe ui & poteſtate diiudicat. & in libro de inſomniis Ariſtoteles. Iudicium quoque principalis id eſt mentis, & eius unde exeunt phantaſmata id eſt ſenſus, indiſcriminatim citat, cum fallaciam oboriri facillime in ſenſibus eorum qui aut amore, aut ira, aut affectione aliqua tenentur, ediſſerit, ut opere procedente referemus. At quia ipſe proprie nec intellectum nominat nec ſenſum ſed principale hoc eſt τὸ κύριον & ἐν ᾧ τὰ φαντάσματα γίνεται Themiſtius in ſua de inſomniis paraphraſi, ſcribit geminas eſſe in nobis iudicandi uires, mentem quæ primatum obtinet, & ſenſum, unde ortum habet imaginatio. Hoc iudicium iudiciumque ſenſus, quæ longo diſcurſu ne de uerbo calumnia ſarciretur explicuimus, & quantum fieri a nobis potuit declarauimus, incerta dicimus: & quod eſt ſequens incertam artem demonſtrandi. Conſecutio nota apud ipſum Ariſtotelem, & omnes qui nouere quæ nam ſit eius ars demonſtrandi, & quot aſſiſcat, quot requirit, quot admittit neceſſario? Quæ tandem ad ſenſum prouocant ut ad iudicem iudicemque primarium quia uniuerſales propoſitiones in poſterioribus Analyticis docet inductione colligi ex ſingularibus, quæ ſenſu percipiuntur & iudicantur. Nam ſiue proponas aliquid, ſiue petas, ſiue inſinues, ſiue definies, ſenſuum officiis uteris, aut ſenſuum niteris experimentis, aut quodpiam adhibes quod ex ipſo ſenſu traxit initium & fundamentum, ſiue ut ſit in ſe ſe, ſiue ut cognoſcatur ab homine. Hæc tam clara apud Ariſtotelem habentur, ut probatione non egeant: cum ipſe ſanxerit omnem cognitionem humanam habere ortum a ſenſu: & nihil eſſe in intellectu quod prius in ſenſu non fuerit: & eum qui uno ſenſu caret notitia rerũ omnium quæ ad ſenſum illum pertinent carere oportere. Nota etiam conſecutio apud peripateticos quorum longe præclari Themiſtius atque Simplicius, in phyſicorum teſtantur commentariis, Ariſtotelem principia demonſtrationis a ſenſu duxiſſe. Ipſo quoque in opere de demonſtratione cũ dixiſſet Ariſtoteles, omnem doctrinam & omnem diſciplinam intellectricem ex præexiſtenti fieri cognitione, ſignanter eſſe id dictum ſunt qui accipiant, ſenſu non citato, qui omnis ſit doctrinæ & diſciplinæ fundamentum. Etiam clare Themiſtius affirmat ſenſum ipſum nulla cognitione præueniri. Et Philoponus quoque pariter confirmat ſenſum non habere προϋποκειμένην γνῶσιν hoc eſt præſubiectam cognitionem. Alexander item dum enarraret Ariſtotelis ter

Probatio conſecutionis.

Themiſtius.

Simplicius.

Philoponus.

Alexander.

tium de a͞ia libro͞ ſen͞ſu cæleſtia non eſſe prædita eo affirmat,quia ſenſus primo aiæ famulatur,ad noticiam uniuerſalium ex particularibus quæ ſenſu cognoſcu͞tur col ligendam:qua no͞ indige͞ant cæleſtes animæ intellectrices,& nunq͂ ab uniuerſali no ticia recedentes.Et ne tantum græcos Ariſtotelis expoſitores & paraphraſtes citaſ ſe uidear:Nota & apud ſanctum Thomam cum alibi,tum præcipue in theologica ſu͞ma prima parte ſecundi uoluminis q͂one.Li.ubi diſputat utru͞ habitus ullus ſit a natura: Nam ibi manifeſtiſſime confitetur Ariſtotelem oſtendiſſe cognitionem principiorum prouenire nobis ex ſenſu.Quod ſi dixeris non fundari demon ſtrationem in re per ſenſum accepta,ſed in tranſcendentibus:& aliquas eſſe propo ſitiones apud philoſophos quæ uocentur dignitates,eaſq; ſenſu non haberi.Dicam Ariſtotele authore & bonis peripateticis,non ita de demonſtratione decerni.Sed eam in ſenſu fundari,quem ducem totius humanæ cognitio͞is affirmat adeo,ut qui uno a natura ſenſu deſtitutus fuerit,earum rerum quæ ad illum pertinent ſenſum noticia carere eum,dubio procul affirmarit.Imo ipſe Ariſtoteles in tertio libro de anima,dum repetit quæ ante de anima ipſa diſputarat ſcribit aperte,eum qui non ſentit neq; addiſcere quicq͂ neq; intelligere poſſe:& eum qui ſpeculatur neceſſe eſſe ſimul aliquod pha͞taſma ſpeculari.Et q͂q͂ ſunt qui uelint id tantu͞ mo͞ ueru͞ inueniri dum anima ut forma quædam corporis non tanq͂ intellige͞tia quædam conſideretur i prima illa qua͞ ſibi fingu͞t anteq͂ corpus informet conſideratione.Alii dum ad diſcit non poſtq͂ didicit.Alii dum rebus naturalibus depræhendendis uacat,ut etiam memorauimus in tertii libri Ariſtotelis de anima commentario,& in digreſ ſione maxime de imortalitate ipſius.Ariſtoteles tame͞ hoc non expreſſit:illud uero no͞ expræſſit modo,uerum e͞t ſæpe repetiit,& de naturalibus rebus aut ſemper aut plurimum diſſeruit,& ad ſenſum uidelicet rem naturalem ſemper ſe ſe recipit,& pri mas intellectiones q͂q͂ phantaſmata non ſunt,attamen ſine phantaſmatibus non eſſe decreuit:& ſecundo nichomachiorum affirmatur,uirtutem intellectilem indige re experimento & tempore.Dicam & axiomata illa ſiue dignitates ad ſenſum recur rere:q; ſi ſecus cenſueris,Rogabo te ut earum par mihi afferas,nam præter illa͞ de qualibet re aut affirmatio aut negatio uera,quæ & ſenſum quoquo modo etia͞ aſpi ſcit,quando ipſe res ſub ſenſum cadunt,& demonſtrationes quoq; proprie non in greditur authore Ariſtotele,niſi contrahatur ad particularem materiam.præter il lam inq͂ forte uel unam uel alteram,aut nullo pacto aut difficulter inuenies. Nam Thomas eo quem ſupra citauimus loco,q; omne totum ſit maius ſui parte,cogno ſci non poſſe docet,niſi quid totum quid pars ſit,ante nouerimus:& hoc ipſum per ſpecies intelligibiles in phantaſmatibus acceptas,quæ de ſenſu proueniunt.Sed fin ge tibi has non pendere a ſenſu,reliquas omnes quæ a ſenſu oriuntur & de quibus proprie conficit artem Ariſtoteles,quo pacto defendes?quo modo certam dices ar tem quæ incertis principiis utatur?incertis nitatur fundamentis?Contendes forte ſ ſe non ſemper decipi ſenſum,quid tum?Nam & ſi quandoq; non decipitur,tamen & quandoq; etiam decipitur,ſiue in indicando ſiue in indicando ſiue in utroq;.Ideo q; incertus. Dices corrigi errorem aliis poſtea ſenſionibus ſenſationibus ue,ut de exemplis ſolet, Dicam ego te ſemper incertum,an in hac,an in illa uidelicet

ſenſione

S.Thomas.

Remotio ob iectionis mul tiplex.

ſenſione fueris deceptus,nam ſenſus ipſe ut diximus,ut mox etiam latius dicemus
in ſe ipſo q̃q̃ uerus eſſe poteſt,uarius tamen,& ambiguus dubiuſq;,& eſt & habetur
ſæpenumero ipſa experientia,cũ ſuo officio defungitur.Varius inq̃ ſi regulã(de qua
ſuperiore libro diximus) ueritatis ,ex ſeſu colligere uolueris.quod & dictum etiam
nunc uelim & ſæpenumero alibi tacite repetitum:ne de hac ueritatis ſenſilis re-
gula,ne ſemper loqui,ubi eius termentio efficienda eſſet,inculcem.Præterea do ti
bi gratis ſenſationem alia ſenſatione corrigi,& ex multis te quicq̃ colligere. At uir
docte non ex multis,Sed ex omnibus conſtat uniuerſale,quæ omnia nec haberi ſin
cere poſſunt,nec eodem modo,ut uidebitur opere procedente,& demonſtratio ſine
uniuerſali non conficitur,Quiq; a multis ad omnia uoluerit argumẽtari in falaciã
incidit ab Ariſtotele damnatam,qua de re repoſitus eſt mihi locus hoc ipſo libro.
Quare ſint plures,ſint pauciores,ſit una tantum modo quæ incerta ſit,tota uniuer
ſalis incerta redditur,quia ſi certa ſtatuatur,ex omnibus & ſingulis conſtare certis
debet:Vt mittam ꝙ quæ certa uidebitur tibi, aliis ob diuerſitatem ſenſuum uidebi
tur incerta,& ſæpenumero falſa,ac tandem conſulere naturam ipſam opus erit,& ſ
ſit ad eius tribunal pro dirimenda lite:;propterea ꝙ aut tua,aut illius quiſquis ille
fuerit temperatura,compeтens omnibus hominibus iudicium non habebitur :quo
niam quot induidua in humana ſpecie,tot diuerſa temperamenta,ex diuerſa hu-
morum proportione diſſultantia,qua de re paulo poſt interprobandum quod aſ- Prima proba
ſumpſimus diſputatio fiet.Quod quidem aſſumptum probari etiam poteſt multi- tio antecedẽ
pliciter.primo in cõmuni per ea quæ dicta ſunt capite duodecimo libri ſuperioris, tis ꝓpõnis
ubi docuimus nec ſine ipſius Ariſtotelis teſtimonio,ſenſum ubiq; præponi ab eo & Secunda
ceterius ratione iudicari. Secundo authoritate multorum philoſophorum Anachar
ſydis,Xenophanis,itemq; parmenidis,Democriti,Heracliti,& aliorum omnium, qui
ſenſus & indicium & iudicium habuerunt incertum,Idq; ipſum ꝓbare conati ſunt,
quorum ſecundo huius operis libro ſententias explicauimus,Atq; hac de re acade
micorum etiam præcipueq; ſcepticorum argumenta recenſuimus:eoſq; etiam quo-
ad licuit iuuimus capitibus maxime ſecundo & tertio ſupra uigeſimum: quibus in
præſentia nolumus uti,quoniam inter diſputandum cum Ariſtotele lycium nõ pla
cet exire.Tertio quia homines de propriis ſenſibus ſæpenumero ambigunt, dubi- Tertiã.
tantq; an proprie ſenſerint?an uere uiderit , uere audierint quæ ſibi uidẽtur uel ui
ſa,uel audita?nam & ſi actus is reflexus dicatur,actus tamẽ ſenſus eſt,uel ipſiuſmet
uel alterius:quo fit ut ſi dubitat de ipſa ſenſione,certus icciirco eſſe non poſſit:unde
radix ſe ſe offert probandi,parum firmam humani diſcurſus facultatem:quando cõ
poſita omnis,uel ſyllogiſmo collecta cognitio,pendet a ſimplici,quæ pendet a ſeſu. Quarta
Quarto qa cũ ꝑprie ſẽtiũt adhuc tamẽ quõ ſẽtiãt?& q nã?& quot ſenſus habeãtur
ſub dubio uerſat?q tamẽ ſenſu uidelicet ipſo ueſtigent.Nã de ſenſu ipſo cum præci
pit Ariſtoteles in ſecundo libro de anima,hæret frequenter & ſibi uidetur aduerſus
adeo,ut difficultates magnæ circunſtent omnes eius interpretes ut ipſum a cõtra
dictione uendicent:Qua in re illud mirandum,qđ ſi Ariſtotelẽ quid ſibi uoluerit
certo nequeant explicare,ſe ipſos tamen dum conſiderant,dum proprium actũ ſen
tiendi librant,non explicent ſic,ut concorditer & amabiliter de ſenſibus decernãt.
An de intrinſecus poſito ſenſu unus ne ſit an plures nõ multa pugna ? Alexander
de anima differens,& Themiſtius in libro de memoria,& de iſomniis,unum tantum

affirmant,cui diuerſa nomina diuerſis ex officiis competant:& ſunt ex Neotericis qui aſſenſi ſint ueteribus illis peripateticis hac in re. Alii quattuor fecere Quinq; Auicenna. Auicenna.Poſtea uero ad Themiſtium quidam flexere ancipitem hac i re & uariũ potius Ariſtotelẽ exiſtimãtes.De hoc aũt ſenſu ipſe pprie ne ſit qui omnia prius ſẽtiat?an iudicet quid alii ſenſerint?Nõ ne diſquiritur adhuc?& in hoc pro ſenſuum uarietate diuerſi ſenſus?At de ipſius ſede non ne cõtendũt?eã i corde Ariſtoteles Galenus. Auerroys. Galenus i cerebro,in utroq; poſuit Auerroys:quorum fuiſſe diuerſos ſenſus uel ex eo liquet ꝙ unus quiſq; ita ſe ſentire quẽadmodũ docebat exiſtimabat.An forte fuit in hoc pugna ſolũ,quia certabãt de re iteriori & abdita,eoſq; forte latebat ſicut latent nutriẽtis poteſtatis officia per ſenſum inſenſibiter(ut ita dixerim)exercita? At de extriſecus poſitis(uti in opis pgreſſu latius dicturi ſumus)quãtũ euariãt?Sane tam alius ab alio diuerſe ſentire cognoſcitur,ut qđ ſatyricus poeta cecinit, uelle ſuũ cuiq; eſt,pariter de unius cuiuſq; ſenſu dici poſſit,eſſe uidelicet ppriũ & ſuũ unicuiq; ſentire.Nec hoc quidẽ ſatis certũ,cũ ipſe Ariſtoteles,ſecũdo de anima dubitet, An cũ ſentimus ſentire nos ſentiamus,& quõ?ſup qua re nec interptes cõſentiunt & ſunt qui cõem cũ particulari iungãt ſenſum,& qõnẽ an ſit res,& quid ſit,ducãt in medium,illamq; extrinſecus poſito ſenſui annuãt ſolũ modo,hanc uero intrinſecus Auicenna. collocato ſenſui,& ei qui eſt extra copulato,cõcedãt.Affirmat aũt Auicẽna ſenſum non cognoſcere eſſentiã ſuã,uel hac motus ratione,ꝙ nihil niſi per organũ corporale cognoſcit,qđ quidẽ organũ inter ſe ipm & ſenſitiuã potentiã mediũ cadere nõ Thomas. poſſit,cuius rei Thomas ẽt meminit in qõne de ueritate,quã i ſenſu quidẽ eſſe poſſe uti nõ negat,ita ẽt affirmat eſſe ſæpenũero poſſe in ſenſu falſitatẽ,nõ ſolũ quatenus iudicat aliter,ꝙ ſe ſe res habeat,ſed ẽt quatenus res quædã ẽ & index non iudex rei alterius:Nã & ſi quõ eſt affectus,eo modo ſe offerat & pſentet altiori poteſtati,nihilominus rẽ aliter iudicare pſentareq; põt,atq; ideo falſus eẽ dicitur,ut pote diuerſam æſtimationẽ quãdoq; exhibens.Atq; in ipſa ẽt perceptiõe ſenſiliũ dũ ordine uidelicet quodã ad iudiciũ referũt,qđ idẽ cõſequitur,põt occaſionẽ pbere fallẽdi.Cũ aliter ẽt cõponẽdo ac diuidẽdo & arbitratur & iudicat.quo i iudicio aut ueritas exprimitur aut falſitas:non aũt pprie i hauſtu & pceptione ſimplici & nuda.qq̃ & res ẽt extrinſecus poſita falſi appellatione ſignari ſolet, quatenus falſam æſtimationẽ indit in ſenſibus: qui & ſi de ppriis ſenſilibus dicũtur duce natura decernere, itrinſecus tamẽ & extrinſecus uel ſenſorio uel intermedio ppediũtur.Equidẽ ni doctis & eruditis,inq; ipſo legẽdo Ariſtotele & iterptibus eius uerſatis hæc ſcriberẽ,utiq; ea explicarẽ magis,ſat fuerit annotaſſe.Cæterũ unde quæſo tã magna quæſtio tãq; freques in ſenſu?An ſit poteſtas tantum patibilis?an actiua?an inter has media?Qui actiuam tentnt ſe dum ſentiunt,agere aliquid non tantum perpeti putant,ut Io. candauenſis. ut Apollinaris,Ac diuerſa ex parte alii minime ſe agere dicunt agentem ſenſum explodentes.Nec deſunt qui fateantur utrunq; ſed illorũ neutrũ,& mediam quãdã actionẽ intelligãt,iter id qđ pprie ẽ agere,& pprie pati. At q de nũero ipſo actuũ ſentiẽdi?Nũ alii duobus actibus ſentire ſe dixerũt ppriũ & cõe ſẽſibile? Alii uno dũtaxat ſe illa ſentire commemorarũt?Nun multa quoq; diſcordia an ſenſibile cõmune abſq; proprio ſentiri poſſit & quo modo?ut ad cæli tactum etiã pro ſedanda quæſtione conſcendant.ſuper qua etiam re ſenſus ne ipſius cæli eſſet an minime?Et quo nam pacto eſſet?aperte diſſentiunt.Porro de ipſo ſenſu cum eſſe dicatur

caiur

cum eſſe dicatur in potẽtia quanta lis:& quo pacto capiendum bis,an ſemel,hoc ẽ quo ad actum primum,& ſecundum,an quo ad hunc dũtaxat ultimum pertinet.Id ꝙ propterea euenit quoniam comparauit Ariſtoteles ſenſum intellectui,qui pote ſtas quidem dicitur ad actum primum,hoc eſt ſcientiam intelligentiamue,Atqꝫ etiã ad ſecundum qui eſt intelligere actu ipſo & conſiderare,ſenſum uero ab eo qui ge/ nerauit,ad primum actum ductum eſſe cenſuerat,ut poſſet quo ad hoc pertinet cõ parari componiqꝫ ſcientiæ.Mox uero & ſenſum affert poteſtatem eſſe ad formam ſi ue ſpeciem obiectæ rei alioqui nullo extriſecus adiuto,nulla re obiecta ſentiret. Su per quibus Ariſtotelis ſenſibus tam diuerſi ſenſus ut ſit internoſcere difficillimum qui uero ſenſui conſentientes ſint magis.hinc alii mutationem obiectæ rei qua ſen ſus hauſta ſpecie fiat ſenſili rei ſimilis imaginantur,actutũqꝫ aliam naturæ non tem poris ordine mutationem ſubiiciunt,quæ animæ feratur accepta,cum ſenſus actu fit ſentiens.Alii cõtra ſtant nec aliud eſſe id quod dicimus actu ſentire,ꝙ ſenſilis rei ſpeciem in ſenſu collocari,Alii alia,ut corpori ne an animæ an utriqꝫ ſentiendi tri/ buendum ſit officium uideãtur hærere:& ſint etiam qui animæ per corpus ſentien di munus impartiant,unde quid proprie ſit ipſum ſentire,& cui nam primo referã tur acceptum:nõ cõſentiunt.In ipſo uero tactus ſenſu,qua eſt unus ex quinqꝫ,quã ta diuerſitas:plures ne ſint an unus adeo ambiguus ea de re fuit Ariſtoteles ut & ipſe ſatis non innuat,nec declarent ipſum interpretes:quando hic cenſeat Ariſtote lem uno modo ſenſiſſe,Ille alio.Quare ĩ hac certitudine ſenſuum ſenſationum ue,ſi ue rectæ ſint ſiue reflexæ,fundari certum nõ poſſe ſiue indicium ſiue iudicium ſatis aperuimus. Nã eos qui dixere ſenſum ſemper uerum eſſe,quoniam quæ hauriebat ea præſentabat,ſuperiore libro redarguimus,falli enim eos docuimus quoniam ex rei apparitione minus rite facta,ad rei ſpeciem quæ uera nõn eſt diiudicãdam ferũ tur,& incertæ ſemper ſententiæ ſunt,donec ad rem obiectam iudicium reſoluatur. Ibiqꝫ meminimus rationes Ariſtotelis in quarto primæ philoſophiæ libro ad aſſerẽ dam ſenſilem ueritatem,a nobis fuiſſe ſecundo huius operis libro diſſolutas:nõ quĩ dem ut ueritatem haberi etiam per ſenſum poſſe negemus,ſed quoniã illæ ipſæ ra/ tiones id non conuincant.Quinto probari aſſumptum poteſt:quia poſito ſenſu & ſentiendi modo conformiter amabiliterqꝫ ſtatuto,quantum attinet ad experimen/ ta eorum qui ex ipſis ſenſionibus ſenſum diiudicant,adhuc tamen ratione ſumpta ex uaria particularium ſenſuum natura,qui decurſu etiã temporis uariantur,eqꝫ uaria rei ſenſilis natura,uariaqꝫ permutatione,& uario etiam utriuſqꝫ concurſu, quæ omnia deinceps explicabuntur,ipſum ſenſus & indicium & iudicium redditur incertum & ſæpe fallax.Diſquiramus hoc ipſum prĩo in ſenſu uiſus,quem Ariſtote/ les omnibus præfert ſenſibus,quantum pertinet ad percipienda rerum diſcrimina, quem & Philoponus tali pollere excellentia inter initia primi in libros de anima cõmentarii docuit,ut ſecũ trahat alios,quã ob rem quæ uiſu participant ac ut ipſe loquitur μετέχει ὄψεως ptĩcipare & auditu cẽſet,& qui auditu participant,odora/ tus,guſtus,tactus,non eſſe expertia.Hunc ipſum uiſum decernit Ariſtoteles in ſecũ do de aĩa,nõ decipi circa colorẽ quia color ſit,& ſane quidẽ:hoc.n.per ueſtigia illa ſenſus certiſſima & oĩbus nota decreuit.At qualis nam color:res.n.in communi & uniuerſim colorata,artis ſciẽtiæqꝫ qualẽ & ipſe & alii diligẽtẽ.s.& exactã qrũt,fũda mẽtũ nõ efficit,Ad ſpẽs.n.deſcẽdere colorũ ẽ õpus,& eo maxĩe ꝙ ex ſingularibꝫ ille

Quinta pro batio.

ſpeciem colligere ſatagit ad ſcientiam conficiendam. In hoc autem maxime & in certus eſt & quandoq; fallitur oculus, hoc eſt in ſpecie diuerſa colorum: qui tamen omnibus longe præclarior ſenſibus, & qui plures nobis, ut eſt in primo metaphyſicorum libro decretum, rerum differentias oſtendit, quiq; ut ipſemet Ariſtoteles in libro de ſenſibus, & de iis quæ ſentiuntur affirmat, aliis melior, differentias ut inquit παντοδαπὰς, hoc eſt (ut ita dixerim) omnifarias nobis annūciat διὰ πάντα σώματα μετέχειν χρώματος, hoc eſt qm̄ corpora oia colore participant. Atq; etiam ſubdidit cōmunia ſenſuum quæ dicuntur. i. figuram, magnitudinem, motum, numerum, hac ipſa poteſtate uiſus maxime perſentiri. Ad finem quoq; ſecundi de anima libri quantum ad latinorum diuiſionem pertinet (qua uti nos diximus) cum perueniſſet, ipſm per excellentiam maxime ſenſum nuncupauit & docuit a lumine nomen accepiſſe. Quoniam itaq; hic ſenſus præcipuus præcellenſq; habetur, Do tibi oculum circa colorem ſpectandum uerſari: id. n. illi proprium, nil alienum, nil commune obiiciatur, Do propinquitatem ſitus & loci, ut in ea quā mauis diſtantia collocetur. Nam ſunt qui melius eminus q̄ communius aſpiciant. Sume q̄ mauis. Do eundem aerem iiſdē affectum qualitatibus. Do nullum unq̄ aut morbum intrinſecus, aut extrarium caſum quo ſenſorium ſit labefactatum accidiſſe, ut oculus naturā quam e matris (ut inquit Lucilius) bulga ſecum tulit non uitiauerit, nullum organo impedimentum occurrerit. Num propterea uerus hic ſenſus neceſſario fuerit? an magis incertus & anceps? Sane ſibi certus uideatur, incertus aliis, & ſæpe fallax. In cauſa eſt uariū corporis totius temperamentum, uel ita ſuapte natura conſtitutum, uel procedente tēpore, non modo uel morbo intraneo, uel extrario caſu, ſed & naturaliter per ætatis progreſſum, mira ſenſilis naturæ uarietate mutatum ita, ut ſi etiam intra humanam ſecundi modi latitudinem dicatur eſſe eāq; ſibi quiſq; pro arbitrio conſtituat, uarie tamen ſe ſe habebit, nec intentione ſolum ſed diuerſitate lōge maiori, ut paulopoſt monſtrabimus. ꝙ ſi corporis totius, certe & oculi ipſiuſq; pupillæ, eoq; magis ꝙ nō ita ſolida eſt natura atq; compacta, ſed tenui fluxiliq;: quando ex aquea plurimum ſubſtantia conſtat, unde Ariſto. de ea loquēs in libro de ſenſibus inquit ὕδατος ἐστί & in ſecundo libro de partibus animalium ait, uiſui aquæ ineſſe naturam: quæ omnium perſpicuorum conſeruari facillime poteſt, & in tertio de anima ſcribit ex aere pupillā mutari atq; eius ut uerbis utar, ὁ ἀὴρ τὴν κόρην τοιανδὶ ποιεῖ & in ſeptiā ꝓblematū ſectione, oculū partē noſtri corporis nobiliſſimā, & cæterarū maxime omnium, rei ſibi obiectæ ſimilem reddi poſſe teſtatur: & non multo poſt ſenſum uiſus omnium exquiſitiſſimum affirmat. Quinto quoq; de generatione animalium uiſum non igni, ut uolebat Empedocles, ſed aquæ tribuit, eorū memor quæ in libris de anima & de ſenſibus antea decreuerat: neq; unicolores hominum oculos ut cæteris animalibus ſed uarios & uerſicolores affirmat, cæſios, flauidos, nigros, caprinos, & altero etiam oculo diuerſo multos eſſe, & maxime cæſio: uariam quoq; eiuſmodi colorū cauſam affert longo progreſſu, ſuper multitudine humoris & paucitate fundatam, indeq; & acute & obtuſe uidendi cauſam perueſtigat: q̄q̄ & ipſa minime illi ſatisfecit, quare & cutis quæ pupillæ obducitur, ab eo producta eſt in medium, & tenuis quidem atq; alba, & leuis: ut tralucida ſit, atq; per id apta ad acute cernēdum. Ad hæc & pupillæ purum humorem in percipiendis exquiſite colorum differentiis, & oculorū ſitum, non prominulum, ſed concauum & reductum, ad procul uidendum aſciſcit. Il

Viſum falli ſaepenumero aliis modis q̄ dixerit Ari.

la uero humoris & colorum uarietas,& cutis multiplex qualitas,& diuerſus oculorum ſitus in diuerſis hominibus,a diuerſa humani corporis temperatiõe dimanãt. Hac igitur ſenſus mutatione,hoc eſt uarietate ſenſilis poteſtatis atq; ſenſorii, & de re ſenſili,cum indicium tum iudicium permutatur:Idest nõ ſolum quatenus ſenſus diuerſe atq; aliter q̃ ſe habet res,de ea indicat:ſed etiam quatenus ſenſus tali eſt natura,hoc ẽ mutabili & i ſe ſe frequẽtiſſime uaria,atq; ideo ſe ſe offert altiori poteſtati nõ uno ſemp mõ,ſed uario atq; diuerſo,pro uaria uidelicet dıſpõne:proq; ea etiã rem obiectã ſpeciemq; illius uarie perſpicit,Ita ut quod nũc poſſet affirmari uere, quia.s.nunc ita appareat,paulopoſt uere poſſet negari,quia.s.aliter q̃ prius appareret.Quare qui ſenſu niteretur certam & conſtantem ſententiam ferre non poſſet,iudiciũq; illius labare ſæpenũero compræhenderet.Nun & ſimile quidam proditur ab Ariſtotele in aſſerẽda ſenſus deceptione?cum motus in ſenſu,nõ a re obiecta factus percipitur perinde ac ſi a re obiecta factus fuiſſet?puta cũ littus qđ inſpectatur moueri uidetur,cum oculus comprimitur,& cum geminis aſſurgit menſa lucernis.Ego uero conceptionem in ſenſu,non ui,non motione ulla intrinſecus præter naturam occurſante,capiendam inſinuo:ſed eam quæ ſuapte natura ſuggeritur & promitur a corporeo temperamento:quæ quidem ut eadem non eſt cum alia quæ a diuerſo tẽperamento dimanat,ita eadem non præſentat aut indicat ſenſili poteſtati. Diuerſæ igitur ſenſiones,ſiue ut a Neotericis dicitur ſenſationes,ex diuerſo ſenſu,non ſolum ex diuerſa re ſenſibili conflabuntur:Quæ quidem res obiecta ſenſilis uariat idẽtidẽ hoc eſt diuerſas induit apparentes ſenſibus qualitates.Itaq; uaria fit ſenſus ipſa natura non ex rei ſolum quæ obiicitur uarietate,ſed ex uarietate humani temperamẽti,qui etiam ſuapte natura mutatur,uariiſq; de cauſis:non ſolum ex ambiente aere, frigore,æſtu,nutrimento,quod admittet Ariſtoteles in libro de ſenſibus: Sed maxime adſunt intraneæ permutationes illæ,quibus extranea qualitas diuerſe præſentatur,ob imaginem ex diuerſorum humorum complexu diuerſe redditam. At qui non ſolum quo ad proprium ſenſile,ſed & quo ad commune etiamnun, pertinet,Nã & numero,& quantitate,& quiete,& motu,& uniuerſa compage diuerſe redditur,ut inde affectiones quoq; uariæ ſuboriantur.Hinc ex affectione nimia quo permutati ſunt humores intrinſecus,multa falſo præſentantur. Conſpicuum id in iis qui capti ſunt amore,quibus turpiſſimæ quandoq; feminæ,pulcherrimæ, & fæminis quoq; turpiſſimi uiri,& Therſite ſimiles,ſpecie formoſiſſima cenſentur.Sed cur de amore dixi?quando plures eius rei cauſæ ſolent afferri,de quibus omnibus cũ de amoribus uitandis,quæ diuino aduerſantur amori,& uitæ officiunt amatoriæ uerba fiũt multa diſſerimus.Cur inq̃ de amore?qui de affecta uoluntate aſſuetudineq; oblectationis prodire etiam poteſt.Nun unicuiq; fere de re ſenſili diuerſum arbitrium eſt? ꝓprietas hoc efficit indiuidui,humorum diuerſa temperies,& ſenſilis naturæ mira inconſtantia,ut extera prætereã.Nam & ſi homines unius habeantur ſpeciei, atq; ꝑ hoc eorũ ſenſus quatenus humani,ſpecie nõ differãt,q̃tenus tñ ex diuerſa re hoc ẽ humorum tẽperamento diuerſo conflantur ſenſus ipſi,& uaria humorum proportione diſſultant, diuerſe quoq; hauriunt ipſas res, quæ illi obiiciuntur:exq; ipſæ cum ex diuerſo temperamento naturali,tum ex iugi permutatione uariantur frequẽtiſſime,ut pote & itraneis & extrariis actionibus idẽtidem agitatæ.Quã ob rem diuerſæ ſenſationes ꝓdeũt ab ipſo uidelicet temperamento uario,ſiue illæ ipſæ diuer

ſæ habeantur ſpecie:quod uidentur uelle expreſſe qui affirmant uiſum hominis a
uiſu irrationalis animantis differre ſpecie,nõ in ratiõe uiſus, ſed talis modi:ſed ſiue
ſpecie,ſiue natura diuerſa,ſiue quocunq; alio uarietatis modo.quod ideo dictũ ue
lim ut omnibus ſatisfiat de humano temperamento,quod nomine complexionis a

Opiniões de tẽperamẽto.

Neotericis exprimitur opinionibus atq; ſententiis.Sunt.n.qui quattuor ſimplices,
quattuorq; cõpoſitas ſpecies aſſerant,Sunt qui unam æquam,& quattuor tantum
excedentes ſpecies conſtituant,quattuor humoribus reſpondentes,& ab eo humo-
re qui ſuperabundet in corpore nuncupationem faciant;q̃q̃ & plures poni poſſunt
uariæ humorum mixtorum proportioni,uaria aptando nomina.Sunt qui unã ex
omnibus ſurgere qualitatibus opinantur qualitatem,a ſingulis diuerſam:Quiq; ni
hil diſſultare putarit,& qui ſubſtantiam exiſtiment eſſe temperamẽtũ ipſum,& qui
qualitatem arbitrentur,& qui membro cuiq; propriam tribuant formã,& qui unã
omnibus ſimul accomodent,Tam & ſi parum ſatis adhuc explorati,ne dum certi,&

Libellus auctoris de elementis.

conſtituti, hac de re uia ſenſus haberi poſſe,niſi fallor etiam aperui eo i libello qui
inſcribif de elementis.Quod autem ad præſens attinet negocium,ſi quattuor ſunt

Quod ſecũdũ diuerſas opiniones de tẽperamẽto humorũ diuerſa ſenſuũ fiãt iudicia.

ſpecie diuerſa temperamenta,unicuiq; etiam ſua ſpecie diuerſa ſenſus reſpondebit
ſententia,ſi plures & plures dubio procul,ut ego quidem facilius exiſtimarim,quo
niam proportionum mixtionis diuerſitas,uicem habet differentiæ quæ ſpeciem cõ
ſtituit in ipſo humorum qualitatũ ue cõflatu, ut progreſſu patefiet.ꝙ & ſi una ex
omnibus diſſultat qualitas,ea certe ab omni alia quæ a diſſimili diſſultabit mixtio
nis proportiõe,diuerſa cenſebitur.Si ſubſtantia erit temperamentum,idem collige
tur:ſi non,multo facilius:ſi nihil etiam diſſultat,remanet nihilominus in uarieta-
te mixtionis ipſa diuerſitas.ꝙ ſi membro cuiq; ſua erit forma,certe inerit & ſua na-
tura,diſſidens ab aliis ex propria differentia.Nec tamẽ uidebitur abſonum ut mul
to magis diſtent alterius indiuidui membra a membris alterius,q̃ eiuſdem inter ſe
membra,q̃ forma ſpecieq; diſtare cenſuerunt.Quod ſi unica etiam cuiq; indiuiduo
eſt forma ſubſtantiæ,diuerſa tamen membrorum eſt cõſtitutio,diuerſa ex humorũ
mixtione,unde & diuerſa eorum officia:Aliud.n.cor,aliud iecur,ſplen aliud in cor
pore munus obit.At ſi aliquid eorum quæ diximus capiant,tãta erit diuerſitas quo
cunq; ea cenſeãtur nomine,ut diuerſum ſenſus iudicium colligatur: quoniam nec
ii qui quattuor temperamenta dumtaxat conſtituunt,negant.i eodem corpore ſæ
penumero plures bilis plures pituitæ ſpecies eſſe:neq; dici poteſt eas tantum inten
tione & remiſſione differre,quoniam diuerſæ eorum ſunt operationes, ex quibus i
huiuſcemodi rebus diuerſas colligunt ſpecies,diuerſaq; illis remedia adhibẽt medi
ci.Aliud.n.agit crocea uitellina ue,aliud praſina ſiue porracea,aliud cærulea,quam
qui arabes ſequũtur medicos uocant zinariam.Quare oculus qui aut bile earũ ali
qua polleat ſuapte natura,aut fumo qui de ſtomacho uiſum petit afflatus fuerit,
non morbo ſolum,ſed natiua diſpoſitione ita conſtitutus,diuerſum quiddam ab
aliis hauriet,aliamq; feret de re uiſa ſentẽtiam,q̃ ille q a tali bile fuerit imunis:Vn
de magna etiam poteſt obuenire fallacia,quæ & intellectus etiam ſæpenumero iu-
dicium obumbret,ut non incõcinne uideatur feciſſe Carneades,cum ſuperiora cor
poris helleboro albo purgaſſe dicitur ſcripturus aduerſum ſtoicos. Itaq; ſumatur
id ipſum diſcriminis uti malueris,mõ ſit in ſentiendo diuerſitas aliũde q̃ ex nũero
ſenſationum,& ex intentione ſola proueniens.q̃q̃ ex intentione etiam & remiſſione

multa

multa oriri fallacia poteſt, Nam ita remitti coloris aliqua ſpecies quiret, ut uel ae ris craſſitudo, uel diei hora, diuerſam redderet adeo, ut & ſemper & omnibus quin & eidem etiam homini idem ſenſus iudicium non eſſet, ipſo etiam Ariſtotele autho re (quod ſuperioribus libris innuimus) Quoniam euro flante ſidera uideri ſecus ac ſi uentus ipſe aerem non redderet craſſiorem, in problematibus affirmauit. Porro i petrata uaria diuerſitate oppoſitioneq; uaria, conſequetur ut & contrarietas uaria inde pendeat, atq; etiam maner contradictio: Vnde & fallacia uel incertitudo altera ex pte neceſſario ſuborietur. Certe ipſo Ariſtotele authore, quo pacto negare que; ant tot ſpecies eſſe temperamenti quot indiuidua non uideo, cum ipſe in problema tibus de humorum agẽs mixtione, ſanxerit ſpecie diſtare alios non quia faciem ha beant, ſed quia faciem talem. q; ſi differentia illa ex accidẽti atq; materia dicatur eẽ non a ſpecie ipſa humana promi, nihilominus colligimus, q; diuerſa illa mixtio nõ ſolum intrinſecus, ſed etiam extrinſecus oculis uidelicet aliorum diuerſa præſentat. Nec ſolum hoc i tota terroſa mole humani corporis animaduertẽdũ, ſed etiã in ſub tiliſſimis corpuſculis qui uocantur ſpũs, quibus & ſi eorum alii animales, alii uitales alii, naturales & appellentur a medicis & ſint, Scribit tamen Auicenna in libello de uiribus cordis, unicuiq; ineſſe proprium temperamentum, cui fecit ille nomen com plexionis: proprium dico ratione proportionis quantitatum ſubtilitatis humorũ & formæ cõmixtionum. At totius corporis temperamenta ſpecie non differãt. Nun ſenſiones ipſe different? Nam ſi ſenſorii & ſenſilis alicuius inter ſe temperamenta ab alterius ſenſilis atq; ſenſorii temperamentis, differre manifeſtum ſit: fieri ne poterit ut quæ inter illa ſunt habitudines, inuicem apertę non differant? non ſolũ quia aut itẽtior una aut remiſſior q̃ alia, aut quia una biliosa pituitosa alia ſit, alia aliter: ſed quia ex diuerſa fundamenti terminiq; natura coorĩũtur: quorum utrunq; uarium qa ſenſibile, & ex diuerſis pugnantibusq; inter ſe qualitatibus conflatum: hoc ẽ pp ter rem obiectam & ſenſilem poteſtatem. Nam illa & ex qualitate & ex quantitate in qua fundatur qualitas, & ex tota mixtione ſubſtantiæ, unde illa profluunt diuer ſe reddat & præſentet ſpeciem ſenſili potentiæ, iiſdem prope de cauſis uariæ, & id cir co uarie percipienti, Si illud Ariſtotelicum uerum, ut omne quod recipiatur p mo dum ipſius qui recipit ſuſcipiatur. Diuerſa itaq; eſt relatio ipſius apparentiæ ex ipſo fundamento etiam terminoq; diuerſo. Q ui. n. non ambigeret habitudinem relatio nem ue, quæ ſit inter quattuor & octo, ſpecie differre ab ea quæ inter duo & ſex con ſtituatur. quo pacto poteſt ambigere habitudinem temperamenti, quæ ſit inter ali quod ſenſorium quatuor (uerbi cauſa) bilis gradibus præditum, & ſenſile duobus pituitæ gradibus conflatum, ſpecie nõ differre ab ea quæ ſit inter ſenſorium quod ſex ſanguinis gradibus polleat, & ſenſile quod ex tribus atræ bilis gradibus ſit con ſtitutum. Hoc recipi conuenit ab eis maxime qui temperamẽta duorum uel pluriũ corporum, etiam ſi unicus præ aliis in ipſis corporibus humor polleret, diuerſa con ſtituerent: & qui nihil diſſultare unum ex ipſa mixtione uellent, & qui formas ſuo cuiq; membro tribuerent. multo autem magis ſi biles ipſas inter ſe diuerſas ipſa in mixtione conſtituamus. ut bilis quæ quatuor intendi gradibus ponitur cærulea di catur eſſe, quæ uero tribus alia in mixtione gradibus habita ſit, notetur uel uitelli na uel praſina. proportio autem ipſa multis uariari modis poteſt, per ætatem, per caſum, item eadem in ætate, nutritione, auctione, detractiõe uel omnium uel aliquo

Ariſtoteles.

Auicenna.

rum,quorum uidelicet in loco exteri ſuccedant humores,unde & uaria queq; pro
portio diſſuitet,quæ & ſi eadem eſſet,ab alio tamen indiuiduo diuerſa fuerit, ut pp
terea certa ulla & uniuerſalis regula ſenſilis,ſuper qua fundetur demonſtratio,tra
hi non queat. Atq; hæc de incertitudine ſenſili ipſe dixerim,rationibus humano fre
tis temperamento,ut mittam quæ cum multi,tum Macrobius in ſeptimo ſaturnaliũ
de unic. ſenſus incertitudine fallaciaq; dixerunt ,niſi & reliquorum ſenſuum & ra
tionis etiam accedat authoritas:ut illuſiones quoq; uarias & uaria præſtigia præte
ream.

Cõfirmantur clariſſimis exẽplis quae ſupra ſunt dicta de ſenſus incertitudine. Ca. iii

Ed libet etiam in ſenſu magis immorari, Et q̃ ſit incertum eius &
indicium & iudicium cum multis,tum hoc in primis exemplo mani
feſtare. Vt.n. ijs qui morbo regio ſunt affecti,qui aurigine uultũ ſuf
funduntur (græco ii ipſi uocabulo ſolent etiam apud uulgus icteri
ci nuncupari) pallida omnia quaſiq; inaurata uidentur,quæ alijs alio colore uiden
tur inſignita: Non ſecus ei eueniet qui ab ortu naturæ & ipſo etiã in uentre matris
temperamentum ſortitus ſit,ex tali bilis qualitate,quæ illi ſimilis aut ſit ,aut eſſe ui
deatur. Quo aũt magis aliena fuerit a iuſto tẽperamẽto,eo magis falli poterit:qua
re tertio de anima libro Ariſtoteles dum de ſimilitudine itellectus & ſenſus diſſere
ret,id quod intus apparet,rei extraneæ probibere perceptionem docuit,& ei uiam
obſtruere quod per ſe uidelicet & proprie excipiẽdũ eſſet. Quod ſi negaueris poſſe.
Reſponſio. Triplex cõfutatio. Prima — rẽperaturã ,ſani aut nõ ægri hominis, eſſe ſimilem icterico,unde fieri nequeat, ut
par feratur iudicium,tria non effugies incommoda, Primum q̃ arbitraria hæc erit
reſponſio nulla ratione munita Cum ad infinitum fere temperamenta corporũ ua
riari poſſint,ob intentionem & remiſſionem qualitatum, earũq; uariam mixtionẽ.
Quo fiet uti quis re uera,q̃tum ad ſui eſſentiam pertinet,eadem non eſſet tempera
tura ſimilis tamen adeo eſſet,ut diſcerni uiſu nequiret ,Simili ſaltem participatiõis
modo. Scribit.n. Thomas in theologica ſumma ſecundi uoluminis parte prima,dum
agit de habituum auctione,ſimilitudinem & diſſimilitudinem non ſolum conſidera
ri ſecundum qualitatem eandem uel diuerſam,ſed etiam ſecundum eundem uel di
uerſum participationis modum:illudq; ibi affert,nigrum nõ ſolum eſſe diſſimile al.
bo.ſed etiam minus album,magis albo;quoniam motus ex minus albo in magis al
bum,fiat tanq̃ ex oppoſito in oppoſitum,idq; Ariſtotelis authoritate cõfirmat. Ex
modo itaq; participationis ſimili,temperatio ſimilis poſſet euenire,aut certe uideri
eueniſſe:ea propter in illius oculo ſiue ſani ſiue non ægri,qui ab icterici non diſcer
neretur oculo,ineſſet ea qualitas icterico ſimilis oculo,unde & ſimilia præſentaret
quæ præſentantur icterico,hoc eſt auri pallore ſubalbida .Neq;.n.tam præſto eſſet
Charadrios. — ea auis a græcis χαραδριός appellata,quæ uiſa,morbum illum expelleret: ut hinc
Secunda. — natura ne,an uitio naturæ talis aſpectus prodiret,poſſet internoſci. Secundũ eſt q̃
multi poſſunt ex materno utero ferre ſecum id morbi,& ad ſenectam uſq; uel nolẽ
tes retinere:quos tamen cum in ſenſus iudiciũ adduxeris,quæ tibi rubra uiridiaq;
eã illis pallore ſuffuſa omnino uidebuntur. Nec tu tamẽ lapidem heraclium præſto
habebis ad oculũ,ut diſcernas ictericus ne fuerit an minime qui ita ſit natus diffu
ſa

ſa ſcilicet ad oculos qualitate eā de qua diximus,ſed ita non perſpecta aliorum ob turbibus,ut ſi morbo illo icterico ætatis decurſu fuiſſet affectus,eoq; etiam magis, q͏ multæ eius morbi habentur ſpecies,ut medicis proditur, ex diuerſa bilis infectione manantes,quæ tam remitti queunt & uariari ut cernentium oculos facile latrant, eoq; etiam nun facilius,q͏ & Galenus,& Auicenna,cum in omnibus diſciplinis,tū in medicina præcipue uiri magni nominis,affirmant temperamentum humanū,&quā medici iuniores complexionem uocant,oculis ſemper non patere,cum eueniat ut is humor qui regnet,& obtineat principatum in corpore,non ſe expandat ad ſum ma,cutemq; teneat,ſuo ſcilicet in uigore,ſed ſubſidat magis in penetralibus:cōtraq; ſæpenumero contingere,ut qui rerum non potitur humor,is tamen occupet faciē & corporis reliqui ſuperficiem.Tertium incommodum id eſt,q͏ & ſi gratis cōcedi mus naſci non poſſe ictericum hominem quin depræhendatur,nec ſimilem icterico ut par fiat iudicium,reſtat adhuc non ſcrupulus,ſed lancea: quoniam ex intentiōe & remiſſione bilis,ſiue eius generis qua icterica perturbatio cōficitur,ſiue alterius modo omnino nigra non ſit,tale poteſt conflari hominis temperamētum,ut ſi pal lida non præſentari uideantur eius oculo,diuerſi tamen erunt omnino coloris ab ea,quā alterius temperaturæ homo oculis capiet:forte alba apparebunt,quæ q̄q̄ a pallidis non omnino facillime diſcernantur,ſpecie tamen coloris differunt,uti eſt etiam Thomæ ſententia,in eo quem ſupra citauimus libro maxime repoſita.Cū aūt colores omnes ex nigro componantur & albo,ipſo Ariſtotele teſte in libro de ſen ſibus & ſenſibilibus,ſiue ex albo,& Xantho,uel flauo,ut uoluit in libro de coloribus ex uaria albi & nigri mixtiōe,albiq; & flaui temperatura uaria,uarii quoq; ſuborie tur,conflabunturq; colores.quod cum ita ſit eueniet ut pro diuerſo etiam tempera mento,quod nigrum,uel q̄ eſt nigrius,uel q̄ eſt dilutius appareat. quod item albū aut albore magis fretū,aut fuſcedinis particepsmagis præſentetur oculo:atq; hinc diuerſa colorum & indicia & iudicia fiant.Ita.n.diuerſæ poſſunt hominis tempera turæ conflari & coaleſcere,ut diuerſæ coloris ſpecies ex albo & nigro, ſiue albo & flauo coagmententur,eoq; magis q͏ omne temperamentū colorum ex duobus,cor porum uero humanorum temperamenta ex humoribus quattuor conſtituuntur flaua bile,nigra,pituita,ſanguine:quæ de contrariis quattuor qualitatibus oboriri. frigore:calore,humiditate,ſiccitate ſanxerunt.Quo fit ut longe plures enaſcantur ſpecies temperamentorum humani corporis q̄ colorum,quæ tamē cōſtituuntur ſo la intentione & remiſſione,uel utriuſq;,uel alterius contrariorum,ſiue albi ſiue ni gri,aut flaui.Quod autem de icterico diximus,pari quoq; ratione de iis dicendum eſt qui ocularium uenarum uel fractione uel colliſu,ſanguine oculos ſuffunduntur. ὑποσφαγμα Id morbi a græcis medicis,& maxime a Paulo ægynita & a Sexto uo cari ſolet:quo qui laborant eis omnia rubra uidētur.Poteſt autem ab ortu naturæ talem quiſpiam oculi temperaturam ſortiri,ut multus circa pupillam ſanguis iter ſpergatur,Adeoq; poteſt,ut flammaram aciem geſtare uideatur.Sēſus igitur uiſus magis uarius eſſe poteſt q̄ ſenſile,quod ei proprie obiicitur:quod tamē ſenſile mul tis & infinitis pene modis uariari ſola intentione & remiſſione poteſt : ut mittam q̄ proxime etiam diuerſorum colorum ſpecies,inter ſe uariæ ſint habitæ,ut glauca,

Galenus. Auicenna.

Paulus aegynita. Sextus. Hypoſphagma.

ſpecie habitæ ſint diuerſitates, ut in
cerulea ,ceſia ,& q̃ uarie in una etiam coloris
rubra & fulua,& flaua,& rutila,& rubida,& ruffa,ex uaria.ſ.mixtiõe manantia .quæ
cum fauorini frontiniq; ſermonibus diligenter adnotata ſunt,tum in ſecundo noc
tium atticarum eleganter expoſita.Vt mittam etiam ꝙ ratione aduerſus ſenſum,in
re quæ multo uideri ſolet manifeſtiſſima,uti quidã uoluerit:quo factum ut Anaxa
goras non albam ſed nigram niuem uideri uoluerit:quemadmodum ſeptimo capi
te ſecundi huius operis libri fecimus mentionem.quod exiſtimari poteſt ab eo fac
tum,quoniam non uſq; quaq; ſenſus iudicium ſtabile apud eum manſerit q̃q̃ ra
tionis anſam prætendere maluit.Dici alia non pauca poſſent.ſed hæc ſatis habe
queũt. Ex quibus colligitur q̃ incertum ſit uiſus uel indicium uel iudicium,ubi etiã
aliquibus certum appareat.Nam ſenſus quidem uerum eſſe aliquando & indicium
& iudicium non ambigo,nullumq; homini qua carneus eſt omnino uerius, tum.ſ.
cum non fallitur,cum non in ambiguo uerſatur,cum in ſua dumtaxat ſenſione per
ſiſtit,nec ad aliorum ſenſa & iudicia refertur:q̃q̃ fere ſemper adiunt conditiones ip
ſius ſenſorii uariæ,quæ res ipſas ob diuerſum temperamentum ,ſecus ac ſe habeat
apud alios,ſæpe etiam aliter ac ſe habeat ueritas ,præſeferunt .ob diuerſam etiã rei
ipſius ſenſilis fluxamq; naturam,ea ipſa quæ obiiciuntur ſenſorio. diuerſe ſe ſe ha
bent temporis diuerſitate.Variat itaq; temperamentum corporeæ naturæ diuerſas
ob cauſas,uariant & rei ſenſilis percipiendæ ſenſibus qualitates:quorum ex uarieta
te uarium quoq; manat iudicium, ratiõe ſæpenumero adſtipulãte.Sed & alia quoq;
uarietas prodiret,ſi lumen proprie uiſibile eſſet,ob uarium corporis temperamen
tum,& oculi potiſſimum pupillæ ad lucem contuendam,inſtar colorum quos ſupra
diximus, diuerſe a diuerſis corporum temperamentis perpendi,& iudicari.Sane lu
men proprie obiici uiſui uoluit Auicenna,ſexto naturalium rerum libro, ubi & in
Auicenna. termedia ſenſuum quæ neceſſaria putat Ariſtoteles non recipit.Porro ex uaria ipſa
intẽtione & remiſſione luminis in ſe ſe perceptibili,ſiue etiam commune quiddam
lumini atq; colori,pupillæ obiiceretur,uariaret iudicium:quoniam diuerſæ rei uiſi
lis prodirẽt ſpẽs.diuerſo ex receptu.Ab illa uero Auicennæ opiniõe nihil uiſus ab
horrere Ariſtoteles in libro de coloribus,uel non abhorruit Auicenna uerius ab
Ariſtotele,quando xanthum colorem ſimplicem,igni adſcripſit & ſoli,& huic quidẽ
alius color non eſt præter q̃ lumen ipſomet Ariſtotele authore, qui ſolem quintæ
cuiuſdam naturæ & ab elementorum mixtiõe diuerſæ omnino decreuit eſſe,& ignẽ
qui ſit ſimplex nullum habere colorem uoluit,quoniã color eo authore elemento
rum cõflatum mixtionẽq; ſequitur . Quo circa iuxta naturam combuſtæ rei diuer
ſi conſpiciuntur in igne colores,& ſi ſuapte eſt ignis natura Xanthus flauus ue,hoc
eſt ſola lucis proprietate præditus:Vnde illum Ariſtoteles cõtulit ſoli,qui lucis cor
poreæ fons & origo eſt.Vt autem lumen ipſum per ſe ſit uiſile,probari ſolet ex colo
rata ſupficie,cuius pars illuſtretur,pars adumbrata maneat:Quãdo i altera parte
lumen & color perſpiciuntur,in altera color dumtaxat inſpectatur.Nun etiam id ip
ſum apparet ex iis quæ in tenebris micare & rutilantes fundere ſcintillas uidẽtur.
Videt ẽt mihi Simplicius in cõmẽtariis ſecũdi de aia libri primũ uiſile ſtatuiſſe lumẽ
Simplicius . p illa uerba προηγουμένως ὁρατὸν εἶναι τὸ φῶς καὶ τοῦ φωτὸς ἀποστίλβον λαμπρόν

hoc

hoc eſt uiſile eſſe lumē quaſi dixeris ꝑcedēter,& id ſplēdidū qḋ lumē impartit:q̄q̄ p
cedēre opere nō negat colorē luce cōſumatū,agere ut uideatur, Nec me latet a Tho
mi,& ſectatoribus,iter materiale obiectū uiſus & formale differētiā allatā,& alterū

Thomas

lūmi alterū colori adſcriptū, nec hoc oino ſine lite:iterq; obiectū quo &obiectū qḋ
diſcrimē allatū eſſe.Nā de obiecto ipſo,ex Ariſtotele & Auicenna nūc mihi mentio,
quorū ille colorē hic lumen ꝓtuliſſe uidet,& ſane oportet illuſtrari aliqd quoquo
mō,ſi cerni debet,alioqn quo pacto id ipm ſui imaginē ꝓſeferet? Sed tale pōt ēē id
lumē ut aliquo ēt mō ab oibus nō cōprębēdat oculis:& poſſet adduci exēplū illud
qḋ in Ariſtotelē refert ut i authorē,de Thaſio quopiā uiro cui ſimulacrū hois idē
eidē ante oculos obuerſabatur,quod aliorum oculi hominū non percipiebant.Pro
ditum item eſt memorię Tiberium Cęſarem inter nocturnas tenebras uidere ſoli
tum,Senſus enim ipſius non decipiebatur in quo decepti alii fuiſſent,circa eandem
rem uiſam,in eadem diſtantia, eodem in medio,hoc eſt obſcuro & nocturno in ae
re.Diuerſitas enim temperamēti diuerſitatem quoq; iuſta proportione in uiſili po
teſtate conſtituerat.Et de icertitudine uiſus hactenus,quantum ad id quod ab Ari
ſtotele prętermiſſū uidetur:quia ſi certus eſſet omnino ſenſus,non tamen ex diuer
ſitate complexus &temperamenti humorum eadem unicuiq; uideretur res obiecta
unde uariabit inductio ex particularibus procedens,ſiue id referas ad uiſilem pote
ſtatem,ſiue ad uariam rei uiſę naturā.Illud ex abundanti addiderim,noluiſſe Auer

Epilogus exō plorum de ui ſus incertitu dine

roem tertio de anima commentario,uiſum quādoq; falli circa proprium obiectum,

Auerroys.

unde illa eius uerba ipſo in commentario particula uigeſima ſexta actiōes proprię
uiſui ſcilicet comprębendere colorem ſunt uerę in maiori parte.Addo igitur non
ſemper,& ſi non fallor optime conſequitur.Sed iam de uiſu multa & forte plura q̄
oportuit.In reliquis quoq; pari proportione ſententia feratur , Nam ſi ad guſtum
te referas,quanta ob humorū non dico ex febre uitiatorū,ſed cōgenitorū multimo
da & ſupra q̄ dici poſſit uaria diuerſitas inuenief in hoibus?Nā qḋ uni ſentit uno
mō nō ſentif alii,maxiē cū oēs ex dulci &amaro cōflēt,& coaleſcāt ſapores,ſcribit.n.

Exempla in aliis ſenſibus et praecipue in guſtu.

ipſemet Ariſtoteles in libro de ſenſibus ut colores ex albi & nigri mixtiōe fiūt ita
οἱ χυμοὶ ἐκ γλυκέως καὶ πικροῦ hoc ē ſucci ex dulci & amaro,idq; magis minuſq; fie

Ariſtoteles.

ri docet ex Analogia ꝑportiōe ue mixtiōis.Nec mihi nūc obſtrepāt,tale hois tēpera
mentū tali in latitudine ꝑpendēdū,hoiemq; ēt nō ꝓprietate indiuiduorū ſed ſpe
cie conſiderari debere decernētes:Nā de tēperamēto quot.ſ.ſint & quō ſecernātur
cū agūt,nō tāq̄ de re iudicata decernūt,ſed de ambigua & plena difficultatū ut an
te monſtratū ē:Nec intētio & remiſſio latitudinis,minores ut excutiat cōtrouerſias
poſtulat,quę quidē latitudo ita aſſignata ut decere dicūt,adhiberet neceſſario ad
ſenſiones rite & certo ꝑcipiendas inter ſtinguēdaſq; adeo,ut poſſet parādę demō
ſtratiōi patrocinari.Hęc uero nō cōceptiōibus animi cōibus illis & maxiē genera
libus iſiſtit,ſed rerū ſpēs,& rimat & colligit ex ſingularibus ſenſu ipſo ꝑceptis & co
gnitis Ariſtotele duce,alioqui pauci credo ſi nō magis nulli eſſent ad demōſtrandū
idonei:ac de ipſo Ariſtotele fuiſſet ne in ea latitudine collocatus an minime?diſcep
tari poſſet,hoies ꝓterea ſinguli & carnei ſentiūt,& de ſenſionibus quas ꝑcipiūt,iu-
dicāt:nō aūt hois notiōes,quę noſtris in animis collocari dicūtur:in qbus uel una
uniuerſam hominū ſpēm repſentat indiuiduis conditionibus eliminatis. Ipſi igitur
hoies ſinguli eatenus uariari poſſūt ut ad diuerſū tēperamētū relata mixtio diuer

ſa longe ſentiatur ác ab iis ſentiretur qui diſſimili temperatione pollerent .Demo-
critus(uti eſt apud ſextum philoſophum) dicebat,mel neq; dulce eſſe nec amarum

Varii de melle guſtus

ut ſecundo libro rettulimus q̃q̃ de colchico aut pontico aut ſardoo mele mentio-
nem non fecit,nec ſe ſe ictericũ adſtruxit,nempe qui & ſenſiſſet & forte dixiſſet ama
rum:Sed quod omnes dulce pronunciant,ipſe nec dulce nec amarum cenſuit. Hera
clitus utrunq; cenſebat.Sed antiquos dimittamus,uiui ſunt homines qui amariſſi-
mum aloes ſuccum exiccatum compactumq;,ut alia eduliorum genera comedant,
qui rheubarbaricum aliis palatibus aſpernabile,ut gratum & delectabile guſtui ſi
bi ſummant.Idem edulium eidem homini eſurienti gratiſſimũ,eidem ſaturo triſte
ac non ferendum.Porro in tactu quãta diuerſitas? Alexãdri miniſter Demophoon

Exempla in tactu

ut eſt poſitum in Diogenis & ſexti monumẽtis,in ſole balneoq; rigebat,& æſtuabat
in umbra,Argiuo Athenagoræ phalangiorum & ſcorpionum uulnera nullum in-

Athenagoras

uſſiſſe dolorem proditum eſt memoriæ,quæ tamen aliis mirũ q̃ ſunt moleſta. æthio

Aethiopes

pum gens cuius regio a Meroe ad fluuiũ hydaſpem porrigitur,Scorpiones & aſpi-
des tuto comediſſe proditur hiſtoria,quæ aliis comeſta necẽ pararent.Galenus me

Galenus

dicorum eximius author eſt,puellam mortifera herba multo tempore nutritam.q;
ſi fundamentum aſſuetudinis ducas in medium,eidem fundamento ſi ſuperſtruxe-
ris uariatum temperamentum depræhendes,atq; inde ſenſationem quoq; uariatã.
Anus quæpiam attica triginta cicutæ ſucci tolerabat hauſtus ſine uitæ icommodo,
cum tamen alii uel uno uel duobus extinguerentur.Sic & apud Maſilienſes crimini
bus obnoxii,ſic ſocrates ab Athenienſibus extinctus eſt.Iacobus foroliuienſis inſi-

Iacobus foroliuienſis.

gnis inter Neotericos medicinæ ſcriptores,prodidit litteris ſe periñde haberi ab allio
ac a ueneno,cum eo comeſto,ea ſibi acciderent,quæ ſolẽt accidere iis,qui hauſerũt
uenena.Idem & alius quoq; medicus prodidit.Et ſi ad tactum referri põdus debet
quantum fallantur qui ſine bilance res examinant longo diſcurſu docet Nicolaus

Nicolaus cuſa
Exemplã in odoratu

Cuſa in libro quem inſcribit de ſtaticis experimentis,Affirmans etiam ſtaterã ipſa
pondus ad liquidum atq; ut eius utar uerbo præciſe cognoſci non poſſe,Idem odor
eodem etiam die eidem homini gratus,paulopoſt grauis,quãto magis homini alie
no & uario temperamento:q̃q̃ homini in uniuerſum parum tribuit in olfactu Ari
ſtoteles,minimumq; eo ualere ſcribit,atq; in cauſa eſſe latiores meatus docet in pro
blematibus.Q d̕ ſi eſt tanta habitudinis in humano corpore uno eodemq; frequẽs
uariatio,quanta erit in diuerſo?Cum & eadem etiam ratio ſit rei odoræ perſentien-
dæ quæ ſcilicet ex mixtiõe diſſultat,quod & Theophraſtus in libro περὶ ὀσμῶν hoc

Theophraſtus

eſt de odoribus cenſet,quod impermixtum eſt id odorum non eſſe per hæc uerba
τὸ γὰρ ἄμικτον ἅπαν ἄοσμον Idq; ex Ariſtotelis ſentẽtia ,qd̕ & repetiit Theophra

Ariſtoteles.

ſtus in ſexto de cauſis plantarũ.Sunt & qui uel natura uel corporis affectione ua-
ria uideantur audire quæ non audiunt,& ad ea quæ deberent audiri facile uidean

Exemplã in auditu.

tur obſurdeſcere,ſiue id ex meatibus illis anfractuoſis auriũ præpoſtere uerſis ,aut
obturatis,ſiue ex cerebri exſudationibus, ſiue alia quapiam de cauſa . Sane q̃ ſit
diuerſum aurium iudicium norunt eruditi, qui uiderunt compereruntq; eoſdem
numeros aliis placere , aliis diſplicere prorſus auriculis , Vnde & apud artem
docentes rhetoricam tam uarii pedes orationis terminandæ uariiq; numeri ,
Qui omnes tandem ſe ſe ad iudicium aurium referunt , Vnde quæ æquabilis ,
uel numeroſa uidetur alicui clauſula,uidebitur alii ſubſultans & biulca mini-

meq;

meq; prorſus harmonica, In cauſa certe corporis uarium temperamentum. Ex quo etiam uaria aurium ſententia: particularis autem & indiuidua cauſa, uaria ſemper raro tamen comperta eſt: Nam cum differentiæ ſoni ſint acutum & graue, quis non uideat uaria ex compoſitione acuti & grauis, diuerſas conflari ſonorū ſpecies, quæ relatæ ad diuerſas ſentientis diſpoſitiones, diuerſæ habebuntur ab iis, quas ii perſen tirent qui aliter eſſent affecti. longum eſſet enarrare circa omnem ſenſum uarietates humani temperamenti: quoniam proprium ita eſt ſuum unicuiq; homini temperamentum, ut par ei ſimile ue omnino eſſe, ſit impoſſibile: ſi in primo ſuæ medicinæ uetum ſanxit Auicenna: imo rebus omnibus compoſitis propria eſſe temperamenta & diſpoſitiones docet in libro de uiribus cordis, e quibus proprie quoq; uirtutes emanent: quas ignorari docet & quantum pertinet ad ea quibus efficiuntur producunturq;, & quantum etiam ſpectat ad id cur ad talem ſuſcipiendam uirtutē hoc plus magiſq; q̄ aliud diſponatur? proportionem autem mixtionis ſimplicium ſemper a nobis ignorari q̄ diu uiuemus in hoc mundo clariſſime cōteſtatur. Atqui negari ne poteſt quodcunq; ſenſorium ſua habere conſtituentia principia? diſponi proprie ad uirtutem ſentiendi ſuam? habere mixtionis ſimplicium proportionē? Adde & ad ſenſiles res obiectas inter quas etiam ſit proportio referri? Quibus omnibus de rebus fit ut & ſenſus emergat uarietas, & ſincere quemadmodum pleriq; exiſtimant a quibuſcunq; nequeat diſcerni ueritas. Vt mittam q̄ uaria & q̄ ſæpe uana iudicia fiant in his quæ non proprie ſenſibus extrariis obiiciuntur, ſed dicuntur communiter obiici, ut numerus, & quantitas, & quies, & motus, nun & maius & minus aliquid, & plura & pauciora nonnulla ſæpe iudicantur & falſo? ſed et pulchra quæ turpia, & contra quæ turpia, æſtimantur pulchra, ut retro memorauimus. & quieſcere quoq; quæ moueantur, contraq; quæ mouentur quieſcere multi arbitrentur, nec in rebus minutis tantum & remotis, ſed maximis atq; præſentibus: quo pacto & Ariſtarchus mathematicus & Seleucus, ſolam terram moueri dixerunt, cælum uero & cætera omnino quieſcere: quod eſt a nobis antea narratum. Illud poſtremo non reticuerim, nos ipſos non uideri a ſancto Thoma longiſſime receſſiſſe, qui in primo contra gentes, uidetur hanc ſenſus & humanæ etiam exactiſſimæ probationis, quæ demonſtratio dicitur, innuiſſe fallaciam, quo potiſſimum loco differit de rationabili fidei traditione. Aſſeruit primo inueſtigatiōi rationis humanæ plerūq; falſitatem admiſceri, propter debilitatem intellectus noſtri, & phantaſmatum per mixtionem, exin de ignoratione demonſtrationis apud pleroſq; & diuerſitate doctrinæ eorum qui ſapientes dicuntur pauca prælocutus, ſubdidit, inter multa etiam uera quæ demonſtrantur, immiſceri aliquando falſum quod non demonſtratur ſed aliqua probabili uel ſophiſtica ratione aſſerit, quæ interdum reputatur demonſtratio. Demumq; ad capitis finem progreſſus, quæ dixerat de imbecillitate cognitionis humanæ, & ꝙ propterea fixa & certa fides humano generi ſalutaris data diuinitus fuiſſet, concluſit omnia atq; firmauit uerbis pauli monentis epheſios, ne ambularēt ſicuti & gentes ambulant in uanitate ſenſus ſui. Rettulit enim acceptam fallaciam ſenſui apoſtolica auctoritate. & ipſe antea ratione ſubinnuerat permixtionis phātaſmatū mētionē habēs, quæ uidelicet depromūt a ſenſu: unde & quæ dicerēt more cōi exactæ demōſtratiōes, nō tamē eē demōſtratiōes putauit, ꝑmixtas uidelicet errore, & ꝓbabili uel ſophiſtica rōne nixas. Supra quoq; docuerat hoies rerū ſēſiliū nō

Auicenna. Thomas

paucas,non multas,non plures,ſed plurimas,ut eius utar uerbo ꝓprietates igno/
rare.& earum quoq; quas appræhendimus ſenſu, rationem perfecte in pluribus
inueniri non poſſe.Quod præter ea quæ ſupra diximus,Ideo etiam huc allatum uo
lui,ut qui odio uatiniano,ſicuti in prouerbio dicitur,& nouercali,nos perſequeren
tur,quoniam Ariſtotelem non ſic ut ipſi coleremus,uel diſcant uel memorētur Tho
mam magni iudicii uirum.q̄q̄ Ariſtotelis interpræcem,ſi proprie non ea quæ nos
hoc in opere diſſerimus,certe non omnino diſſimilia quandoq; dixiſſe.

Digreſſio quædam in referenda opinione Henrici candauenſis de incertitudine cogniti
onis humanae,ubi oſtenditur quocunq; modo de ea ſtatuatur, rōnes tamen quibus
eam Ioannes Scotus impugnauit,magni non eſſe momēti. Cap.quartum.

Iceat a utem hoc loco digredi aliquantum,nec tamen (uti arbi
tror)inutiliter,digredi inq̄,in referenda opinione Henrici Can
dauenſis,quam libro ſuperiore diximus a Ioanne Scoto acriter
impugnatam.Sed quicquid de Henrici opinione ſtatuatur,eam
ipſi recitabimus:Deinde Scoti improbationem,mox & noſtram reſponſionem.De
omni illa qua impugnatur quæſtione,tria colligentes quibus inſiſtamus: quoniam
facere quoquomodo uidentur ad rem de qua agimus,exacte magis perpendendā.

Tria in hac digreſſione quibus inſiſtitur.

Primum eſt nec argumenta Scoti in eam opinionem ſatis uirium habere,cum aſſe/
rit rationes Henrici concludere academicorum ſententiam,non Auguſtini,& nul/
la eam ueritate ſubſiſtere.Secundum nec Henrici rationes,quibus probare opinio
nem moliebatur a Scoto ipſo fuiſſe rite diſſolutas.Tertium opinionis concluſionem

Opinio henrici cum ſuis fundamētis

de ſinceta uetitate habenda rite non impugnari.Opus itaq; eſſe dicebat Henricus
diuina illuſtratione,ad certam & ſinceram ueritatem exacte percipiendam. quoniā
res obiecta unde ſpecies exemplar ue creatum deducitur,mutabilis eſt,quo fieri ut
cuiuſq; immutabilis,quemadmodum eſſe ueritatem immutabilē oportet,Cauſa eſſe
non poſſet.Mutari præterea animam,& in falſitatem a ueritate delabi, quapropter
firmiori aliqua nec mutabili re opus eſſe,ut firmaretur,non firma minus aut ma/
gis mutabili,quale eſſe ſpectrum exemplar ue ſatis conſtat,a re ſenſili fluxaq; de/
ſumptum.Ad hæc neceſſarium uideri,ut is qui certam,nec ullo modo fallacem & er
rabundam rerum notitiam ſibi aſſciſcit & uendicat,pariter habeat id unde falſum a
uero & ueriſimili dirimere queat,atq; diſpeſcere:Alioqui ſemper erit ambiguus ue
ro ne hæreat firmiter,an lubrica falſitate delabatur?eiuſmodi autem creata illa,&a
re deſumpta ſpecies eſt,quia & ſe quatenus talis eſt res,& ſe tāq̄ rem obiectam præ
ſentaret poteſt,In altero ueritas,in altero falſitas.Videre id licet in ſomnis, in qui/
bus ſi ſe primo illo mō ſpēs offerunt,uerū offerūt, ſi ſecundo falſū:hinc euenire ut
obliquo ſaltē aſpectu radii,qui nobis diuinitus īpartiatur,egeamus : tam & ſi non
eum proprie directeq; ſpectemus,id enim munus beatarum mētium.Eum autē q̄q̄
oblique ſuſceptum radium,& acumen addere,& immutare ſpeciem,& exemplar cō
formare ſibi.Tū.n.perfectā haberi ueritatis notitiam,cū duæ illæ ſpēs in mente con
currunt,Altera quæ inhæreat.s.a re deſūpta,altera quæ ſit illapſa diuinitus.Hæc fe
re ſūma ē eorū q̄ decreuit Henricus.Vrget Scotus ſeq; affirmās,ut nequeat quocūq;

Argumenta Scoti circa primũ.

in lumine haberi certitudo, quando aliter q̃ ſe habet res obiecta, cognoſcitur:
quod tum fieri aſſerit cũ mutabile quod obiicitur, ut immutabile cognoſcitur: q̃q̃
etiam ſenſilem quæ obiicitur rem ipſam continue mutari non arbitratur. Ad hoc
ſequi, ut nunq̃ ullam capere poſſemus ueritatem, ſi ſecunda illa ratio ſolido niteret
fundamento: nulla enim ueritate unq̃ niti homines, cum quicquid in anima colloce
tur, ſit mutabile, nec ipſum intelligẽdi actum eximi ab hac mutatione poſſe: quo cir
ca inueniri nequire, unde anima certa ueritate polleat. Cenſet præterea ſpeciem in
hærentem, cum ſpecie illa quam diuinus ille radius impartit, concurrere inaniter.
nam quando alteri certitudo repugnat, altera certa eſſe non poteſt, exemplo cõclu
ſionis ſyllogiſticæ, Quæ & de altera propoſitione, cui neceſſarius modus copulatur,
& de altera quæ contingenti connexa modo eſt, corrogatur & pendet. Spẽm quoq;
quæ ad omnem concurrit cognitionem diſtricte iudicare nequire, quia utroq; ſe mo
do repræſentat, nec poſſe etiam alio quocunq; adueniente fieri, ut uerum, a ſimili
internoſcatur. Deinde multa congerit, ut oſtendat hanc non fuiſſe Auguſtini opi
nionem ſed academicorum, nec eis ipis rationibus comprobari. Atq; de primo loco
hactenus fere Scotus. De ſecundo uero rationibus ipſis reſpondet & antecedentem

Argu. circa ſecundũ.

propoſitionem inficiatur, Neq;.n. ſenſilia continue moueri dicit, atq; mutari, ea etiã
ſi concedatur, negat inconnexo ueritatem ſpectari, Nam & ſi res obiecta mutabilis
habeatur, non tamen inde ſequi, ut quod ex ea gignit, decerpiturq;, non poſſit qcq̃
ſub ratione immutabili repræſentare (ut eius utar uerbis) mutabilitas i obiecto, nõ
eſt ratio gignendi, ſed natura ipſius quod eſt mutabile: fieriq; præterea poſſe, ut p
id quod eſt mutabile, aliud ſub ratione immutabilis repræſentetur, ſicuti cũ p finitũ
ſub ratione infiniti quicq̃ ſoleat indicari, Atq; ita Dei eſſentiam ſub ratione immu
tabili per aliquam rem mutabilem repræſentari. Ad hæc ſecundam demoliri ratio
nem pergit diſtinctione habita rei mutabilis i anima, Duplicis.n. mutationis memi
nit, alterius quæ ſit ab affirmatione in negationem, & contra a negatione i affirma
tionem, quo pacto ab ignoratione ad ſcientiam itur, & ad intellectionem a nonin
tellectione (utar.n. quibus ille utitur uerbis) Alterius quæ ſit quaſi a contrario in
contrarium, ueluti a rectitudine ad deceptionem, & a deceptione ad rectitudinem,
quam mutationem negat animæ competere, niſi circa illa quæ complexu quodam
conſtituuntur, eiq; obiiciuntur ex ipſis eorum terminis, non euidẽtia: quæ.n. euidẽ
tia dicuntur, Circa ea mutari non poſſe animam aſſeuerat, cum ipſimet termini cau
ſa ſint neceſſariæ conformitatis & compoſitionis ipſius ad tales terminos per quos
(ut quæ ille dicit apponam) poteſt rectificari. Tertiæ ideo rationi contrariatur, q̃a
ſolum dicit apparentiam facere contra opinionem, quæ ſpeciem intelligibilem au
fert. Sed multa (q̃q̃ id diſſimulare uidetur) Scotus inde ſibi obſtare coniiciens, ea ip
ſe ſibi obiicit, & diſſoluere conatur. Sed tamen illa ipſa ab eo diſſoluta nõ fuiſſe pau
lopoſt apparebit, cum ei reſpondebimus, ſicuti aliis quoq; reſiſtemus quæ circa &
principia prima cognitionis, & ea quæ per experientiam cognoſcuntur, & actuum
noſtroru cognitionẽ ipſe diſſeruit. Quæ qdẽ minus habere põderis, q̃ præſeferre ui
deantur, pro uirili monſtrabimus. Sed prius alia quæ contra concluſionem opinio
nis argumentatur, ſtrictim afferenda ſunt, quoniam tam ea q̃ quæ ſupra breuiter
attulimus, inter reſpondendum latius explicabũtur. primo quid ſit ſincera ueritas

Argu. circa tertiũ pñcrũ.

ueſtigat, quam poſſe haberi uia ſola naturæ probatum a ſe dicit: Secundo non eſſe

neceſſariam ullam ueritatis cognitionem,præter illam ipſam:quoniam quod intel-
lectus ſimplex confuſe intelligit id cognoſcere diffinitiue poteſt inquirendo per
uiam diuiſionis. Tertio de concurſu illo lucis diſputat, tandemq; nititur conclu
dere,aut falſam eſſe opinionem Henrici,aut ab opinione communi non diſſentire.
Hæc fere ſumma eſt eorum quibus impugnatur Henricus:Quē hac in re ita propu
gnare,ut argumenta Scoti minime concludant,ſupra nos recepimus.Itaq; ut quo-
Reſponſio ad argumēta Scoti circa oia pūcta ueritatis agnoſcēdę

dam ordine reſpondeamus: Id qđ primo eſt allatum a Scoto, non poſſe etiā quo-
cunq; in lumine haberi aliquam certitudinem ſub ratione imutabili,de obiecto qđ
continue mutetur,falſū id aperte uidetur.Alio.n.lumine altiori illuſtriq; magis ſup
pleri poteſt,eoq; magis,ꝙ configurari poteſt exemplari illi primo,a labili & pereun
ti fluxu rerum,a quo ſenſile exemplar deſumptum eſt,longe remoto.Poteſt.n.quod
uno in lumine obtuſo magis & debili mutabile cognoſcitur,id tanq̃ imutabile per-
cipi,eo in lumine quod imago quædam eſt exemplaris omnino immutabilis:quod ī
Deo eſſe apud omnes plane confeſſum eſt.Quo circa non aliter q̃ ſe habeat res,per
cipietur:quoniam in ſe mutabilis eſt,& talis eſſe pcipietur,in ſuo uero immutabilis
exemplari.Atq; ita etiam percipietur,unde & aliter depræhendetur primo in exē-
plari,aliter in ſecundo:atq; per idem ſupernum lumen,diuerſa ſub ratione poterit
utrūq; cognoſci.Falſum etiam ꝙ ſenſilia continue non mutentur.Notum hoc expe
rientia,notum ratione:quia quod compoſitum eſt ex pugnantibus inter ſe cōtinue
qualitatibus,continue ſecundum naturam mutari neceſſe eſt,tam & ſi ipſa ſingu-
lis momentis mutatio non percipiatur:omne autē ſenſile,maxime ſublunare ex cō
trariis & ſemper inter ſe bellantibus qualitatibus conflari manifeſtum eſt. Notum
& Ariſtotelis authoritate,cum alibi,tum in libro de coloribus,qua de re operis pro
greſſu nonnulla dicere conſentaneum fuerit.Cum uero affirmat ſequi ex ratione
Henrici,Actum animæ cum ſit ipſa anima ī qua eſt,mutabilior,nunq̃ eſſe uerum,Id
minime ſequi dicimus.quandoquidem actus quatenus actus,in ſe ſe cōſideratur ut
exiens animam,non poteſt mutari,quia non ſubſiſtit:quicquid autem mutatur ſub
ſtitiſſe quoquo modo intelligitur.Mutatur enim anima quantū res incorporea mu
tari poteſt,& ex actu etiam mutatur in actum,ſed actus ipſe minime mutatur: Ori
tur.n.ſubito dum elicitur,ac ſubito dum ceſſat animæ munus,diſperit & aboleſcit.Il
la uero ſimilitudo concurſus ſpeciei & decerptæ,& illabentis,cum propoſitiōe & cō
tingēti & neceſſaria,quā uidetur Scotus magnifacere,mihi uidetur nullius eſſe mo
menti:Eam.n.inuenio ab eo quod ille cupit,longe diſſimilem. Si quidem ſyllogiſmi
cōcluſio,partem ſequitur debiliorem,& altera propoſitio aduerſatur alteri: Cogni
tio uero ſequitur lumen potentius,& ſpecies illabens non aduerſatur inhærenti &
decerptæ a re,quæ ipſi cognitrici poteſtati obiiciebatur,immo illā ipſam cuius ori
go res ſenſilis habet,ea pficit ſpēs quæ eſt illapſa diuinitus,tanq̃ lux potētior,cuius
ptes illuſtrare,& pficere res,quæ ſunt aptæ fulgori ſuſcipiendo.Perficit itaq; intel-
lectus certitudinem,quæ niſi luce intellectili non perficitur,tantum abeſt ut ei re-
pugnet,quemadmodum Scotus falſo uidetur imaginari.Nec certum concurrit in-
certo,niſi quatenus hoc illo perficitur & certum euadit.Tunc etiam manifeſtū eſſe
poteſt,conſecutionem illam complexumq; non tenere, Inde .ſ. ſequi ut non poſſit
haberi certitudo ex ullo concurſu:quoniam ſuperni illius luminis fulgore haberi
eam poſſe monſtrauimus. Nec item eo inconnexo ueritatem manere,tolli ex ea

opinione

opinione omnem certitudinem,et inuehi opinionem academicorum,& Auguſtini, ſenſui contrariari. Nam de exacta certiſſimaq; & ſincera prorſus ueri certitudine fit mentio,non de probabili & morali. Eſt.n.quædam probabilis certitudo,eſt & moralis,eſt & phyſica,Eſt & maior quæ de mathematicis diſciplinis,ſi earum principia admittantur, eruitur:Eſt & omnino maior quæ diuino lumine percipitur. Quis.n.abnegauerit eſſe in ipſa humana certitudine gradus,quando ipſe etiam apud philoſophos mathematicæ diſciplinæ,in primo gradu certitudinis eſſe dicuntur. Et qui dicunt certitudinem haberi per proprium principium:nun & clarius & obſcurius haberi principia diuerſis ex cauſis & intrinſecus & extrinſecus poſitis,plane concederent?quando & illud Seuerini non admittunt ſolum,ſed & celebrant :eſſe quaſdam propoſitiones omnibus notas,eſſe quæ ſolis ſint notæ ſapientibus , ut incorporalia in loco non eſſe.Id quoq; certius eſſe affirmant quod habet certiorẽ cauſam,& hoc abſolute atq; ſimpliciter.quod Thomas ſecunda parte ſecundi uoluminis theologiæ ſumme conſtanter aſſeuerat,etiam ſi quo ad nos attinet id ipſum certius eſſe nolit.illud autem in cauſa,quoniam non in imo ſed in ſublimi,hoc eſt ſupra hominis intellectum,noſtræ fidei fundamentum diuino patefactum lumine,collocatur. Atq; ita etiam omni uiſione certiorem eſſe fidem,quis ambigat? fidem inq̃ ex auditu.s. qui deriuatur a deo,qui & non fallit & falli oino nõ põt. Academicorũ autem opinio,quo modo eſſe poteſt ea quæ radios diuinitus miſſos aſciſcit? Ad hæc academicorum opinio quotuplex?ut ſecũdo huius operis libro declaratum eſt. Et ſane nec compertum confeſſumq; eſt,quid ſecundæ & tertiæ academiæ principes ſenſerint,an ut eorum uerba uidebantur innuere?an longe aliter?quando Archeſilas ut experiretur an platonicarum ſententiarum nodi poſſent facile diſſolui, omnia uertit in dubium,uti ſextus memoriæ prodidit:& Metrodorus affirmauit nõ placuiſſe academicis nihil poſſe compræhendi,ſed contra ſtoicos id ipſum aſſeruiſſe. Et Carneades quoq; contra manifeſta certaq; diſſeruit,ut excitaret(ſi Ciceroni ſtamus)homines non ſocordes ad ueri ueſtigandi cupiditatem. Auguſtinus quoq; conſiliũ academicorum,dum de eis differeret,explicaturus,non eiuſmodi fuiſſe dicit ut Scotus & pleriq; opinantur. Qui quidem Auguſtinus ſenſibus nullo pacto ſincerã tribuit ueritatem,& ſi quando certa dicit humaniter haberi,ut principia cognoſcendi & diſciplinarum ſpectamina,De innata loquitur,non ſenſu aut imaginatione indagata & comperta notitia. Nam ſi de omnibus ſpectaminibus ſcientiarum quæ diſcurſu acquiruntur loqueretur,quo modo id uſq; quaq; uerum?quando quæ aliis ueriſſima dicuntur,Alii falſiſſima exiſtimarunt. Adde q; Auguſtinus multis in locis ſinceram cognoſci ſine reſolutione ad exemplar diuinum ueritatem non poſſe,dedit intelligi,idq; non Henricus ſolum,ſed & alii quoq; indicauere eam Auguſtini ſententiam fuiſſe:quam etiam norat egregius theologus Io.Gerſon in libro de oculo. Sed enim uerba illa Auguſtini ex primo rettactationũ id apertiſſime uidentur ſignificare imperitos diſciplinarum uera aliquando de eis diſciplinis reſpondere cum bene interrogantur,quia præſens eſt eis quando id capere poſſunt,lumen ratiõis æternæ,neq;.n.ſenſui id acceptum rettulit Auguſtinus,nec naturali lumini, quod principiorum pleriq; nuncupant,ſed lumini rationis eternæ:ubi (ut eius utar uerbis) hæc immutabilia uera conſpiciuntur,& dum ipſe cum ſuamet ratione diſputat in primo ſoliloquiorum,clariſſime aſſerit uera quæ in diſciplinis tradũtur,ſuperno lu

Variae certitudines uariis in rebus.

Auguſtini locus multa ad propoſitũ adnotantur.

mine pateſcere,ergo inquit & illa quæ in diſciplinis traduntur,quæ quis uerißima
eſſe nulla dubitatione concedit,credendū eſt ea nō poſſe intelligi,niſi ab alio quaſi
ſuo ſole illuſtrentur:ſubditq;,ergo quo modo in hoc ſole tria quædam licet animad
uertere quod eſt,quod fulget,quod illuminat,ita in illo ſecretiſſimo Deo quem uis
intelligere tria quædam ſunt,quod eſt,quod intelligitur,quod cætera facit intelligi.

Varia opinio quō aīa uerū cognoſcat.

Fuit ſane antiqua opinio animam non in ſe ſed ſupra ſe in altiori uidelicet lumine
uera cognoſcere,idq; diuerſe explicatum eſt: nam dicunt nonnulli dum ſe cōuerit
anima ad lumen ſuperius,radium in quo uideat ueritatem ab illo ſuſcipere lumine
qui radius non ſit in ea modo formæ permanentis,quoniam ſi ceſſet conuerſio ceſ
ſat & quæ inde cognitio prodibat inſtar uiſus,ſe ſe ad rem uiſilem & conuertentis,
eiuſq; ſpeciem recipientis,& auertentis ab illa,nihilq; quod hauſerat retinentis.Quā

Auicenna.

fuiſſe opinionem Auicennæ doctiſſimi exiſtimarunt.Alii malunt non recipi in ani
ma radium in quo uideatur ueritas,ſed in illud lumen quod eſt extra ſe,animā ſpec
tare,tanq̄ in id quo ueritas repræſentatur.Quod lumē dicunt eſſe Deum in quo ui
deri aſſerunt ueritatem,quatenus ille ſit omnium rerum Idea,Atq; iccirco dici ſole
res ab intellectu ueritatem in æternis rationibus uideri,hoc eſt in Deo non quā eſt
Deus,ſed quā eſt illæ rationis æternæ:& hanc fuiſſe Auguſtini opinionem inſignis

Petrus de trabibus
Fran.Maro.

inter Pariſienſes theologos Petrus de trabibus exiſtimauit. Franciſcus autem Maro
neus cenſuit opinionē Auguſtini fuiſſe,ut diuina eſſentia ſit nobis ratio cognoſcē
di non in ratione obiecti cogniti ſed in ratione medii & in ratione cauſæ uniuerſa
lis concurrentis in noticia.& q̄q̄ hanc opinionem a doctoribus communiter non te
neri ſcribit,Auguſtini tamen opinionem eſſe maxime affirmat,dum ipſemet Augu
ſtinū enarrat & explicat i undecima ueritate ſuper duodecimum ipſius Auguſtini
librum de geneſi ad litteram,& ſuper illis maxime uerbis:aliud eſt ipſum lumē quo
illuſtratur anima,ut omnia uel in ſe uel in illo ueraciter intellecta conſpiciat; nam
illud,ipſe Deus eſt.Hæc forte prolixius de opinione Auguſtini tractauimus,ut eam
aliter q̄ ipſe Scotus interpretatur,& ab aliis,& a Scoti ſectatoribus,& ab ipſo met
Auguſtino diſcuſſam & declaratam cognoſcamus. Quibus etiā illud ſi addiderimus
quod eodem quem citauimus duodecimo ſuper geneſim libro ſcripſit,non fruſtra
illud addidiſſe culpabimur.Dum.n.de ſenſus & humani ſpiritus fallacia differeret,&
adhibendam eſſe aliorum conteſtationem ſenſuum & maxime ipſius mentis atq; ra
tionis edoceret adiecit: ut quod in hoc genere rerum uerum eſt iueniatur,quantū
inueniri poteſt.Satis.n.apertū ſinceram ueritatem nec per ſēſum aliquem,nec per
ſenſuum conteſtationem,accedente etiam rationis & mentis acumine poſſe ut mul
ti exiſtimāt uſq; quaq; penetrari. Vt mittam de modo quo cognoſcit anima natura
liter uaria dogmata,progreſſu operis ſuis locis explicāda.Sat enim hæc quæ narra
uimus de ipſius cognitione,quantum ad id in quo Scotus aduerſatur Henrico.Cæte
rum quod attinet ad formam ſyllogiſmi,nun eā quandam ſibi aſſiſcit conditionem?
ut ſi poſtremum ſit in toto medio,medium in toto primo collocetur. Ad hæc ſi quā
do Auguſtinus ſenſibus uidet ipſā cognitionē dare,quam.ſ.eis alibi abſtulerit, nun
potius exiſtimandum eſt lucis eius diuinitus illapſæ illum recordari:ne ſibi.ſ.cōtra
rius eſſe uideatur.Quod & uidetur ipſe aperte ſubſignare eis in uerbis quæ pro ſe
dicit Scotus in medium,eis inq̄.quantum ille qui nos & ipſa condidit innoteſcere
nobis uoluit,quantum igitur uoluit cognoſci,tantum cognoſcimus. Sic & illa quæ

is refere

is refert ſuper actibus noſtræ uoluntatis fundata,quæ & cognoſcimus & a nobis cognita percipimus,eidem lumini poſſunt accepta referri:quia uidelicet a ſenſibus ea aut extrinſecus aliunde,non haurimus.Nec forte illa a multis eorum philoſophorum apud quos aſſenſus cohibebatur,ducta fuiſſent incontrouerſiam, ut ꝙ uiuere nos percipiamus,& uelle nos beatos eſſe plane ſciamus:ſed ꝙ extrinſecus notioné cum haurimus,& decipi,& decipere poſſimus:quoniã nec ſéper,nec una uia pateat ex qua certam trahere regulam queas exactæ omnino & ſinceræ ueritatis percipiédæ.Sed quæ nam ſunt iſta per ſe nota?quando nihil tam notum,quod & Academici multi,& ſceptici,ſi ea aut ope ſenſus aut imaginationis,aut humani diſcurſus ſibi uendices,in dubium non uerterint.Quæ.n.de complexu illo terminorum afferun tur.primum(ni fallor)in ſignificatu & notione multam quæſtionem mouerent,dicerentq́ ſe aliter concipere.Deinde ſuper nexu acriter bellarent,darentq́ operam ut tolleretur illa conformitas:atq; ita conarentur principia labefactare,quæ tamé admitteret Henricus,ſed diceret ea ipſa uel indito uel illapſo diuinitus lumine,quod illi non agnoſcebant,patefieri.Cæterum ſi a quacunq; in re,in quã intelligendã feratur mens,& quocunq; in modo intelligendi,controuerſiæ & uiguerunt & uigent,ut operis progreſſu liquido patefiet:quid pro certo & cóceſſo poteſt Scotus aſſumme re?ſiue de modo quo intelligamus & lumine intermedio,ſiue de re foris obiecta,ſiue de eis nonnullis rerum quæ in imis manent animi penetralibus nã quod uni uidetur,non uidetur aliis:quod alter ſe dicit experiri,alter experiri contrarium & aduerſum plane contédit. Subſignemus exemplis aliqua in rebus obiectis extrinſecus,ut fieri poſſit res dilucidior.Nihil magis ſpectabile ꝙ forma materialis,At penes quid ſingulares formæ ſecernantur,ꝙ uaria?Alii diuerſa principia efficientia duxere in medium,alii operationes diuerſas,alii operationes quidem ſed non omnes,at eas tantum quæ in altiori entium gradu materiam ipſam quam afformant,collocauere,alii diuerſa genera:ſingulos nihilominus circunſtat multiplex difficultas, ut opere procedente cernere dabitur,nihilq́ certi habetur quo ſe ſe omnes confeſtãt. At de forma immateriali nun forte clarior apparentia?nun concordes in ea hauriendã conceptus?Sunt qui in eadem re ſimplici neſcio quid formale ab ea ſeiunctũ ex ipſa rei natura imaginentur,Sunt qui nihil omnino,etiam ſi eam quæ dicitur ex natura rei diſtinctionem plane diſtinguant,ſunt qui fundamentum dumtaxat ex quo rationis diſtin ctionem educant,atq; hinc diuerſæ ſectæ,Scoti ipſius,Franciſci & eorum qui eiuſdem fuere ſententiæ,Guilielmi anglici,Gregorii ariminenſis & com plurium qui nominales appellãtur,Thomæ & ſectatorum:Sed & fuere poſt Scotum ex eius diſcipulis,qui & impoſſibilem eius opinionem & ſemet deſtruẽtem affirma uere:atq; ita Aureolus affirmat prima quæſtione operis quodlibet appellati,in qua & rationibus omnibus quibus fulciri uidebatur opinio, reſpondet ſubtiliſſime, & ad conceptus obliquos & connotatos,uniuerſam relegat materiã,eamq; ipſam opinionem & theologorum ueterum ſententiis,& rationibus acerrime proſternit. Sed hæc ad rem foris obiectam etiam pertinent,At de actibus ipſis intrinſecus manentibus,& in ſemet reductis nun multa diſſidia?quando de ipſo intelligendi actu recto & reflexo,an unum an plura diſquiratur?& alius unum ſe experiri tãtum,alius plura teſtetur:& utraq; opinione tanꝙ ambigua & uerſatili utitur Guilielmus anglicus quartadecima quæſtione primi libri,operis nuncupati quodlibet,dum de in

Penes quid formæ diſtinguantur, incertum.

tuitiua loquitur notitia: q̄ q̄ duodecima quæſtione ſequentis libri, actus reflexi diſtinctionem afferr, nullumq; proprie reflexum dici aſſeuerat, ſed improprie, quo. s. actus rectus intelligitur, atq; ita alterum non eſſet alterum mauult. Sed de ipſa intuitiua notitia quæ maxime ſine controuerſia eſſe deberet, ſi cætera haberi cognoſciq; ſine controuerſia deberent, acerrimæ omnino cōtrouerſiæ. Ipſeq; etiam ſe torſit Gulielmus acerrime, nun intellectus cognoſcat ſuos actus intuitiue? & ad experientiam his tandem reduci uidetur, quam apud uarios, quantum ex eorū dictis conſtat, uariam eſſe didicimus. Sed & quid ipſa ſit proprie notitia intuitiua nondum inter omnes conuenit, alia. n. afferuntur, præter illa de quibus Scotus & in ſecunda diſtinctione primi libri, & in tertia ſecundi. & in decima quarti, & in quæſtione tertia decima operis nūcupati quodlibet: nam ambigitur ſi per imaginem rei, aut per nudam præſentiam conſiſtat in mente. Sed & ſuper intuitiuam etiam cognitionem nō nulli duxere in medium, ut nihil hac in re decernatur euidēs. Sed quid etiam ſit euidentia nondum inter omnes conuenit, quam i ſimpliciter & ſecundum quid euidentem diſſecandam aliqui malunt: qđ longo diſcurſu docere nititur, Illiacenſis prima quæſtione in prologum theologicarum ſententiarum. Quibus omnibus quantum ſit in quaq; re agnoſcenda diſſidii, liquido cognoſcitur, & explicatius omnino patefecet toto præſentis libri decurſu, & duodecimo libri ſequētis capite. Enim uero ſi de re extrinſecus obiecta tractemus, ad ſenſū res ut recidat oportet, quoniā ſi ſenſus aberrabit, uana erunt principia ne dum diſcurſus omnis atq; concluſio, quæ manabit ex illis. Neq; .n. mihi ſatisfaciunt illa Scoti, q intellectus habeat ſenſus ipſos non pro cauſa ſed pro occaſione tantum. & q uirtute propria, non uirtute ſenſus aſſentit: neq; enim occaſio eſt, ſed cauſa ſenſus ipſe, ut intellectus ſimplicium terminorū notitiam hauriat, neq; etiam niſi maximo abuſu diceretur occaſio, quæ pars quædā temporis opportuni & ſignari cenſetur eſſe a latinis authoribus, & a græcis etiā medicis maxime inter exponēdum illud Hipocratis, occaſio præceps. quare nō poteſt dici occaſio, ſed cauſa iure meritoq; dicitur. quod ipſe confirmare Scotus uidetur inquiens intellectum non poſſe habere notitiam ſimplicium niſi acceptam a ſenſibus quid quæſo hoc eſt aliud q̄ habere eos pro cauſa? nun illi uel tradit uel miniſtrat id quo ille utitur? quo pacto in genere cauſæ materialis ſi ſenſilis ſpecies conſideretur poterit haberi ad cognitionem eliciendam: & quoquomodo i genere cauſæ formalis, ſi ſpecies intellectilis uel uiſum ſiue phantaſma hauſtum a ſenſibus, quo tanq̄ informatur intellectus ipſe, conſideretur. Quæ cum ita ſint, ſi ſenſus fallatur, intellectum falli cōuenit, qui ſcilicet indicio ſenſus utatur, ut iudex. Quid. n. ipſe aliud iudicat, Si de naturali tantum cognitione fiat mētio: niſi id quod ei indicat ſenſus? quod etiam per ea quæ paulopoſt adiecit uerba, negare poſſe iure non uidetur. Et ſi inqt ex ratione talium ſimplicium ſit complexio euidenter uera, intellectus uirtute propria & terminorum aſſentiet, Si inquit eſt euidenter uera. At quomodo euidenter uera? Si ſenſus fallitur a quo termini ſiue notiones deprōmūtur. Quo inq̄ pacto? ſi uel utrunq; ſimplicium terminorum uel alterum falſo appræhendatur? Multa enim ex affectione uoluntatis & ex falſa apparentia poſſunt ita intellectum uexare, ut contraria primo principio decernat, quod & in primum ſententiarum librum cameracenſis cardinalis affirmat, qua de re latius in progreſſu operis. Illud uero Scoti exemplum de toto & parte, ſupponit compertum eſſe uere aliquod totum & aliquā partem

De notitia intuitiua et de euidētia q̄ uaria.

Contra Sco.

Occaſio qd

Hippocrates

partem,quæ inuicem ſint collata.quo circa neceſſaria per ſenſum facta eſt illa iudicatio totius & partis.Quod ſi ſenſus uerus iudex fuit,aut teſtis,potuit de eo rite intellectus ferre ſententiam,ſi falſus,his rite non data eſt:Nam ratio totius a ſenſu non percipitur,ut Scotus uidetur & quidē iniuria(ut mihi apparet)præ ſupponere.Neq; enim ad rei rationem pertingit ſenſus,qui non prætergreditur accidentia,opus.n. id altioris omnino poteſtatis. Iniuria & illud allatum eſt,intellectum ſemper habere apud ſe terminos qui ſint cauſa ueritatis,etiam ſi uel omnes uel aliqui ſenſus eſſent falſi.Quomodo enim hoc fieri poteſt?cum termini ſimplices eo ipſo conſentiente,Scoto,accipiantur a ſenſibus?quomodo igitur eorum ueri termini ſi eorū indicatio falſa eſt?Si falſum eorum ſiue fundamentum ſiue principium?& quomodo iudex intellectus ueram promet ſententiam,falſis nitens ſenſuum teſtimoniis? Nec illud omnino ei quicq̃ ſuffragatur exemplum cæci hominis,cui ſint miraculo inditæ ſpecies albedinis,atq; nigredinis:quia nec naturalis iſthæc cognitio,nec falſa poſſet eſſe,quia diuinitus immiſſa:falſa uero eſſe poteſt quæ ſit hauſta per ſenſum.Ad hæc in progreſſu conatur Scotus deducere,ꝙ ex quibuſdam experimentis nō omnibus nec ſemper:Ita tamen eſſe & ſemper,&(ut eius utar uerbo)infallibiliter cognoſci, qua in re ipſe maxime fallitur.Primo quia a minori numero argumentatus ad maiorem concludendum,incurrit fallaciam connexionis conſecutionis ue ab Ariſtotele damnatā.Si quidem minor numerus a maiori includitur, non contra. Valeret.n. connexio ſi ex omnibus inferret plurima,non autem cum ex multis aut plurimis infert omnia.Secundo quia quæ a cauſis etiam naturalibus proueniunt,non ſemper ita ſe habent ut aliquando ſe habere uiſa ſunt.Exempla huius rei multa in Ariſtotelis libris de animalibus,& Theophraſti de ſtirpibus referuntur. Qua de re cū de uiribus uniuerſalis propoſitionis diſputabimus mētio fiet.Ibi quoq; falſum depræhendemus,quod a Scoto tanq̃ certum & conſtans allatum eſt,talem herbam uel talem,talis eſſe uirtutis certiſſime:& ſine admixtione falſitatis multis experimētis poſſe percipi:Nam contrarium ſæpe inueniri docebimus,unde nequeat propoſitio de omni quæ dicitur, & uniuerſalis inferri:neq; etiam aptitudo illa ad quam poſtremo ſe refert herbarum,ideſt affectio illarum poteſt compræhendi per experientiam,niſi pariter fuerit rerum quibus aptatur,& explorata & penitus nota natura.Alia uero quibus præterea Scotus innititur facile repelli poſſunt.Illa.n.quæ de quarto metaphyſicorū libro,& ſceptici & Academici riderēt,quādo aliter ſibi q̃ Ariſtoteli uiſum dicerent,non tamen omnibus æque,adeo ut generalis regula confieri poſſet.Item quod cōtingens dicitur,eſſe aliter poſſe q̃ ſit,nulla iniuria affirmari:Videri quoq; talia qualia ille affert non negarēt,At eſſe re ipſa talia nihilominus ambigerent.Sic dicerent illuſione prohiberi non uiſionem ſimpliciter abſoluteq;.Sed talis obiectæ rei,aut talis modi.Itaq; alterum caperetur pro altero,& certitudinis loco fallacia ſuboriretur,quæ nec uitari ex concurſu ſenſuum poteſt,quemadmodū uidetur argumentator imaginari.Nam quod uni eorum apparet,idem alteri diuerſum uidetur,alienæq; naturæ,Qua de re ſecundo eſt huius opis libro abūde ſcriptum.Si uero diuerſe iudicant,certitudo exacta non poteſt haberi per ullam propoſitionem,quoniam & ipſa qualiſcunq; fuerit,cuius extrema extrinſecus poſita ſint pendebit a ſenſu,De quo cum fiat quæſtio,certus ne ipſe ſit an minime?certiora ſe nequibit alia facere,& huc accedit ſimilitudo inter uerum ipſum,& quod multis ex

Remotio obiectionis factae.

cauſis poteſt apparere uerum cum non ſit, quare regulam diſcernētem dare oper
tet, Henricus diuinam, Scotus humanam arbitratur eſſe. Vter rectius decreuerit iu,
dicent, qui multiplicem ſenſus fallaciam experti ſunt, qui ex ueriſimili ad uerum al
lucinati ſunt, qui rei ſimilitudinem & rem idem non eſſe cognoſcunt, & alterutrum
ſine utriuſq; notitia diſcernere ſe non poſſe perceperunt, qui etiam ex eo quod ex
perimur in nobis de aliqua re, norunt iudicari probe nequire, An talis in ſe ipſa ſit
res. Calorem ex appropinquatiōe ad ignem ſentimus, calidum inde ignem arbitra
mur, At ex propinquitate ad ſolares radios directius ferientes idem experimur, ſed
ſi inde calidum dicamus ſolem, reclamabit Ariſtotelea familia. Demum iudicent ii
qui & doctrina & experimentis percepere quod plurimum euenit, ſemper non eue
nire, qua de re latius opere procedente. Ex his quæ diximus patere facile poteſt
q̄ non diſſoluat Scotus rationes Henrici, Nam nec falſum eſt antecedens, quia ſenſi,
lia mutantur identidem confligentibus inuicem qualitatibus, & in connexo ueri
tas eſt. Nec obeſt quod affertur, de hoc ꝙ omnia continenter moueantur, poſſe ha
beri certam notitiam. Nam aliud eſt continue quicq̃ moueri, aliud neſcire percipere
quo modo, aut quo tempore, aut conditione moueatur. Nec illud officit mutabili
tatem (ita loquitur) in obiecto non eſſe rationem gignendi, ſed naturam obieti, qđ
eſt mutabile. Nam ratio gignendi eſt natura ſub mutatione, & quod appræhendit
ē ipſa uarietas, & rei obiectæ mutatio, aliter ſe nūc q̄ prius offerētis. Idq; apud Ari
ſtotelē in libro de coloribus poteſt idicari, Qua re etiam exemplaria diuerſe capiū
tur diuerſis temporibus, Tum ex diuerſitate organi nunc ſe aliter q̄ prius habentis
tum ex rei mutatione, tum ex intermedii uario & irrequieto habitu. Nec illud etiā
a bonis, ut arbitror, iudiciis recipietur, quod eſt mutabile ſub ratione immutabilis
poſſe repræſentari: ſi quidem ſincere quicq̃ non poteſt offerre quod in ſe nō habet,
aut proprie, aut præcellenter, quanto minus qđ eſt diuerſum, atq; repugnās? Qua
re ex ipſis terminis qui de rebus ſēſilibus capiuntur, Talis quā ſibi ille optat potius
q̄ probat euidentia, non facile poteſt aſciſci. quando etiā intellectus ita iudicat, ut
eſt ſibi per internuncios ſenſus indicatum. Quo fit ut ipſa cognitrix poteſtas quā
non errare niſi ſit indiſpoſita Scotus affirmat, erret frequentiſſime, quia male diſpo
ſita redditur ad iudicandum ex repræſentatione fallaci. eo. n. quod offertur, fit inter
ſtitium ueri falſiq; iudicii: Nam ſi uere offertur uel ſpecies, ſimulacrū ue rei uel phā
taſma, uera ſententia prodibit. ſi falſo, fallax iudicium deprætendetur. Parumq; ſe ſe
efficax illud oſtendit, quo, euidentia non admiſſa diſputaturum ſe non recipit. Si. n.
hoc Scote agis quo modo conuices academicos, quos confotaſſe te ſupra quodā mo
do geſtiebas? quomodo ſcepticos quorum libros, ut puto nunq̄ uidiſti? quomodo
etiam de actibus tuis certus fueris Ariſtoteli nixus, qui de ſuis ſæpenumero dubita
bat? Et cum ſentimus an ſentire nos ſentiamus ambigebat? Quo itē modo effugies
quin utaris circulo? quin principium petas in diſputando? Quæ genera fallaciæ ex
ploſa ſunt ab Ariſtotele. Nāq; ex diſpoſitione & indiſpoſitione potētiæ, id quod eſt
per ſe notum deprahendi poſſe contendis, diſpoſitam uero eſſe potētiam per ſe no
tum eſſe, Altero. n. probas alterum, & utroq; uſus ad alterutrius probationē circu
lo uteris, petiſq; etiam quod pricipio negatum eſt. Nam humanitus quicq̃ eſſe per
ſe notum ſine demiſſi luminis adiumēto negaret Henricus. Academici uero, qui eius
luminis non meminere, etiam inter id quod eſt apparere, ut quicq̃ per ſe notum ſit

& id qđ vere p ſe notū ē, acute diſtinguerēt. Ac ſane pter rationes ēt experientia do cuit p ſe notū nō eſſe, in potētia ſit diſpoſita? cū de aliquo deliret, an minime, ſæpe numero iter doctos ambigatur. Et memini Ludouicū carrū ferrarieſē medicu, prix ſere authoritatis ægrotanē, cū totte eſſe ferrariæ & iure amicitiæ uiſitaſſem, petiſſe a me ſerio, nun deliraret? nun eſſet mētis emotæ: qm̄ medici id affirmarēt, ſibi uero nō uideri, atq; ad id rōnes afferebat, ut ſe ſanū aduerſus medicorū ſententiā pbaret. Veras eſſe rōnes ego pbaui quas poſtea cōprobauit euēnus. Cū uero percūctatur Scotus qd intelligatur p certā atq; ſincerā ueritatē? dici pōt duobus modis. Primo ſincerā ueritatē appellat ic exnulogio de cōceptibus. Io. Gerſon cōceptū enius ſimplicem per intellectum uiatoris in utero (ut eius utar uerbis (pura intelligentiæ genitum, ſi diu perſiſtere poſſet ſine inuolucro & cōmixtione phantaſmatum, & hāc eſſe pro ſtatu uitæ ſinceram ueritatem authore Auguſtino confirmat, quæ mox ut illuxerit reſorbetur, & inuoluitur nubeculis phantaſmatum, ſi mens non ſtabiliatur. Illud autem perſiſtere atq; illud ſtabiliri, ſatis indicant ſuperius & fortius lumen concurrere oportere, sed hoc qm̄ magis pertinet ad primum intellectus conceptum ad ſecundū uero qui in compoſitione eſt, ueritas dicitur proprie pertinere, Ideo reſpōdere ſecundo poſſumus ad Henrici propoſitum per ſinceram ueritatem id intelligi quod de re concipitur animo uere, ſine admixtione falſitatis ullius, inter rē conceptam & animum concipientem, quatunq; in affirmatione, tam ſimplici q̄ compoſita, ut ſatis indicat nomen: hoc etiam addito, ut ſciatur ita eſſe certiſſime: quod non poteſt haberi niſi ab ipſiſſima ueritate, quæ ita ſe & alia cognoſcit. Nam ſine ipſius fulgore poſſumus noſſe falſa, & ea credere uera eſſe, contra q; noſſe uera, & credere ea falſa, uel dubitare, qualis fere humana cognitio, ſi radio illo ſupernæ lucis diuinitus immiſſæ deſtituatur. Cæterum ſi quicunq; bene inſtituti in ſacris litteris affirmant lumine diuinitus menti infuſo, ea quæ ſupra naturæ noſtræ facultatem ſint, credenda cognoſci: cur haberi debet a Scoto tanq̄ abſurdū lumine etiā diuino uim noſtræ mentis, illuſtrari ad ſincere percipienda quæ ſincere alioqui perciperētur? Diuerſos. n. diuinum lumen diuerſe participare & ipſe Scotus concedat oportet, ſi fidei lumen & prophetiæ lumen admittit. Cur & moleſte fert naturale lumen iuuari diuinitus ad oculras etiam naturæ ueritates ſincere & ſine ulla prorſus erroris ſuſpitione percipiendas? cum tot & tanta diſſidia in rebus quæ clariſſime dignoſci dicūtur plane ſpectemus. Hinc tot circa principia apud diuerſas philoſophorum ſectas diſſenſiones & rixæ. Sed apud peripateticos iuniores ſolet dubitari, utrū ppoſitio illa, oē totum eſt maius ſua parte, uera omnino ſit: non ppterea q Heſiodus dimidiū plus eſſe toto cecinerit: Deinde q id ipm Plato cū alibi tū i tertio de legibus libro cōfirmarit, ubi Heſiodieū ita expoſuit dictum, ut totum cōprahēdere ſit noxium, Dimidiū uero moderatū ſit, & moderatū utpote melius, plus ſit imoderato uidelicet de teriore: demū q alii mox dictū ipm celebrauerit mediocritati. s. & æqlitati morū ac t. onūq; acceptū enigma referētes: Nec ppterea q ænesidemus heraclito cōſentiēs totū a pte diuerſū ee, & idē eē cū pte litteris mādauerit. Nō igr pp ea, ſed qm̄ ea ipſa propoſitio de toto eo quod potentiale dicitur negatur a multis, ſicq; negatur ſi per totum intelligitur uniuerſum id, quod animo & imaginatione ex Deo & mundo cōcipitur, Nam totum hoc nō eſt maius Deo. Nec item de toto quod integrale dicitur ueritas habebetur, niſi totius & partis imago rite ſenſibus eſſet impreſſa.

Lu. o. carrus.

Io. Gerſon.

De toto et par te q̄ uariae ex poſitiones.

Aeneſidemus

Sed & ſi ue. a recipiaſ, utrũ ſit p ſe nota magna qõ ẽ. Nã oẽ totũ eſſe maius parte ſui
Allacen Aureolus. Alliacenſis. per rõnem cõprehendi ſcripſit allacen ſecũdo libro de uiſu, & Aureolus capi uoluit
ſyllogiſmo imperceptili, Alliacenſis uero tertia qõne in primũ ſententiarũ demon
ſtrationẽ eius haberi nõ poſſe exiſtimauit, ſed petionẽ, cũ notiores cõcluſione ppo
ſitiones nõ habeaſ. Ad id uero qđ abſurdũ exiſtimat exẽplar uidelicet eternũ rõnẽ
eẽ cognoſcẽdi, nõ tam cognitũ, qm̃ relatio cognoſci neqat extrẽo nõ cognito. Reſpõ
demus rõnẽ illã nõ habere p extremo directũ exẽplar ſed obliquũ .i. radiũ illũ quo
cognitrix poteſtas afflatur. Nec minus illud putemus egere correctione, id quod in
tellectus cõfuſe itelligit, diffinitiue poſſe cognoſci per uiã diuiſionis, quæ cognitio
perfectiſſima ſit. quãdoquidẽ de aĩa nõ põt id ſciri, de itellectu, de ſubſtãtiis a mate
ria ſeiunctis, multo minus de ĩfinita poteſtate. ut mittã ꝙ quicq̃ nõ poſſit ita pfecte
& exacte definiri ut pleriq; autumãt. Qua de re progreſſu opis ſepoſito nobis loco
diſputabitur. Poſtremo cũ quæritur an a luce æterna fiat aliquid prius naturaliter
ante actũ, an minime, & uel i obiecto, uel in itellectu, Dicimus rem obiectã poſſe ea-
dem actione illuſtrari, ẽt anteq̃ habeat eſſe in itellectu, ſimul. s. cũ illa repſentatione
ſicut exẽplo ſatis manifeſto pcipere datur i lumine ſolis, & illuſtrante colores, & ſpe
ciem & poteſtatẽ uiſilẽ adiuuãte: põt ẽt ante receptionẽ illuſtrari intellectus: Vnde
tria illa ea ipſa illuſtratione fieri docebat Henricus. Cuius opinio differt ab opiniõe
cõi illapſu lucis illo iugi ad ueritatis ſinceræ notitiã percipiendã, Qua luce poſtq̃
recepta eſt, tanq̃ inſtrumento nõ utitur aĩa, ſed intellectu illuſtrato, qui & ſi per ſe
ſincerã non depræhenderet ueritatẽ lucis tamen illius beneficio depræhenderet.
Atq; hæc de diſſoluendis rõnibus Scoti pbabiliter dicta ſint. Addi attamen poſſent
Ni. Cuſa. multa ex Nicolao cuſa in primo de docta ignorãtia, docente præciſam (ut eius utar
uerbo) ueritatem & rerum (ut idem ipſe loquitur) quidditatẽ per oẽs phõs inueſti
gatam attingi non poſſe uti eſt, nec ſimilitudine cõpræhendi, nec menſura ulla hu
manitus menſurari, quando inumerabiles habentur gradus æqualitatis rerum & ſi
militudinis, & inter menſurã, & id qđ metimur differentia ſemp inueniatur. Vnde il
lud Solomonis ab eo celebratũ eſt, cunctas res difficiles & ſermone inexplicabiles:
& illud quoq; ab alio prolatũ, abſconditã eſſe ſapientiã, & locũ intelligentiæ ab ocu
lis omnniũ uiuentiũ. Nec Socraticũ quoq; illud reiecit id ſolũ ſe ſcire ꝙ ignoraret. il
lud etiã affirmans ꝙ præciſio (utar iterũ uerbis ipſius) combinationũ i rebus corpo
ralibus, & adaptatio cõgrui noti ad ignotũ, humanã rõnem excedit, eorũq; multã
ille ipſe & in ſecundo de docta ignorãtia, & in tertio Idiotæ dialogo in quo de men
te diſputat: & multo magis alibi, & præcipue in ope de cõiecturis explicuit. Sed ſa
tis qđ ipſi ex nobis ipſis ſupra attulimus, putamus fore. Et q̃q̃ paucis id actum for
te uidetur a nobis, pluribus tamen fortaſſe q̃ neceſſe fuerit doctis hominibus, qui p
ſe illas. s. Scoti rationes examinauerint.

Quod etiam ſi non fallatur ſenſus aliis modis q̃ qui poſiti ſunt ab Ariſtotele adhuc tamẽ et rationibus, et Ariſtotelis authoritatibus conuinci, incertum eſſe ſenſus iudiciũ et iudicium, ac per hoc demonſtrationem certam eſſe non poſſe. Cap. quintum.

S Ed redeo ad Ariſtotelem cui & ſi condonemus nullis aliis decipi ſen
ſum modis poſſe, præter q̃ eis, quos ille numerauerit, ſolis etiam iis
quos ipſe tradidit, ſi diligenter inſtiterimus, depræhendemus eã quæ
in ſenſu fundatur doctrinam, multa uanitate labare. quoties enim

aeris inter rem uiſilem & oculum medii,mutatur qualitas,mutatur autem idẽtidẽ eo ipſo authore in libro de coloribus,ut poſt paulũ oſtẽdemus.Quẽ librũ ſi quis no thum dixerit præſtari mihi diſcerniculum optari, ut ea oia de quibus diſſerit quar to libro,ipſius opera diiudicentur .Quoties itẽ humani corporis mutatur diſpoſi/tio,mutatur autem ſæpiſſime,& experientia teſte,& Ariſtotelis authoritate:quotiẽs res mutatur ſenſilis,toties mutari ſenſus idicium & ſæpe iudicium quis uel hebes non comprehendat?Et hoc quidem ĩ uniuerſum atq; ſimpliciter.q; ſi dixeris de ta li mutatione perſpectiuæ ſeu optices facultatem decernere,primum addi oportuiſ ſet,ſi neceſſaria eſſet in facultate demõſtratrici,ut eius ab Ariſtotele,ſi rite de ea ſta tuebat,inter docendum mentio fieret.Deinde etiam ſi feciſſet,feciſſet nanẽ:quando quidẽ totiens & tam frequenter uariatio medii contingit,ut una optices pbatio fi/niri non poſſet,quin mutatio alia atq; alia cõtigiſſet.Præterea ſupponit ea facultas & ſenſũ uiſus,& geometricas lineas,& ex eis cur ita aut ita uideatur explicat,nõ aũt pbat uiſũ nõ falli,aut nõ eſſe icertũ,qd nos tot iã & argumentis & authoritatibus adſtruximus.Et nobis etiã hoc loco Senecæ adſtipulatur authoritas prio naturaliũ quæſtionũ libro ita ſcribẽtis,nihil acie noſtra fallacius:nõ tm̃ in his in quibus ſubti liter puidẽdis illa colorũ diuerſitas ſũmouet,ſed ẽt iis quoq; quæ ad manus cernit . Adſtipulãtur exẽpla quibus & ille multis & alii plurimis utũtur,&ipſemet utit etiã Ariſtoteles cũ alibi tũ in pblematibus maxime,cũ ſolẽ & lunã orbicularia corpora & recta & plana ſcribat uideri,&umbræ ſolaris extrema tremere:cũ tamẽ umbra nõ tremat,ſed ramẽta ſint quæ modo in lucẽ modo in umbrã idẽtidem agitẽtur.Redeo ad mutatã corporis diſpoſitionẽ cui maxime adſtipulabatur & ratio,Nã quis neſci at quotiens ad morbũ diſponitur corpus,nõ ſemp id ſubito fieri,ſed paulatim, ſed quãdoq; inſenſibiliter.Ipſa uero diſpoſitio etiã si minima,ẽt ſi tũ actu nõ perfẽtia tur,quatenus tamẽ alia ẽ ab ea qua prius pollebat corpus,eatenus pro diuerſo ui/delicet corporis tẽperamẽto diuerſum habebit in ſe ſe principiũ uariãdi p ſenſum iudicii,Adeo ut ſi exacta quæpiam tunc ab eo rogetur ſentẽtia,diuerſe feratur ab ea quã priori in habitudine diſpoſitioneq; cõſtitutus antea tuliſſet. Sine morbo ẽt ullo,ſed metu mutari Chameleontem ipſe prodit Ariſtoteles ut ſupra docuimus,eũ dẽq; & alia ẽt aialia colorẽ uariare uel ira uel cupidine Seneca ptulit,idq; ẽt ex uici nitate coloris alieni cõtingere,cũ Ouidius tum alii ſcribunt,& Ariſtoteles ipſe præ ter Chameleontẽ mutari quo ad colorẽ attinet plura aiantia ſcribit.Cæterũ libeat paulũlũ in Ariſtotelẽ ipſomet Ariſtotele duce diſputare.Scribit ipſe in libro de co loribus,ſimplices colores elemẽtis ſimplicibus ineſſe,igni Xanthũ ſiue flauũ,aquæ, terræ,aeri albũ,quare nullũ eſſe ſimplicẽ colorẽ,præter albũ & flauũ.& q̃q̃ hoc uide ri cõtrariũ põt ei ſententiæ qua alibi ẽ uſus,& maxime in libro de ſenſibus,nõ tamen hac in re multũ uexare hominẽ uolo,alia ſi quidẽ & pugnãtia in eo & aduerſa repe riunt placita.Sed quo pacto hoc ipſe nouerit quæro a ſectatoribus,ſenſu ne? Aiſẽ ſus nõ põt ſecũdũ eos quod ex elemẽtis nõ ẽ cõpoſitũ pcipere,An hoc Ariſtoteles in libris de aia?An Alexãder i cõmentariis in librum primũ de ſenſu & ſenſibilibus longa diſputatione contendit?coniectura igitur hoc deprehendit.si dicas eum de elemẽtis puris nõ itelligere,arbitraria primũ expoſitio,nec ſatis eius uerbis cõſõa: Deinde cum ſoli ẽt tribuit id ipſum,nõ puro ſolum,ſed quintæ ut cenſuit naturæ cõiectura igit dephẽdit,Nam intellectu p ſe primituſq; nõpotuiſſe dephẽdi ipſe de

Reſponſio. Confutatio.

Alex.ĩ librũ de ſenſu. Confutatio reſponſionis.

cernit,cum nihil ſtatuit eſſe poſſe in intellectu quin prius fuerit in ſenſu, quocunq;
ea propoſitio exponatur modo:nã certe ſolis colorem ſenſu nõ deprӕhendiſſe pro
prie,ſatis ex eius dogmate liquet:ſimilitudine igitur aliqua uel coniectura? & tamẽ
ei ſimplicem colorem adſcripſit.Simplices igitur colores ſenſu nõ poſſunt deprӕhẽ
di.Ad hӕc cum eo in libro dicat nigrum colorem ſequi elementorũ trãſmutationẽ,
ſenſus autẽ cum non percipiat elementa non tranſmutata,ſolus ei nigror primo co
gnitus fuerit,Ex albo igitur & flauo mixtionem fieri,ſenſu percipere nõ potuit,qa
primo illi cognitus niger eſt color,& nihilominus flauum & album uidemus nã eſſe
priora,tum ꝓ ita ille eo libro decernit,tum ꝙ lux colorum omniũ mater,& ut pla/
cuit quibuſdam ipſa propriè eſt color,tum ꝙ album prius eſt natura q̃ nigrũ, quia
de luce puriori prouenit.Ac certe infinita ille percurri percipiq; non poſſe,& recte
quidem ſtatuit,At multiplices non ſolũ colores,ſed & infiniti ſunt,ſi ei ſtamus.Hӕc
.n.ille de eis differens δὶ δὲ μὴ λανθάνειν τὸ πολυειδὲς καὶ τὸ ἄπειρον τῶν χρωμάτων
Et cauſam ſubdidit uarietatem uidelicet umbrӕ & luminis ſecundum magis & mi/
nus.Et q̃q̃ in libro de ſenſibus nullum ſenſile ad infinita diuidi cenſuit:Et hoc repu
gnare ei quod ſupra dixerat uidetur,non tamen ita rem ad uiuum reſeco, non ita
exigo debitum,ut infinitũ non capiam pro innumerabili,modo is ipſe aut qui eius
tractant negocium,ea mihi ratione tradant:Mihi.n.tantũdem conficietur in abne/
ganda ſenſus certitudine,quam uelint nolint ipſomet Ariſtotele uolente ibimus in
ficias.Scribit enim eodem libro περὶ χρωμάτων hoc eſt de coloribus, euenire quãdo
q; ut lumẽ cum in quodpiam inciderit,& id coloret ſic,ut purpuream uel herbaceã
induat ſpetiem,mox refrangatur,& in alium quicunq; ſit ille colorem incidat,tem/
pereturq; ab illo & aliam coloris mixtionem,aliudq; temperamẽtum accipiat. Neq;
hoc ſemel dicit accidere,ſed frequenter,attamen inſenſiliter.Subiecit.n,καὶ τοῦτο πά
σχων συνεχῶς οὐκ αἰσθητῶς δὲ hoc eſt,& hoc quidẽ continue patiens , non aũt ſen
ſibiliter.quod nihil aliud ſignificare uidetur q̃ male ſenſiliter.ita ut ſenſus decipia/
tur ea in re ſӕpenumero.Alioqui ſi omnino iſenſibiliter intellexiſſet,quomodo fuiſ
ſet id ab eo comprӕhẽſum?Certe aut ſenſu atq; ita ſibi aduerſaretur:quod.n.ab eo
captum eſt ſenſu,non erat inſenſile:aut intellectu,unde & ſequitur contradictio ea
dem,quia nihil eſt in intellectu eo ipſo authore qnod prius in ſenſu non fuerit.Siue
autem ipſummet quod fuit in ſenſu,ſiue ei ſimile capiatur,idem euenit: & multo ẽt
magis,ſi ea ipſa ſimilitudo,quӕ non poteſt non aliquo modo eſſe i diuerſa materia,
in diuerſo lumine diſſimilis,capiatur.Varia igitur ex mixtione reprӕſentatio uaria
eademq; ſӕpenumero fallax,& frequenter adeo contingens & tanq̃ uertens faciem
ut nulla ei ars optices,etiam ſi quicq̃ ad certitudinem ſenſus oſtendendam haberet
momẽti,ſuffragaretur.Adde ꝙ uarie ea ipſa uariiſq; ex rebus oritur: Neq;.n.ut ipſe
docet mixtionem hanc inſtar pigmentariorum pictorumq; cogitare debemus, qui
coloratas res in unum conflant,ut inde aliud quidpiam reſultet.Trifariam nãq; il/
lam ipſam mixtionem fieri paritq; docet,ex ipſo lumine,ex eo intermedio per qđ
lumen uidetur,ex iis quӕ ſubiiciuntur coloribus,unde fit refractio radiorum & diſ
ſultatio luminis,At in libro de ſenſibus tripliciter quidem ſed aliis omnino modis
generari colores memoriӕ prodidit,ex proportione albi & nigri, ex mixtione in/
ſtar pictorum cum clariorem(uerbi cauſa)miſcẽt obſcuro,dum reprӕſentare quid
piã uel in aqua uel in aere moliũt,ac tã & ſi partes ſimul non collocẽtur, nec cõſtã
tur

Trifariam colorũ mixtio ab Ariſtotele tradita nec uno tamẽ mõ

tur miſceantur ue,quæ tamen ex eis diſſultat res,uaria eſt & aliquando uerſicolor. Quapropter cēſuit multitudinem colorum innumerabilem emergi ex ipſa mixtione proportionis,addit & ſuperantiam præcellentiamq; coloris cuiuſpiam & collocationem proximam.Ex iis itaq; generationibus colorum contingit falli ſenſilē uiſus poteſtatem adeo, ut incertum fieri iudicium maxime conueniat, ſed probabile dumtaxat.Quid.n.uideatur ſine periculo dici poteſt,quid autem re ipſa ſit id quod præſentatur obtutui non facile nec ſine diſcrimine dixeris. Multa & enim ut cætera quæ dici poſſent,præſens in tempus omittam, multa inq̃ in intermedio uel aere uel aqua ſuccurrit fallacia.Vſui nanq; uenire ipſemet docet Ariſtoteles de coloribus differens,ut ex multis iam temperatis coloribus,unius dumtaxat perſenſio fiat.Quapropter inquit quod per aquam fit cognitum,aquoſum magis apparet,& in ſpeculis quæ uidentur,ſæpenumero ſpeculi præſentant colorem.Subiecitq; & in aere,qui ſæpe coloratus eſt,idem cōtingere,ut aeris colorem uſurpemus oculo.Quo fit ut ueluti de re falſa iudicemus,ei id coloris tribuētes,quod aeri deberet adſcribi. Diſtātia uero plurimum id committit erroris,quoniā ſi proxime cernatur aer coloratus minime uidetur,quoniam raritate ſua ſplendores admittit: At ſi in profundum ſpectetur proximus inquit Ariſtoteles apparet cyaneo colori ob eandem raritatē.Idq; ait euenire,quoniam id ipſum cui deficit lumen,comprehenditur a tenebris, quod cum legerem uenit in mentem Saluatoris Chriſti præceptum illud ſanctiſſimum & ſaluberrimum,ambulare dum lucem habetis,ne uos tenebræ comprehendant. Idē Ariſtoteles in libro de ſenſibus uideri inquit aerem & aquam colore ſuffundi ob ſplendorem,ſed quoniā is recipitur ἐν ἀορίστῳ id aūt eſt dicere(ut exponunt græci) quoniam proprium non habent ex ſe colorem,non eundem ideo offerunt eis qui cōminus ſunt,& qui eminus cōſtituti. Dices hoc adſtruit quod ipſi uolumus,nam ſi non deciperetur ſenſus,ſi certus non eſſet,hæ ipſæ fallaciæ non fuiſſent deprehēſæ, Bella argumentatio,quā uolumus confirmare ut inde ſubuertamus.Ego quoq; ſenſum deprehendi ſæpe fallacem,& exiſtimo inde uel certo uel probabiliter me ita deprehendiſſe.& propterea ad eius incertitudinem adſtruendam multa iam ſcripſi. quid.n.aliud ex ipſis Ariſtotelis dictis paulo ſupra colligitur,q̃ non dari ſtatam regulam ſenſilis certitudinis? quæ tot & tantis uarietur modis,idq; ſæpiſſime & uelociſſime? cuius uariationis ſi firmæ & ſtatæ regulæ,tum rei obiectæ mutabilis, tum ſenſorii non omnino conſtantis,tum medii ſupra q̃ dici poteſt non in horas tantūmodo,ſed in minutias uel momenta uariabilis,dari aſſignariq; potuiſſent:facile futurum fuiſſet ut cætera quæ eis ſub regulis non continerentur,excipi tuto poſſent ab aliarum cætu,quæ certæ conſtanteſq; non habentur.Qua in re miror Petrū Cardinalem Cameracēſem in quæſtione prologi in theologicas ſententias cum de euidentia abſoluta & conditionis appoſitæ loqueretur ,affirmaretq; nō poſſe a nobis in hac uita cognoſci aliquid ſenſibile extrinſecus euidenter euidentia ſimpliciter & abſolutā,idq; minus credentibus multis rationibus ex apparentia rei non uera deſumptis perſuadere:conaretur:dum de conditione faceret mentionem appoſuiſſe has particulas:ſtante Dei influentia generali,& curſu naturæ ſolito , nulloq; facto miraculo. Quaſi repugnet influentiæ Dei generali , res iſtiuſmodi ſublunares ſenſibus obnoxias uariari . Ipſa enim certitudo,ipſa euidentia a uariis uarie iudicatur. Variari quoq; & male diſponi poſſunt inſtrumenta ſenſuum , multis

Nota.

Reſponſio.

Confutatio

Contra Pe. alliac.

ex cauſis,quaſi non ſit ex ſolito naturæ curſu eas ipſas identidem agitari,labi,atq; defluere:quaſi non ita frequenter hoc aduertamus,ut etiam ſi miraculū eſſet ſuapte natura,nobis tamen id miraculum ex uſu crebetrimo non uideretur. Sed.n. tam expoſitum hoc nobis eſt,ut & ille ipſe & alu magni uiri dū ſublimiora enixius quærerent,humiliora hæc tanq̄ allucinati & conniuentes præterierint. Quod autem adiecit non poſſe nos ſtantibus conditionibus illis rationabiliter dubitare id multi nō reciperent:quoniā nō propterea tolluntur quæ diximus, ex quibus alii ex aduerſo quoq; rationabiliter & probabiliter poſſent ambigere,& eis etiam rationibus moti quas ipſemet contra ſuas concluſiones oppoſuit, q̄q̄ eas diſſoluere conatus eſt .Nā fortiora uideri poſſunt argumenta q̄ reſponſa.quantum pertinet ad euidentiā humanitus tantum modo & generali regula deſignatam:quod ipſemet quaſi fatetur, dum hæc uerba promit in calce reſponſionis ad ſecundam rationem.uidetur' inquit mihi probabile propter prædictas rationes,ꝙ intellectus ex ipſo uoluntatis & praua affectione cum aliqua apparentia licet falſa poſſet naturaliter diſſentire primo principio.Si hoc,quanto magis iudicio ſenſus non aſſentire?Cæterum decipi ex uaria rei quæ uidetur natura,ſenſus poteſt:dum non ſolum propter σμικρότητα hoc eſt paruitatem,album & nigrum uideri nequeūt,ut prodit in libro de ſenſibus Ariſtoteles,Et uidetur apertius aſſeuerare Themiſtius in libro qui παραφράσις inſcribitur. Et philoſophus etiam prætitulatur: ſcribens ꝙ περὶ τὰ χρώματα ἀπατῶνται οἱ μὴ ὀξὺ βλέποντες. ideſt circa colores decipiuntur omnes qui non acute uident: qui enim non ualde acuti ſunt uiſus & paruam in quantitatem reſpiciendam feruntur,quo pacto colores diiūdicauerint?non ſolum in quam dum parua inſpiciūtur,ſed dum colores quod ſupra ſignificatum eſt,res ipſa mutat identidem, inſtar Chamæleontis:ſed pro diuerſa humorum concoctiōe,proq; diuerſa rei extrinſecus etiam facta mutatione.Nam quo ad hanc ipſam pertinet mutationem, Scribit ipſe in problematibus,non modo nigrorem contrahere quæ inſolētur carnes,ac minus multo ſub ſole agitentur,q̄ ſi quieſcant,ſed & pallore ſuffundi homines excurſu. Si uero exudauerint mediocriter,a moeno hilari colore. At mutari homines idētidem timore,ſpe,gaudio, triſtitia,omnibus tam notum q̄ quod maxime.fiunt autem hæc ſæpenumero intimo animi motu,& tam ſubito ut non depræhendas quo modo fiat ita ut quem modo pallidum uidiſti,acie paululum auerſa,mox rubicundum intuearis.At i libro de hiſtoria animaliū nono nun prodit Ariſtoteles eſſe multa quæ colorem aliunde trahant,ſubitoq; uarient?Non Chamæleōnta dico,ſed polypum,ſepiā, ſquatinam,quibus in rebus deciperetur uiſus,ex loci non ſolum propinquitate, uerum ex ipſa rei quæ ſpectatur natura,quā & uariare & plurimum fallere cōſtat. De ipſa autem re quæ concoquitur ſic Ariſtoteles in libro de coloribus loquitur ὅτι μὲν ἅμα τῇ πέψει πάσας τὰς τῶν χρωμάτων λαμβάνουσι μεταβολὰς φανερὸν ἐκ πολλῶν .i.ꝙ qdē ſimul cū ipſa cōcoctiōe oēs colorū capiat differentias ex multis manifeſtū ē.Itaq; ſi nunc aliqua de re ſenſus arbitretur ,auerſo paululum oculo decipietur qm̄ facta quidem in re mutatio ſit,ſed non tanta ut ipſa clare & exquiſite perferatur ad qualemcunq; oculum differētia:ad perſpicatiſſimum fortaſſe hominis oculum aut ad lynceum perferetur,identidem nanq; & ſingulis pene momentis fit digeſtio,ex qua fit colorum permutatio,nec ſolum in membris extrinſecus poſitis ſed imis etiā & abſtruſis in receſſibus corporis,idem euenire eodem authore comperimus,uiſcera

Themiſtii liber pho.

Libri de animalibus

Liber de coloribus

ra enim colore mutari. Scribit ipſemet Ariſtoteles libro de partibus animalium ſecundo, & quod de coloribus affirmauit, idem de odore & guſtu alibi docuit euenire quandoquidem ex concoctione digeſtioneq; fructuum, & odor eorum & ſuccus permutatur, utpote cum ab eadem omnes cauſa proueniunt παρὰ τὰς πέψεις q̃ſi dixeris propter concoctiones, unde ſubiecit καὶ γὰρ τῶν καρπῶν ἐνίοις κατὰ μέρος πολλὰς διαφορὰς ἅμα περιλαμβάνουσι διὸ καὶ τὰς ὀσμὰς καὶ τοὺς χυλοὺς πολυδιαφόρους συμβαίνει τοῖς ἄνθεσι καὶ τοῖς καρποῖς συνακολουθεῖν idest & enim fructuũ nõ nulli ſicuti dictũ eſt multas differentias ſimul accipiunt. Quapropter & odores & ſuccos multifariam contingit, & flores & fructus conſequi. hæc Ariſtoteles, & ſæpenumero etiam multa iis ſimilia Theophraſtus prodit in ſexto de cauſis ſtirpium libro, quantum ad ſapores & odores pertinet. De coloribus autem plura Ariſtoteles in ipſo de coloribus inſcripto opere, cuius operis frequenter authoritates græce in medium producimus: quia latine q̃ ſciam non habetur. In aliis etiam q̃q̃ latini habentur idem, quandoq; facimus, ne nobis uitio uerti poſſit non ita ſe ſe habere ueritatem contextus litterarii. Sed enim eodem libro de coloribus uoluit Ariſtoteles non fructuum modo & florum, Sed & animantium, uario ex nutrimento mutari temperamentum, atq; ipſa etiam quantitate colorem uariari. quapropter & coruos defectu nutrimẽti ad ultimum in flauum colorem trãſmutari cẽſet his uerbis ἐπεὶ καὶ τῶν κοράκων τὰ πτερώματα τὸ τελευταῖον εἰς τὸ ξανθὸν χρῶμα μεταβάλλει τῆς τροφῆς ἐν αὐτοῖς ὑπολειπούσης Atq; in quinto de generatione animalium non nullas aues, atq; etiam quadrupedum ſylueſtrium aliquas, per anni tempora mutari ſcripſit, ut homines per ætatem, pluſq; habere momenti anni tempus q̃ ætatem affirmat. Nutrimẽtum etiam in cauſa eſſe uoluit coloris permutati. & antea quoq; paulum narrat peruerti poſſe initio generationis animal, ut alium induat colorem, ſed raro fieri: q̃q̃ perdix alba uiſa eſt & Coruus albus, & paſſer, & urſa. Addam, me & album accipitrem in ditione mea captum uidiſſe, & aliquot mẽſibus poſſediſſe. Sed enim Ariſtoteles ĩ tertio de natura animalium ſcribit frigore acriore fieri ut pennæ cum aliarum auium, tum corui, ex nigris in albas trãſeant. In octauo etiam de natura animalium prope finẽ uoluminis, in piſcibus multis colorem uariari docuit. In nono itidem de animalium natura & lupum ceruariũ inter quadrupedes per anni tẽpora mutari, & multas in auitio genere animantes colore uariari narrat: upupam etiam ſpecie, quod Aeſchili poetæ teſtimonio confirmat. Vt hinc falli uideatur Michael epheſius dum in commentario in quintum Ariſtotelis de generatione animalium librum ſcribit πᾶν γὰρ τὸ γένος τῶν κοράκων καὶ πᾶς κόραξ μέλας· οὐ γὰρ ἐστὶν ὁ μὲν τῶν κοράκων μέλας, ὁ δὲ πυρρὸς καὶ ἄλλοι λευκοί, ἀλλὰ πάντες ὡς εἴρηται μέλανες oẽ iquit genus coruorũ & oĩs coruus niger, neq; .n. ſũt dem coruorũ alii nigri alii aũt fului, & alii albi, ſed omnes ut dictum eſt nigri. hæc ille cui poteſt ſuffragari Ariſtoteles in decima problematum particula, cenſens coruum ſemper immutabilem. Sed tot alia loca eius authoris ſupra citata obſtant, & obſtat q̃ id ipſum quoq; in quinto de animalium generatione reperiit. hoc eſt coruũ album uiſum eſſe, multaſq; aues & quadrupedes per affectum & per tempora uariari ut homines per ætatem mutantur. Sed & obſtat experientia. Vidimus. n. q̃ & in logicis inſtitutionibus rettulimus, coruos & cinereo & albo colore. Vnde nõ omne genus coruorum, nec omnis coruus niger, ſed aliquis albus, & cinerei coloris coruus,

Corui flaui.

Cor uus et ſ lia animalia alba

Contra Michaelem epheſium.

ſi noſtris credimus oculis:tã & ſi aliqua eius uerba in progreſſu dicta poſſunt quo quo modo perſuadere,ut prioribus authoritatibus aſſentiatur.Nam πάθος in cauſa dixit eſſe poſſe ut colores mutarentur,q̃q̃ minus ẽt ſatisfacit:quandoquidẽ quos ui/dimus albos coruos & cinereo colore,ita naros facile conſtat:& coruos quoq; albos in palatio pãnonii regis nutriri Io.manardus nobis rettulit,noſter olim præceptor & medicus,Deinde ab ipſo rege ut ei mederetur accitus in pannoniam.prudentius uidetur in eundem de animalibus librum diſeruiſſe Theodorus Metochites,non ita aſſeuerans,ſed coruum album,& perdicem & paſſerem uiſos affirmans & ipſimet τοῦ πάθους naturæ id ipſum acceptum referens,corruptis peruerſiſq; quibuſdam rebus in ipſo generationis initio .Sed a genere ne an ex accidenti id eueniat nõ pla ne habeo perſpectum:quoniam ſunt qui affirment albarum perdicum genus inue. niri,Et ipſe quoq; Michael epheſius in agreſtibus ſolum id concedit,ut albæ nõ ſint, eſſe autem multas ex domeſticis albas.Idq; arbitratur contingere arte hominum & cura.Sed ſane Demachus inter narrandum res indicas,ſcribit apud Athenæum,in

Nigre pdices India nigras eſſe perdices.Sed de his ſatis & forte plura q̃ fuerit neceſſe.Illud etiam dici poſſet ex uaria humorum qui ſunt intus mixtione præſentari oculo phantaſ/mata,quæ ſenſus iudicium alioquin non diſtortum, inficiant atq; decipiant. Dici & illud non in uiuis modo animalibus ſed in mortuis etiam accurate inſpiciendis Ariſtotelem uiſum eſſe minus acutum exploratorem,minus certum iudicem. Nar rat opiniones Apolloniatæ Diogenis & Syenenſis Cyprii & uenarum principalio/rum naturam in mortuis animalibus docet aboleri effluente ſanguine, ut propte rea lateant & difficulter hauriantur ſenſu:& in uiuis etiam non poſſe cerni quem/admodum ſe habeant aperit,cum earum natura intus occultetur.Sed de ſenſus ui/ſus iam forte nimis multa:quando eius fallaciam ſæpenumero poſſunt multiplici/ter aduertere qui meminerint ſibi frequenter cõtigiſſe,cũ ex ſole ad umbram captã dam receſſerint obſcuriora,quæ inſpectant uideri,q̃ aut ſuapte natura ſint,aut alio quin apparerent:ſeq; etiam recordantur eaſdem res ſincerius meliuſq; quandoq; ui diſſe.Quod ſiue organo ſenſus,ſiue rei ſenſili,ſiue intermedio aeri ſit acceptum re/ferendum neſciant quidem,ſcire ſe tamẽ eadem de re ab eodem diuerſum prodiiſſe iudicium,poſſeq; etiam nun prodire,non ſolum intentione & remiſſione,ut cum ex feneſtra illuſtrata lumine,obſcurum ſpectatur cubiculum,ſed etiam mira uarietate

De olfactu. ſenſorii.Non ſecus uidetur ſeruata proportione de reliquis agendũ.De olfactu qui dem non tanta quæſtio,hoc eſt non tantus nobis in ſumẽdus eſt labor ,quoniã Ari ſtoteles ipſe plane fatetur ſecundo libro de anima,non ita eſſe manifeſtam naturã odoris ſicuti aut ſoni,aut uiſus,& in cauſa uoluit eſſe ſenſus huiuſce tenuitatem im becillitatemq;,cum enim aperte non eſſe certum affirmat,& animantia multa præ/ſtare hominum generi,hac in ipſa ſenſili poteſtate confirmat.Id ipſumq; ſenſit in

De auditu. problematibus dum latiores meatus in cauſa uoluit eſſe.De ſono quando & graui & acuto tanq̃ differentiis ſonora omnia conflauit,In idem difficultatis res incidet

De guſtu ut magno cum diſcrimine,quod uere percipiatur,diſcerni queat. Quo ad guſtum uero attinet,& quantum ſpectat ad tactum,nam & guſtum quendam eſſe tactũ cen ſuit,q̃q̃ de tactu loqui trifariam depræhẽditur,ut eſt commune quiddam,quo pac to generatim tangere ſuum ſenſile ſenſoria dicuntur,ut diſtinguitur a guſtu,ut ip ſum compræhendit:quid inquam de hoc ipſo tactu qui compræhendit guſtum, ip

ſoq;

ſoq; de guſtu quid ſumus dicturi?Vt.n.ex albo &nigro uariari colores dicit,ſic & ſuc
cos ἐπαινετῶν καὶ πικροῦ hoc ē ex dulci & amaro,ita ꝓdit i libro de ſenſibus,quo itē
docet quemadmodum nigrum quod dicitur priuatio eſt alboris in perſpicuo cor
pore,ſic & ſalſum & amarum dulcoris eſſe priuationem in ſecundo nutriore, unde
ſimul colligi poteſt.& ſenſilis & guſtabilis infirmitas ,quoniam niſi ſeptem uiriuſq;
ſpecies ibi notas prodit,quod etiam ſequitur Theophraſtus ſexto de ſtirpium cau
ſis uolumine,quantum maxime ad hoc pertinet ut ſeptem ſint genera ſaporum ſi-
cuti & odorum atq; colorum,ſi ſalſum non alium q̄ amarum poſueris,quemadmo-
dum ſi fuſcum non alium q̄ nigrum:Attamen innumeræ ſunt ſpecies ne dixerim in
finitas.Sed in ipſo etiam communi & omnibus noto ſapore ſalſo quanta fallacia eo
ipſo authore Ariſtotele?Querit.n.tertia ſectione problematum unde fiat ut aquæ
ſalſæ & uitioſæ a uinolentis melius,q̄ a ſobriis ſentiantur,idq; ipſum duobus in pro
blematibus querit,& diuerſo diſſoluit modo,In primo problemate id refert accep-
tum ſimilitudini & contrarietati:q contraria contrariis potius ſentiuntur,& uino
lenti dulces in ſe contineant humores.In ſecundo cauſam refert incarētiam cupidi
tatis,quoniam ſatiati uidelicet uinolenti ſunt atq; repleti,cupientes autem,hæc la-
tere dicit & ſæpe fallere.& in eadem ſectione de pueris loquens,qui cum natura ſint
calida uinoſi non ſint,decreuerat cupiditatem non eſſe niſi indigentiam,&quoddā
deſiderium.Igitur ex eo clare poſſumus colligere qui deſiderio tenētur & indigi ſūt
facillime falli,quoq; magis aueant,eo magis ſe illis fallaciam ſenſus ingerere .Quo
tus autem quiſq; non ſit qui aueat ſingulo die guſtare & ſenſibus ipſis haurire mul
ta?Confirmare quoq; exemplis poſſumus ex ipſa indigentia ſenſus decipulā incur Exempla gu
ri.Videbatur Dario,ut ille referebat,nunq̄ ſe ſuauiorem exorbuiſſe humorem aqua ſtus fallaciæ.
illa quæ cadaueribus infecta erat quo die uictus ab Alexandro fugam arripiebat,
negauit.n.ut uerbis Ciceronis utar,ſe unq̄ bibiſſe iucundius. Indigētia ꝑfecto erat
in cauſa.nunq̄.n.ut inquit ille ſitiens biberat:& Dionyſius Tyrannus iure illo nigro
quod apud Lacones caput cænæ proponebatur,negauit ſe delectatum,quia condi
menta ut illi ipſi ſpartiatæ referebant defuerunt.i.curſus ab eurota,fames,ſitis;quæ
nihil aliud ſunt hac in re q̄ indigentia.ea qui tenebantur lacones falſo iudicabant.
ſuapte.ſ.natura ſuauia:qui non tenebatur Dionyſius uere iudicabat ingrata. In ip Exemplum i
ſo uero tactu qua dirimit a guſtu & aliis omnibus,nun neſcius fuit Ariſtoteles quo tactu.
pacto ſentiret?dum in ſecundo de anima unus ne an plures diſquirit, & animi du-
bius decernit non eſſe manifeſtum:ſuper quo dubio etiam dubitant interpretes ſic,
ut alius eū affirmaſſe,alius ſub dubio reliqſſe tradiderit,inclinaſſe ſe tamē eā in par
tē,quæ i tactu plures uult eſſe ſenſus iſinuat.De hac re igit certitudo an contra pro
dibit?Et ne ſingula perſequar unum quēq; ſenſum facile decipi ipſe non diffitetur
in libro de ſenſibus.Concedit enim aliquas rerum ſenſilium magnitudines & affec
tiones habita etiā ad ſenſum proportione eos fugere.qui ſentiēdi ſunt cupidi,atq;
ēt de minimis ſenſibus uerba faciens ſcribit τῶν τοῦν ἐλαχίστων ἀκριβεστάτη ἐστὶν
αἰσθήσεως διακρίνειν περὶ ἕκαστον γένος hoc eſt minima aūt exactiſſimi eſt ſēſus diſtin
guere circa unū quodq; genus.qđ aūt non minimum ſæpenumero aut ſit,aut ſal-
tem ita appareat ſēſui,uel ex rei magnitudine,uel ex diſtātia,uel ex debilitate potē
tiæ?At qui eſt qui polleat exactiſſimo ſēſu?& ſi pollet ipſe ſolus iudicauerit,alii uel
ex aduerſo,uel ſi ei credent,non iam ſenſu ſed fide aut opinione ducentur.Ad hæc

dubiùs animi uidetur fuiſſe Ariſtoteles,ſi cum uidemus ſenſu ne ipſo,an alio nos ui
dere ſentiamus.q̃q̃ uidetur inclinare ut unus quiſq; ſenſuum ſentire ſe ſentiat,tam
& ſi cum de ſomno agit & uigilia ,uaria fundunt interpretes.Sed ſunt qui actum ip
ſum ſentiendi,quam ſenſionem appellant,ſentiri negent,Sunt qui affirment uiſum
ſentire quod uidet,nec aliud intellexiſſe Ariſtotelem:propterea præmiſiſſe illũ idẽ
eſſe actũ ſenſilis rei & ſenſum in actu. Sed utcunq; ſe res habeat nundũ liquet apud
ipſum & interpretes,quod & ſupra quoq; eſt indicatum,cũ ſentimus an ſentire nos
ſentiamus,& quomodo.quod quidem ſentire ita dixerim ſecundum,etiam ſi primũ
quod ab ipſo diiudicatur non falleretur,non poteſt non incertum eſſe:cum tot ſen
ſati homines pro certo non habuerint,ut in quo dubitauerint,ambigui fuerint,ri-
xati etiam ſint & præliati.Non liquet item uti ſupra eſt dictum,ſi unum tantum ſen
ſum intrinſecus habeamus,qui diuerſa obeat officia;nã quinq; Auicenna fecit,quat
tuor Auerroys & alii,uno tantum modo & Alexander & Themiſtius contenti fue-
re.Sed certe liquet ex his quæ diximus etiam ſi aliis modis q̃ qui traditi ſũt ab Ari
ſtotele ſenſus decipi nequirent fallacẽ nihilominus de re ſenſili ſæpenumero ab eis
prodire ſententiam & frequentiſſime incertam.Certe ſi ſenſus aberrãt extrinſecus
poſiti, deerrabit & qui poſitus eſt intus ,qui ſuſcipit quæ per extraria inſtrumenta
ad eum perferuntur,atq; arbitratur inſtar iudicis,qui exacte fert ſententiam. q̃q̃
& in hoc quo pacto.s.id fiat non conueniat inter expoſitores:inter quos alii primũ
hunc eſſe,qui perfecte ſentiat,decernunt:quem alii idem eſſe quod phantaſia uolue
re.Sed & ipſa imaginatio,ſiue phantaſia,uariãtior ſenſu,ac deſultoria magis,ubi de
cepta fuerit,imponet intellectui,& ex ea uacillabit,& aberrabit eius iudicium , ipſo
Ariſtotele non repugnante,cum in eo de ſenſibus libro quicq̃ eorũ quæ ſunt extra
ſanxerit non poſſe niſi ipſo cum ſenſu intelligi.qui & ſecundo de anima libro decre
uit hoc eſſe inter ſenſum itellectumq; diſcriminis,q; ille propriorum ſemper uerus
ſit,contingat autem & falſo intelligere:Certius itaq; iudicium tribuit ſenſui,quod ta
men certum non eſſe tot & tantis oſtendimus.Quibus ſi addiderimus quæ ip ſe pro
prie nõn quæ bellantes inter ſe interpretes fundũt,nihil ũt puto fiet reliqui ad om
nem fallaciam detegendam.Scribit ille apertiſſime in omni affectiõe latere fallaciã
& affert exempla timentium,& amantium,& ira feruentium.quoq; maior fuerit af-
fectio,maior lapſus,quia a minima ſimilitudine qui maxime ſunt affecti mouentur
atq; labuntur:cauſamq; illam potiſſimum affert,quod non ſecundum eandem potẽ
tiam iudicat,quod principale eſt,& id quo fiunt phantaſmata & aliã poſtea ſubdit,
q; non ſolum ſenſile mouet & affert ſimulachrum,ſed etiã ſenſus ipſe mouetur,tũq;
fit lapſus cum eo excitur modo,quo ſolet a ſenſilibus moueri:terra.n.uidetur naui
gantibus moueri,dum ab alio uiſus ipſe moueatur.hæc Ariſtoteles atq; in hanc ſen
tentiam multa Themiſtius in ſua de inſomniis paraphraſi.Quis autem eſt qui non
moueatur aliqua affectione?Cuiq; ſenſus adeo cõſtet,ut aut oblata aut animo cap
ta re ſẽſili ita nõ afficiatur,ut uel iræ uel concupiſcentiæ uel ſpei,uel timoris,uel oĩo
cuiuſcunq; affectionis expers pide maneat,ac ſi dura ſilex ſtet aut marpeſia cautes.
Not. Certe tãto & tam acri Ariſtoteles polluit ingenio,uti eum non latuerit ſenſus incer
titudo,ſed quoniam ei multum fidebat,diſſimulauit id aperte prodere,oblique ta
mẽ ſubſignauit,ut multis ex locis librorum eius quos attulimus uidere licuit,& q̃q̃
dicit ſenſum non falli circa proprium ſenſile,Attamen in calce ſecundi libri de ani

ma cum eandem ſententiam repetiſſet, di ſtinctione uſus eſt, decernens ſenſum pro priorum ſenſuum uerum eſſe, aut q̃ paucisſimum habere falſi. Multum autem non paucisſimum ipſe monſtraui eodem etiam authore, ſatis enim fecimus ut arbitror promiſſo. Recepi enim me probaturũ ſenſus facile decipi, & aliis modis, & pluribus q̃ Ariſtoteles decreuit. qui ſi omnes etiam modos recenſuiſſet fallaciæ, adhuc ta men incertum eſſe ipſius ſenſus iudicium probauimus Ariſtotelea doctrina. Ex ua rio aũt ſenſu phãtaſiã uariari qs neſciat? & ex phãtaſia ſæpenumero rõnis iudiciũ multiplicirer mutari? Cũ ipſomet Ariſtotele authore i tertio de aia nũq̃ ſine phãtaſ mate aia intelligat: quæ quidẽ phantaſmata trahũt a ſenſu, qui quoniam icertus & fallax plurimum, & in eo Ariſtotelis fundatur doctrina, incertam quoq; ipſã & falla cem clare colligimus. ꝙ autem ipſe quarto metaphyſicorum libro probare ſenſus ueritatem aggreſſus id non perfecerit, cum ex iis quæ diximus patere poteſt, tũ etiã ſatis oſtenſum libro huius operis ſecundo, capite ſecundo ſupra uigeſimum.

Epilogus ſu pra habitæ diſputationis de ſenſus in certitudine.

Theophraſti authoritatibus confirmari incertum eſſe iudicium ſenſuum quibus demõ ſtratio redditur incerta. Cap. sextum.

A Vthoritatibus Theophraſti incertum eſſe multiplex ſenſuum iudi cium confirmemus: ne ſi Ariſtotelis ſenſa minus nos percepiſſe dice rent, qui nobis aduerſari cupiunt, ea ipſa q̃q̃ ſatis aperta, præcipue tamen eius diſcipuli teſtimonio manifeſtemus. Tribus modis rerum naturæ proprietates cognoſci docet Theophraſtus in libro de ſaporibus, odore, co lore, atq; ipſo de quo ibi maxime diſſerit ſapore. hæc omnia præter q̃ per ſẽſus hau riri poſſe negat, quibus ratio adſtipulatur. Affirmat autem quædam eſſe rerum na turalium, quorum haberi cognitio poteſt, ſed imperfecta: Eſſe autem quædã de qui bus ut certiores reddamur fieri nequeat, ingenue fatetur. Quo fit ut nullam omni no ſenſibus certam & ſinceram cognitionem attribua. Senſui guſtus multa con cedit, Auditu.n. & tactu rerum a nobis naturas comprehendi poſſe negat, his præ cipue rationibus, ꝙ ſolæ uoces & ſoni hauriuntur dumtaxat auditu, quæ quidẽ hau ſta rerum naturam omnino non exprimunt, quoniam ex ipſius hauſtæ rei natura ſubſtantiaq; non ſint. Subſtantia.n. ad ipſum auditus ſenſorium ipſa non peruenit, quæ uero tactu perſentiri dicuntur, q̃uis propinqua ſenſorio fiant, in ſe ſe tamẽ nõ attingunt ipſum inſtrumentum ſentiendi. Inde fit ut tactus illa non comprahẽdat quando aliter ea percipit, q̃ ſit eorum ipſa natura. Videri hoc affirmat fracto in pi pere, & aqua calefacta, quæ ſecus ait comprahendi ac ſit eorum ipſa natura, & hæc quidem de tactu: q̃uis magiſter Ariſtoteles antea decreuerit cum alibi tum ſe cundo libro de partibus animalium hominem maxime omnium animalium ualere ſenſu tactus. falli quoq; per uiſum nos identidem admonet. exemplo ſit illud, ꝙ al bedine uiſa frigiditatem in cauſa opinamur, quoniam a frigiditate deriuatur albe do & eius filia (ut eius utar uerbo) iudicatur. Allium tamen, & alia complura multo ſunt calore freta, q̃q̃ multo albore perfuſa. Pari pacto quæ rubra ſunt, illico calida plerique exiſtimant, cum frigore ſæpenumero abundent quæ rubicunda ſint. Odora tu quoq; falli nos facillime docet cum res odoratas calore exiſtimamus ſuffultas, fri giditate nihilominus pollere multa perſpicuum eſt, quæ inter aromata computã

Tribus reb, rerũ proprie tates cogno ſci.

tur, quod in camphora perſpicuum ſatis apparet. eo autem fallaciā prodire uoluit, quod nihil ad ſenſorium perueniat odoratæ rei, niſi fumus quidam ſpiritalis, quo rei natura nequeat exacte declarari. huc accedit & fumi ſæpe tenuitas & aer fœtore præoccupatus, quibus eueniat, ut ſpecies illa qualis excernitur, ad ſenſorium nō perferatur. In libro quoq; ſexto de cauſis plantarum Ariſtoteli magiſtro conſentiens olfacium homini deterrimum tribuit, quo in loco & uultures ab unguentis & cantharia roſis perimi, & ab apibus oppugnari uehementer unguentatos & omne genus inſectorum odorem olei fugere ſcribit. Ipſo tamen de ſaporibus libro. in quo etiam operis de ſtirpibus meminit, guſtum aliis præponit ſenſibus, tāq̄ qui erat ſitiem rei hauriat magis q̄ cæteri. ſed ſupra nos oſtendimus authoritate Ariſtotelis ſenſum eſſe quēdam tactum. Quare cum hic authore Theophraſto ſit incertus, & Ariſtotele anthore maxime eo polleat homo ille. s. guſtus certus omnino eſſe nō poterit: & præterea docuimus fieri facile poſſe ut fallatur ipſius infectione ſenſorii exemplaq; multa ſupra duximus in medium etiam eorum qui mel amarum, & qui nec dulce nec amarum cenſuerunt. Eodem ſexto de plantis uolumine pro diſpoſitione & temperamento corporis ſenſationem fieri docet, faceturq; quod nobis ineptum in cibo eſt, aliis eſſe aptum, contraq; quod aptum aliis, aliis ineptum. Sed de his hactenus: Nam cum de ſenſu tam ratione q̄ Ariſtotelis authoritate ſatis egerimus, & ex abundanti nōnulla etiam ex Theophraſto decerpſerimus, Ad alia quæ ſumus polliciti tranſitus fiat.

Quod ars demonſtrandi Ariſtotelis incerta eſt particulatim oſtenditur ex eo q̄ incerta eſt apud eum uere definiendi facultas, ibiq; Speuſippus defenditur. Cap. ſept.

Idimus fundamentum initiumq; demonſtrandi hoc eſt ſenſum nō conſtare: id ipſum de medio & cauſa uidendum eſt. nam ſi non eſt reperire uerā definitionem, fieri neutiq; poterit, ut quicq; uere demonſtret, quomodo in poſterioribus analyticis demonſtrandum Ariſtoteles docuit. Igitur ut particularim magis hāc materiam diſcutiamus. Primo ſumptum probemus, oſtendendo nullam dari uere definiendi certam facultatem, non iā ſcepticis excurſionibus uſi, aduerſus ipſam definitionem, quarum tertio huius operis libro mentionem fecimus, Sed in lycio uel ſtantes, uel paſſu nil concitato deambulantes. Dixi uere definiendi, quoniam & deſcribendi, & quoquo pacto non tamē uere & exacte definiendi, multos & ipſe modos tradidi in ſecundo libro logicarum inſtitutionum. Sane apud Ariſtotelem uere definiendi facultas minime tradita eſt, q̄q̄ ipſe multis locis definitionis meminit, ut Cum primo phyſicorum ex ea diuidi in ſingularia definitum dixit, Cum in quarto metaphyſicorum eam docuit rationem eius eſſe quod nomen ſignificabat, Cum ſtatuit in topicis eam eſſe orationem, qua quid res eſſet indicaretur. Verum tamen de ipſa duobus maxime locis ex propoſito præcepit, hoc eſt in ſecundo poſteriorum Analyticorum uolumine: cū de ipſa ageret ut de medio demonſtrandi, & quo pacto ea haberi poſſet & indagaret, & uenaretur: Exacte uero & proprie magis in ſeptimo primæ philoſophiæ. Nam hic per ſe de definitione loquitur, ut Philopono placuit & Alberto: Ibi uero ex accidenti, ut pote de cauſa & medio ſcientiæ. Vtrobiq; autem ſcientiarum cupidis definiē

Conſeq.

Declaratio.

Probatio āpti

Quā multis in locis Ariſ. de definitiōe loquatur et q̄ non recte et ſibi ipſi repugnanter.

Philoponus. Albertus.

di deſideriũ reliqt. Subſignauit quidẽ in analyticis qd opus eſſet facto, hoc ẽ proximũ genus, proximãq; differẽtiã patandã reperiẽdãq; eſſe, ſed hoc an fieri poſſet: explicatũ nõ reliqt. Vltimã certe differẽtiã rerũ ipſe nõ tradidit, quã in. vii. metaphyſicorũ uolumine, ubi & meminit ſe in analyticis quoq; de definitione pcepiſſe, ſolã eẽ affirmauit, quæ pprie ſit & rei ſubſtãtia, & ſpẽs, & definitio. In primo uero de ptibus aĩaliũ, de diuiſione, & altera differẽtia pcipiens, aduerſatur ſibi ipſi in his q in metaphyſicis de definitione tradiderat: idq; magno diſcurſu lõgiſſimiq; ope ſubſellii docet Mihael Epheſius in ope qđ in ipos de ptibus aĩaliũ libros edidit: illudq; affirmat Ariſtotelẽ eũ una differẽtia dixit in metaphyſicis exprimi debere ſpeciẽ ultimam, locutũ ex eorũ opinione q bifariã ſp diuidebãt. Cæterũ ipm Ariſtotelẽ agentẽ de ptibus aĩaliũ, in primis curaſſe, ut Platonis methodũ faciẽdæ diuiſionis improbaret, tã Michael ipſe, q̃ Theodorus Metochytes ẽ author: Atq; hic eã pprie qua ẽ uſus in ſophiſte refelli uoluit, Epheſius aũt aſſerit Ariſtotelẽ improbato Platone uoluiſſe (qđ & frequẽter ſolebat) ſeq in diuidẽdo multitudinis opinionẽ, q̃ genus inquot ſecari differẽtias poſſet diſpeſceretur, deinde perpẽderetur in qđ nã eorũ mẽbrorũ q̃ diuiſa eẽnt, icideret id, cuius definitio q̃rereť. Verbi cã aĩal, aliud uolucre, aliud pedeſtre, aliud aquatile, deinde aĩal, aliud multipes, aliud bipes, Rurſũ aĩal aliud cõpos ſanguinis aliud exps. Itẽ aĩal aliud ſquãmoſũ, aliud cruſtaceũ, aliud pilis ueſtitũ, aliud molle: factiſq; oĩbus diuiſionibus, & nullo pacto ſubdiuiſiõibus, qbus & plato, & Alii uti cõſueſſet, differẽtias ex illis ipis colligere, & aptare, atq; cõponere generi, ut ſpẽs ipa tãdẽ ultima. q̃ dicitur ſpẽs ſpecialiſſima, diſſultet ex ſuis differẽtiis, q̃m una tm̃ diffiniri nõ poſſe ex Ariſtotelis ſnĩa decies affirmat, Nec unã ſed plures cõſtitutrices differẽtias afferri oportere. Sed ſiue huius authoris ſeq ſnĩam uolum⁹, quo pacto unq̃ uere definiemus? Quis. n. ſe ſe diuiſiſſe genus quot modis diuidi põt unq̃ pcipiet: ſiue aliorũ interp̃tũ placita ſectari malumus, qd certe moliemur? Scribit Themiſtius in primo de aĩa certo neſciri q̃ rõ finiẽdi ſit optima, & quo gñe cõtineatur: adhuc in qd lõge dubia ẽ apud pħos qõ, neq; apud pħos mõ, ſed ẽt apud oẽs q ſcias utcũq; ſermociales attingũt: Subditq; aliis uiſũ eẽ unã hẽri dẽre rõnẽ definitionũ oĩum, Aliis diuerſas, & platoni diuidẽdo & ſecãdo definire placuiſſe, Ariſtoteli cõponẽdo & colligẽdo, Aliis alio genere demõſtrãdo nõ diſplicuiſſe ſubinnuit. Sed ſi libeat, & diuidamus & colligam⁹ & qcqd aliud uoluerit agamus, ut idagemus differẽtias, qs ad unã ultimã differẽtiã aut ſubdiuidẽdo colligẽdo ue, aut alio quopiã pacto pueniet: eam certe tradi nõ poſſe multi cẽſẽt, nec deſũt q hũanitus iueniri ẽt nõ poſſe dubio pcul arbitreũt. Sane ĩ ope de eſſẽtia & ente. S. Thomas aſſerit, ĩ materialiũ ſubſtãtiarũ differẽtias (ut ipſe loqtur) eſſẽtiales, & ẽt pppria accidẽtia a nobis nõ cognoſci: Rerũ aũt ſeſiliũ differẽtias, qbus eorũ eſſẽtia cõſtituiť ignotas eẽ, ſignificari uero p accidẽtarias q ex illis oriũtur, Sicuti ſignificatrix cauſa p effectũ: quo pacto hoc qđ dico, riſibilis, differẽtia poniť: Et ĩ. vii. primæ pħiæ docet fieri ut ex neceſſitate quãdoq; nõ ſolũ iis quæ ad ſubſtãtiã ptinẽt utamur differẽtiis, Sed eis q̃ ſũt ex accidẽti, q̃tenus uidelicet ſigna ſunt eorũ q̃ ad eſſẽtiã ptinẽt, & nobis ignotæ ſũt. Ac Albertus. vii. primæ pħiæ eũ differẽtiã ultimã totã eẽ ſpẽm ſubſtãtiãq; rei decerneret ex hypotheſi doceri intelligi, hoc ẽ ſi inueniteť, Atq; eo loci exacte de definitiõe agi docet, ĩ Analyticis uero q̃ medio demõſtrãdi affectiões uariæ indicãť. Nec me latet qbuſdã placuiſſe, fieri poſſe ut cognoſcãť, ſed Quæ nã ſint illæ differẽtiæ ultiæ, neutiq̃ uerbũ feũ ẽ ab eis, qđ ſciã, ſolas ẽt accedẽtiũ differẽtias ultias cognoſci qdã aſſeuerauerũt. a qb⁹ libẽter peterẽ

Michael epheſius.

Theodorus metochytes

S. Thomas.

Albertus.

Reſponſio.

Confutatio quo pacto cõgnouerũt ꝙ ultimæ uidelicet ſint differẽtiæ q̃s afferũt tã q̃ ultias·Nã ſi
multiplex. ſẽſu id ſe dicãt diſcriminis depꝓhẽdiſſe,tã erit icertũ illas eẽ ultimas,q̃ icerta erit ſeſus
ipa ſnia, quã ſupra docuimus icertã ambiguã, & nutabũdã.Si uero rellectu dicãt ſe
potius id aſſeq,de mõ quo intellectus accedẽtia cognoſcit,Primo q̃rã,& an ſenſu du
Reſponſio. ce/nt tãdẽ a cæno nequeãt auellere plantã.Nec itẽ me ꝑterit ultias ſpecierũ ultima
Confutatio rũ differẽtias,ignotas dici a multis,nõ tamẽ neſciri eas quæ ſunt generũ ſpẽrũq; ſub
multiplex. alternarũ differẽtiæ.At cur nã hoc/cũ quas fatenť neſciri ꝓximiores ſint ſenſui,qui
bus primas deferũr incognoſcẽdo parteis/Sed & eadẽ quoq; eos circũſtat difficul
tas,ſenſu ne uidelicet,an intellectu eas ipſas depꝓhẽderint/ſi ſenſu,cũ differẽtiæ ge
nerũ & ſpẽrũ ſubſtãtiæ ſint,quõ,cũ & ipſa quoq; genera & ſpẽs ſubſtãtiæ habeãtur,
ſenſus eas nõ agnoſcet/quẽ tamẽ cõſtat ſolis accedẽtibus imorari.Si intellectu/ſen
ſu fuit opus in primis,q q̃ fallax eſt,tã erit & fallax indagatio & incerta depꝓhenſio.
Mihi certe uidet ſi inueniri poſſent ab hoie rerũ differẽtiæ,debuiſſet utiq; ea q̃ ſua
eſt ipſius differẽtia,qua ꝓprie hõ cõſtituit,qua diſpeſcitur a cæteris aĩalibus , iã diu
eſſe inuẽta,Sup qua tamẽ a prima ẽ antiq̃tate certatũ,uti paulo poſt mõſtrabimus.

Probatio cõ Quãto igitur minus eã quæ aliorũ ẽ inueniri ꝓcul omni dubio remotius fuerit/ Ex
ſecutionis. hac re qs eſt q ſeq nõ uideat,artẽ demonſtratricẽ Ariſtotelis incertã eſſe,qñ defini
tione utitur ipſe tanq̃ medio,& utendũ docet in poſterioribus Analyticis, id ipſumq;
ſubindicat in primo de aĩa, Atq; idẽtidẽ monet obſeruandũ in oĩ ꝑticulari demon
ſtratione.Quare ignorata definitione demõſtrationẽ ſublatã iri neceſſe eſt.At q &
oſtẽdetur ſequẽti capite,ẽt ſi detur certa definitio, nõ poſſe tamẽ eã hẽri ab iis q in
ea inueniẽda,dogmate nitũtur Ariſtoteleo.Sed iterũ ꝓbationibus firmemus ſupio

Confirmať rẽ argumẽtationẽ.Oĩs definitio quæ uera certaq; dicitur,cõflatur ex genere ꝓximo,
ratione ſu & differẽtia ultima,ut Ariſtoteles uoluit in Analyticis,imo ſola cõſtar differẽtia ulti
perior ar ma,ut in.vii.primæ phiæ docuit,& aliq actu aliq habitudine tm̃ defendũt,ut ſimpli
gumẽtatio. cius aĩæ definitionẽ. Sed utcũq; ſit,i.vii.primæ phiæ ſola differẽtia ultima uoluit de
finitionẽ cõſtare,& reliqua cẽſet finiẽdi negocio ſupflua,ſi illa poſſit hẽri:ſi uero ex
oĩbus differẽtiis definitio ipa conflať.ex eo illud qs ſeq nõ uideat,cũ pluribus i de
finiẽdo terminis utamur,& utẽdũ ipe ꝑcipiat,ac ſemp aut dubitatio reſtet ,aut ſur
gat inſtãtia,nõ ob aliud hoc fieri,niſi ꝑp ignorationẽ,aut differẽtiæ poſtremæ , aut
Cõfirma aliarũ oĩum q̃ neceſſariæ forẽt.Quare cũ incerta ſint,erit & icerta definitio. Et cõfir
tur exẽplo. mať exẽplo ipius Ariſtotelis,q remotis differẽtiis,& ꝓpriis affectiõibus,loco differẽ
tiarũ ꝓximarũ in definiẽdo paſſim abutiť,ut cõſtat ex decurſu poſteriorũ & ex.vii.

Confirma primæ phiæ,& ex primo de ꝑtibus aĩaliũ,i quo ẽt multis rõnib9 oñdit differẽtias ꝑ
tũr authori priuatiões nõ ĩueniri:illudq; inter initia ꝑmit , priuatiõis q̃ priuatio ẽ,nullã eẽ dif
tate. ferẽtiã.Adhæc ꝑclari eius aſſeclæ eas nõ inueniri docẽt,q neceſſariæ ſũt,Quod & ab ip
ſo uideť ẽt trahi poſſe,cũ i ultimo Analytico uolumie ſcribit facilius diffiniri ſingu
lare q̃ uniuerſale,Cũ tamen illud finiri nõ poſſe ſatis pateat,cũ ex ipo,met,tũ ex oĩbus
eius interꝑtib9,& ex Themiſtio maxie docẽte ſola uniuerſalia definiri:Subditq; ipe
Ariſtoteles,id euenire qm̃ æquocatiões magis i uniuerſalib9 ipſis ẽlitẽſcũt,ad q̃ in
ſit neceſſe ex ſingularib9 ꝑuenire.Sed ſiue ſingulare ibi accepit ꝓprie,ſiue ꝑ eo qd
ẽ minus uniuerſale.i.ꝑ ſpẽ.ultia,refelli poſſũt ii quos paulo ante repꝓbauimus, aſſe
uerãtes cognoſci ſubalternarũ q̃ dicũť ſpẽrũ poſtremas differẽtias,cũ facilitas præ
beať magis cognoſcẽdæ ſpẽi ultimæ,a qua minus diſtãt ſingularia:q̃ quocũq; capiã
tur mõ,facilius definiri ariſtotelea authoritate mõſtrauimus, ut mittã ꝙ eorũ quæ
in cõmuni

in cōi cognoſcūtur nō certiſſima exactiſſimaq;,ſed imperfectiſſima cognitio ē: quā
do quæ ſunt propria,in cōi cōtinentur nō actu ſed potentia,qđ & notatur a Thoma Thomas
in tertio aduerſus gentes.Sunt ēt ex eius interpretibus qui affirmēt ibi dūtaxat eū
de ſubalterni generis definitione locutū,Et Auerroys dialecticos locos ad artē de Auerroys.
monſtratricē trahi cenſuit oportere.In ſeptimo uero primæ phiæ genus & omnes
differentias a uera & propria definitione remouit,ueluti excremēta quædā & ſupe
rantia,uti differentiā ultimā tātūmodo retineret.Nec ſane uidetur ſpeuſippi ſentē Qđ ariſtote. male rephen
tia iure refelli ab Ariſto:Nec in hoc audiēdi quidā græci interp̄tes Themiſtiuſq; pa derit ſpeuſip
raphraſtes.neq;.n.ille oium rerū particulariū differētias uoluit aſciſci,modo recte pū definitio
& nō calūnioſe ip̄m interp̄temur,ſed oportere cenſuit,ſi recte cenſuit,eū qui defini nes demolien
turus eſſet,omniū ſpērum noſſe differentias, uel ultimas,uel neceſſarias:hac.ſ.rōne tem
qm̄ qđ diuerſam ab alio definitionē nō habet,idē cū illo eſt,nā quorū una ē defini
tio,unū habentur.Sed neq; illa(ut mihi uidetur)multarū eſt uiriū obiectio ſeu ma Remotio ob
tis eā reſpōſionem appellare hoc eſt aliud eſſe diuerſitatē,aliud differētiā,nā diffe iectionis ſiue
rentiā a ſpeuſippo intellectū cōſentaneum eſt.Ad hæc ipſa definitionis diuerſitas reſpōſionis.
īfert differentias eſſe diuerſas qm̄ differentiis ipſæ cōſtituūtur definitiōes . Sed ut
abſit a uerbo calūnia:ſi dixerimus,id qđ differentē ab alio definitionē nō habet, cū Rō autho.pro
illo ipſo eſſe idē,quid tū molietur Ariſto. uti putauit Eudemus,& qui eū ſecuti?Nā ſpeuſippo ea
q; is recte quidpiā definire nō pōt,qui neſciat res alias adeo,ut internoſcat ſi uel dif q; multipliciter confirma
ferentiæ uel differētia eius quod definiuit,ſit uera,quia ſcilicet illi ſoli, an falſa,quia tur.
etiam aliis cōpetat .Et.n. quælibet differentia ſpēi,differt ſe ipſa a qualibet alia ſpēi
differētia.Quo pacto ergo internoſces tu a qualibet differētia illā,niſi qualibet ipe
cognoris eandē.n.cū qualibet habet ſeiunctione,quā cū hac uel illa.quia uidelicet
differt & ab hac & ab illa,& ab aliis.Vt igitur duo uerbi cauſa,quæ referātur cōparē
tur ue,an differāt nequis agnoſcere,niſi utrūq; noris,Atq; ita hoc ab illo differre,&
dicas & ſentias? ita fiet in oibus pari proportiōe ſeruata.Nec mihi opponas ſimpli
cem notitiā a cōpoſita pēdere minime poſſe,falleris.n.ſi de ipſa loqueris,quæ a mul
tis pēdet & ſimplicibus & cōpoſitis p̄cedētibus uidelicet & ſubſeruiētibus idagādæ
differētiæ ultiæ,uel pluribꝰ cōparādis differētiis,ſi plures admittāt ad hoc,ut certo
noris eā uel eas eē,qbus id ip̄m qđ ſis definiturus,& cōſtituatur i ſe ſe,& diſpeſcatur
a cæteris.& qđ ni lōge fallor,cū ſpeuſippo tū nobis adſtipulari uidētur quæ a ſubtili
illo p̄cellētiq; iter neotericos theologos ſolēt afferri,iter diſputādū de relatione re
rū creatarū ad deū:affirmat enim Dei ad res creatas relationem ignorari ,quando
Deus ipſe exacte nō cognoſcitur.Nec itē mihi opponas pfectiſſimæ & nō ita pfectæ
definitionis notitiā.Nā ſi demōſtratio ab Ariſto.celebrata,ea eſt quæ ita aſtruit rē
ut nō cōtingat aliter ſe habere,pfectiſſimā definitionē aſciſcit.Et ſi paſſionis affecti
onis ue definitionē attuleris,qđ molitus tādē fueris?nā eadē ſumetur dubitatio de
affectione ſi eā fueris finiturus.eoq; magis q; ſenſu te quoquo mō uti oportuerit ī
certo plurimū,ſæpe fallaci:& īductione quoq; niti parū cōſtāti & ēt manca.Vt mittā
q; diuerſæ opiniones ſunt p̄ipateticorū,an huiuſmōi finitiōes habeāt p legitimis de
beāt.& an tādē ad ſubiecti finitionē quā diximus certā nō eē,fieri reſolutionē opor
teat?Et hæc quidē pro ſpeuſippo cōtra Ari.pbabiliter dixerim.Cui qdē ſpeuſippo
q̄q̄ aliud agēs Nico. cuſa in tertio Idiotæ libro,ubi agitur de mēte,uidetur apte ſuf Nico.cuſa.
fragari,cū ſcribit,q; ſi de una re p̄ciſa ſciētia hēret,oium rerū ſcia neceſſario hēret

Qđ apud pħos antiquos,atq; apud ipm ariſto. incerta eſt hominis definitio.Ca.octauũ.

Ed quid opus multis? q̃ incerta ſit definitio,hinc demũ facile datur
agnoſcere,hois definitione ſub oculos poſita .Si.n.gentiũ pħi pba-
s tiſſimi,& ipſe Ariſto.ſup hoc diſſeriũt:qđ uidelicet i nobis e,qđ ipi
nos ſumus,pſumemus ne aliorũ aiantiũ naturas definitiõe collige
re? Si noſtrã ipſi differẽtiã,quæ ad eſſentiã ipſam noſtrã ſubſtãtiãq; coſtituẽdã ptī
net,& id efficit ut ab aliis quæ nõ ſunt hoies dirimamur,atq; ut ſignificãtius dixerī
differamus,certo neſcimus,ſciemus alias? An uerus ignorata noſtra ignorabimus
Ariſtoteles. & reliquis? Si Ariſtoteles primo de hiſtoria aialiũ uolumine partes hois prius ex-
plicandas aſſũmit,qm̃ hõ ut ipſe ait aialiũ maxie oium notũ nobis neceſſario ẽ,qđ
Ambroſius. tamen Ambroſius eo negare uidetur,q; i ſexto hexaemeron ita ſcribit,non poſſi
mus pleius nos cognoſcere,niſi prius quæ ſit oium natura aiantiũ cognouerimus.
Sed utcunq; ſtatuatur,pſiſtit in pposito Ariſto.& alia exẽplo nũmorũ docet ad id
qđ ſibi qſq; exploratũ certũq; habet explorãda . Si igitur ſcẽdũ Ariſto. ſentẽtiã
hõ homini q̃ cætera aiantia notior,quo pacto ignorata hominis pte pricipali,ho
minis reliquũ,& q̃ minus habẽtur nota,dignoſcetur? Adde qđ eodẽ uolumine pau
lo poſt(recordatus ne eorũ quæ ſtatuerat,an minime nõ ſatis habeo cõpertũ)ſcri-
bit iteriores hois ptes icertas & icognitas,eaq; ex cæterorũ aialium ptibus quæ ſi-
miles ſint humanæ,cõtẽplatur.q; ſi partes hois corporeæ nõ ſatis certe cõptæq; ha
bentur,de incorporea differentia qđ arbitrabimur? Si ipſe poſtea Ariſto. in tertio
de aia libro itellectũ dicit ſe cognoſcere ex aliorũ cognitione,& ex ipſa cognitione
ita nõ pficit,ut propriã & idaget,& cõſtituat differẽtiã,aliorũ differẽtiæ quo pacto
cognoſcerẽtur? An forte q iperfectiora hoie ob noſtræ cognitionis ibecillitatẽ faci
lius cognoſcimus,Ideo noſtra ratio non militat? Sed itima illa & quaſi cognata no-
titia nõ debet aliarũ ppōderare cognitionibus rerũ,ut certior uidelicet eẽ debeat
& notior .Vnde igitur tanta elatio humani generis,& eius maxie portionis quæ re
bus dignoſcẽdis uacat? Vnde illa pſũptio docere proprie & exacte,qđ alia ſint eũ ſe
qđ ſit,prſus ignoret? Vt cũq; tamẽ ſit,& Ariſ.& pħorũ plurimos ſe clare neſciſſe qđ
eſſent,facile cõprobabo eorũmet doctrinis & teſtimõiis.Ariſ.i ſeptio priæ pħiæ de
hois locutus diffinitione.bipedis exemplo eſt uſus:putamus ne illam quæ eſt uera
& ppria differentia,ſi non ignoraſſet,ab eo fuiſſe ſub ſilentio prætermiſſam? At di-
Obiectio. cet quiſpiam,Nun tu es animal rationale? quid tum? ergo homo ſubinferet.Nega-
Reſponsio. bit conſecutionem quiſpiam paulo peritior.Sed ſi eam probabit noſtratium aliqs
Obiectio cũ rõne. hũc in modũ,a definitiõe ad definitũ recte argumẽtamur,ſed aial rõnale definitio
Reſpõſio multiplex ſecũdũ ẽ hois,igitur pperã negauiſti.Certe q paulo peritior fuerit reſpõdebit ſupfluũ eſſe
uarias ſectas. aial ex dogmate Ariſ.in metaphyſicis,ſi rõnale ſit ultima differentia: Addetq; illud
fortaſſe,ſi Theologus ex diſciplina Thomæ fuerit,illud inq̃ ex Thoma contra gen
tes eum qui exiſtimat hoiẽ eſſe aial rõnale,cognoſcere ipſũ ſecundũ genus.Et ad
det fortaſſe i tertio de aia libro ſimpliciũ affirmare ſpẽm oẽm eſſe idiuiſilẽ,qm̃ ter-
Thomas. minus eſt,& pfectio.& ſequeſtrato etiã Ariſ.& Thoma,& Simplicio,reſpõdebit, ẽt ſe
Simplicius recte , & oibus ſimul ſectis pħorũ,& theologorũ cõſentanee feciſſe. Iterũq; mino
rem,ſecundam ue,ſeu mauis mediã propoſitiõem, ibit inficias:ut pote quia animal
rationale non ſit hominis definitio. Quare in ipſa etiã conſecutione negãdo per
ſiſtet.& ſi cauſas ille & inſtantias ut pote peripateticus exquiret:Qui eni negat de

bet

bet(ut præcipit Ariſtoteles quod tamen ætate noſtra inter diſputantes parum cu Ariſtoteles.
ſtoditur)inſtantiam afferre:facile illi ex omnibus ſectis ex omnibus diſcipulis nõ
una ſed multæ xedemq; multiplices occurrent, Adeo ut ex ipſorum perſona nume
roſam inſtantiæ ſegetem poſſit colligere,atq; in hunc modum exprimere.Non ego Reſponſionis
ſolus in connexo eſſe ueritatem inficior,& au iniuria diſquiramus : cum multæ tur rō et inſtātia multiplex
ſpecies irrationalium animantium,quod nemo negat,multas etiam rationalium eſſe
debere quid prohibet?Non ego inquit ſolus nego,ſed porphyrius,qui & rationale Porphyrius.
diis attribuit in iſagogico.Quapropter ſubdidit hoc uerbũ mortale , ut ab illis nõ
diſpeſceret:& rationale quoq; tribuit omnibus animantibus,modo ſenſibus & me
moria polleant,libro tertio de abſtinentia ab aialibus. cui partim reſiſteret Plutar
chus in libro de oraculorum defectu,quo ad mortem panos,quantum pertinet ad
mortalem differentiã,partim conſentiret,quo adſpectat ad rationalem differentiã
cum ex propoſito probare nitatur , quæ dicuntur irrationalia animantia ratione
pollere.Cæterum eo ꝙ mortalem differentiam definitioni copulauit,ei aperte reſi
ſtunt etiã ex noſtris theologis Auguſtinus Anconitanus,qui eius arbori uniuerſæ Aug. ancon.
bipennem admouit,& hũc maxime Ramum multis rationibus præcidit. Negant &
alii qui in eius uoces quæſtiunculas dimouere,ut eſt uidere eo in libro qui appella
tur Scoti uniuerſalia,putauit enim animal rationale genus nõ eſſe nec exiſtimauit
per id quod dicitur mortale diuidi genus,& hominis ſpeciem conſtitui,tũ quia ani
mal non enuncietur inquid de ſpecie differentibus,quando intelligentiæ ipſæ a ma
teria diſſeparatæ,non ſint ſubſtantiæ animatæ ſenſiles,tum quia differentia ſummi
tur a forma,mortale a materia,tum ꝙ mortale primo eſt in indiuiduo ꝙ̃ in ſpecie.
contra uero differentia primo ſpeciei debet ineſſe,& ipſa ſpecie aut prius aut cum
ea ſimul:mortale uero ipſum poſterius eſſe natura ꝙ̃ homo,qui uidelicet prius eſt ꝙ̃
corruptioni ſit aptus.Item mortale cum homine non conuerti,quare ultimam nõ
eſſe differentiam.Demum id non poſſe nomine differentiæ merito pollere,quod nõ
ad eſſe ipſum,ſed ad ipſum non eſſe conducat.Quapropter cenſet ille porphyrium,
uel Platonis,uel uulgi opinionem ſecutum.Sed hac de re in ſecundo logicæ inſtitu Logicę inſtitutiones authoris.
tionis iam plura diſſerui,quantum attinet ad Scotum,& Anconitanum. Ad ipſam
redeamus conſecutionem,quam etiam negabit maximus Tyrius duobus in libellis Maximus Tyrius
qui de Socratis inſcribuntur dæmonio,Negabit quoq; plutarchus libro de Socratis Plutarchus.
dæmonio.Negabit & Lucius Apuleius qui latine ſcripſit i libro de Deo Socratis.Ne Apuleius.
gabunt & alii platonicæ philoſophiæ cultores,quibus præiudicatum eſt dæmones
eſſe animalia rõnalia.Nã ꝙ̃ꝙ̃ inter ipſos nõ cõueniat oio de diis & dæmonibus,& alius
aliũ impugnat,ſunt.n.qui bonos,ꝗ malos,idq; uarie decernãt:qđ licet uidere apud
Iamblichũ de myſteriis diſſerentẽ,apud proclũ in cõmẽtariis in primũ platonis alci
biadẽ,Multa dæmonũ genera & officia deſcribentẽ,Apud pſellum quoq; ſcribẽtẽ mul
ta dæmonũ genera,ꝙ̃ꝙ̃ ipſe nõ quidẽ ex platone ſed ex chriſtiana diſciplina dæmo
nẽ oẽm malũ eſſe ſine dubio ſanxit:Ipſi tamẽ platonici quatenus platonici,ſuos dæ
monas & deos rõnalia aialia exiſtimarũt.Nec illud porphyrii liberet admitiet mor
talitatis diſcrimen,cũm ob corpora ꝙ̃ ſuis dæmonibus tribuunt ex diuerſis elemen
tis,& mortem panos narratam ſupra:tum ꝙ ex platonis ſententia ipſius aſſeclæ uo
lũt , corpus non pertinere ad hominis eſſentiam : quare nec mortalitas perti
nebit, quoniam decernunt ſolam hominis animam eſſe hominem . At inquient Obiectio.

Ariſtotelis amatores nimii,parum autem gnari & diligentes in eius & aliorum uo
luminibus euoluendis,multam ſalutem dicimus platonicis:quid nobis cum illis ne
gocii?Porphyrium etiam ualere ſinimus,quoniam & ſi ſectator,& expoſitor Ari-
ſtotelis habitus eſt praeclarus,Platoni etiam fuit addictus,ſincere nos Ariſtotelem
ſequimur.Sed uiderint ipſi q̄ ſincere ſequantur,q̄ non uere ipſe monſtrabo.In ſecu
do rhetoricorum daemonium a Deo dirimere nō uidetur Ariſtoteles.ſed de hoc po
ſtea.certe quinto metaphyſicorum libro graecum Ariſtotelis exemplar hoc habet,
Quibus in locis Ariſto.de monū et dei mentionē facit ut ſpēi et partis quod in aliquibus latinis codicibus deeſt,& in Agyropoli tranſlatione recte iacet,
& in contextu quem.D.Thomas expoſuit.hoc inq̄ habet,Daemones eſſe & eſſe parti
biles,Cum.n.de ſubſtantiae partibus loqueretur,mentionem fecit partium ſubſtan
tiae daemonum:& xi.eiuſdem operis Deum eſſe cenſuit animal ſempiternum optimū
uti priore libro diximus p haec uerba φαμὲν δὲ τὸν θεὸν ζῶον ἀΐδιον ἄριστον ut q prio
in exemplo anſam caperent,capere non poſſint in ſecundo.Animal.n.appellauit in
metaphyſicis Deum.quaero an rationale an irrationale?hoc nequaq̄.& tamen alia
differentia non ſolet admitti.Sic certe ſic Ariſtoteles more platonico,& ſeperatas
ſubſtantias & primam,cēſuit rationalia animalia,Et in primo de anima,quod in an
tiquis exemplaribus graecis,& duobus praeſertim admodum uetuſtis in marciana
florentina bibliotheca uiſitur,& aliquae etiam latinae tralationes confirmant, partē
animalis deum facit hoc eſt animalis ſpeciem,Vtrum inquit una ratio ipſius ē ſicut
animalis aut ſecundū unum quodq̄ altera?atq̄ id cum dixiſſet ſubiecit οἷον ἵππου
κυνὸς ἀνθρώπου θεοῦ hoc ē ut equi canis,hominis,dei,atq̄ ita ēt aliqui Ariſtotelis ex
Simplicius. poſitores interpretantur,Et magnus ille inter eius interpretes Simplicius ſuper il
lo uerbo θεοῦ in primo de anima commentario ſcribit mentionē feciſſe τοῦ οὐρανίου
ζώου i.caeleſtis animalis.Si daemones itaq̄ Ariſtotele authore partes habent,Si Deū
eſſe dixit animal,& animalis ſpeciem,ſi & in metaphyſicorum etiam poſtremo ἔστι δὲ
τῶν φανερωμένων θειοτάτων Eſt autem diuiniſſimum eorum quae apparent:Sequitur
eos eſſe ſecundum ipſum rationalia animalia.Nun & hinc deducitur Ariſtotelis de
daemonibus & diis opinionem non differre a platonicis?qui & corporeos dixerūt,
Io.Picus & ratiōales. Hac in re certe nullus fuiſſet labor Io.pico patruo meo in conciliādo
S.Thomas. Platone & Ariſtotele:eiq̄ ipſi adſtipulatus fuiſſet.s.Thomas praeclariſſimo uir iudi
cio,multaeq̄ doctrinae quīto maxīe metaphyſicorū libro,dū de eſſentia ſubſtātia ue
diſſereret daemonum:ibi.n.partes ab Ariſtotele citatas more platonico non diffite
tur,Vſus etiam Apulei authoritate:& in prima parte theologicae ſūmae qōne ſep-
tuageſima,Atq̄ in prima qōne operis quod de ſpiritualibus creaturis inſcribitur
docet,uel nihil uel parum a platonis opinione de caeleſtibus animatis corporibus
differre Ariſtoteleam.Quare uidetur Ariſtoteles ipſam cōnexionem,animal ratio
nale,ergo homo,per ea quae dicta ſunt aperte reprobare.Sed certe & omni dubio
procul eam reprobat ī iis quae ſcripſit de philoſophia pythagorae,quae noſtrates nō
Iamblichus uiderunt,uidit Iamblichus apud platonicos diuini cognomen ſortitus,& diligens
quoq̄ Ariſtotelis expoſitor,cuius ſaepe in Ariſtotele interpretando teſtimoniis uti
tur Simplicius peripateticus.Hic itaq̄ Iamblichus in primo libro de ſecta pythago
Notā ſecūdū Ariſ. plures aialis rōnalis differentias. rea ponit haec Ariſto. uerba quae dicit in arcanis cuſtodiri ſolita τοῦ λογικοῦ ζώου
τὸ μὲν ἐστὶ θεὸς τὸ δὲ ἄνθρωπος τὸ δὲ οἷον Πυθαγόρας hoc ē ad uerbū:aīalis rōalis aliud
quidem eſt Deus,aliud autem homo,aliud autem ſicut pythagoras.praedicatur ita

ꝙ aīal rōnale de deo,& diuerſe de homine & de deo & de pythagora.Nec diſcrimen huius quæ rationalis dicitur differētiæ,quod nō ſit habendum: proditur.ſiue enim ut genus animal rationale capias,diuerſæ erunt animalis rōnalis ſpecies ut uidentur illa ipſa uerba portendere,ſiue proportione capias,deriuabis rationale quod ē in homine ab eo quod in deo ille collocauit. Ad hominem itaq; definiendum rationale non facit ſatis tanq̄ exacta differentia,nec animal tanq̄ genus proximum, Huc pertinere quoquo modo poſſunt uerba illa Ariſtotelis in ſeptimo politicorū poſita,dum deos & heroas ab hominibus differre ſcripſit.Huc & ſpectare poteſt,qđ in ſecundo de partibus animalium prodidit uti libro ſuperiore ſcripſimus .Ambigebat.n.Ariſtoteles hominem aut omnium maxime animalium,aut unum ex omnibus animalibus nobis cognitis diuinitatis eſſe participem :quo loquendi modo ſatis aperuit aut alia poſſe eſſe rōnalia animalia,quorum ipſi notitiam non habeamus,aut more platonico ſuperiores & ſeparatas mētes eſſe animalia.Ac ſane putaſſe mihi uidetur Ariſtoteles id,quod platonici,de diis & dæmonibus:nec non putaſſe quoq; uidetur hominem quempiam reliquis hominibus rationis uſu tātum poſſe præſtare,ut de eo alia animalis differentia prædicetur.Sed hoc poſtremum fortaſſe per metaphoram.Sic etiam uiſus in primo de officiis Cicero intelligere,ſed proportione contraria.Scripſit.n.aliquos inueniri homines,non re ſed nomine,hoc eſt ita ad uoluptates propenſos ut ex pecudum numero cenſerentur.Nō ſecus Ariſtoteles longe adeo ſuper hominem tolli perſpicacia intellectus & rationis uſu, hominem exiſtimauit,ut inter alios homines & deum medio quodam genere cōſtituetur.Sic pythagoras apud eum & eius ſimiles exiſtimati. Sane quoq; fuit antiquum dogma quod Heſiodo fertur acceptum,cuiuſq; maxime meminit Plutarchus ī libro περὶ τῶν ἐκλελοιπότων χρηστηρίων hoc eſt de eo ꝙ oracula defeciſſent,quattuor eſſe rationalium genera.Primum deos,mox dæmones multos & bonos,Deinde heroas,deinde homines,computatis inter heroas ſemideis.Quare potuit Ariſtoteles fortaſſe antiquæ memor,& in hac parte probator opinionis,ꝙ heroes uidelicet inter homines & dæmones conſtituti,tanq̄ ſemidei iudicarentur,In eorum numero pythagoram collocaſſe:Atq; hac in parte Heſiodum ſequi.Alia uero parte,ꝙ.ſ.tres ſpecies rationalis fecerit animalis,Heſiodus quattuor,Homerum ſectari uidetur:Qui ſæpe numero dæmonas non diſtinxit a diis.quod etiam notauit diligenter Cleombrotus apud Plutarchum.præter illa uero & colligi inde poteſt ꝙ quem plutarchus ipſe & maximus Tyrius dæmonem dicūt ſiue dæmonium Socratis,deum nuncupat Lucius Apuleius,& cur deus uocetur anxie diſquirit proclus in commentariis in primum platonis alcibiadem,& affirmat dæmonem fuiſſe ſed ſummum in dæmonum genere atq; eſſe in diis dæmonas ī dæmonibus deos,ſed ī diis ſubſtantiam eſſe diuinam proportionem uero dæmonicā,i dæmonibus uero proprietatem eſſe dæmonicam,pportione uero quod in eis eſt diuinum declarari. Ariſtoteles autem libro rhetoricorū ſecundo,dæmonium dixit aut deum,aut dei opus.Ac poſt Ariſtotelem fuere platonici qui hominem ſupra hominis naturam ita collocarunt,ut ſemidei nūcupationem illi tribuerint,ut labeo platoni,quemadmodū noſter ſcripſit Auguſtinus: Iiq; ipſi etiam ab Heſiodo non uidētur abhorrere,cū cecinit ἀνδρῶν ἡρώων θεῖον γένος οἳ καλέονται ἡμίθεοι.Cæterum & alia apud noſtros proditur animalis rationalis ſpecies ut primo quoq; libro narrauimus:Satyros.n.nun & ratiōe pollere,& religionē

Quattuor rationaliū genera apud antiquos.

De ſatyris.

nem agnoſcere ſcripſit Hieronymus in uita Pauli primi eremitæ: idq; magni Anto
nii teſtimonio confirmauit. Sed unde nam quæſo rationales putauit eſſe? Non hic
Plinium cito Elephantos ad religionem uectitus, Non Midæ fabulā de ſatyrico dæ
mone repeto, ſed Hieronymū theologum doctrina & ſanctitate uniuerſa in eccleſia
celeberrimū. Ex quo illud ſequi quis nō uideat, aut ꝙ cornutus & capripes ſatyrus
qualem etiam deſcribit Hieronymus, uere & proprie eſt homo: atq; ita homo qui ē
ſatyrus & hō qui non eſt ſatyrus inuenit̃. qđ & prio libro dicebamus. aut ſi hō non ē
ſatyrus cū utatur & rōne & religione, ut rōnaliū ſint diuerſæ ſpēs ꝓbe ſequet̃, qđ ſec
tatores Ariſtotelis nouiꝰ nequaq̃ admittēt: Aut belluas & bruta, quorum i nume
ro ſatyri computētur, animalia rationalia & eſſe & haberi: Aut ſi quid tertium eſſe
inter belluam & hominem ſatyrus exiſtimetur, ei tamen & hominis rationem & dif
ferentiam competere. Sumant quod malunt, proximā in homine definiendo ratio
nalis differentia non collocabitur. Sed nec collocari etiam poterit authoritate ma
Gregorius, gni illius Gregorii qui libro moralium ſuper Iob trigeſimo ſecundo ſcribit, nullum
rationale animal niſi Angelus & homo eſt. Igitur inter hominem & angelū differē
tia rationalis non diſtinguit, idem author ſupra hoc eſt libro uigeſimo octauo An
gelos appellauit ſpiritus rationabiles, & ad hunc etiam modum de angelis i quadā
homilia diſſeruit. Mitto ꝙ hominis etiam interioris & exterioris ab antiquis noſtræ
religionis theologis habeatur mentio, Vnde altera animæ, quæ homo dicitur interi
or, Altera conueniet corpori. Sed enim minime abhorrere a doctrinis philoſopho
Nota. rum uideri poſſet, ut plures q̃q̃ ignotæ hominibus haberi deberent rationalis diffe
rentiæ, & irrationalis, ut pote quæ alia cōueniret ſpiritibus ſeparatis ſupremi gene
ris, alia imis, alia hominibus, alia ſatyris, alia fortaſſe cētauris, & eis animalibus quæ
magnus Albertus in ſyluis Saxoniæ uerſus Dacos in deſerto mutcie Capta ſcribit
ſecūdo libro de animalibus. Dixi fortaſſe, quia uidetur apud Antonium & Hierony
mum non ita clarū haberi ſicuti de ſatyro. Itaq; quemadmodum iter hominem & ca
pram media quædā haberi poſſet ſpecies ſatyrus: Ita nequaq̃ abſurdiſſime inter ho
minem & equum fortaſſis ipſe centaurus, & inter hoīe & alia aialia ēt media quædā
inueniri. Albertus narrat ea ipſa animalia fuiſſe figura hominis & alterum eorum
loqui nonnulla uerba didiciſſe. nullam tamen habuiſſe rationem uoluit. Sunt tamē
qui affirment ſe uidiſſe pygmeos homines, & illos ipſos hominum arte uti, & ratiōe
De pygmeis. q̃q̃ ſtatura, moribus, uictu, ætate, cæteris hominibus diſſimillimos. Eſſe qdē pygme
os contra multorum authoritatem Ariſtoteles affirmauit. Nec deſiuere qui ratioci
nari eos cenſeant, non tamen uti intellectu. propterea exiſtimant Ariſtotelem cen
ſuiſſe ſecundo de anima libro diuerſam eſſe rationem habendam ſpeculatiui itellec
tus, a ſenſuali aīe pte & motrice & rōcinatrice, ut in iis & bruta & pygmeos, i illo ue
De nymphis et empuſis. ro intelligendi munere homines indicaret. Alii etiam nymphas Poſuere inter quos
Ariſtoteles (ut ſuperioribus narratum libris) & docti uiri alii ut poſtea dicetur. Sed
putarim potius ſi quid huiuſcemodi ſpectrum ſe ſe oſtenderit, dæmonicum phātaſ
ma ſimulachrumq; inane fuiſſe. Ita de empuſis illis Apollonii Tyanei ſtatuendū ui
detur, quandoquidem huiuſcemodi prodigioſa, quibus authores non aſſentirētur
ſacri, ea pro conſtantibus nequaq̃ receperim. quoniam in uarias ſe ſe formas præ
Nota de uariis differētiis. ſētare ſolet dæmon illuſor: Pari pacto de irrationali turba putari fortaſſe quiſ
piam philoſophorum potuerit, ut ſit irrationalitas (ita dixerim) alia equi; alia bo
uis

uis,alia canis,alia elephantis,Sunt.n.quæ humanæ prudentiæ uideantur proxim o
ra,idq; habent ab ipſis formis,ſeu mauis eſſentiis dicere,unde proprie manant dif
ferentiæ.De mortali & immortali certius ſtatuendum. Nam ut alia eſt dei immor/
talitas.Alia angeli,animæ hominis alia,prima enim illa & infinita a nullo dependet
unde & a Paulo dicitur apoſtolo,ꝙ ſolus habet immortalitatem :eum tamen & ab
iunctæ a materia ſubſtantiæ,& animæ hominum ſint immortales: ſed hæc ita depe
dent ab illa immortalitate ſuprema,ut in nihilum redigerentur,niſi iugi diuinæ in
fluentiæ bonitate ſuſtinerentur.Sic & Dionyſius Areopagita in libro de diuinis no
minibus de uita & immortalitate angelorum differẽs ſcribit , καὶ ἀθάνατοι λέγονται
καὶ οὐκ ἀθάνατοι πάλιν. hoc eſt & imortales dicuntur, & rurſum non immortales
& cauſam ſubdit quoniam inquit a ſe ipſis non habent ut immotales ſint & ſempi/
terno uiuant . Vt inq̃ diuerſæ immortalitates habentur ,ita poſſet aliquis exiſti/
mare mortalitates inter ſe differre ,ut alia ſit mortalitas in cornice,alia in cer/
uo,alia in ephemero ſuinacia illa,& diutius reluctata morti.hoc tam illi obnoxium
ut abortiuum potius q̃ maturum naturæ partum appellaueris.Perinde quoq; i ue
getali ac in ſenſili uita & morte apparere , ut enim irrationales utraq; & uariis ex
differentiis,ita & mortalitate diuerſæ.Sed & ipſa quoq; inter ſe uegetalia mortalita
tis differentia uideri ſeiungi:Alia ſiquidem in olea,alia in ſaliee,longæuior illa,hæc
(ut ita dixerim)mortalior:quoniam ex ſuis principiis,ſuaq; oleagina differẽtia ha
bet,ut ſit uiuacior nec ita mortalis:hæc ut cito pereat habet,nec aliũde q̃ a ſaligna
ſua ſpecie & differentia.Idem fere proportione pa. i poſſumus in reliquis cogitare
& irrationabilibus animantibus,& arboribus,cæteriſq; omnibus quæ morti & cor
ruptioni dicuntur obnoxia.Et fortaſſe noſtrum hunc qualemcunq; diſcurſum,illa
Simplicii ſententia facile tueretur,qua ſcriptum eſt in commentariis de anima,Sen Simplicius.
ſile quod eſt in homine,ab eo ſenſili quod eſt in equo ſpecie ſeiungi.Vidimus itaq; &
platonicorum & peripateticorum & noſtrorum theologorum , cum ueterum tum
iuniorum teſtimoniis,incertam fuiſſe atq; confuſam definiendi hominis cõſuetudi
nem:probabiliterq; monſtrauimus plures eſſe & rationalis,& irrationalis mortaliſ
q;,& immortalis differentias,q̃uis & ignotæ ſint careantq; nominibus. Accedat pla
tonicis & peripateticis porphyrius in utraq; familia nobilis :qui tertio ut diximus Epilogus diſputationis de hois definitione et confirmatio propoſiti ex ipſo ẽt ariſtotele.
de abſtinẽtia ab aialibus libro,oẽm aiam ſẽſibus & memoria ꝑditã ,rõnalẽ eẽ decre
uit:nec ſolum rationem habere ſed etiam orationem tum interiorem tum exterio/
rem affirmauit.Melãpumq;,tireſiam,thaletem,apolonium tyaneũ,nõ abnuit ſermo
nes animalium percaluiſſe:quos ſi non intelligamus ipſi,nihil mirum dicit eſſe quã
do barbarorũ ẽt multorũ ſermonẽ minime diſcernamus.Nec cõſentiens aialia dixiſſe
rationem habere ,probare etiam id ſategit ex ſignificatione mutua,ex ſolertia dili
gentiaq; proſpiciẽdi,atq; ẽt ex Empedoclis, Democriti,platonis ipſiuſq; etiam Ari
ſtotelis authoritate ſæpenumero confirmãs,animalia participare ratione & oratio
ne,differreq; ea ſolum ſecundum perfectum & imperfectum habitum rationis:ut ip
ſa ratiõis natura ſit hominibus & cæteris animalibus cõmunis,ſed & magis & minus.
Hæc & alia complura porphyrius in hanc ſentẽtiam .inter quæ illud ,eos qui affir
mãt bruta,natura facere quæ rationaliter agunt,nõ animaduertere ſe dicere.ea ip
ſa rationalia eſſe natura quaſi (inquit) ratio nobis natura nõ inſit.ipſaq; perfectio
non ſicut natura inſtituti ſumus,ſuſcipiat incrementum. Accedat & illud noſtris

theologis ꝙ licet eos fuere q nõ tõnẽ pticularẽ mõ,ſed ut hoibus uniuerſalẽ prudẽ
Thomas. tiã,ita particularẽ pleriſq; animãtibus tradiderint.&.s.Thomas cum alibi,tum i ter
tio de regimine principum participationem prudentiæ ab animantibus irrationabi
Ambroſius. libus neutiq; excluſit.Multoq; magis etiam eis tribuit Ambroſius:qui & quiõro hæ
xaemeron,apem ualidam uigore ſapiẽtiæ &amore uirturis pronnnciauerit,& Nico
Nico.cuſa. laus cuſa in tertio idiotæ dialogo ubi de mente agitur,diſcurſum brutis q̃q̃ confu
ſum attribuit,diſcretiuum tamen ſine quo eorum natura bene ſubſiſtere nõ poſſet
Sed ſi ad philoſophos redierimus q hac de re ſcrupuloſius diſſeruere,& ipſum etiã
Ariſtoteles ſi percunctemur hac de re philoſophum Ariſtotelem in quarto de animalium na-
tura,palam reſpondebit,nonnullas auiculas ſi paterna educatiõe moribuſq; carue
rint,non eaſdem uoces reddere quas ſi paternis maternis ue cantibus nõ autem ex
terarum auium uocibus inſueuiſſent:ipſamq; luſciniam affirmat,pullos ſuos uiſum
docere,modulos & uerſus quos imitarentur,neq; enim perinde locutionem ut uocẽ
per naturam prouenire,ſed acquiri poſſe per diſciplinam & ſtudiũ,Vnde homines
inquit locutione utuntur uaria,cum uocem omnes eandem reddant.Apertius aũt
& in octauo de natura animalium,cum de eorum loquitur actiõibus & futuri tem
poris notitiam eis adſcribit & imitationem.Multoq; etiam apertius i nono eiuſdẽ
operis,cum de prudentia plurimorum agit animantium:ibiq; præterea & erudiri
elephantes,& intelligere,& regem adorare condiſcere,dubio procul affirmauit.&
ante in ſexto libro neſcio quomodo ſuibus feris diſcurſum non etiam tacitus eõceſ
ſerit,cum ſcripſit eos præparare cutem craſſiſſimam,& indurare attritu arborũ ad
futuram pugnam,& ſæpe etiam obducto luto & reſiccato tergus inuictum contra
ictus efficere.Adde ꝙ in ipſo nono libro etiã prodidit ægyptium Ichneumona ubi
aſpidem anguem,ſuum hoſtem aſpexerit,& uocare ſocios & limo obducto cõtra ic
tus morſuſq; ſe ſe ante pugnæ congreſſum loricare.Quibus ex rebus liquet auicu
lis dediſſe Ariſtotelem,& educationem & imitationem & diſciplinam & ſtudium:
Elephantis etiam eruditionem intellectum ad orationem.quæ omnia ad ra-
tionem prudentiam ue pertineant an minime/iuratiſſimi eius ſectatores per ſe
diiudicent.Cæterum uideamus,ſi placet quid uetuſti illi philoſophi ante platonem
ſenſerit,quidq; demum aliæ ſectæ etiam poſt platonem.& Ariſtotelẽ:hac de re cen
Cõfirmatio. ſuerint:Sane uetuſtiores gentium philoſophi negabunt & ipſi conſecutionem: ut
supra dicto pote qui bruta quæ dicimus animantia,ratione etiam pollere cenſuerunt: Vnde &
rũ pãtiquos quæ ſit illa rationalis differentia,qua brutum & qua homo conſtituitur,non plane
phos. illis conſtitit.Anaxagoras nãq; dicit animalia bruta eſſe rationalia:non occaſione
ſumpta(ut arbitror)ex quibuſdam ſacrarum litterarum dictis,quorum ſecũdo hu
ius operis libro meminimus,Sed eo ꝙ actiuam rationem haberent,non autem tan
q̃ intellectum & mentis interpretem.Pythagoras etiam ſed & Plato uti Plutarchus
quinto libro de naturalibus philoſophorum placitis affirmat,rationales eſſe ani-
malium quæ irrationalia dicuntur animas decreuerunt,Non tamen agere rationa
liter & ob corporum intemperiem,& quia ſunt impotes differendi.Hoc autem non
tollit quin propterea rationali nomine apud eos ſint uocata:Quoniam & homies
poſſunt pleriſq; de cauſis,& uſum rationis & locutionis amittere.plutarchus ipſe li
brum ædidit probaturus,ꝙ quæ irrationalia dicuntur,utantur ratiõe,ipſiuſq; libri
titulus.περὶ τοῦ τὰ ἄλογα λόγῳ χρῆσθαι & inter ſcepticos fuit,qui affirmarit nõ ſo
lum

lum rõne uti bellua, ſed & cani ẽt naturalẽ dialecticæ diſcurſum aſcripſerit, ut ſecundo libro mõſtrauimus: a quo uiſum nõ omnino abhorruiſſe Ambroſiũ diximus, ſed ſcite magis & moderate ea ipſa de re fuiſſe locutũ in ſexto hexameron libro. Sceptici aũt ſectæ phi oẽs, dubitãt de hominis definitione ſicuti & de reliqs oibus. Nouæ academiæ mediæq; phi, ita & hãc hominis definitionẽ ſicuti & cætera tollũt, Socrates apud platone fatetur ſe illã ignorare, & neſcire ſe qd ſit hõ plane teſtatur. hæſit in ueſtigio Democritus. Adauxerũt alii dubitationẽ oraculo pythio cõmoniti. Dicearchus diſcipulus Ariſtotelis ẽt nullã dixit animã, ſi & Cicero & Sextus phus uera pdidit, unde & rõnalẽ ſuſtulit differentiã. Empedocles non ſolũ brutis, ut alii ueteres, ſed ẽt plãtis tribuit rõnẽ, Vnde & illud eius carmẽ πάντα ἴσθι φρόνησιν ἔχειν καὶ νώματος αἶσαν. Prudẽtiam uidelicet, & intellectus partẽ illis aſcribens. Nec enariauit longe Diogenes, intellectibili pte ſtirpes pticipare nõ dubitatus, hebreũ quoq; Philonẽ nõ preterea affirmante oibus aialibus ineſſe rõnẽ. Colligi itaq; pot ampliſſime incertã nõ ſolũ eſſe de hoie definitionẽ apud nouos academicos q oia ſuſtulerũt, & apud pyrrhonios, ſcepticoſue, qui de oibus ambigui fuerũt, & oẽs impugnarunt: Et apud Socratẽ, atq; Democritum ancipites, & ai dubios: atq; apud ueteres phos q rõnem brutis cõmunicauerunt, & ad plãtas uſq; deſcẽderunt: & apud porphyriũ brutis rõnẽ tribuentẽ, & ſm magis & minus differre ea ab hoibus cõtẽdentẽ, ſed apud ipſum quoq; platonẽ & Ariſtotelẽ, quãdo hic id qd eſt rõnale aliis ſupra hominẽ, ille & ſupra hominẽ & ſub homine ẽt collocauerit. Nec hoc ſatis, quãdoquidẽ antiquos uidimus theologos, q ſatyros ad rõnis uſum & religionẽ admiſerũt, & Angelos aialia rõnalia exiſtimarunt: Et nouos inſpeximus, decernẽtes nec aial rõnale genus eſſe hois, nec id qd mortale dicitur eius differẽtiã haberi, Nec qd alii fecere ad diramẽtum ipſi mortali, hoc eſt ſciæ & diſciplinæ ſuſceptile, ſatis eſſe, cũ brutis ẽt prudentia, & qd magis eſt plantis a pleriſq; phorum aſcribatur, Et nõ prudentiã modo ſed religionẽ ẽt ſatyris & Antonius & Hieronymus cõceſſerint. Quare fruſtra uidetur additum a qbuſdã græcis, hoĩs definitioni. νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικόν hoc eſt intellectus & ſciæ ſuſceptile, qm & intellectũ & ſciam ſuſciperẽt, ſi rõne uterẽtur. Quare nihil egerunt q eã particulã addiderunt, ut fabulis anſam nõ reliquerent, nymphas celebrantibus, quarum ẽt mentionẽ ab Ariſtotele factã .ii. libro narrauimus teſtimonio Seruii q libros Ariſtotelis aliquos potuit uidere eorũ q perierunt, in qbus de nymphis ſermo haberetur, potuit & eos aliqs græcorũ pipateticorũ legiſſe. Certe Ioſephus rhacẽdites ſcripſit ſubditã & annexã eã pticulã definitioni hois pp id qd νύμφας μακραίωνας εἶναι μυθεύονται ζῷα λογικά, καὶ μακρόβια, ὅμως μέντοι θνητὰ ἐκ φύσεως ἀλλ᾽ οὐκ ἐκ μαθήσεως γινώσκοντας τοὺς τεχνικοὺς λόγους: hoc ẽ nymphas lõgæuas eẽ fabulãt aialia rõnalia, & uiuacia, nihilominus mortalia, ex nã non ex diſciplina artificiales cognoſcẽtia ſermones. Nihil inq̃ ægerũt, cũ nõ ſolũ ipſe ſatyrus locutus ſit, & legatiõe ut loqret fũgebat, Nec ex ſua nã ſed ex auditu, Chriſti cognouerat aduẽtũ, Sed & aialia q̃ irrõnalia putãt, rõne pollere multi phorũ dixere, oẽs ãt nouere artificio ſermonis humani hũanas ab illis uoces reddi, Et huãne ẽt quoad attinet ad eorũ nãm, diſciplinæ pticeps fieri. Et diſciplinæ quoq; capaces eẽ aliqs aiantes & ſtudio ẽt imitatrices ex Ariſtotelis doctrĩa pbauimus. Qꝫ ſi definitiõi addi amplius q dã putẽt, uel i id icidũt icõmodũ, ut cũ definito poſtea nõ cõuertat ipſa definitio, uel cãtilenã ex breui ſermõe cõficiũt, uel a definitiõe ad dſcriptionẽ dlabũt, ſi q pprie.

Totius diſputationis de hominis definitione concluſio.

Reiicit quandã opinio.

Ioſephus rhacendites.

illi dicuntūr adſciuerint.Demumq; non effugiunt,quin ipſe ꝓpriæ affectiones quæ nuncupantur,ei ēt aptentur animali,cui differentia cōſtitutrix, aut quæ uice illius deſumpta eſt,prius aptabatur.Nā & ſi cuipiā competere id qđ rōnale dicitur affirmauerint,eidē illico & ridendi aptitudine facultatēq;,ſeruata proportione cōdonauerint.Quare illud conſtanter colligamus hominis definitionē apud pħos gentiū certā nō haberi,ex quo ꝑſpicua datur ꝙ ſcire nequeant rerū aliarum definitiones, cū noſtrā propriam,& intimā,immo nos ipſos.i.cū quid ipſi ſumus,exacte neſciuerint, Nec ſcire ēt queant trita illa generis & differētiæ regula uſi,& Ariſtoteleo nixi dogmate,illo in octauo primæ pħiæ,quo uoluit homine nō eſſe idē quod animal bipes, ſed aliquid præter hæc,qm̄ hæc ſe ſe habent uti materia reſpectu formæ totius,qbus ſatis aperitur illa oratione ex Ariſtotelis ſententia,non poſſe uere definiri : ſublata uero definitione,demonſtrationē tolli,Et ipſe admittit Ariſtoteles,& rō conuincit.

Quo modo poſſit hō uno uerbo græco ultimā differentiā exprimente definiri. Cap.ix.

u

T aūt non ſolū impugnare & demoliri definitionē,& non aliqđ aut ueri aut ſaltē uerīſimilis de ea præſertim quæ hominis eſt,afferre uideamur,illud ꝓbabiliter dictū uolo.Si duo latina noīa ita in unū cōflare poſſem,ut unū qđ proprie neutrū illorū eſſet diſſultaret uocabulū,quēadmodum græca uoce nominū cōpoſitioni maxime accōmoda, me facere poſſe nō diffido hoīs definitionē una differentia quæ ſit λογονοητικὴ,auderem tradere,quæ & rē cōplecteretur ipſam,& excluderet alias. Due.n.ſunt ſupra ſenſum in cognitionis genere differētiæ,Altera rōnalis quæ a græcis uocata eſt λογικὴ Altera intellectrix ab illis νοητικὴ,nūcupata.In utraq; uero gradus plurimi, & ita ſe ſe iungunt ut qđ ſupremū in imo ſit genere,imū ſit in eo qđ eſt ſupremū.Homo itaq; in hoc eſt quaſi meditullio cōſtitutus,unde & uinculū ſupæ infimæq; naturæ nuncupationē obtinuit:ut q collimitio quodā nectat utrāq;.Sub ſe multos habet cognitionis gradus,hēt & ſupra ſe multos.Aīalia &.n.diuerſi generis ad hoīs cognitionem ꝙto magis accedūt,tāto magis cognitione diſcurſuq; quodā rōnis ꝑticipare dicuntur:ꝙtoq; recedūt magis,ad plantarū ſtirpiū ue ſtupidā cōditionē ꝓpinquāt,eiuſq; naturā ſapiūt,unde illis nomen fecit Ariſtoteles Zoophyta,ꝙſi dixeris aīaliſtirpia, ut q cōfiniū tenerēt utriuſq; naturæ.Sic de ſingulis generibus quæ ſuperioris, & inferioris gradus uinculū haberent,pari ꝓportione cōflari,& coaleſcere unū ex duobus poſſet.Quæ uero infra hominē ſunt animātia,ea uere dici rōnalia nequeūt, ut priſci putabāt,quādo id ꝓpriū eſt hoīs q ſūmū obtinet in imis locū,cui ꝓprie & exacte rō uniuerſalis cōpetit,aliis de lōginquo,tātoq; minus quo longius in cognoſcēdo diſtāt ab hoīe:Vnde alia pene ſtupida,alia ſenſatiora,alia cuiuſdā capacia, diſciplinæ,& prudētiæ quādoq; noīe donata: Siue id ad naturæ referat inſtinctū,ſiue ut aliis placuit magis,ad quoddā cōſiliū eorū q̄ ſūt ad finē copulatione memoriæ, unde inquiūt ex hoc magis ꝙ ex illo aceruo,formica ſurripit granū,& in hac potius ꝙ in illa ſcrobe reponit,collatu quodā uſa licet paruo nec pfecto,ſicuti ēt parū experimentis nititur,qbus ipſa animātia parū pollent:quo factum ut etiā a theologis quibuſdam ratione prudentia ue particulari pollere quoquo modo illa, non ſit negatum.Sed homo præter hæc uniuerſali etiam ratione præditus eſt,quatenus princeps,

ceps.& in ſũmo collocatus gradu naturæ inferioris,quatenus uero in imo iacet ſu/
perioris naturæ,& intellectilis eſt,& eius forma.i.anima intellectrix ſiue intellectiua
nuncupatur.Quãdoquidẽ ſubſtãtia rõnalis ſiue intellectiuæ aĩæ & eſt meritoq; ha
betur uere ac per ſe humani corporis forma.qđ nõ ſolũ rõne probatũ,ſed noſtræ ca
tholicæ eccleſiæ lege ſancitũ eſt.Cæterũ quãdoq; ipſa anima rõnalis quãdoq; intel
lectualis,quãdoq; rõ,quãdoq; mens appellatur,quãdoq; ſimul utroq; cẽſetur noĩe.
Vnde illa Auguſtini noſtri uerba,mentẽ,qua rõnalis eſt aĩa hominis.Vnde illa Leo/
nis,ſiue aĩam ſiue mentẽ rõnabilẽ.Mihi aũt uidetur potius rõnale aĩal hominẽ,q̃ in
tellectuale aut mentale in antiquorũ definitione uocatũ,qm̃ rõnis illi magis ꝓprie
munus cõgruit,q̃ intellectus & mẽtis.qđ diligenter ẽt explicat Thomas ſecundo in
ſententias theologicas cõmentario.ꝓprie iđ magis rõnis illi cõgruit munus: hoc ẽ
rõcinari atq; diſcurrere magis,q̃ rei ſubſtantiã unico intuitu cõprehendere,tã & ſi
ẽt eo munere prorſus oĩnoq; nõ ſit ſuapte natura deſtitutus.Propria itaq; illi eſt rõ
quã pleno iure poſſidet:ꝓpria eius natura intellectilis,ſed ordine infimo:quãdo ſpi
ritibus a materia ſeiunctis magis eſt ꝓpria,& inter eos,qui ſũmũ obtinẽt locũ ma
xime pollent intellectu.Anima itaq; hominis eadẽq; forma a qua differentia trahi
debet,& rõnalis eſt & intellectrix,& utraq; appellatione iure uocatur,plenius tamẽ
& exactius pollere dicitur rõne.Due aũt hæ in ipſa aĩa non ſunt differentiæ,ſed una
prorſus,a qua duæ illæ ꝓprietates rõcinandi uidelicet & intelligendi manant.Qua
propter uno noĩe ſignificari illã oporteret,q̃ rõnis & intellectus officium ſubindi
caret.Sed cum nullũ tale conficere nomen qđ ſatisfaciat,adhuc potuerim.hoc græ
cũ ex duobus uidelicet uocabulũ cõflaui λογονοητικὴ:Qua differẽtia tanq̃ ꝓpria oẽs
aliæ ſupiores includãtur,& ab oĩbus aliis rebus quæ non ſunt hõ,dirimatur.Nã per
uniuerſalẽ rõnẽ ab omnibus brutorũ generibus dirimit,ꝑ rõnẽ ipſã intellectiuã
dirimit ab angelis,qui ſuapte natura diſcurſu rõnis nõ egẽt.Quæ omnia uerbo illo
uno differentiã exprimente ſignificãtur,quæ ſupiores includit,& cum homine pla
ne atq; ſimpliciter cõuertitur reciprocaturq;,nec maioris omnino eſt ambitus nec
minoris.Sed reuertamur ad ipſam in communi definitionem,oſtendamuſq; illã ex
Ariſtoteleo dogmate nequire comprehendi.

Quod ẽt ſi poſſit haberi definitio non tamen ex regulis ab ariſtotele poſitis,ibiq; mul
ta de modo intelligendi non protrita,ſed rara ponuntur. Caput decimum.

SEd eſto ut poſſit haberi definitio,Ariſtotelis tamen regulis eam haberi
non poſſe clariſſime conuincatur:non ꝓpterea ſolũ ꝙ ſit ipſa per ſe in Prima ratio
uentu difficilis,eo ipſo & Themiſtio paraphraſte authoribus in ope de ſubſignata
anima:nec ꝙ ſolius ſubſtantiæ ſit definitio proprie dicta,aliorum uero Secunda.
ex additione,ut ipſe uoluit in ſeptimo primæ phĩæ.Nec ꝙ ipſius eẽ rei explicatrix Tertia.
oratio definitio ſit,ut ſcripſit in topicis,oratio uero partes habeat definitio nõ ha
beat,ſi ultima uidelicet differentia tantum modo finiendum ſit:nec qm̃ ipſe innuat Quarta.
& expoſitores explicent,præcipueq; philoponus in cõmentario in poſtremũ analy Philoponus.
ticum uolumen,definitionẽ alicuius nec poſſe demonſtrari,nec inductione colligi,
nec ſenſu decerni.Non inquã ꝓpterea ſolũ,ſed eodẽ ex fundamento quo ſumus pri Probatio pro
us uſi,nacillãtis uidelicet mutabũdiq; ſenſus imbecillitate,qua ꝑ nõ huius aut il/ pria ex ſupe
lius,ſed in uniuerſũ definitionẽ minime poſſe exacte comprehendi mõſtrare cona riori ſenſus in
bimur.Et.n.ſenſus ipſe quo ſemp utitur Ariſto.tanq̃ cæcus baculo,ad eſſentiã rei ꝑ certitudine pendens.

tingere non poteſt,ipſomet etiam authore,ſi quidem ſolis immoratur accidẽtibus:
& eius primo libro de anima ſententia eſt,accidentia conferre nobis magna ex par-
te ad cognoſcendum quid ſit res:Magna.n.ex parte & conferre,uerbis eſt uſus,ut in-
dicaret,nec omnino id fieri,nec poſſe certo colligi,ſed ad id conferre. quid autẽ hoc
aliud ꝙ coniectari?at ubi coniectura ibi ne certitudo?coniectatur igitur ex accidẽ-
tibus ſubſtantiam,eoq; magis ꝙ ille uſus eſt his uerbis συμβιβαζεῖ τὰ συμβάλλεται
hoc eſt accidentia conferunt,ſiue adiiuuant,uidelicet ad cõiectandum. Ac ſane ex
pluribus accidentibus coniici,non certo ſciri ſubſtantia poteſt,Ipſo etiam cõfirmã-
te, & intellectus & mentis eſſe partes,eſſentiam rei ſubſtantiam ue cognoſcere.Dif-
ferentiam uero ad ſubſtantiam non ſolum pertinere,ſed ipſam in ſe ſe,& conſtitue-
re & ſecernere ab aliis,clarum eſt omnibus,qui uel porphyrii ueſtibula ſint ingreſſi,
uel unam in lycio cum Ariſtotele deambulatiunculã fecerint.At cum ipſe ut ex pri-
mo de anima libro conſpicuum eſt,doceat ex accidentibus definitiones inueſtigare,
& cum ſenſus non prætergrediatur accidentia,nec ſubſtantialis rei differentia poſ-
ſit ſenſu cognoſci,cum id ſit proprium intellectus officium,cumq; nihil ſit in intel-
lectu ita eo ipſo uolẽte & decernẽte,quin prius fuerit in ſenſu,clare conuincitur eũ
qui Ariſtoteleo dogmate & regulis nixus fuerit,nullam habere certã & penitus ex-
actam definitionem poſſe,& quod eſt ſequens,nihil poſſe ex ipſius arte perfecte de-
Reſponſio. monſtrare.ꝙ ſi quis dixerit ſubſtantiam ab intellectu cognoſci ſpecie ipſa ſubſtan-
tiæ,non accidentis:nam qui accidentis cognoſci ſpecie ſubſtantiam cẽſent,dare ma-
nus hiſce rationibus & teſtimoniis,nec ullo pacto reluctari iure debent:qui nõ ſpe-
cie ipſa ſubſtantiæ ſubſtantiam cognoſci nolunt,quoniam authore Ariſtotele ſub-
Confutatio. ſtantia prior eſt cognitione,porrigere herbam minime uolent.At quicũq; ſint(ꝗꝗ
alioqui docti homines)primum uideant,an ita Ariſtotelice loquantur ut ariſtoteli-
Thomas. ci queant haberi?quod tamen minime uidentur cupere.poſtea an Thomæ quorum
ſe profitentur ſectatores omnino conſentiant?is.n.ſubſtantiam ideo dictam cogni-
tione priorem docet primo contra gentes libro,ꝙ ponatur in definitione acciden-
tis,non ꝙ ſubſtantia prius accidente cognoſcatur:alioqui etiam ipſe antea præclu-
ſerat errori aditum,cum ſcripſit eodem ipſo libro,intellectus noſtri ſecundum mo-
dum præſentis uitæ,cognitionem a ſenſu incipere.Neq;.n.illis conſenſit Thomas,qui
aut innatas ſpecies,aut inchoatas & tanꝗ umbratilibus lineis deſignatas,in anima
uoluerũt eẽ:ſed a ſenſu naturalẽ omnem notitiam ducere originem uoluit, & ita uo-
luiſſe Ariſtotelem exiſtimauit:atq; ideo ea quæ in ſenſu non cadunt,nõ poſſe huma-
no intellectu capi,niſi quatenus ex ſenſibus eorum cognitio colligitur. Super ſecũ-
do quoq; metaphyſicæ,& tertio item commentario de anima,ſubſtãtiam docet a no-
bis intelligi poſſe quo ad eſſe,non quo ad eſſentiam,hæc Thomas.Sed de Ariſtote-
le de quo nobis eſt inſtituta diſputatio diſſeramus.Nam præter ea quæ duximus in
Ariſtoteles. medium ab eo ſumpta,ſexto metaphyſicorum inter initia libri,docet a ſenſibus ex-
ordiendum,atq; ita procedendum.Ita & ſeptimo eiuſdem operis.ut mittam quæ i
Auerroys. primo naturalis auſcultationis ſanxit,quo in loco Auerroys particula quarta,ab
accidentibus uniuerſalibus notitiam noſtrã ortũ hẽre decernit. Idem ſeptimo me-
taphyſicorum particula decima,docuit hunc proceſſum haberi doctrinæ oĩbus in
ſcientiis prætereꝗ i mathematicis,& ſexto ipſius operis,ſubſtãtias ſciri nõ poſſe niſi
Reſponſio. ex accidentibus affirmat.ꝙ ſi uideri dixerint ex Ariſtotele uno in loco haberi con-

trariũ

ctarium huius ſententiæ,hoc eſt ſubſtantiam cognitione priorem accidente dici, & quo ad finitionem accidentis claudentis ſubſtantiam te Thomam nõ ſequutum diſcant quo ad naturam ipſam & perfectionem & dignitatem rei,non quo ad nos primitum illum referendum eſſe.

Confutatio

Alioquin ſibi ipſi aduerſum Ariſtotelem fateri illos oportet,quod tamen niſi torti libenter non facerent. Quare ſi repugnare ipſo in authore loca locis uideantur,conſentaneum eſt multa uno plus poſſe,eoq; maxime ubi ex re propoſitaq; afferuntur materia.

Nota regulã authoris.

illud uero quod nunc eſt in cõtrouerſia in metaphyſicis non in libris de anima prodidit: ubi non de modo cognitionis noſtræ, ſed de rei ipſius in ſe ſe natura diſſerebat.Nec diſtinctio illa ſimplicis & diſcurſatricis notitiæ quicq̃ illis ſuffragata fuerit,nam ubiq; Ariſtoteles ſẽſum præmittit & acceſſit accidẽtia.ac niſi uererer ut ſe defraudatos expoſtularent & cauſarẽtur me ex lycio in tẽpli adyta diuertere,Afferrem quæ nonnulli ſolent de accidentibus in ſacramento altaris.Ibi enim panis nõ eſt ſubſtantia,mouetur tamen & ſenſus & deinde intellectus accidentium informatur ſpecie.

Reſponſio

Nec alicuius eſt momenti reſponſio,qua dicunt phantaſma prodire ex accidentibus,promiq; poſtea de phantaſmate ſubſtantiæ ſpecies,eius uirtute panis ſubſtantiæ quæ præfuit,

Confutatio.

Nam quod deſiit eſſe,iam non eſt,quod autem non eſt,quicq̃ non poteſt efficere.quare illius panis qui olim fuit,mox nõ eſt,uirtute,promi quicq̃ iure nequit dici. ſed libet aliquid afferre quod alii forte hac in re nõ attulere.

Cõtra eos q̃ dicũt ſpẽ ſubſtãtiæ ſubſtãtiã cognoſci apud Ari.

Quærerem ego ab eis de ipſa ſpecie ſubſtantiæ: primum quæſtionem illam abſoluerent,quid per ſpeciem ſit capiẽdum,cum alii ſpeciem in rebus compoſitis ex materia & forma,rem uniuerſim non particulatim acceptam uelint intelligi & formam ſimul & materiam in communi ſumptam ſignificari.Alii ſolam formam,atq; hanc dicunt eſſentiam rei,& id quod ab Ariſtotele ſignificatur per id quod eſt eſſe rei,uti uoluit Themiſtius,Philoponus,alii. Secus autem pleriq; uti diximus,inter quos Thomas arbitratus per eſſentiam rei, notari id quod clauditur definitione,& in rebus naturalibus tam materiam q̃ formam eſſentiæ nomine inſinuari audienti,ſed in cõmuni tantum,ſequæſtratis uidelicet principiis ut neoterici dicunt indiuiduantibus:qua de re in noſtris in tertium de anima commentariis non nihil diſputauimus.

Cõmẽtarii p̃ anima.

hoc inq̃ primum diſcuti uellem,atq; decerni,quoniam inde,quid primo & directe,quid poſtea & reflexe imprimatur in intellectum ſatis poſſet indagari:unde etiam quæſtio de propria ſui cognitione. an per ſuam an per alienam ſpeciem ſe ipſe percipiat,ſatis poſſet excitari? in qua decernenda & Albertus & alii diſſenſere.

Prima probatio multiplici argumẽtatione ſubnixa.

Deinde ubi nam primo recepta ipſa qualiſcunq; habeatur ſpecies ad cognitionem fuerit? in ſenſu ne? an in intellectu? an potius in utroq;? Si primum ſequetur id Ariſtoteli aduerſum,a ſenſu ſubſtãtiam cognoſci, & quo ad hoc attinet ſenſus & intellectus interſtitium confunderetur.Si ſecundum iterũ id erit contra Ariſto.in analyticis decernentem,nihil fuiſſe in intellectu quin prius fuerit in ſenſu,ſiue ſimplex ea noticia,ſiue diſcurrens,ſiue confuſa dicatur:eoq; maxime argumento confirmatur,quo decreuit eos qui carerent uno ſenſu ab ortu naturæ,carituros etiam illarum noticia rerũ quæ ad illũ ſenſum pertinuiſſent,& multo quoq; magis cũ affirmauit in tertio de aĩa libro eos q̃ ſenſu carerẽt,addiſcere & intelligere quicq̃ oĩno non poſſe. Prima itaq; cognitio ſenſilis eſt, & quod eſt ſequens accidentis,quoad pertinet ad originem,quoad uero ad perfectionem, ſubſtantiæ prima eſt in ſe ſe atq; nobilior cognitio,non autem primo nobis hauſta

adeo ut nonnulli uoluerint eam hac in uita ab hominibus non poſſe cognoſci ſi-
ne diſcurſu,alii nullo modo perfecte,propterea ꝙ inter ſimilitudinem & rem cuius
Quātā et ꝙ multiplex difficultas rem exacte cognoſcendi. eſt ſimilitudo quiddam intercidat,ut diſcurrere ſit opus,nec iudicium ſimilitudinis
perfectum fieri queat,re antea per ſe ſe ipſa non cognita.uidetur hoc facile poteſt
ab uno quoq; cui aliquod per ſenſum unum nunciatum dumtaxat fuerit,&per aliū
fiat cum imaginatiōe propenſio.nam ſi per auditum tantum fuerit menti quidpiā
inſinuatum,alio modo alii ſenſus arbitrantur.nam quoniam qui intelligit phantaſ-
mata ſpeculatur,ſimulachrum ſibi ſtatim affingit animo,rei per aures acceptæ, &
cum ipſam poſtea rem auditā uiſu percipit,ſæpe ſe deceptum animaduertit a ſemet
qui uidelicet aliam ſibi affinxerit imaginē,& diuerſam ab ea quæ poſtea illi per ui-
ſum imprimitur.Sed & uiſu etiam ipſo quandoq; hoc quādoq; illo hauritur modo
res,per ſuam imaginem,ut iudicium aliquod per diſcurſum fieri opus ſit ad īnterno-
ſcendum,uere non uere hauſta fuerit?& quod eſt ſequēs ipſa ne imago ſit rei ab ip-
ſa re deprompta?an uaga & deſultoria,nulloq; rei ſtabilis nixa fūdamēto?ꝙ ſi hoc
perſpicitur omni in cognitione rerum infimarum & ſub ſenſibus poſitarum,quāto
magis in earum perceptione quæ & ſenſus proprie non percipit,& etiā quæ ſenſus
omnes exuperant?rum.n.ab ipſa re intellectuli magis omnino diſtat imaginatio, ꝙ
ab imaginatiōe ſenſus,& ſua a re ipſa diſtat imago.quo circa nec ſuperæ nec mediæ
nec imæ res depræhendentur,eo quo multi exiſtimant modo:illæ propterea ꝙ nul-
la ꝓpria imagine patefiunt,incorporeæ ꝓrſus & ab oi materia & materiæ cōditiōe
ſeiunctæ:mediæ uero quoniam quod uno capitur ſenſu cōiectatur homo per alium
ex afformata apud ſe imagine,non a re proprie deprompta. hæ autem quia quod
capitur etiam imagine a re deprompta , non poteſt per imaginem ipſam aper-
te dignoſci , niſi res dignoſcatur per ſe & a ſua imagine prorſus abiuncta:quod ſu-
Cōfirmatio. pra fieri non poſſe monſtrauimus.huc illud etiam Auguſtini quod diſcutit i ſe-
cundo ſoliloquiorum de ueri falſiq; cognitiōe,ex ſimili & diſſimili,potuit facile per-
tinuiſſe:huc & cognitio per ſpecies minus & magis uniuerſales referri etiam nō dif-
ficulter poteſt:huc & difficultas percipiendi aliena cogitata,etiā ſi ſenſibus noſtris
etiam ſi menti inſinuentur.nam ſi eadem quæ illi qui nos docent caperemus animo
eaſdem nobis imagines facile afformaremus,aut omnino ſimiles:& nihilominus nō
ſolum perfectius & imperfectius,ſed remotiſſime etiā quandoq; contingit illas hau-
riri,& diuerſiſſimas a re ipſa,cui percipiendæ plus minus alii propinquant,itiq; iidē
ad ſemet relati ſæpenumero uarie:nanq; ex uaria rei ipſius cōditione,ex uaria æta-
te ex temporum anni uarietate multa,ex uario & identidem permutato corporis
tēperamento,ex diuerſo aſſuetudinis fundamento,ex actionibus animi uariis, nul-
Nico.cuſa lus eam fortaſſis exacte percepit:& maxime ſi recte Nicolaus cuſa in dialogo de Ge-
neſi decernit,aliquid eſſentiæ ſiue(ut uerbo eius utar)quidditatis,neq; in toto neq;
in parte poſſe ab homine attingi,quoniam(ut eius iterum utar ſermone)ars eſſen-
di in omnibus quæ ſunt explicata nequeat concipi niſi a Deo: & in tertio Idiotæ li-
bro qui etiam Dialogo cōpoſitus eſt,ubi & Idiota & orator & philoſophus de mēte
diſputat,affirmat præciſionem(liceat mihi etiā eius uti uocabulis) quidditatis per
nos eſſe inattingibilem præterꝗ in ænygmate & figura .& poſſet id confirma-
Auerroys ri ex Auerroe in tertio commentario de cælo,& Petro Aureolo ex mente Ari-
Aureolus ſtotelis decernentibus:quod lunæ figura aliter apparet concipiturq; nobis ꝗ ſit

re

re ipſa.Nec illorum ſatis reſponſio facit,quæ in rei phantaſmata id refert .namq; & ſi phantaſma ſæpenumero a re ipſa trahitur & repræſentat rem,ab rei tamen apparentia poteſt etiam trahi , ut in ipſa figura lunari ſpectanda, in aliiſq; multis compræhendi poteſt;de quibus ars optice facultatis dogmata præſcribit. Hinc etiam ad intellectum apparentia ipſa rei,pro re ſæpenumero tranſit.Error enim in intelligendo uarius poteſt obrepere,primum inter percipiẽdum ſenſibus exterius non rem ipſam,ſed rei imaginem ſimilitudinem ue aut ſimulachrum:diximus etiã pauloante euenire ut rei apparẽtia pro re ipſa deſumatur.Deinde maior multo poteſt obuenire lapſus in ea percipienda,cum non per propriam uidelicet imaginem ſed per alienam capitur in phantaſmatibus,uice ſpeculi repræſentatam.Subinde ſenſus interiores quoquo modo poſſũt eludi , ſi quidem quæ hauſimus ſenſibus exterioribus,de ipſa rei imagine puta hominis,& quæ de affectione ipſa ſenſuum, puta cum calorem non ignem aut ardentem ferrum capimus animo,hæc ipſa ſenſus exterior nunciat quandoq; ſenſibus intrinſecus poſitis:quandoq; nõ ea ipſa nũciat ſed earũ ſimilitudines,nõ ſemp ea a qbus pmũtur exacte repræſentãtes. quas qdẽ ſimilitudines uel iã cõcepimus & ſæpenumero uarie,p uaria uel ætate uel ãni tẽporũ,qbus uarie uariis afficiũt organa ſẽſuũ:uel de illis ipſis tũ primũ nobis quoquo mõ afformamus.quãdoq; itẽq; nec de re ipa,nec de imagie ppria hauſimus,hæc ipoſſumus imagiari,alio & alio mo,pro uariis uarieq; deductis imaginibus,diuerſaq; pceptione diuerſis.fieri quoq; poteſt uti memoria quod hauſimus,oculis retineamus & lineamenta illius,& colores,in imaginaria poteſtate præſentent .Fieri etiam põt ut obliuioni mandetur,& præſertim cum ex ipſa imagine rem aĩo concepimus.atq; huc pertinere facile põt,quod ſcribitur in epiſtola .s. Iacobi ,cum uidelicet qui faciem(πρόσωπον ille) ſuæ natiuitatis in ſpeculo conſiderauit,& abiit,oblitum eſſe cõtinuo qualis eſſet.Ad hæc & diuerſo mõ imaginamur quæ uidimus.diuerſo quæ nõ uidimus,ſed aliorum uerbis percepimus.Vnde & noſter Auguſtinus in duodecimo ſuper Geneſim,aliter inquit cogitamus Carthaginem quam nouimus,aliter Alexãdriam quam non nouimus,illudq; ueræ hoc fictæ imagini tribuit duobuſq; modis omnium inexpertorum nomina cognoſci antea docuerat in octauo eiuſdem operis libro,aut ex cõtrariis ſi priuationum,aut ex ſimilitudie ſi ſpecierũ eſſent noĩa. In octauo quoq; de trinitate,dum docet in noſtra quã de domino ieſu chriſto habemus fide illud nõ eẽ ſalubre,qd ſibi animus fingit,ſed illud qđ ſecũdũ ſpẽm de homine cogitamus ,eiuſdem etiam rei cognitæ & non cognitæ poſtea meminit,ſub eodẽ exemplo Carthaginis quam uiderat & memoria retinuerat,& Alexandriæ quã nõ uiderat ſed eius imaginẽ ex aliorum narratione aĩo finxerat. Sed ſane utcunq; ſtãt eris,ſæpenumero quod extra eſt,intrinſecus inſincere hauriri facile poteſt.nam ut ſpeculum,colore aliquo infectum uel diuerſe collocatum,rem aliter q̃ eſt præſentat oculo ita phantaſma ſpeculi uice functũ,humore aliquo uel figura cæteris præponderãte uel alicuius cogniti detractione,uel immutatione,uel occurſu & adiectione cuiuſpiam alterius,non antea cogniti ,rem uariare facile poteſt in præſentãdo:multoq; magis ſi non quæ hauſit extrinſecus,ſed quæ ex uno in aliud demigrãs fabrefecit,ſiue ex pluribus cõflauit,ſiue finxit,id ipm obtulerit.Sed his omiſſis,Quæro ego, ſe pria repceptiõe qcũq; illa aut ſit,aut hẽat,ſiue i ſenſu ſiue i intellectu,ſiue i utroq;.ſi hoc tertiũ dicent ordo cognitionis ab ipſo traditus Ariſto .peruertitur.

Quãdrifarie error poſſit itẽr intelligẽdo obrepe pp phantaſmata

Iacobi.

Augu.

Reperiuntur argumentatio.

Primas enim tradidit ſenſui:& tertio de anima libro indagaturus intellectus eſſentiam & proprietates & officia, ſentiẽdi muneribus utitur. Atq; ita ex ſenſu & ſentiẽdi officiis,& intellectum & eius munia ueſtigat. Quod ſi tandem multis preſſi angu-

Reſponſio.

ſtiis ſe ſe ad ſenſum contulerint,qui intellectui ſubminiſtret ſubſtantiæ cognitionẽ, Ita ut quemadmodum nonnullis placuit,ſubſtantiæ ſpecies in ſenſu ſit,accidentis in-

Confutatio prima.

uoluta ſpecie,euolui autem illam ab intellectu atq; ſuffodi. Tum contra ſtabunt aiii regerentq; illud,immutari intellectũ accidentibus,ammora ſubſtantia,miraculo diuinæ poteſtatis,quare eius abſentiam naturaliter poſſe cognoſci,ſi id uerum eſſet, quando etiam uiſus luce affectus,mox ea priuatus tenebras percipit a quibus non

Secunda

afficitur,quod prodidit Ariſtoteles ſecũdo libro de anima. Quo authore eos aliter urgendos puto,quoniam eius lege cautum eſt,ne ſenſus prætergrediatur acciden-tia,ne ullo pacto limites attingat intraneos ſubſtantiæ.Vnde igitur i intellectu ſubſtantiæ ipſius imago,ſpectrum,ſimulachrum,ſpecies inciderit? Inquient fortaſſe repræſentari id animo ex lumine intellectus agentis:Quæram an una cum phantaſ-mate?Si negauerint dabitur ad Ariſtotelem prouocatio,qui nihil habet i libris de anima firmius atq; conſtantius,q̃ ut anima itelligens phantaſmata ſpeculetur, nec aliter fieri poſſe decernit. Itaq; ſi phantaſmata dederint & ſenſum illico primum dari neceſſe eſt,ſi recipiunt Ariſto. de phantaſia diffinitionem longe celebratã,ut ſit motus factus a ſẽſu ſecũdũ actũ.phãtaſma uero illud ſiue imago depromi a re ipſa cuius ẽ imago neceſſe ẽ, Si uera uelit hẽri,At ſenſus neq; rẽ ipſã cognoſcere,nec itẽ ab itellectu res ꝑcipue ſenſilis cognoſcit ſine ſenſus adminiculo.Reliquitur ergo ue lint nolit,niſi Ariſto. deſerere uoluerit ut recidãt ad ſẽſũ,cuius uti diximus pres ac-

Tertia

cidẽtibus,non rei immorari.Verum ſi ẽt concederetur ſubſtantiæ ſpeciem poſſe ſenſui cognitam eſſe adeo,ut inde queat ipſam ſibi intellectus aſſumere ad ſpeculãdũ, reſtat adhuc nodus Gordião illo forte perplexior,& hoc aſtrictus loro, ꝙ ſi ita ſit neceſſe etiam ſit ,ut diuerſum quiddam capiat intellectus,ab eo quod ſibi præſentauit,nõ inq̃ diuerſum quoad pertinet ad modum capiendi recipiendi ue ,ſed quãtum pertinet ad rem obiectam,quæ talis non accipitur,qualem ſibi ille affingit, ut pote qui addat ipſi rei cognitæ ſi cut aliam faciat,quantum pertinet ad agentem, &

Reſponſio.

alia q̃ fuerat ſuſcipiatur,ab ipſo intellectu poteſtatis.ꝙ ſi dixerint ſpeciem accidentis illuſtratam lumine intellectus agentis repræſentare in intellectu poteſtatis ſiue

Cõfutatio prima.

poſſibilis,intellectibilem ſubſtantiæ ſpeciem,tãq̃ effectus cauſam:Sequitur illud abſurdum,effectum non æquatum cauſæ illam ipſam æquæ & propriæ imaginis uice referre:Neq; enim accidens unum nec multa ſimul accidentia ſenſibus hauſta,etiã ſi multa ſimul poſſent uno conceptu percipi,æquare ualerent ſubſtantiam,aut eius

Cõfirmatio.

eſſentiæ differentiam,aut primam,& propriam affectionem.Multoq; minus id Thomæ queunt ſectatores contendere,apud quem habetur pro conſtanti,omnẽ cognitionem per modum ſimilitudinis fieri,atq; intellectum humanum indigere ſpecie i tellectili propria & coæquata.Nec alio ipſe fundamento libentius utitur ad improbandam opinionem Auenpaces tertio contra gentes uolumine: & toto poſtea decurſu capitis undequinquageſimi id obſeruat,cum de cognitiõe cauſæ per effectũ agit:fundamento inquã diſſimilis cognitionis,& effectus minime cauſam æquantis, hoc eſt eius totã uirturem nõ exprimẽtis.Sed & capite quoq; ſexto ſupra quinquageſimum docet apertiſſime,niſi notione ſenſilium accidentium,non perueniri ad i

tellectũ

tellectum ſubſtantiæ,Secùs autem in doctrinis mathematicis euenire.Præterea ue/
ro ſequeretur illud abſurdum,ꝙ cognitio cauſæ per effectum non ſimplex appræ/
henſio ſed compoſita & diſcurſatrix haberetur,qualem non admittunt in primo in
tellectus officio.ꝙ ſi cum Thoma dixerint angelicos intellectus unum poſt aliud in
telligere,non tamen diſcurrere:Cum Thoma etiam in calce ſecundi contra gentes
uoluminis,diſcant in eo munere intelligendi ideo non eſſe ſucceſſionem aut motũ
quoniam actui non autem potentiæ ſuccedit actus.Quare cum ex effectu deprehẽ
dit cauſam,quodam quaſi dixeris itinere(ſi a nomine diſcurſus abhorres) ut ab ef
fectu ad cauſam ita a poteſtate ad actũ exurget,Sed & alius reſtat nodus adhuc lõ
ge difficilior,& qui macedonis gladio tantum modo uideri queat exolui,quoniam
ſi ſpecie ſui cognoſceretur ſubſtantia,cognoſceretur & differentia,quæ in ipſo rei
integro conceptu clauditur:quam tamen ignorare omnes docti cõcedunt.Qui ue
ro Thomam eius opinionis fuiſſe rentur,aduertant accidẽtium etiam propria prin
cipia ignorari ſæpenumero,eo authore in ſermone de ente & eſſentia,Quapropter
inquit ſumimus accidentium differẽtias ex rerũ effectibus. Multo igit magis igno
rabitur ſubſtantia,quando ad eam per accidentia peruenitur.Sed quoniam ſimili/
tudine rei cognitæ fit cognitio,tam nulla ſimilitudine ſubſtantiæ q̃ nec accidentis
cognoſcet itellectus,quantum ad perfectionem intellectilis conceptus pertinet.ſed
ſua natura & mõ cognoſcet:hoc eſt ſpecie uniuerſaliori & a materia ſeiũcta..Ideoq;
proprie nec ſubſtantiæ ſpecie nec accidentis,a quibus erit extrinſecus hauſta.Qua
re nec hoc nec illud erit,ſed repræſentabitur quadam quaſi negatiõe.Species itaq;
intellectilis non erit ſpecies ſubſtantiæ,q̃uis eam repræſentet coniectura quadam
& aliorum abiunctione,ſequeſtrationeq;.Sicuti enim ex cognitione accidentiũ ſub
ſtantiam coniectatur Ariſtoteles:quia nec quantitas eſt uerbi cauſa:nec qualitas,
nec relatio,ita ſubstantiæ ſpeciem mente capi ſubſignauit,quia nec eius eſt ſubſtã
tiæ ſenſilis imago,ſpecies ue,nec illius,aut illius,quare aliud omnino quod illis ui
delicet ſubſterni accidentibus ſit conſentaneum:q̃uis quid illud proprie ſit non cõ
præhendamus.Sic & Io.etiam Gerſon in opere cui titulus centilogium de concepti
bus cẽſuit quidditates(ut ipſe loquitur)ſubſtantiarum per diſcurſum & reſolutio
nem afformari. Omitto hic mentionem facere de cognitione quam intuitiuam uo
cant & abſtractiuam pariſienſes theologi:Vtrum illa in ſe ex obiecta re præſentitã
tum?an etiam ex eius ipſius ſpecie propria gignatur?an etiam inſupereminenti
repræſentatione?& de ſuper intuitiua quoq; (ita nuncupãt) cognitione in ſupemi
nentiſſimo lumine.Nec non ſi prima ſit intuitiua in nobis?quæ hauriat accidentia
& experimentalis dici queat in ſenſu circa res naturales,ſicuti in anima circa mo/
res & functiones ipſius,etiam in intellectu circa primorum notitiam pricipiorum
ſi ſecunda abſractiua quæ in illa fundetur?cum non abſtrahamus niſi a cognitis,
ſi tertia diſcurſatrix quæ & ſyllogiſtica?dũ ex uno abſtractiue cognito i aliud eiuſ
dem generis demigramus ipſumq; colligimus. Itẽq; an omnis humana cognitio
uel intueatur uel abſtrahat?an inter eas aliquã media iure collocetur?& an uerius
alia ſit & alia cognitio ex præſentia rei obiectæ & abſentia diuerſum ſortita nomẽ?
Nam de cognitione ſubſtantiæ quantum ad præſens attinet negocium ſatis ſit pro
bauiſſe,eam nec ſubſtantiæ ſpecie nec accidentis proprie & exacte fieri: ſed & diſ
currendo & abnegando.Atq; mihi etiam cõſentaneum illud apparet ut hinc uidea-

Cõfutatio ſecunda.

Reſponſio

Confutatio

Alia confutatio

Remotio tacitæ obiectiõis

Opi. autho. quõ poſſit ſubſtantia cognoſci ſubindicatur

Io.Gerſon

De cognitiõe intuitiua et abstractiua.

mur congenitum habere principium cognoſcendæ per abnegationem primæ ſub ſtantiæ: quæ omnis ſubſtantiæ fons eſt & origo, imo cauſa primaria & eminentiſſima.

Ariſto. Timeus loc. Plato.

Nec abhorrere uidetur pōt hoc ipſum ab Ariſtotele, qui primam ipſam materiam tertium, proportione quadam nō ſincere & per ſe, docuit intelligi. Colonū uero uideri Timeo locrenſi atq; platoni, qui notha ut ipſi uolunt ratione, non legitima & recta cognitione, illam ipſam capi mente docuerunt: & ſi tum ipſius uocabuli conſidere/mus, nihil ſignificantius nihil magis quadrans afferre potuerunt. Si enim is nothus dicitur qui de matre oritur ignobili: Materia uero quæ obiicitur animo, in rerum afformanda cognitione patris uicem obtinente, Matris uices obibit & nimia: eaq; minime nobilem promet ex ſe ſe progeniem, quoniam non recto & nude oblato conceptu: ſed inuoluto & perplexo: unde animus per abnegationem remouendo certa, & ſi non prorſus incerta, attamen obſcura coniectando, ex ea gignit conceptum intellectiuē.

Remotio obiectiōis.

Nec illud officit quod ſecundo contra gentes libro ſcribit Thomas dum ſoluit argumenta Auerroys de unitate intellectus poteſtatis, affirmans ſpeciē intelligibilem quandoq; ſimilitudinem eſſe rei ſenſilis quantæ: nam ſimilitudo ipſa rem proprie ut eſt non repræſentat, ſatis eſt ut ea ſimilitudine in rem cuius eſt ſimilitudo ducamur, ut paulo ſupra ſignificauit: Nec ad præſēs de Thomæ ſed d Ariſtotelis opinione ipſius ex doctrina collecta, & ex Timei locrēſis & platonis dogmate cō firmata, loquimur: q̄q̄ etiam Thomæ ea poteſt ratione ſententia dici, ꝙ in libro de differentia uerbi diuini & humani (ſi tamen admittūt hunc eſſe legitimum Thomæ librum & titulum non abradant) cognitionem ſubſtantiæ per diſcurſum docuit haberi, & nihilominus definitionem ad ſimplicem intelligentiā pertinere, & opus eius eſſe.

Verba tho.

Illa enim eius uerba ſunt de operationibus loquens intellectus, nam ſecundum operationem ſuam quæ dicitur indiuiſibilium intelligentia, format definitionem: & in opuſculi decurſu, De prima differentia uerbi mentionem habens ait: nam cū uolo concipere rationem lapidis, oportet quod ad ipſum uerbum ratiocinando perueniā, & ſic eſt in omnibus aliis q̄ a nobis intelliguntur. niſi forte in primis principiis quæ cum ſint naturaliter nota, abſq; diſcurſu rationis ſtatim intelliguntur. hæc. s. Thomas.

Nota ſentētiā thomae.

Sed utcunq; ſe ſe res habeat, ad experimenta lis recidit authore ipſo Thoma in ſecundo contra gentes: qui cum unum non eſſe omnibus in hominibus agentem intellectum probaret aduerſus Alexandrum, Auicennam, & Auerroem: de ſpecie a phantaſmatibus abſtracta, deq; omni intellectus actione docuit, aliter nos nō habuiſſe cognitionem, niſi eas in nobis experti eſſemus. Sic & alii ipſas (ut appellāt) hecceitates, quoniā experientia ulla intelligendo notæ non ſunt, in hac mortali uita perfecte cognoſci non poſſe cenſent, ut pote quæ non cadant ſub phantaſmate, ſine quo fruſtra laboret mortalis humana cognitio. Ergo ſi non ſumus intelligēdo experti, nihil poterimus decernere, ſi uarie experti, uaria erit omnino ſententia Quare, cum aliquis ſe uno modo, alius alio ſe dicat itelligere, alius neutro, tot huius erunt litis ſententiæ quot uaria hominum experimenta fuerint.

Opī. autho. ſupra tacta firmatur.

Mihi certe nec ſpecie accidentis proprie & exacte, quoniam ea proprie non repræſentat ſubſtantiam quia. s. falſa eſſet imago: nec ſubſtantiæ ſpecie, quoniā ea nō ſe ſe ingerit menti propria uidelicet imagine, quia hæc ſingularis eſt, quod autē capitur intellectu fit uniuerſale, & alterum exacte non præſentat alterum: ſed coniectura potius (ut dixi) ſi ſenſum & Ariſtotelem uolumus ſequi, ſubſtantia deprǣhēditur. Itaq; diſcurſu capi-

tur

tur non tamen ſimpliciter,ſed per abnegationem quandã eo quo ſupra docuimus
modo:unde ſpectrum quoddam ipſius ſubſtantiæ in ſe ſe,non huius aut illius in in
tellectu poteſtatis imprimitur.nam qui fieri poſſet ut cõſtaret an uerum eſſet phã
taſma ſubſtantiæ quoquo modo illuſtraretur quoquo modo reciperetur?Nanq; iu
dicium aliquod ex phantaſmate fieri nequit,niſi etiam res cuius eſt ſimulachrum
imago ue cognoſcetur,Q uomõ autem niſi ſenſu cognoſcetur?cum phantaſma ſit
corporeum,& quatenus corporeum repræſentare intima nõ poteſt formamq; præ
ſertim a qua ſumitur differentia conſtitutrix.quo pacto inquã noſcetur ueram eſſe
illius ſubſtantiæ imaginem & ſpeciem?Neq; n.ſi mihi Romæ quiſpiam monſtret ſpe
ciem,ſimulachrum ue,Sententiam ferre poſſum rite & exactæ an uerum ſit,niſi Ro
mam ante perſpexerim,& tam diu certus non ſum,q̃ diu ipſius contemplator imagi
nis,id cuius eſt imago proprie & exacte non perſpicio,ut fieri tandem poſſit primæ
imaginis ad id cuius eſt imago ſincera & exacta collatio.Dixi primæ.i.eius quæ a re
ipſa primo depromitur,nam Roma niſi per imaginem uideri non poteſt,neq;.n.il
la ipſa oculos ingreditur,nec etiam ipſa mouet imaginatio ſecundum id quod in re
eſt,ſi uerum ſcribit Auicenna in libello de uiribus cordis,At ſecundum id q̃d in ea
repræſentatur.Nec uidetur negari poſſe,& ab imagie & ab imaginis effigie,tum ue
re tum falſo præſentata,poſſe poteſtatem ſenſilem permoueri Roma enī ſua ipſius
imagine pupillam ingreditur.& imago etiam Romæ ex materia aliqua fabrefacta,
ſpecie quoq; & imagine ſuſcipitur,non ipſamet corpulenta materia,unde & imago
primæ rei,& ſecundæ,hoc eſt effigies imaginis,in conſiderationem cadát neceſſe eſt
quare primam imaginem Romæ mẽte quoquo mõ abſq; re cuius eſt imago cõceptã
ipſi rei cuius eſt imago contuli.& quod allatum eſt de uno eoq; eminẽte inter alios
& prope ſpiritali admodum ſẽſu,de reliquis multo magis id ipſum patebit,facta nõ
ſeorſum quod & ſupra ſubindicatum eſt, ſed unius ad alterum ſenſum collatione:
quando rei cuiuſpiam imagine , quam meis auribus hauſi: rei ipſius ſinceram
non eſſe imaginem deprehendo,cum oculis eandem haurio:ut pote qui inueniam
longe ſecus eam mihi afformaſſe animo ex auditu,q̃ oculis concepiſſem ſic,ut inde
aliter effingam ipſam animo,& iam conceptam,rei ipſi aliter & componam & cõpa
rem.Iudicio aliorum quibus credam & coniectura mea moueri poſſum ad iudican
dum uti ſupra eſt in parte declaratum,a me ipſo proprioq; iudicio,niſi illud ipſum
fiat,ut rem ſeorſum nouerim,uere nequeo ferre ſentẽtiam.Adſtipulari quoq; huic
noſtræ diſputationi poſſunt Stoici Senecæ de cæleſti arcu diſſerẽtis, pauca illa uer
ba,mendacium eſſe ſine re ſimilitudo.Fuit enim abuſq; p̃hĩs pythagoreis uetuſtiſ
ſimis repetita ſẽtẽtia,ſimile cognoſci ſimili:q̃q̃ phyſicus heraclitus maluerit diſſimi
li diſſimile.ſed Ariſto.& pleriq; platonicorum tam & ſi id quod recipit denudatũ eẽ
a rei receptæ natura uoluerunt,ſimilitudine tamen cognitioné parari non abnuũt
quã quidẽ ſimilitudinẽ ſiue nomẽ ipm ſiue rem conſideres diuerſi diuerſo mõ ex
preſſerunt,alii.n.ſpeciem,imaginem alii,ſiue effigiem,alii ſeu ideã ſeu formam, alii
notionẽ,neoterici ẽt intentionẽ,ſimulachrum alii,alii ſpectrũ uocauere,alii ipſo ſi
militudinis nomine expreſſam maluerunt:quoad uero pertinet ad rem, alii pror
ſus eſſe uoluerunt id,qd recipitur cognoſciturq; actu idẽ cũ eo qd prius erat pote
ſtate in ipſa potentia cognitrice,ita ut cognitio quantum ad ſpiritalem eſſentiam
nihil aliud ſit q̃ forma in cognitrice poteſtate collocata, alii maluerunt actionẽ

Probatio eiuſdem opi.

Auicenna.

Concluſio.

De modo cognitionis per ſimile et de uariis ſimilitudinis ipſius nominibus.

eſſe quæ intus maneat, a forma illa deriuata: aliis uero magis placuit eam præhendi formam illam & tanq̃ ab ipſa cognitrice potentia contineri. Verum cum formã dicimus, non ipſam formam quæ ſit forinſecus, uolunt intelligere illabentem, & tanq̃ in animum tranſilientem, ſed ipſius effigiem formæ, ſpectrum ue, ſiue imaginem ſeu mauis ſimulacrum, aut ſimile quiddã, aut potius ipſam ſimilitudinẽ receptã in aio: Nec ſtoici epitecti monitio illa nõ põt huc ſpectare, rerum imagines hominum animos non res ipſas affligere. Certe ex omnibus quæ diximus uidetur colligi nõ poſſe, intellectum ex ſe ſe & primo cognoſcere ſubſtantiam naturaliter per eius ſpeciẽ ut uere ſcire ſe noſcat ex regulis Ariſtoteleis, & forte nec alterius philoſophi ex gẽtibus, q̃q̃ platonici propter ideas & inditas quas ponunt in anima ſpecies, quas ẽt nonnulli admittunt peripatetici ueteres, Theophraſtus hãmonius alii, non tot anguſtiis premerentur, ſed experres tamen earum prorſus non eſſent. Peripatetici uero poſteriores mirum anguntur in modũ, unde inter ipſos Ariſtotelis nouitios ſectatores tanta diuerſitas, diuerſis motos dictis, nam alii ſpecie ſubſtantiæ ut diximus Alii accidentis ſpecie, & alii diſcurſu tantum, alii perfecte hac in uita cognoſci proprie non poſſe cenſuerunt. Illi ſane uidentur mihi melius illum intellexiſſe qui ſenſibus & coniectura & rationis diſcurſu utendum putant, quoniam ille a ſenſu incipit, & ad ſenſum ſe ſemper confert. At cum ſenſus, uti probatum eſt ſæpe fallatur, & coniectura labet, a nobis non certo ſatis, aliorum autem iudicio qui uere ſciant ſciri perfectius poteſt. Vnde fidei præcellentia ſupra ſenſilem cognitionem ſe ſe exerit ac multo etiam clarius, & diuina & ſuper naturali illuſtratione cognoſci ſubſtantia maiorq; q̃ natiua illuſtratione poteſt, ſed de theologicis ad præſens irradiatiõibus non loquimur, ſed naturalibus & iis de quibus diſſeruit Ariſtoteles. Quibus omnibus colligere poſſumus paucis, quod longo ſumus diſcurſu proſecuti, ut ex regulis Ariſtoteleis, & modo cognitionis quem ille tradidit, definitio haberi certa nõ poſſit quæ differentia conſtat ultima, hanc enim ſi tollas definitionem ſuſtuleris. porro ipſam differentiam ſublatam iri oportere depræhenditur Ariſtoteleo dogmate ſenſuum ueſtigiis freto, quibus illa capi non poteſt, propterea q̇ accidentibus dumtaxat ſenſus immorantur, nec ad rei eſſentiam penetrant. q̇ ſi propria ſciretur definitio, ſciretur utiq; propria differẽtia, & affectio neutiq̃ ignoraretur: qua nota, & quæ ab ea profluunt paterẽt proprietates. Vnde & cur magnes ferrum trahat? uel ad eã illud accedat? & cur trifolium tribus non quattuor polleat foliis? & cur ferratæ ſint triticiariſtæ? & cur alia figura ſalicum frondes, q̃ platani, & eiuſmodi cætera, optime tanq̃ ex cauſa propria noſcerentur. Cum autem ignoretur unde. ſ. propriæ ſignentur exacteq; procedant, ignorari & illa a quibus procedunt manifeſtum eſt. quo pacto. n. cauſas effectuum qua tales habentur noſcemus? Si noſcere nequimus effectus cauſarum quatenus ab ipſis effluant propria, & exacta ratione? Sed. n. ignorari iſtiuſmodi omnia, conſenſus philoſophorum boni nominis aperuit, & in cauſa eſſe docuit rerum ex elementis conflatarum, totius mixtionis ignorata proportio de qua & forma exurgit, & prodit differentia, & de hac uirtus manat propria, tãq̃ fluuius e genuino fonte, aliæq; ſubinde ſuo ordine uires deriuantur, agente cælo diuificum lumen atq; calorem, diuerſe nihilominus receptum diuerſo intemperamẽto: quod & ambientis aeris conditione, & ſpatio temporis adeo uariatur, ut ipſa ẽt rei natura uarietur, & ad animum etiam uarie afficiendum pertendat, quoniã alia iuuenis

Diuerſae peripateticorũ ſententiae de modo intelligendi ſubſtãtiam

Fidei pcellẽtia.

Epilogus ſuperius diſputationis.

Confirmatio

Aliæ cõfirmationes p rõnẽ ei authoritatem

iuuenis alia ſenis eiuſdem æſtimatio,quod & ingenioſus ille poeta uiſus eſt nō ignorasſe cum cecinit.Diſſimilemq; animum ſubiit ætate relicta.ſed recedant fabulæ,aſſubeat Ariſtoteles,qui de corporeis functionibus non diſſimilia dixit aſſeuerans,Senem ſi oculum iuuenis acciperet uiſurum ut iuuenem. quod tamē neſcio an uerū? quia ipſa uiſio non ab oculo ita pendet,quin & quoquo modo pendeat a reliquo totius corporis temperamento:a quo & ipſi oculo feruntur ad uidēdum ſuppetiæ.uariatur ſane ſpatio temporis natura cōpoſitæ rei,quā depræhendere niſi experimentis nō poſſumus,nec ſemp eiſdem,propter diuerſas & loci & ipſius temporis cōditiones uarias,& ſexcentas deniq; mutationes,tam rei cuius experimentum ſumitur,q̄ eius qui experimento ſenſus rerum ſcientiam indagat. Ouidius Ariſto. Cōtra ariſto.

Ex eiſdem fundamentis et aliis plæriſq;,contra diſtinctionē demonſtrationis quia et ppter quid ab Ariſtotele poſitam,et etiam contra eius artem definiendi ſupra taxatā multa dicuntur. Caput undecimum.

Dabitur & hinc facile declarare q̄ uanā ſit ab eo illa tradita diſtinctio demonſtrationum,quarū altera ab effectu,altera procedat ex cauſa q̄q; ipſi etiam authori demonſtrare multa ſatagenti plane refragetur:& eo maxime q̄ illa ipſa demonſtratio quam dixit ex cauſa procedere,ſiue ut neoterici dicūt a priori,& cui nomen fecere propter quid,uerā dixit eſſe demonſtrationem,& ſuper eam eſſe decreuit mirum exaltatam quæ ab effectu procedit ſiue a poſteriori(ut neoterici dicunt) cui contigit appellatio quia. Itaq; a priori ſimpliciter & abſolute cūm procedit Ariſtoteles,quæri ab eius nimiis amatoribus poſſet,quo modo effectum deprædēdit?quo pacto ipſius effectum cauſæ,quiſquis ille fuerit effectus decernit?Nam ſi primo a cauſa procedit ad effectum ni ſuas deſerat regulas,ſenſibiliter procedere illum omnino neceſſe eſt,neq;.n. principia illa intellectilia,niſi a ſenſu collegit,cognitis rebus ſingularibus quō ſupra ſatis explicuimus.Si ſenſibiliter,quæro primum quo modo prius cauſam agnouit?nā ſi intellectilis eſt cauſa,ſenſili opus fuit in primis,cum uoluerit nos egere ſenſu tāq̄ pedagogo.quo pacto enim per intellectum cauſa priuſq̄ effectus cognoſcetur?ſi nihil in intellectu eſſe uoluit,quod prius non fuit in ſenſu,& ab effectu ſenſus cognitionem trahit.ſi ſenſilis uero cauſa fuerit,nihilominus eam niſi coniectura non potuit appræhendere,intermediis uidelicet accidentibus,cum ſenſus ipſe ad rei eſſentiam non peruadat.ſi alterum altero dicas agnouiſſe,idq; diuerſe,confuſe primum mox & diſtincte,circulo reuolueris.Nam ſi ſenſu primum mox intellectu dicas illū fuiſſe uſum:quo pacto illud uerum fuerit,quod ab eo prolatū eſt,q̄ certior eſt quæ per cauſam q̄ quæ per effectum ducitur demonſtratio,cum ad id monſtrādum alio non nitatur fundamento q̄ ſenſu?Dices ſenſus quidem uiam priorem eſſe,intellectus uero certiorem & digniorem.At negare non potes quin ſenſui feratur accepta omnis,igitur certitudo pendebit a ſenſu qui effectum percipit,ex quo cauſa cognoſcitur.Vnde in ſecundo libro de cælo Ariſtoteles ipſe cum quæſiſſet,cur non ea quæ diſtant magis a prima ſphæra,paucioribus moueantur motibus,& difficultatē maximam ſubiunxiſſet,exiguam compræhendendi ueri facultatem nō aliter ſubſignauit,q̄ ſubderet,parum ſe habere certum unde exordiretur,quoniam ab effectibus Argumētatio. Reſponſio. Cōfutatio pria. Cōfirmatio ex ipſo ariſto.

quæ ipſis contingunt remoti eſſemus. Et in primo de partibus animalium, primum
inquit res perſequamur quæ quocunque in genere conſpectiores promptioreſque ha
bentur, deinde cauſas reddamus & generationem. Effectum itaque, cognoſcendi tradi
dit eſſe initiũ: At cũ in poſterioribus analyticis hanc poſuerit regulam, medium ini
tiumque probandi certius eſſe oportere q̃ id quod ex illis conficitur: Vnde illa decan
tata apud ſectatores eius, definitionẽ certiorem, dignitates quoque propoſitionibus,
propoſitiones concluſione demonſtrata certiores, Denique unum quodque magis eſſe
tale q̃ id quod propter ipſum eſt tale, ut ignis eſt ignito ferro calidior. Cũ itaque hæc
ſe ſe habeant ut diximus, & cum ita hæc ipſe ſtatuerit, cur nõ uidit demonſtrationẽ
quæ ex effectu cauſam depræhendit, certiorem etiã eẽ oportere illa, qua, ex cauſa ca
pitur effectus: cum tota firmitas cognoſcendæ cauſæ pendeat ab effectu qui & pen
det a ſenſu, a quo dignitates & cõmunes animi conceptiones corrogat inductione,
quæ ſingularibus utitur, communitas, & ſingularia ſenſũ depræhendantur interme
dijs accidentibus. Sed ſit certior intellectus & cognitio ea certior quæ pendet a cau
Cõfutatio ſecunda. Ariſto. ſa, nunquam Ariſtoteles ea quæ ab effectu eſt uteretur ſemper: cum a ſenſibus indagari p
curat intellectilia. nunquam & phyſicum finem ſubijcit ſenſui: cum ſcribit in tertio de cæ
lo effectricis finem ſcientiæ eſſe opus, phyſicæ uero id quod proprie ſecundum ſen
ſum appareat, maximeque demonſtrandi confecerit artem, ut phyſicæ ſcientiæ deſer
Philoponus. uiret, tũ quod inuentam illam ab Ariſtotele ſcribit philoponus, & tamen ante Ariſto
telem mathematicæ ſcientiæ confecta erat facultas demonſtrandi, tum quod inductio
ex qua paritur demonſtratio, ſenſus ope nititur in colligendis particularibus, eaque
demonſtrationes geometricas aut arithmeticas minime conſtruit. hoc cum ita ſit
nunquam illud ex eo ſequetur: ab Ariſtotele nil unq̃ demõſtrari ſi uera prodidit. Alexã
Alex. der Aphrodiſieus: Is enim in commentarijs in primum librum metaphyſicorũ pro
didit nullam demonſtrationem procedere a poſterioribus hoc eſt effectibus euen
tiſque rerum ſenſu captatis. Idem eſt author ſcientiam & cognitionem quæ definitio
nibus habetur, meliorem ea eſſe quæ per demonſtrationem conficitur. Vbi autẽ ſub
latum iri monſtrauimus definitionem, nunquam colligere poſſumus non ſolum artẽ Ari
ſtotelæ demonſtrationis eſſe ſublatam, ſed modum præcipuum cuiuſcunque cogniti
Multas ſciẽdi rõnes et uias. onis & ſcientiæ humanitus excogitatæ: Scientiæ inquã non qualiſcunque, nam mul
tas eſſe ſciendi rationes & uias quis abnegauerit: ſed eius quã Ariſtoteles imagina
tur quæ certiſſima ſit & exactiſſima adeo, ut aliter fieri contingereque nõ poſſit. hoc
ẽ ut neceſſaria ſic ſit, quod nec putari, quicq̃ ex aduerſo poſſit. Dicturi ad hæc fortaſſis
Reſpõſio duplex Prima. quidam ſunt, duo, primum quod non de omnibus demonſtrationibus quia & propter
quid noſtra in Ariſtotelem argumenta probent, quod probare tentauimus, ſed
de iis tantum modo quæ aliter nobis aliter naturæ ſunt nota. Sunt autem quædam
quæ ſimul nobis ſimul naturæ ſunt cognita, in quibus uidelicet ex effectu non pro
cedimus ad cauſam, nec a cauſa remeamus ad effectum, ſed altero cognito cognoſci
Secũda reſpõſio tur & alterum. Secundum quia ex regreſſu illo, & ut ipſi loquuntur negociatione, ac
quiritur cauſæ notitia quæpiam clarior & dilucidior. quæ quidem duo ſi reproba
Cõfutatio primæ reſponſionis. uerimus uel nihil uel certe parum habituri ſunt quo nitantur. Nam nihil tale eſt in
rebus quæ ſub obtutum cadunt, quod & nobis ſimul & naturæ ſit notum, ſi ab Ari
ſtotele nolunt recedere, apud quem in principiis phyſicis, illud potiſſimum ponit
innatam eſſe nobis uiam a notioribus nobis, ad ea quæ ſunt ipſi notiora naturæ.

Remotio tacite obiectionis

Nec mathematica nobis ingeras cũ ꝙ naturalia ita nõ ſunt,ũt ẽt diũerſa putẽtur, diuerſaq; de ui.i ꝙ ſcietiæ coſtituãtur,tũ ꝙ ſup rebus et naturalibus,ſi qcq̄ habet peii oino fundatur.quõ.n.circulũ,aut triangulũ(uerbi cã) cognoueris ni prius ea delineata fuerint in ſenſili materia.Et numerũ pariter quo pacto aio capies,niſi res numeratas appræhẽderis.qua ꝓpter dicũtur abſtrahi a naturalibus rebus ea qbus mathematicarũ nomẽ obtigit.Nec illud obſtiterit diuerſas eſſe rones eorũ(ut aiũt) formales,unde diuerſa quoq; rõ ſpeculãdi.quid tũ?nos de fundamento ſenſili,qđ eis uidelicet ſuppõitur uerba facimus.

Alterius obiectionis Remotio

Cõtra auerroem

Nec audiendus Auerroys,& ſectatores primo phyſicorũ & ſecũdo de aia particula uigeſima quinta,tertio quoq; de aia particula ſexta octauo ẽt phyſicorũ,& in meteoris,& in ope de ſenſu,eu no ſolũ in mathematicis,ſed & in naturalibus rebus id euenire docẽt,Nã exẽplũ quo uidetur fieri,de albedine & eius ſpẽ nõ ſatisfacit,qm̃ ſpẽs eſt in oculo priusq̄ effectus debet haberi albedinis,ac ꝑ eã uii per effectũ uidetur albedo,Vnde fit ut ipſa ſenſus nã i ſe prius habeat quoquo mõ effectũ q̄ cã cognoſcatur.De ipſa.n.cauſæ cognitiõe ꝓprie,non de ſegregatiõe aut illuminatiõe q̄ſtio uertitur,ꝓcurrũtq; ẽt cauſæ notitiã,effectus illi ideit pupillæ quæpiã(ut ita dixerim)dilatatio,& opticorũ exhilaratio ſpirituũ.

Confutatio ſecũdæ reſpõſionis

& qđ attinet ad illã ſuã negociatiõnẽ nihil certe(ut mihi,ut aliis ẽt uidetur)lucrãtur. Nec ſi illi recte ſupputauerint rõneſq; & habiti & expẽſi rite ſubduxerint,ẽt creditores ſe ſe nequibũt oſtẽdere,ordinẽ dũtaxat terminorũ nacti,quo facile ex altero i alterũ demigrent.Nũq̄.n.cã ſe ſe illis patefaciet magis q̄ effectus,ipſius uidelicet index aſſiduus & ſi Ariſto.uere hac in re decreuit,neceſſarius.ꝑ ſi cognita re q̄ eſt cã,& cognita re q̄ eſt effectus,poſſe a re effectũ in cãm referri dixeris,eedẽ te difficultates circũſtabũt,quas initio capitis huius tetigimus.nã tu ipas res ſenſu prius cognoueris,& cõiectura dephẽderis,intermediis accidẽtibus:unde ſi quicq̄ demõſtrare uolueris,ad effectũ & ſenſus notitiã ꝓ certitudine habẽda,niſi ab Ariſtotele deſciſcas, illico tibi recurrendũ fuerit.

Ex alio fundamento Ariſtotelis cõtra diſtinctionẽ demonſtrationis iam confutatam et cõtra artem definiendi ab ariſtotele poſitã

Libeat ẽt ex aliis Ariſto.fundamẽtis mõſtrare uanã eẽ diſtinctionem demonſtrationis ab eo traditæ.Atq; inde colliges te,ex eius dogmatis quicq̄ non poſſe uere & exacte definiri quod primo & principe propoſito probaturos nos ſuperiori capite recepimus,Quattuor oino cauſas per ſe eſſe decreuit Ariſtoteles,materiam,formam id unde primũ motus,& id cuius gratia.Finẽ uidelicet, qui ſæpenumero ſi ſit proximus,idẽ eſt qđ forma.Sed unde na quæſo ex ipſis cauſis ducet originẽ ſcientiæ hoc eſt demõſtrãtis ſyllogiſmi?

Argumentatio per membra explicatur

Quæ.n.dicuntur intrinſecus poſitæ.i.materia & forma,ſiue res ipſas conſideres in ſe ſe,ſiue noſtri facultatem intellectus magnam omnino præ ſe ferunt difficultatem.Mouet.n. intellectum res ut eſt actu forma uero actu ita eſt,ut eius ope,quæ prius poteſtate fuerat fiat actu materies.materia igitur non primo atq; per ſe cognoſcetur,ſed per formam,Vnde & a Timeo primum locrenſi ,inde a Platone dicebatur animo capi ratione notha,hoc eſt non legitima naturæ notitia percipi.Et Ariſtoteles ipſe proportione quapiam decreuit illam cognoſci,id eſt dicere,ex tranſmutatione,ſi recte ſenſum eius percepit Auerroys ,docens tranſmutatione materiam ,actione formam datam eſſe nobis intelligi .Cum igitur materia non moueat intellectum niſi per formam , forma uero niſi actione & operatione cognita ſit: Ab operatione ipſoq; opere, ad cauſam progredi oportet ,multoq; magis ad eam unde principium motus ,ut pote quæ ſit extrinſecus poſita ,longeq; remotior . Et quia iſthæc noti-

Timeus
Plato
Ariſtoteles
Auerroys

tia prior ab ipſo ortu indita,ad eandem,ut pote firmiorem & cognitam recurſus da
tur,quo minus decipiamur in aliis capiendis,quæ noſtræ ſunt minus nota naturæ:
quã ob rem firmior & certior effectus erit cognitio,q̃ cauſæ,quæ uidelicer non per
ſe,ſed per aliud,hoc eſt ipſo ex effectu,& operatione cognoſcatur. Atq; hinc paret
uanam fuiſſe diſtinctionem demonſtrationis,quia & propter quid, cum prior illa
ſit certior,non certa minus,ut uoluit Ariſtoteles,certior.n.q̃ per ſenſũ, quo ille tãq̃
certiſſimo indice metitur omnia:certior quæ effectus nititur iudicio, idq; maxime
in rebus naturæ in qua præcipuæ demonſtrationes per effectũ ſumũtur,ut ẽt Tho
Thomas. mas aduertit in tertio aduerſus gentes.ex hoc apertiſſime uidere ẽt poſſumus ibe-
cillitatẽ facultatis definiendi,quãdo notiones ipſæ,quas intentiones appellãt.i. ge-
nus & differẽtia,illud a materia,hæc trahi dicatur a forma,cũ genus materiæ ppor
tione ſeruata,niſi p differentiã,differẽtia niſi p opationẽ ex ea fluentẽ dẽtur intelli
gi,& cũ multorũ generũ eadẽ quãdoq; & cõis forma uidet,interſtinguere oportet
quatenus dirimũtur,& quatenus cõueniunt.Inde euenit,ut ppria forma ex qua p
pria ſpẽs,propriaq; differẽtia trahitur inueſtigãda ſit,ea uero ita ex propria affec
tione,quæ paſſio nũcupatur a iunioribus phis,cognoſcetur,ut a propria opatione
forma ſpẽiq; cognoſcitur,ſed cũ propria cuiuſlibet rei opatio,cognitione certa &
exacta pcipi nequeat,ut paulo ẽt poſt declarabitur,pari pacto ppria affectio pci-
pi neqbit,Nãq; & rerũ omniũ cognouiſſe prius opatiões oportuiſſet,ſi cuiuſpia rei
propriã & peculiarẽ,quæ nõ ſit ei cum aliis cõis,certo pcipere uelles.& eadem rõne
ſpẽs oẽs nouiſſe opus eſſet,ſi proprias affectiones alicuius ſpẽi,exacta notitia cape
aio cuperes.Cum autẽ fieri hoc Ariſtotelea doctrina ullo modo nõ queat,neqbit
& illa ipſa propria differentia cognoſci,nequibit,& qđ eſt ſequens,proprie quidpiã
Difficultas pe nes quid formę diſtinguã tur. exactecq; definiri.Cæterum cum peripateticis non ſatis cõueniat,penes quid formæ
naturales maxime inter ſe diſtinguãtur, fiet quoq; manifeſtum nõ conuenire de ea
rum ſpẽbus,differẽtiis,affectionibus,quo pacto uidelicet ſecernãtur,ita ut quæ pro
pria ſit unius ,quæ propria aliarum queat internoſci,ſi uti receptum ẽ , diuerſitas
ſpẽrum quæ conſtituuntur differẽtiis,a quibus affectiões manãt,a forma depẽdet.
nã qui penes diuerſitatẽ principiorum actiuorum ſecerni formas dixere,qm̃ omne
agens faciat ſibi ſimile ſecundũ ſpẽm:illud diſſoluãt oportet,quõ humani cõceptus
nõ plane reſpõdeãt parentibus :qm̃ & monſtra generãt,& excremẽtitiæ moles.& ſi
in materiã id retrulerint,multa tamen addere & demere opus erit,ut propoſitio ip
ſa uera indicetur.Illud itẽ edoceãt cõuenit,quõ genita ex putredine irrõnalia ani
mãtia,iis quæ maris & fæmine cõcubitu genita ſunt,ſimilia ſint,ẽt in eadẽ ſpecie:ut
multi aſſeruere.Qui uero penes diuerſitatẽ opationũ diſtingui dixere,uel id patiũ
tur incõmodi ab aliis qui aſſerũt eãdẽ formã diuerſarũ opationũ eſſe poſſe princi
piũ,& diuerſas,formas earũdẽ optionũ eſſe nõ poſſe principia,minime cõuinci,cum
oẽs ad unã exploratæ nõ ſint.Qui uero nõ penes oẽm diuerſitatẽ,ſed eã ſolũ quæ i
altiori entiũ gradu,rẽ collocat,ita ut ſit eſſentia pfectior:idẽ nõ uidentur effugere:
quia idẽ ẽt uidẽtur dicere,cũ oĩs opatio ſpẽ differẽs eſſentia pfectior eſt alia uel im
perfectior.Alii ad diuerſa genera ſe reduxere.uti uerbi cauſa materiale & imateria
le,qm̃ tũc aliud(ut aiũt)eſſe ſortiũtur eductũ e re ſubiecta,in qua radicetur & in q̃
nõ firmẽtur illa,quæ extrinſecus aduenitũt.Sed obiici põt q̃ hoc modo forma una,
gratia exẽpli mixtæ rei forma,pbari diuerſa nõ poſſet a forma uitæ,& q̃ de gene-
ralibus

ralibus tantum formis,non de iis quę dicuntur ſpecificæ,ſermo haberetur,quare ni hil eſſet quantum attinet ad operationem ſpecierum.Sed utcunq; ſe ſe habeat res, ita certe ſe habet,ut ſi nihil certum de formis,nihil certum etiam de ſpeciebus ,diſ- ferentiis,proprietatibus,peripatetica ex doctrina colligamus.

Quod non ſolum incerta ſunt apud Ariſtotelem et ſenſus et definitio quibus utitur tan q̃ fundamento et tanq̃ medio et cauſa demonſtrandi,ſed et progreſsus etiã et finis, hoc eſt et propoſitio uniuerſalis et affectio ꝓpria ſubiectæ rei. Caput duodecimũ.

P Robatimus & aperte ſatis (ni fallor)incerta eſſe,& fundamentum & cauſam mediũq; demonſtrandi colligendiq; ſcientias ab Ariſtote le excogitata,hoc eſt ſenſum & definitionem non eſſe eiuſmodi, ut ibi queat exacta rerum ſcientia fundari,& q̃q̃ ex eis ipſis colligere poſſemus affectionem quam de ſubiecto afferre cupiunt demonſtratores nõ certo colligi,quoniã ſenſu eſt opus,incerto plurimũ,& differentia,unde trahi debet igno ra eſt:nihilominus labore alio eſt nobis nitendum.Reſtat enim ut progreſſum etiã uniuerſum,& finem monſtremus incertum,hoc eſt incertam eſſe affectionem illam ſubiecti propriam,quæ dicitur demonſtrari,& uniuerſales propoſitiones quæ maxi me per demonſtrationem exiguntur,idq; in ipſa ſpecie & uniuerſim,adeo ut Ariſto teles propterea cenſuerit,propoſitiões quibus demonſtratio conficitur,de omni di ci oportere,quoniã omni etiam ſubiecto talem affectionẽ ſpeciatim ineſſe ipſa in concluſione,hoc eſt demonſtrationis fine termino ue colligitur.Colligi autem ne- quit,niſi ex propoſitionibus,quæ ipſam præcedunt concluſionem.Quapropter & il las ipſas quæ negociũ conficiunt propoſitiones aſſumptionesq; ,& de omni & uni uerſales eſſe conuenit.Has ergo propoſitiones quaſ & certas & uniuerſales eẽ opor tere cenſuit Ariſtoteles,minime certas conuicemus:& maxime quæ dicũtur affirma trices,cum tamen ſine duabus,uel ad minus ſine altera ,nequeat ulla,authore Ari- ſtotele,confici demonſtratio,quæ rem ita eſſe uel non eſſe per ſe principeq; propo ſito nobis oſtendat.De iis enim quæ ducere ad abſurda & ad inconueniens ,dicũtur demonſtrationibus,uel certis ſi ita dicere libeat probationibus, aduerſus uanas & nullius momenti opiniones,ut ante dictum eſt,uerba non facimus,neq; enim pro poſitum nobis ẽ tollere: qn aduerſus opinionem fatuam aut minus certam poſſit afferri certa probatio,uel ex eis quæ minus bene poſita ſunt aſſumptis,oppoſitum ſententiæ alicuius inferre,hoc enim ipſum quod quidẽ pertinet magis ad argumen tandi artem & uim q̃ proprie ad rei naturæ demonſtrationem,hoc inquam ſi ſubla tum iri uellemus nobis etiam officeret,qui minime certam doctrinã Ariſtotelis,cer ta quærimus probatione conuincere,& ſi id nequeamus ſane probabili, nam quod poſitum eſt confutare,q̃ non conceſſum aſſerere,multo facilius,& uia quædam ſub ſternitur etiam ſtrata,ei qui ex ſuppoſitis & traditis,aduerſum quiddam & oppoſi tum eis ipſis quæ ſuppoſita ſunt,ſi non nihil ipſe ueri addiderit ,inferendi.At quo pacto certã uniuerſalẽ probationem habebimus cũ incerta ſit ars inductionis,ſine qua incerta ẽ uniuerſalis propoſitio?ſi dixeris uniuerſalẽ ꝓpoſitionẽ te a priori(ut aiũt) probaturũ,te ipſum Ariſtotelis authoritate repellã non qua nup ſumus mul tipliciter uſi,ſed qua priores eaſ & nullo intermedio probandas uoluit,neq; ad mi ſit,ut communes illæ animi conceptiones omnibus notæ ,demonſtrationem ipſam

Quod uerba non fiunt de demonſtrationibus quę du cunt ad incõ modum.

Generalis rõ cõtra uniuer ſalem propo ſitionẽ et no titiã propriæ affectionis.

propriæ ingrederentur,quas quidem initio operis ſatis innuimus non Ariſtotelis doctrina,ſed naturalis luminis beneficio cognoſci,Et iam antea diximus oportere

Reſpõſio ob iectionis

contrahi ſi debeant ingredi materiam particularem:illud autem nõ obſtiterit ſi aſ feratur intellectum illas ipſas a ſenſu elicere,nam præſupponere oportet ſenſum,ni hil falſum,nihil incertũ imaginationi,& imaginationẽ nihil inane nihil quod non rite a ſenſibus impreſſum ſit,intellectui præſentauiſſe,Nec officit ſi dicatur aliquas notis terminis agnoſci,nec aliter cognoſci principia authore Ariſtotele niſi quia termini eorum ſeu nomina cognoſcuntur:nam minime perlegiſſe uidentur Ariſto telem qui non ibi de principiis uniuerſalibus uerba facit,quæ longo progreſſu col ligi docet in calce ſecundi analytici ad parandas propoſitiones uniuerſales,cõficiẽ dæ demonſtrationi ſubſeruituras.Atq; illa eius uerba ſunt,prima inductiõe cogno ſci neceſſarium eſt.prima autem quæ dicit,pro principiis conficiendæ demonſtrati onis poſita eſſe,multi docent interpretes.itaq; inter proxima & remota principia

Inductio et p batio et expo ſitio.

non diſtinxere qui contra ſentiunt,& inductionem ipſam non rite factã non aduer tunt ſi omnia non collegerit,uel dum ea ipſa probatio dici poteſt,ut cum illa uer ba inferuntur,& ſic de ſingulis,uel dum expoſitio nominari,ut cum percurrit ſingu la,nec quicq̃ relinquit in tactum,Sed q̃ non certo hoc fiat,q̃ debiliter pauloPoſt aſ feremus.Ad hæc quid nomine ſignificetur principiorum etiam ſi cognoueris, non propterea tibi faciet id ſatis ad notitiam propoſitionis de qua loquimur uniuerſa lis.Sed quid ipſa ſit res nouiſſe oportet,quod ut aſſequaris opus fuerit tibi,ut mul ta cognitione rerum ſenſilium imbutus antea fueris. Nanq; terminum ſubiectum prædicato aut conuenire aut remoueri cognoſſe neceſſarium eſt,neq; enim ſimplex hæc ſed compoſita cognitio,qua quicq̃ ineſſe cuipiã,aut affirmamus,aut negamus Vnde ſi uniuerſaliter afferre id uolumus diſcurriſſe antea per omnia oportet . Nec

Contra Auer roem.

audiendus Auerroys docens aliquos eſſe intellectus quibus duo ſingularia ſuffici ant ad colligendam uniuerſalem enunciationem:id enim & Ariſtoteli boniſq; peri pateticis,& rationi maxime aduerſum.Ex duobus enim quo pacto omnia? quo in quam pacto certam uniuerſalem probationem habebimus?quo item pacto certa de omni ſubiecto conuincetur affectio.Sed de hac re operis decurſu latius,nunc de

Quid induc tio et q̃ debi lis,autoorita tibus móſtra tur.

ipſa inductione.Ea eſt,quæ ex ſingularibus colligit uniuerſalia,Vnde & uniuerſalia parantur enunciata,& ſi qua probatio maximis illis quæ naturæ lumine patẽt pro poſitionibus adhibenda eſſet,non aliam uerius q̃ ex inductione protuleris, quæ & ſumpta aſſũptaq; comunit omnia,ex quibus inferatur neceſſaria concluſio,cum to tum hoc ipſum demonſtrans reſolutoriumq; negocium,pẽdeat ab inductione quæ ſenſu intermedio conficiat uniuerſales propoſitiones.Ipſe quidẽ Ariſtoteles in cal ce ſecundi libri poſteriorum analyticorum prima principia inductiõe cognoſci ma nifeſtum dicit,Atq; ita ſenſum uniuerſalem effici ſectatores docent: Modus inquit

Themiſtius.

Themiſtius quo uniuerſale conſtituitur cognoſciturq;,inductio eſt,inductionẽ acci pio aggreſſionẽ illã rõnẽq; p quã ex notitia particulariũ utcũq; ad intelligẽtiã uni uerſalis uenitur,huius rõnis aſſũptiones ipſi erũt ſenſus,nã ſẽſus quoq; principia & cauſæ ſunt ut ſingularia noſcitentur.hæc Themiſtius quibus ex uerbis ẽt ſigniſi catur non certo ad hanc uniuerſalis colligẽdi facultatẽ aſcendi,quia intermedio ſẽ ſus non ſemper certi: quia non exacte:ſed utcunq;:nec alia q̃ inductionis uia quæ

Philoponus

fundatᷣ in ſenſu.Io.quoq; grãmaticus cognomine philopõus initio poſtremi reſolu

torii

rii ſcribit ita ἀνάλυσις ἐστὶ ἡ ἀπὸ τῶν μερικῶν καὶ καθ᾽ ἕκαστα ἐπὶ τὰ καθόλου ἄνοδος
hoc eſt reſolutio é a particularibus & ſigularibus ad uniuerſale aſceſus . Mox ſubto
dit ipſam ee ſrē re cuſlū a cōpoſitis ad ſimplicia,& ab effectu ad cām , exin ope pce
dēte cū de ipſa finitione quæ minime demōſtrari poſſit uerba faceret, inductione ca
pi nō poſſe docuit,de ipſa tamē inductionis poteſtate diſſerēs inquit ἡ γὰρ ἐπαγωγὴ
ἰσχυρότερον δηλοῦν ἐστὶν ἐπὶ πάντα τὰ μερικά Et.n.inductio quod uniuerſale eſt
oſtendit inter cogendum omnia particularia,non inſtar Auerroys ait duo uel tria
ſed omnia inquit particularia & merito quidem.Eſt enim inductio uti Ariſtoteles Ariſto.
cenſet in topicis ἔφοδος ideſt uia ſiue ingreſſus a particularibus ad uniuerſalia.
q̄q de inductione alibi aliter decernit,ut pote,cum non colligit ex particularibus;
ſed cum ipſa ſyllogiſmo colligitur quod facit in prioribus analyticis.Aliter quoq;
in rhetoricis.Verum nunq̄ aliter ſumit cum de conficienda & corrogāda uniuerſa
li propoſitione mentionē facit.ita & Themiſtius in poſterioribus analyticis induc
tionem eſſe aggreſſionem rationemq; per quam(ut repetam & inculcem quæ dixi
mus)ex notitia particularium utcunq; ad intelligentiam uniuerſalis uenitur;hoc ē
collectione particularium ,qua in re ſæpenumero latere fallaciam,non ſolum uide
tur illa indicari particula,utcunq;,ſed ueteri opinione,non dialecticorum modo,ſed
rhetorum,idq; antea Tyro animaduertit impugnans Catonem qui in Rhodienſiū Tyro.
cauſa fuiſſet uſus inductione,re(ut uoluit)admodum inſidioſa,& ſophiſtica,neq; ad Tulius.
ueritates magis q̄ ad captiones reperta.Et ſane nihil fidere,aut certe parum induc
tioni boni peripatetici uidentur,quandoquidem Themiſtius idem cenſet ipſos ſen Themiſtius
ſus aſſumptiones eſſe inductiōis,q̄m ſenſus principia ſint & cauſæ ſingularia cogno
ſcendi.uniuerſale autem,concluſionem illarum aſſumptionum haberi,ut hinc lice
at deprhendere,quantum diſtent a concluſione principia.Sic & Hāmonius in por Hāmonius,
phyrii uoces inductionē dicit eſſe orationem,quæ uniuerſale ex particularibus red
dat credibile,Quare non certitudinis ſed perſuaſionis probabilitatiſq; illi præſtitu Obiectio.
it metam,Quod.n.fit humanis ſenſibus credibile.id neutiq̄ certum,aut eſt aut habe
ri iure merito debet.Sed nec ipſe Ariſtoteles uiſus eſt inductioni fidere,cum ſecūdo Solutio.
de animalium partibus uolumine ſcribens inquit nec inductione id tantum patet
uerum etiam ratione.Nec itē Plato quādo qui eius collegit dogmata phs Alcinous
inductionem progredi uoluit uel a ſingularibus,in quibus parum eſſe uitiū ad col
ligenda uniuerſalia docuimus,uel a ſimili,quem locum inter probabiles tm̄,conſtat
eſſe repoſitum.At inquies quaſdam eſſe propoſitiones Auerroe authore, quæ mo
dica egent declaratione,eaſq; probari,aut hypothetico ſyllogiſmo,aut inductione.
Reuolueris eodem,nec te te extricas de laqueo,Nanq; hypothetico ſyllogiſmo non Obiectio.
fidit Auerroys ut pote incerto & inductionem amplectitur libentius,Quare in ip
ſa inductione ſiſtendum.Dices ſi duorum uel trium indiuiduorum proprietatem Solutio multi
affectionem ue cognouero,cur & illa aliis etiam indiuiduis ineſſe non collegero.?Il plex.
lo inquā pacto non collegeris,quo ſi tres uel quattuor addo,& centum & mille etiā
Myriadas hoīū,albo colore,ſucculēta & uiuida carne,pmiſſoq; capillo ſpectaueris.
oēs pptere a collegiſſe ita eē hoīes affectos nō potuiſti,q̄m ſūt in æthiopia hoīes,
& nunc etiā noſtris in oris,qui nigri ſunt,& retorrida carne,& torto uixq; de cute p
minēte capillo,eodēq; ppe cōbuſto.quos ſi nūq̄ uidiſſes , falſā ppoſitionē uniuer
ſalē illis de rebus,tāq̄ uerā,multiſq; pbatā ſenſiōibus & expimētis,ptuliſſes. Dicet

Obiectio.

quiſpiam non nigrorem alborem ue intelligo,accidentia uaga,& quaſi dixeris de
luitoria,ſed ſtata & firma ideſt proprias dico paſſiones:quæ dicuntur fluere a prin
cipiis ſpeciei:unde ex duobus uel tribus authoritate Auerroys depræhenſis omnia

Solutio multiplex et a pluribus eruta fundamentis.

collegero.falleris quidem,quoniam non ſatis omnino conſtat,ſi & quo modo inde
fluant:& an omnis forma propriam ſic habeat ſuæ ſpeciei affectionem,ut cum alia
nullo pacto communicet,& quo etiam pacto forma ſecernatur a forma,unde ppria
uidelicet manet affectio,uti ſupiori capite diſputabamus.Facilis dubio procul pp
terea lapſus eſt,ſenſu.n.uteris,quo tibi facile fiet impoſtura,& accidentibus quæ ia
cent extrinſecus cognitis,primum niteris,ad hoc intraneum accidens,& ut dicunt
inſeparabile depræhendendum.Quo.n.pacto(uerbi cauſa) riſibilitatē aut diſcipli
nabilitatem(ita fari liceat)præter ꝙ ſenſibus indagaſti? Nam riſum primum aduer

De affectione ridendi et diſcendi.

tiſti,multoſq; ridere & uidiſti & audiſti,id in cæteris arbitratus,quoniam multos ea
dem affectione teneri perſpectum eſt tibi.poſtea admirationem in cauſa eſſe dixiſti
atq; ita alios diſcere,quæ prius non norant,conieciſti,quia.ſ.aduertiſti noticiæ rerū
capaces:& uideri noſſe quæ ignoraſſent prius.Vnde hoc? diſcurſu & coiectura qua
dam.non n.claro id intellectus intuitu depræhendiſti,ſed ratiocinando ex ipſis quæ
ſenſibus hauſiſti.quid ſi alia eſt huiuſce rei cauſa,ꝙ admiratio?quando & ſunt quæ
admirantur,non tamen ridere illa compertum eſt.multa autem præter hominē ra
tione pollere & phi multi,& multi quoq; theologi putauerūt,ut eſt antea monſtra
tum.quid ſi homines ſunt qui & admirentur & non rideant?quid ſi alia rideāt præ
ter homines ut quæ dicta ſunt ratiōe pollere?quid ſi ita hæc connexa non ſint,ut
ſeorſum habitare poſſint?Multos fuiſſe qui nunꝙ riſere proditum eſt hiſtoriis,regi
ones etiam eſſe in quibus homines nunꝙ rideant,quid prohibet?quid poſtea illos
ipſos nō eſſe riſibiles?arbitraria igitur uidetur illa cauſæ redditio potius ꝙ certa &
conſtans:præcipue in peripatetica phia,quæ ex ſenſu & accidentibus proprietates
eſſentiæ rimatur,& rem ex ſimilitudine ipſius conſectatur.Nam platonici qui p
inditas ſpecies fieri cognitionem uolunt,quas quidem ſpecies multi & inſignes pe
ripatetici adnitūtur ut in cōmentario in tertiū Ariſto.de aia librū cōprobauimus
illuc ſe ſe poſſēt cōferre,ſed & ex formarū ab Ideis illapſu intellectiuū,dicere poſſēt
pcipi illas ipſas eſſētiæ cuiuſpiā affectiones pprias:an uera quoq; eſſet ſimilitudo?
cognoſci poſſe idearū participatu.Ita de re diſciplinabili quæſtio uertet,quādo de
ſatyris,de canibus,de elephātis multa diſputauere phi uti retro diſſeruimus,ſed cō
tra eos ēt ad luci multa poſſe,ex iis quæ ſupioribus libris retulimus plane pſpicuū.
At peripatetici quid ſūt dicturi?ſenſui ſemp audiētes ut pueri pedagogo:quo ſen
ſu non ſolū hominē eſſe riſibilē:ſed calorē eſſe pprietatē ignis(ut de re quæ clariſ

De proprietate caloris in ſole et igne.

ſima putatur ſumamus exēplū)eo ipſo ſenſu nitentes cōphendere nequeūt.nō pp
terea ſolū qđ alii dicunt eius formā eſſe calorē,ut Alexāder,Alii ꝙ forma quæ ex
tēdi pōt & dilatari,ſed propterea ꝙ in ſole ēt id ipm ſi ſenſum ſequātur ſtatuerēt,
ut eſſet uidelicet ex forma calidus.qđ tamen reſpuit Ariſto.uniuerſa familia:Am

Ambroſius.

broſius in quarto hexaemeron.uidetur id apte recipe,cū ſolē igneū aſſeuerat:mul
ti cū Ariſto.ſentiunt,rātūdē tamē hic colligit nullo alio uſus interpte ꝙ ſenſu.Viriſ
q;.n.calefit hō,ſed coniectura ex uicinitate pfecta,multū diſpeſcuit alterum ab al
tero:cum ignē dicāt ſua forma calidum:hoc ē caliditatē adeſſe ignis formæ ut pro
priū accidēs ſubiecto ſuo ſemper adhereat:Solē uero uirtute calidum qa uidelicet

afficit

afficit caloribus inferiora,non pprietate quæ illi inſit ulla caloris:q̄q̄ & Democrito
placuit ut eſt in plutarchi ſtromatibus,& in primo Euſebii,ſolē nullo mō calidā ha
bere naturam.ſed utcunq̨ ſtatuatur calidus,opus eſt conjectura atq̨ diſcurſu i ſen
ſu fundato,qui ſæpenumero fallax,ſæpiſſime incertus.idq̨ amplius etiam patebit ſi
diuerſitates proſequamur ita aliis in rebus,ut in hominibus pro exēplo ſumus per
ſecuti,quo tandem propoſitiones uniuerſales etiam in accidentibus quæ ſenſu per
cipiuntur infirmemus.Sic etiam de coruis dixiſſes omnes uidelicet nigros,aliquos
tamen albos inueniri,& in logicis inſtitutionibus & quinto huius libri capite ſcrip
ſimus:ſic animalia omnia,aut maſcula aut fæminea exiſtimares ,niſi nonnulla eſſe
quæ nullum habeat ſexum ſcriberet Ariſtoteles in quinto de hiſtoria animalium,
& in ſecundo de eorum generatione affirmaret anguillam nec marem eſſe nec fæmi
nā, ſic ēt ex mare & fæmina naſci diceres plē,aut etiam ex putredine aliqua,nul/
lo autem pacto ex fæmina ſine mare:nec Vergilio audires(puto)de equabus uento
prolem concipientibus in hiſpania,niſi Varronis & Collumellæ præter Plinium ac
ceſſiſſet authoritas,& Ambroſius confirmaſſet in quinto hexaemeron, uultures ſi
ne ullo maſculorum ſemine concipere & ſine coniunctione generare.Illiſq̨ etiā om
nino non ſtares ut facile exiſtimo,niſi Ariſtoteles ipſe in quinto de natura anima
lium multa ſine coitu animalia a matre concipi & generari & in lucem effundi ſcrip
ſiſſet,& in ſexto eius operis ut cætera ſileam,mures ſine coitu impleri non narrauiſ
ſet,& in ſecundo & tertio de generatione animalium multa quæ hac de re in hiſto
riis dixerat cōfirmauiſſet.Itemq̨ ſi diſſectionis arte fretus,intranea corporū uiuen
tium membra uidiſſes,milleq̨ in animantibus iecur aut aliud,quod dextræ inſideat
parti,membrum aduertiſſes ,ita ſemper iacere:num propterea in omnibus ita eſſe,
aut ſemper fuiſſe pronunciaſſes?At Ariſtoteles ſcribit aliquando ea ipſa membra
uitalia quæ dextrorſum locata ſunt ſiniſtrorſum poſita in nonnullis quadrupedū
reperiri ,ut cum aliis in locis,tum libro de natura animalium primo.In quo & pdit
fel nullum ineſſe pecoribus quadam in parte agri chalcidici Euboiæ.In naxo uero
omnibus fere quadrupedibus adeo grande,ut qui ſacra fecerant aduenæ conſtupe
ſcerent.Sic eodem in opere,libro.s.ſexto de natura animalium,ceruas in mōte Aſiæ
elapho nomine,apud Arginuſam,omnes ſciſſa aure eſſe,fœtuſq̨ earum iam inde a
primo partu in utero idem cōtrahere ſignum memoriæ prodidit.proditaq̨ alia ad
hunc fere modum pleraq̨ reperies in eo opere,quod de partibus animalium quod
q̨ de eorum generatione perſcripſit:cuius operis libro quarto & duplicem in ani
mali lienem uiſam affirmat,& animal caruiſſe liene,& felle priuata animalia,& plu
ra in aliis cōperta,& in latere ſiniſtro iecur deprehenſum,& in dextro lien animad
uerſum.Theophraſtus quoq̨ ſcribit paphlagoniis perdicibus duo fuiſſe corda, reli
quis animalibus unum.priuſq̄ hoc fuiſſet compertum,& ab ipſo proditum,quis id
ipſum tuliſſet?quis non exibilaſſet?tanq̄ id quod contra tot experimenta militaret
contraq̨ præceptorem Ariſtotelem:qui nullo pacto admitteret,uni animali duo in
eſſe corda,ut pote duo uiuendi ſentiēdiq̨ principia:potius duo eſſe animalia quod
unum uidetur,affirmaret:potius etiam duo hepata ſiue iocinera admitteret Ariſto
teles,quæ ineſſe bisaltiis leporibus nec ipſe negat in libro de auditionibus admira
bilibus,nec Theopompus non ſcribit in uigeſimo hiſtoriarum:nullo aūt pacto duo
corda ulli animali concederet Ariſtoteles:ſcribit.n.quarto de generatione anima

De coruorū colore.

De ſexu animalium

De equabus uento concipientibus.

Multa animalia ſine mare concipere.

Membra intranea prępoſite collocata et defuiſſe, et ſuperfuiſſe.

Theophraſt9

lium,quod unum cor habet unum eſſe animal:quod duo,id duo eſſe animalia. Sed
quis tria corda ineſſe animali cuipiam poſſit obſtinate negare?omnia.n.& ſingula
animalia prius perſpecta habuiſſe oportuiſſet & non pauca,non etiam multa,om/
nia inquã & ſingula.Sic & ipſemet Ariſtoteles ſerratos eſſe piſcium omnium dētes
De ſcaro piſce putauit.At uiſo ſcaro,eum ab omni excepit multitudine,Quid ſi alii ſunt qui mini
me ſerratis dentibus uitam degant?Neq;.n.omnes piſcium ſpecies eius ſe ſe oculis
ſubiecere.Nec unius etiam ſpeciei omnia indiuidua,q̃ ſæpenumero ab aliis ſunt in
diuiduis tam diuerſa,ut an eiuſdem ſint ſpeciei præbeant occaſionẽ dubitãdi: Quo
modo etiam audacter de ſcaro uiſus eſt decernere Marcus Antonius,& phs & impe
rator in eius opuſculo quopiam,q̃ eſſet uidelicet omnium piſciũ laſciuiſſimus,atq;
(ut eius utar uerbo) λατύσταλος oẽs .n.antea,& ſingulos noſſe piſces oportuiſſet
Sed & aliunde etiam afferri multa poſſent,ut fiet opere procedente,quo minus quæ
de omni dicitur propoſitionem afferre queas,niſi omnia per ſingula cognoueris.
huc non ex animalibus tantum,ſed etiam de ſtirpibus mille afferri poſſent excpla
Multa de plan tis rara. Theophraſtus primo de hiſtoria plantarum ſcribit laurum Alexandrinam fructũ
ſuper foliis gignere quod tamen in aliis non uidemus,&alibi etiam ſcribit.i.quarto
de eadem hiſtoria libro morum egyptiam,præter id quod fructum caudice gignit,
id etiam habere,quod non eſt cum cæteris arboribus cõmune,q̃ lignum eius cæſũ
continuo uiride eſt,in aquæ uero profundo ſi demerſum fuerit ſiccatur.. Inductio/
Contra inductionem multi pliciter diſputatur et propoſitionẽ q̃ dici tur de omni. nem tamen quiſpiam exiſtimaret poſſe fieri,ſi ex aduerſo ſtatuatur:cũ ſicca etiam
ligna ſi demergantur uiridеſcere quodam modo ſatis cõſtet,Inductionem quoq; la
terum in aqua proiectorum,q̃ merganiur quis non admittet?At ſi aſſenſus fueris
Senecæ peribit inductio:nam in tertio naturalium quæſtionum libro,eſt inquit ad
huc ſtagnum inſulæ in quo natant lateres,& mergi proiecti non poſſunt.Sed quæ
ſo te(ut magis fiat quod uolumus manifeſtum)quo nam modo cum demonſtratu
rus eſt quidpiam Ariſtoteles,ſeu quiuis alius peripateticorum,ubi ſumptũ uniuer
ſale propoſuerit,quod ab aduerſario negetur,quo inquã modo id probabit?induc
tione dices , neq; aliam tradidit Ariſtoteles uiam colligendi corrogandiq; pro/
poſitiones uniuerſales . At philoſophorum multi uanam dicunt inductionem,
quo ad hoc attinet,ut uniuerſalia corrogẽtur.petunt.n.nun omnia particularia ſi
bi colligere uelint,ad conficiendam uniuerſalem propoſitionem,an aliqua tantum
ſiue multa,ſiue plurima,ſi primum reſpondeas,Id te polliceri,q̃d præſtare nequeas
affirmabo.Q̃m omnia particularia innumerabilia ſunt,quæ non datur ut colligi
poſſint:ſi dicas aliqua,etiam plurima,tum quod reſiduum eſt,efficit ut propoſitio
non ſit uniuerſalis,quæ ex omnibus conſtat,nõ aliquibus aut pluribus aut etiã plu
rimis,unde reiiciuntur,non ſolum qui affirmant ex tribus uel quatuor ſingulari
bus colligi uniuerſale;ſed etiam ii qui dicunt unum quandoq; ſingulare ſatis eſſe,
ut omnis ſol,omnis phœnix dicatur,nam præter ea quæ ſupra ſunt allata,illud hac
in re priuatim põt afferri,primũ q̃ ſingularis opponitur uniuerſali, deinde ſi plu
res ẽt ſoles,plures phœnices haberentur,An eiuſdem eſſet naturæ dignoſcere opor
tuiſſet,coniectantur enim eiuſdẽ eſſe naturæ,at neſciunt.ſed nec ſcire queunt, cum
non exiſtant;nec ullum habeant quod per ſenſum explorari poſſit,fundamentum
quo pacto ergo colligetur uniuerſale,q̃d ex pluribus conficitur ſingularibus?Atq;
ita etiam reiiciuntur qui putant uniuerſalem propoſitionem poſſe uniuerſali pro

bari

bari oritur enim eadem prorſus difficultas,nam quæcunq; illa ſtatuatur uniuerſa
lis propoſitio,ex ſingularibus collecta confectaq; fuerit ariſtoteleo dogmate:nulla
enim ex terminis nota,ſed ſenſu indagata & ſingularium collectione confecta.Exci
piam autem ego ſi placet hoc negocium in ipſo etiam lycio diſcutiendum,& adiciã
dictum ab Ariſtotele propoſitiones ipſas de omni,non de aliquibus aut plurimis
dici oportere,ſi habiles demõſtrationi parandæ debeãt fieri:alioqui tãq̃ a ſymbolæ
poſſũt a demõſtrationis poſtibus eliminari.Qua ex re excluditur eorum reſponſio,
qui dicunt Ariſtotelem non affirmando ſed negando locutum de omni,quia ſcrip
ſerit non in quodam ſic & in quodam non,neq; aliquando ſic & aliquando nõ.quid
enim per illa uerba aliud dedit intelligi q̃ ut omnibus & ſemper id quod prædicat
adeſſe oportere?nun & ipſe de multis, de plurimis dicere ſciuiſſet?At de omni di/
xit.Nec mihi ſatisfaciunt exempla illa quando idem de eodem prædicatur,nã affe
tio ſubiecti non eſt id proprie & exacte quod eſt ſubiectum. Minus etiam ſatisfacit
exemplum de coniũctionibus planetarum qui non ſemper,Sed ſuo tempore cõgre
diuntur:ſunt enim uariæ de eis opiniones,uariæ ſupputationes,uaria experimẽta,
uti libro tertio huius operis monſtrauimus:& error paucarum minutiarum in ſup
putando & i obſeruãdo loca,totam demõſtrationem quæ parabatur plane ſubuer
tit.Excluditur etiam eorum reſponſio,qui ex ſimilibus coniectari ſimilia poſſe di/
cunt:nam præter q̃ ꝙ falſum eſt omnia particularia eſſe ſimilia, plures enim omni
no partes ſunt in quaq; re:quibus aperte res ipſe diſſimiles compræhendantur.Cer
te id nõ erit propoſitiones afferre de omni,nec conſonabit aliis cõditionibus, quas
propoſitioni demonſtratrici competere neceſſario uoluit Ariſtoteles:ut & primæ &
ueræ,& certe , & notiores concluſione ſint .Quo modo enim & primæ & ueræ
ſi coniectura ſimilium captatæ?quo modo & ea de cauſa non incertæ?quod enim
certi habemus id non coniicimus:quo modo notiores concluſione,ſi principiũ erit
tantummodo probabile?et concluſio debeat eſſe demonſtratione firmata.coniec
tura enim quod colligitur neceſſarium non eſt,ſed probabile,hoc eſt uel multitudi
ni,uel pluribus,uel ſapientioribus uiſum,non autem omnibus:Quod autem neceſſa
rium eſt id omnibus & omnino,non uideri modo,ſed ita eſſe & conſtare decernit.
Quare ſequeretur primo illud abſurdum ut propoſitiones collectæ cõiectura, hoc
eſt a loco probabili.s.a ſimili corrogatæ,principium demonſtrationis haberentur.
Sequeretur et illud , ut concluſio eſſet ſuo principio certior , quod nequaq̃ eſſe
poſſe omni cum lycio clamat Ariſtoteles.Quod ſi iis preſſi anguſtiis reuoluãtur in ca
put,& polliceantur ſe omnia colligere ſingularia , non ſolum id tanq̃ factu impoſ
ſibile deridebitur,ſed p Porphyriũ excludetur a limie doctrinæ Ariſtotelicæ,qui Pla
tonis iuſſu cenſuit quieſcendum ubi in diuidendo ad particularia eſt deuentum,ſic
autem & in colligendo,nam ex diuiſione collectio,eoq; magis ꝙ ipſa particularia
ab Ariſtotele dicuntur eſſe infinita,maxime cum mundi æternitatẽ ſit commentus,
quæ etiam ſi non eſſent infinita,tam magno tamen ſunt numero,ut ab ullo homie
neutiq̃ poſſint haberi.Vbi autẽ non habebitur propoſitio uniuerſalis, nec affectio
uniuerſalis de re ſubiecta concludi poterit.Non poſſe autem haberi affectionẽ pro
priam de ſubiecto uniuerſaliter atq; certiſſime,quemadmodum uoluit Ariſtoteles
ſatis probatum eſt,primo fallacia ſenſus,deinde inſcitia definiẽdi,quoniã ignorata
propria differẽtia,& propria quæ ide fluit ignoratur affectio,& imaginis præterea

Confutatio reſpóſióis multiplicis.

Colligitur ſuperior diſputatio.

tenuitate,& imbecillitate ſimilitudinis & cōiecturæ & diſcurſus incertitudine,&alio rum in eandem rem ſæpenumero communicatione,quæ ſine diligenti examine nō communis ſed propria cenſeretur.quæ q̄q̄ in hoc diſcriminis non ueniret,nō poſ ſe tamen eam uniuerſaliter colligi debilitate inductionis,aperte monſtratū eſt,qua ſ non poteſt uniuerſalis propoſitio certo & exacte corrogari.Confirmari quoq; d ipſum poteſt authoritate Philoponi,magni & inſignis peripatetici,qui in ſua in elē chos paraphraſi ita decreuit τὸ γὰρ καθόλου ἀεὶ ἔνστασιν ἔχει hoc ē dicere,&.n.q̄d ē uniuerſale ſemper habet inſtantiam & uniuerſale ſimpliciter duxit in medium, nō ſophiſticū aut probabile.Nec uidetur diſſonare Seuerinus Boetius cum primo de trinitate uniuerſales eſſe fidei articulos decernit,quia non habeant inſtantiam, eo q̄ fidei falſum ſubeſſe non queat,quaſi tacite doceat,inſtantia non carere ea quæ uniuerſalia dicuntur humana placita,Ioſephus quoq; rhacendites dum agit περὶ ἐπαγωγῆς hoc eſt de inductione conatur monſtrare ipſius methodum,eodem ra men & ipſe recidit,ut data inſtātia pereat inductio,ſi.n.inquit omnia colligere nō detur,inuenta ē methodus ut a paucis queamus inducere,afferamuus quæcūq; poſ ſumus,& tum dicamus aduerſario,ut & ipſe afferat,& enim oportet monſtrare qua in re nō ita ſe ſe habeat res,hæc ille,mox cōcludit καὶ εἰ μὴ δείξῃ [illegible] hoc eſt & ſiquidem oſtendet hoc,uincit.Sed ipſe primum dicerem non propterea ſequi ut id ſit uerum cuius oppoſitum ego nequeam oſtendere,cum multa ſint in rerū na tura,quæ ut me,ita plurimos etiam lateant,& multa etiam falſa quibuſdam ueris p babiliora ſint ipſo Ariſtotele authore,Deinde docerem ut philoponi authoritate iā docui,uincere ſemper poſſe,qui uniuerſalē propoſitionē labefactare uoluerit. quæ rit autem inductio uniuerſalem conficere propoſitionem tanq̄ finem ſibi præſcriptu tum,quem ubi aſſequi non pōt , aut nihil efficit,aut niſi fallatur,quam tamen falli monſtrabimus,probabili nititur coniectura.Sequenti autem capite,& falli multipli citer,qui propoſitiones uniuerſales aut colligunt aut negatas probare contendunt, tum rationibus,tum exemplis oſtendemus & explicabimus.Sed prius & ratiōes qui bus ſumus uſi,& peripateticorum authoritates,ipſius Ariſtotelis authoritate fir memus,ut inductionis debiliſſimas in conficienda uniuerſali propoſitione uires p pius intueamur.Tertio de generatione animalium libro,quorumdā reprobat opi nionem qui eo lapſi fuerant , q̄ differentiæ quæ multæ ac uariæ in animalium coi tu generationeq; ſunt,non omnes pateant ſed paucarum quarundam intuitu idē in omnibus eſſe oportere arbitrentur.Et eodem libro cum poſtea de apum genera tione diſſereret,& ſe ad eos referret,qui in eorum animalium cura uerſantur,ſingu lari quadam peculiariq; natura,genus apum eſſe decreuit,& ob id earum ortum pe culiarem merito decreuit,hoc eſt ut generentur ab earum regibus, & ipſe fucos ge nerent.ergo nec inductio de aliis animalium generationibus,nec uniuerſalis propo ſitio ſine coitu concipiendi,aut generandi animalia,faceret hac in re ſatis,niſi & ad peculiarem naturam,& ad peculiarem ortum deueniretur.tam uaria uero in rerū natura animalia,tam multiplices res,ut multa ſint omnino peculiaria . atq; iccirco in aliarum rerum conſortium non colligantur . Quinto etiam de generatione ani malium reprhendit Democritum Ariſtoteles cum de animalium dentibus deciduiſ & non deciduis diſſerit,quoniā non id aduertiſſet Democritus quod eſt in omnibus. qui.n.(ut inquit)uniuerſim diſſerit,de omnibus dicat neceſſe eſt,quo circa non be

Confirmatur authoritatibus peripateticorum ipſa diſputatio. Philoponus. Boetius.

Ioſephus.

Contra Ioſephum rhacēditem.

Confirmatur authoritatibus ipſiusmet Ariſtotelis.

ne

ne illum egiſſe uoluit quia non omnibus conſideratis,cauſam reddidit in uniuerſum.sic & in libro de partibus animalium quarto damnauit eos qui ex aliquibus compertis colligebant caetera.quod & iis quæ ex ipſo retulimus apertiſſime conuenit,& repugnat eis quibus & rara omnia in numerum redigi,& quæ inſolenter fiūt, in genus reduci non curauit.de quibus omnibus opere procedente latius agetur. Satis.n.oſtendimus,& rationibus & authoritatibus peripateticorum,& ipſo ex Ariſtotele quod uolebamus,quare & proceſſus demonſtrandi per propoſitiones uniuerſales ſolido eget fundamento,& demonſtrationis terminus.i.uniuerſalis affectio ſiue proprietas ſubiecti redditur incerta,eoq; magis ꝙ ignorata ſubiecti natura,& maxime propria illius differentia,quam ignorari cum ageremus de definitione patefactum eſt,ignoratur affectio,quæ inde manat,Nam ſiue una ſit rei cōpoſitæ forma,uti uoluit.s.Thomas & alii permulti,ſiue plures ut Io.Scotus & alii plerięq;:Nihil ominus a differentia propria propriam deducere affectionē & proprietatē conantur omnes,ſiue diſtincta ea putetur re,modo Aquinatis:ſiue ex rei natura,modo Scoti,ſiue alio quocunq; modo ſeiunctionis diremptam arbitrentur:eamq; dū indagatur multipliciter dare occaſionem fallacis incertæq; coniecturæ ſupra monſtrauimus,& optime uideri factum,ſi exinde probabilitas eruatur.proceſſus itaq; probabili erit coniectura non ſcientia nixus,niſi fallacia miſceatur,quā mox docebimus eum ſequi,cui ex pluribus omnia collecta putentur.Igitur ex certiſſimis,quæ ſe re nere putant argumentis,ad dialecticos locos dilabentur,probabiles illos quidem, ſed incertos,ac per hoc probabiles,quia & alia ei poſſunt ex aduerſo adduci probabilia,de quorum locis prudenter docuit Ariſtoteles octo libris,ut noſceremus quo pacto ad utranq; partem probabilibus poſſemus argumentis diſputare. Adderem etiam illud,nec ſine authore,non ſolum,nullam propoſitionem uere & ſimpliciter eſſe uniuerſalem,quæ uel non dicatur de omni,hoc eſt,cū nihil eſt ſumere ſub ſubiecto de quo non dicatur prædicatum,uel de nullo,idest cum nihil detur ſumere ſub ſubiecto a quo non remoueatur predicatum,ſed formam ſyllogiſmi eſſe prorſus inanem,in qua ipſe propoſitiones ſine conditionibus eiuſmodi collocantur,quoniam ea ipſa regula omnes boni ex communibus terminis ſyllogiſmi conſtituuntur, ſed ſatis mihi ex me ipſo uideri poſſum feciſſe,ex eis quas adduxi rationibus,ut propoſitiones uniuerſales,quibus & Ariſtoteles & alii phi gentium plurimum utūtur labefacta rem.qui uero hæc ad ſyllogiſmi formam ſpectantia uidere cupiunt,& quæ ꝓprie ſimpliciter uniuerſalis ab eo nūcupetur,& quæ quadamtenus hoc nomine polleat,& qui nam termini ad eas conſtituendas requirātur,neq;.n.id quod ſcribo omne,ſatis eſſe ad propoſitionem uniuerſalem ſimpliciter & perfecte conficiendā,ſed quoquo modo,&(ut ille ait)ſecūdum quid,aperte exiſtimauit:Sed omne quod eſt, uel quicquid eſt dici oportere uoluit,quod ſi eſt uerum,multo etiam maior difficultas incumberet conficienti uniuerſalem propoſitionem,ꝙ ea de qua ſuperius abūde diſputauimus.qui uero hæc inq̄ uidere cupiunt:Quintam quæſtionem Petri aliacenſis in primum in ſententias theologicas commentarium poterunt intueri. Ego uero conabor oſtendere eos,qui moliuntur negatas propoſitiones probare,in fallacias ab ipſomet Ariſtotele damnatas incurrere.

Eos et fallaciam conſequentis et petitionis principii cõmittere, qui ex multis, omnia col ligi contendunt, et qui negata ab aduerſario propoſitione uniuerſali, probare illam ſatagunt, atq; ut cum eis bene ſtatuatur, probabiliter tantum argumentari, qui ſe de monſtrare ex Ariſtotelis doctrina putant. Caput. xiii. et ultimum quinti libri.

Aeterum maius id in Ariſtotelis diſciplina peccatũ eſt, ubiquis ea ſtetus, ſcientiam profiterur & docet errorem, ac loco demonſtratio num utitur fallaciis, quas ille duobus aperire atq; refutare libris co natus eſt. Eſt inter alias una celebris, quæ accepit nomen conſequẽ tis, in quã incidunt quicunq; ex particularibus modo, non omnibus omne colligũt. Falluntur &.n. quoniam ex omni atq; uniuerſali re, particularia ſub ea contenta in ferri colligiq; poſſunt, non tamen contra fit, nam non commeat ratio, non recipro- catur diſcurſus. Neq;.n. cõſequitur ſi aliq̃, ſi multa, ſi plura, ſi pluria ẽt collegeris, ut collegeris omnia, Quare fit, ut niſi omnia particularia noueris, quæ ſecundũ & Ari- ſtotelis ſententiam, & Platonis, cognoſci nequeũt, toties in hanc ipſam fallaciã, quo tiens propoſitionem uniuerſalem, & quæ de omni dicitur, fueris communiturus, im pingas. Q; ſi dixeris ei qui ex ſingularibus uniuerſale colligit, aut omnia concedi, aut inſtantiam dari oportere, nihil tamen dixeris quo ad pertinet ad ſcientiã. Q; uero ſpectat ad officium dialectici, non nihil certe dixeris, nam & ſi aduerſarius ne ſciat inſtantiam inferre, nun propterea tu ex eius ignoratione ſcientiam colliges? an magis tua in fallacia perſeuerabis, quo magis corripiente te, & commiſſum erro rem emendante carebis? hoc eſt iuſto obiurgatore indigebis, quo docearis non eſſe id in uniuerſum & in communi uerum, quod tu generatim uerum, uniuerſimq; pu taſti. Nulla.n eſt tua in connexo opportunitas, nulla neceſſitas: at error, delirium, fal lacia. Nam uerbi cauſa ſi quis dicat, omne animal inferiorem mouere maxillam, nun ſi inducet, & mille animalium, & forte ſex milium ſpecies numerauerit, uerus appa- rebit aſſertor? at ad unum cum uenerit crocodilum, falſus inuenietur, qui inter om nia animalia ſolus mandibulam mouet ſuperiorem, si etiam decem mille ſpecies ani mantium os habere noueris, & ita in cæteris eſſe affirmaueris indocendo, cum ad ei eadam perueneris, retraheris ab Ariſtotele, docente in quarto de natura animaliũ, eam ipſam ore carere, & ab eodem quoq; regulam trahere poteris, ut neutiq̃ affir- mes, quæ comperta ſunt multis aut ineſſe indiuiduis aut nõn ieſſe, eadem ineſſe om nibus eiuſdem ſpeciei, uel ab eis ipſis abeſſe. Vbi.n. quarto de partibus animalium li bro ſcripſiſſet, equum, Aſinum, Mulum, Ceruum, fele carere, De homine ſubiecit eſſe ambiguum, quoniam aliqui ſel in iecore habere uiſuntur, aliqui carent, itaq; inquit de toto genere ambigitur. qui enim alterutrum compererint, idem omnibus tribu- unt, quaſi omnes eodem habeant modo quo aliqui. & de ouibus quoq; idem ſubie- cit, in naxo eas habere fel, in parte quadã agri Chalcidici (q; & ſupra retulimus) non habere. quis hanc regulam contra ipſum non uertat authorem, quotiens una aliqua de ſpecie propter aliqua eius aut plurima etiam indiuidua uiſa, quicq̃ omni no uel affirmauerit uel negauerit, potuit.n. uidiſſe partem ita ſe habere indiuiduo rum eius ſpeciei, partem uero non uidiſſe, quæ alio modo & ab eis diuerſo natura formauerit. Sed.n. uti uetam non facillimum ſit inſtantiam afferre, quam tamen af- ferri poſſe Philoponus diligentiſſimus Ariſto. expoſitor aſſerit, Idq; uniuerſim &

Oſtenditur q; faciliter labã tur multi i fal laciam conſe quentis

Reſponſio

Confutatio multiplex

Regula ari ſtotelis cõtra ariſtotelem

abſolute

abſolute affirmat:& ſeuerinus quoq; Boetius dat intelligere & Thomas, etiã ſi ſe ad cõtingentem materiam forte recepit:Sed nullam certe exceptionẽ Philoponus facit,neq; id ore tantũ extrinſecuſq;,ſed & re,& penitus accipiendũ eſt.Vti inquã ueram afferre non ſit facillimũ,certe facillimũ eſſe non negaueris afferre utcũq;: qua ducta in mediũ,etiã ſi omni ueritate fulta non ſit,& tu nihilominus probare in uniuerſum propoſitionẽ ſatagas,Nũ errori miſcebis errori?& ex priore fallacia in aliã delaberis fallaciã,quæ uocatur ſecundũ petitionem principii?Cuius unus eſt & inſignis modus,cũ probaturis quicq̃ uel ignotũ uel iã negatũ ab aduerſario, id ipſum aut noti aut cõceſſi uice dsſumitur:Quẽ in modũ fallacẽ atq; ab ipſo damnatũ Ariſtotele omnes incidunt,q negata uniuerſali proportione eã ipſam conantur aſſtruere.Eſto aliqs exempli gratia,qui hac affectionẽ,i.aptitudinẽ ridẽdi, probare de omni homine uoluerit,& aliqs abneget:aliũ ne probandi modũ habebit, ſi inductione uoluerit uti,q̃ oĩa particularia colligere?quæ ubi nõ potuerit in unũ cogere,collectis quibuſdã,dicet,& ſic de ſingulis.Si ita effecerit,non ne petet qđ negatum eſt, & cõmittet fallaciã?qui.n.negat omnẽ hominẽ eſſe riſibilẽ,non affirmat omnẽ hominem nõ eſſe riſibilẽ,ſi quidẽ ex negatione maxime uniuerſali nõ ſequitur uniuerſalis affirmatio,ſed aliquem potius eſſe nõ riſibilem ſubindicatur: & ſi dare quiſpiam uoluerit inſtantiam,ſit uera,ſit falſa,ſit dubia,talis inſtantia:expromet tamen illam explicabitq;,ut de quibuſdam proditũ eſt memoriæ riſiſſe nunq̃,unde forte & agelaſti manauit nomen:ille tamen riſibiles omnes affirmat. At ſi dicetur de actu ridendi minime loquor,ſed de aptitudine quæ fluit ab admiratione,quæ itidẽ ex ratione dimanat. Aduerſarius autem ſi replicet,alia eſſe quæ polleant ratione ut ſupra diſputatum,non tamen ridere aut ad ridendũ facta: Nũ hærebit ille inueſtigio,ut ſaltẽ id proprium non eſſe homini contendat amplius?maxime uero ſi negetur eos qui nunq̃ riſere aptitudinem habuiſſe ridendi,quæ.ſ.niſi ab effectu qui ex ea deducitur firmari non poteſt.Quid ſi omni animali etiam ſi plures rationalium ſpecies admitterentur,riſus facultas detur?quid ſi negetur rationem uniuerſim quibuſlibet ſpeciei cõpetere indiuiduis?quid inq̃ ſi negetur?probaturus ne id ipſum aliter fuerit ſi nitatur Ariſtoteli q̃ inductione?quod ſi fecerit non recidet eodẽ? At dicet quiſpiã ſi aut ego aut alius inductionem perficere nequiuero, tamen multis retro ſæculis ab omnibus uel plurimis,hoc uel illo obſeruatum eſt modo:quare uniuerſim potero ego colligere,et ſi uniuerſim ſingula non percenſuerim.Sed non eſt ita,nanq; ad hiſtoriam te aliorum remittis obſeruatorum,& fide ſimplici humana duceris.& præterea non omnes potuiſti obſeruatores percalluiſſe.quid ſi alii diuerſe obſeruauerunt?quid ſi decepti ſunt uel proprio ſenſu, uel fide hiſtoriæ? ut in deprehendendis motibus globorum cæleſtium,multos non recte recenſuiſſe quod obſeruatum fuerat,retro eſt a nobis comprobatum. Adhæc etiam ſi inductio rite fiat,& peram negetur,probare tamẽ te non poſſe quin fallacias incurras ex ipſo quo ſumus ubi exemplo monſtrauimus. quòd & facilius de reliquis hominis affectionibus patebit,quas fluere dicũt quidam a principiis indiuidui,puta de ſomno, idq; uarie:Nam omnes inſomnia uidere facile quiſpiam affirmabit,itemq; omnes homines ſomno correptos iacere.At qđ primo quoq; libro ſubſignabamus, ſcribit Ariſtoteles quarto de animaliũ natura uolumine,uiros & mulieres fuiſſe qui nũq̃ ſomniarent, & eorum aliquibus proceſſu ætatis accidiſſe, ut uiſo ſomnio mutatus ſit

Exẽplo mõſtrat lapſus in fallacem probationẽ petitionis principii.

Reſponſio.

Confutatio multiplex.

Reſponſio.

Confutatio multiplex.

Aliud exẽplum.

ſui corporis habitus,uel in morbum,uel in mortē.Sed.n. & antiqua compertum eſt memoria,Thraſymedē erei nunq̃ ſomniaſſe,Nec itē Cleonē Dauliū,ut eſt apud Plutarchū in libro de oraculorū deffectu,qui & ſubſcribit αἰτία δ' ἡ κρᾶσις τοῦ σώματος Ideſt cauſa autē corporis tēperatio. Tithoreus ēt Stoicus dormiens ambulabat, Et periclis ſeruus in ſummo tecti culmine ſpaciabatur:uti mittā quos ego noui maiora mirabilioraq́ feciſſe adeo,ut non internoſceres niſi difficillime eſſent ne correpti ſomno an eo ſoluti,qua de re ſecundo huius opis libro diſſeruimus. Sat ſit quantū attinet ad propoſitū,uniuerſales ꝓpoſitiones de huiuſcemodi humanis conſuetiſq; affectionibus cōfici negre,quæ ſpeciē nō cōſequunt̃ uniuerſam,ēt ſi plurima indiuidua conſequi uideantur, eaſq; ipſas pati ut recentiores philoſophi dicunt inſtātias qualeſcunq; ille ſint,ſane q̃ notum eſt. Sic ſupra de æthiopibus,& mēbris uitalibus præpoſtere locatis ex parte mōſtrauimus,q̃to igitur magis aliis in rebus erit cōſpi

Remotio obiectionis. cua fallaciaq́; ſi te non de accidentibus & iis functionibus intelligere q̃ materiam conſequātur,ſed q̃ formā aſſerueris & ſpeciem:reuocato in memoriā q̃ proximo capite diximus,dum de hominis riſibilitate & diſciplinatione,& Calore ſolis & ignis diſputaremus. Adde quod rerum proprietates,nec paucas quidē,nec multas,nec ēt oēs,ſed certe plurimas ignorari docet Thomas in primo aduerſus gētes. At in iis q̃ ſciūtur q̃ fere omnibus nota,quot quæſo inſtantiæ? Nō utcunq; ille qdē ſed certiſſi

Exemplum aliud. me.Capiamus ſi placet exēplū in re notiſſima,ut ſimul detegamus fallaciā, ſimul confirmemus philoponi ſententiā,Nullū eſſe uniuerſale qđ non patiatur inſtātiā, Ita.n.philoſophi latini dixere,Græci ἔνστασιν. Eſto igitur ut quiſpia hanc affectionē quæ ſit educere poſſe flauā de corporibus humanis bilem,probare de aloes herba, eius ue ſucco uoluerit,quā tamē negauerit alius,Eſto inquā dixerit quiſpiā, omnis aloes herbæ in ſtomachū hominis admiſſus humor,potis ē flauā bilē educere,quæ propoſitio apud philoſophos & medicos pro uera habetur,quādo & ab hoc & ab illo & ab alio & a multis ac pene innumerabilibus,ſuccus aloes uel epotus uel pilula catapocia ue deglutitus ſoluta aluo flauā bilē eduxit. Vnde ſenſu primū inde memoria & experiētia uniuerſale cōflatur ꝑ inductionē,ut docuit Ariſtoteles in calce poſtremi Analytici. Neget autē quod dictū fuerit aduerſarius,prouocet ille ad Ariſtotelē affirmātē τὰ πρῶτα ἐπαγωγῇ γνωρίζειν ἀναγκαῖον hoc ē prima uel(ut philoponus & alii interpretantur)principia,inductione manifeſtari neceſſariū eſt:declinet Ariſtoteleū tribunal aduerſarius,& iuſtā quaſi cauſā alleget,Et hac ſi placet ꝓpoſitione inſtet illi contradictoria: Aliquis ſuccus aloes epotus, uel glutitus pilula,nō educit ab humano corpore flauam bilem,& inſtātiā corroboret exemplo. certe probet ſuā uniuerſalem oportet eū,qui hanc de aloe affectionem demōſtraturus eſt, ſi inductione probabit,& colliget oīa particularia(neq; .n. alium docuit Ariſtoteles modū ſumpti uniuerſalis cōficiendi)petet id qđ principio negatum,quod dubium, & ſæpenumero falſum. Negatum quidem quia iam reſponſum eſt,q̃ nō omnis,quæ aliquis non,qđ uero dubium,quia æque dubium de eo,uerbi cauſa,Petro,de quo id aſſerere intēdis,quem non noueris,ac de Ioanne quem pariter non cognoueris, quibus diiudicandis ſimilitudine uſus eſt & coniectura,puta Martini,Iacobi, Thomæ,quos noueris uidelicet olim perpeſſos illa,quæ tu uis nūc aliis aſcribi. Sed plane

Remotio obiectionis. deciperis, qa ſimilitudines q̃ credunt̃,inueniūt̃ ſæpe diſſimiles,& coniecturæ nō eſt locus,ubi certiſſima expetit̃ ſcia. Nec rudis illa officit rāſio,Nām agere uniformiter

in pluribus

in pluribus nũ impediatur:Nã ſi in pluribus non in omnibus:& mille poſſunt uel extrinſecus uel intrinſecus occurrere impedimenta.Ut uniuerſa ab uniuerſa natura ad particulares rerum naturas & proprietates eundẽ transferre ordinẽ uelle in omni officio & munere,uiri eſt & parũ gnari rerũ naturalium,& inſolẽtis philoſophiæ, quiq; dubia pro certis affirmet. Atqui id non dubium tantum,ſed ſæpe numero falſum.Nã q̃q̃ aloes efficiatur ſucco(ne ab accepto ſemel exemplo recedamus)ut flaua bilis deijciatur ab aluo:hoc in permultis,hoc in pluribus,hoc in plurimis,ſed nõ tamen in oĩbus uerũ eſt:quando aliquis extat qui affirmat ſumpto aloes ſucco ſibi uẽtrem ſiſti & obſtirmari,& ea oĩa accidere,quorum aiũ eodẽ ſumpto contraria patiũtur.Nec hoc fingimus,uiuit ad hanc diem,& probus,& doctus uir,atq; medicæ peritus in primis,qui mihi nõ ſemel id aſſeueranttiſſime teſtatus eſt.Dices fortaſſe id euenire uitiato ſucco.At hoc,ipſe medicus & experientiſſimus q̃d nõ ſit probatũ medicis artibus,quod aliis nõ expertũ,non ſumit,hac maxime in re mirabili facturus neriſcatis periculũ.Neq; hoc ſubitæ alicuius incorpore factæ mutationi feras acceptũ: nam ſæpiſſime,quin & ſemper hoc ſe dicit expertum quotiẽs aſſumpſit adeo,ut uerſa quantũ ad ſe attinet medendi ratione,quotiẽſcũq; ſiſtere uentrẽ & obſtirmare,quoties indnere ſtypticã alui naturã uoluit,toties uſus eſt aloe.ut ex illo pateat uia ad probandã aduerſam ſententiam,q̃ non oĩs aloes ſuccus potis ſit educere flauam bilem.At ne unicũ tantũ hominem ueluti monſtrum refugiamus :nun prodit Ariſtoteles in prima ſectione problematũ ubi de re med.ca ſermonem habet,quoniã aliis alia cõcocta facilia,difficilia ue ſũt,idcirco nõ eadẽ eſſe oĩbus medicamẽta,ſed ꝑpria pleriſq; reperiri?Non produnt medicorũ & Galeni maxime monumẽta quod aliis uenenũ eſt animantibus,homini eſſe ſalubre,Cõtraq; quod homini uenenum id feris beſtiis gratiſſimum,idemq; ſaluberrimũ eſſe pabulum?Sed ne recedamus ab homine ne ſpeciei diſſimilitudo præberet anſam calumniandi:in eadem ſtemus ſpecie, nec Plinii citemus prodigia relata in ſeptimo,quæ ipſe dicit ab ingenioſa natura ex hominũ genere ſibi ludibria nobis facta miracula:ſed uenenum illud quo paſta eſt (uti etiã antea diximus) & nutrita authore Galeno medico puella quadã citemus, & allium ſolitũ a pleriſq; omnibus capi in cibum,quod & ſalubre eſſe contraq; multorum malitiam cibotũ expeti & laudari tã clarum eſt & incontrouerſum,ut ſi probare uoluerimus uitio nobis uertatur:quod tamen allium Iacobo foroliuienſi nõ multo ante noſtram ætatẽ medico nobili,ueneni uice nocebat.Affirmauit ille & literarum prodidit monumentis ,noxiũ ſibi eſſe,& eo ſumpto ea perpeti , quæ ſolerent qui peſtifero labefactati ueneno fuiſſent.Succurrat & filius Trimolus cui rheõbarbarum eſt dulce & ſuaue guſtatu,Alii amatũ dicũt & ſentiũt.Ac niſi medicinæ rõ intercederet tanq̃ inſuaue & inimicũ guſtui reiiceretur:ſumit aũt puer ꝑ deliciis,& ſi quando lumbricis & cruditatibus infeſtat,tm̃ abeſt ut oblatum refugiat,ut ẽt quæritet nõ oblatũ.Nulla ille mouetur medicæ potionis cã,nã ꝑ ætatẽ nõ licet,ſed ſola guſtus oblectatione.Verũ ne noua noſtriq; tpis experimẽta pluſq̃ par eſt ducamus in medium,Quis ipſi aduerſabitur Galeno uenenũ minime nocuiſſe decernẽti?quis in quam audaculo tũ noſtræ tẽpeſtatis medicorũ aduerſabitur non Ariſtoteli ſolũ uti oſtendimus paulo ante ratione cõcoctionis id cõprobanti,ſed Theophraſto Thraſiæ authoritate decernẽti,Idẽ aliis medicamẽ,aliis nõ medicamen eſſe?eideq; aſſeuerati nõ aſſentiet? Eudemũ Chiũ purgatũ nõ eẽ uiginti duobus uno die ſumptis ellei

Remotio ob ſecnouis multiplex.

Reſponſio. Repulſio.

bori potionibus? Dices aceto mixto & pumice uis eripiebatur elleboro. At ſi ſumas tu undecim,& adhibeas acetũ,& pumices quot una die ſicius χιñι uomuit, ſo mirum non concinebis. Taceo abſynthium pecoribus græciæ minime gratum, ponticis etiam gratiſſimum,& ad pinguedinem eorum,& pulchritudine maxime faciens. Taceo Demophoontem Alexandri miniſtrum, Athenagoram argiuum; Ethiopes alios, de quibus omnibus hoc ipſo opere uerba fecimus, ſileo de platano Gortynia, & Cypria,& de Sybaritida quercu, aduerſus omnis eius generis arbores, folia ſemp retinente qđ refert Theophraſtus. Prætereo abſtemios quibus & inſenſum & lethale uinum eſt, alus & uitale & amicum. Tranſeo eos de quibus ſcribit Themiſtius in libro de ſomno, ꝙ nouem dies exertis & incõniuẽtibus oculis egerint, eoſq; quos altus ſopor in iuſtũ triduũ attinuerit. Sileo de his quibus ſorices mirum incutiũt terrorem,& noui homines, qui in hoſtium ſe ſe phalanges iniecerint, ita abhorrere a muribus ut a muralibus tormentis. Nec exiſtimatrix illa uis quæ ab aliquibus proditur, mihi facit ſatis, ut ea inſenſatæ (quod aiunt) ſpecies a ſenſatis eliciantur, hæ dicunt ouem uiſo lupo eius percipe inimicitiam, Num & ſcotus id neutiq; recipit, nec Io. Gerſon prorſus admittit in centilogio de coceptibus,& in opere de myſtica theologia, qui naturaliter hoc fieri poſſe no abnuit,& ſenſum naturæ,& naturalẽ quoq; citat inſtinctũ, itq; etiam naturæ legem,& inclinationem naturalem, & directione intelligentiæ non errantis. Nec ego certe, omnino libenter admitto, naq; illi ipſi inimicitiam ſoricum non expaueſcunt, ſicuti nec ranarum alii, quas non ſolum nõ comedunt, multis gratas, ſed nec poſſunt ferre eorum præſentiam, uiri alus in rebus,& recte æſtimationis,& apud maximos principes, cum in re militari, tum incõſilus magni momenti. horrendum certe neſcio quid, huiuſcemodi homines perſentire ſe dicunt ex aſpectu quod tranſit aduſq; præcordia, ea ratione qua & ſympathia introducta philoſophis eſt, quæ ſympathia nõ ad æſtimationẽ inſenſatæ (ut aiunt) inimicitiæ, tã & ſi appræhendatur ſenſibus, ſed adhorrorẽ naturæ ſenſilis pertinere ſatis apparet. Mira aũt hæc in uno quod non in alio naturæ diuerſitas, ex uaria (ut arbitror) humorũ proportione diſſultat. De iis inquã ſileo & de alus quibus amarũ mel, & dulce ſimul & amarũ,& neutrum uidetur. Quod ſi quis iterũ reſpondeat uti mel non dulce uideatur aliquibus & uinũ gratum & huiuſmodi cætera, uel in morbum & exuberantem bilis flauæ corruptionem, uel in temperationẽ ita conſtitutam debere referri. Obiiciantur quæ produ͂tur apud Vitruuiũ Architectum, & poetã Ouidium, de diuerſorũ fontium mira quadã diuerſaq; natura, quorũ aqua epota,& abſtemii homines fiant, ac etiam temulenti. Sic & longe plura in ſecundo Atheneidã tur cognoſci, raritatis & admirationis plena. Sed ne ad libros, non ſolum græcos, ſed & nimiũ raros lector uideatur relegari. Seneca excipiat latinus author,& præcipue tertio libro naturaliũ quæſtionũ, dum de aquarũ uaria & admirabili ꝓprietate diſſerit, Ariſtoteles excipiat in libro de admirabilibus auditionibus et ã latinitate donatus. Theophraſtus itẽ a Theodoro Gaza in latinum conuerſus excipiat referatq;: De pota mulieribus aqua, cuius ui,& fœcundæ ipſe reddantur,& ſteriles. apud quẽ, & alia per multa, nõ ad corpus ſolum, ſed ad animũ ẽt facientia. Nam & uerba fiunt de miris etiã quibuſdam prodigioſiſq; operibus, de tactu non ſolum eſu cuiuſpiam herbæ minãtibus, Deq; Arcadico illo uino, qđ uiros ad inſaniã, mulieres aũt ad ſterilitatẽ deducebat, Itẽ de arcadica uite, cuius uinũ faciebat abortũ. De ueſicaria herba

Contra id qđ dicunt multi de ui aeſtimationis.

Obiectio.

Reſponſio.

ba mentem dimouente,alienanteq́.Deq́ radice oenotheræ quā mores minores hi/
larioreſq́ redderentur.Sint antem hæc cõmenta,ſint nugæ,ſint hiſtoriæ,illud tamē
ab eo eſt aſſeueranter prolatū,duo ineſſe corda paphlagoniis perdicibus,duo quo
q́ hepata biſulcis leporibus ineſſe,& Ariſtoteles memoriæ prodidit,& Theopópus
in uigeſimo hiſtoriarum.Habent itaq́ nonnullæ animātes quæpiam magni etiam
momenti,quæ quidem ipſi alioquin non adſint uniuerſæ animātium eiuſmodi ſpe/
cie:eaq́ habent ab ipſis naturæ primordiis,& præter id pleraq́ etiam quandoq́ ac
cidunt particulatim eadem in ſpecie non modo,ſed in genere rerum,quæ aut nūq̄,
aut rariſſime uiſantur.Sic prodit ipſe Ariſtoteles i tertio de animalium hiſtoria de
ueſica quæ ſolideſcere uulnerata non ſoleat in uniuerſum,aliquando tamen cõtra
fiat.Nec id quod ſubintulit mihi ſatis facit.i.quod ad modum raro contingit,parū Contra quaſ
id obſeruandum eſſe:multum enim & plurimum obſeruandum eſt ei,qui propoſiti dam ariſtote
ones uniuerſim & ſemper ueras afferre molitur,alioquin non habebuntur,nō erūt leas regulas.
ſemper ueræ si uel ſemel tantum,ne dum,raro inuentæ fuerint,non uniuerſim & uſ
q́ quaq́ ueræ.Quare niſi etiam obſeruentur quæ rara ſunt,generalis doctrina mi/
nime fiet,pari quoq́ cenſura Ariſtoteleū illud in quarto de natura animaliū poſſet
notari,nonnulla eſſe in mari animalia effigie inſolenti,quæ quoniam rara inuenta
ſint,conſtitui in genus nō decet. An raritas derogat generi,& rerum propterea na
turam accuſat?an magis audax nimium ſenſus:qui etiam eo quo non pertingit,in
gredi tamen præſumit,& doctrinam uniuerſalem cum potis non eſt conficere,faci/
le contemnit,ſiue ad genera rerum,ſiue ad indepræhenſam aliqua in ſpecie uarieta
tem ipſa pertineat.Hæc tamen atq́ alia,& uaria,& rariſſima,niſi intemperamentū
rei conſtitutæ,uel incorruptionem,uel in aliud,quodcunq́ illud ſit,referantur, Id q
dem ego,uel omnino,uel aliqua ex parte non contenderim abnuere,ſi is tamen qui
hoc afferat cum demonſtrationem uult aſtruere,etiam in iis rebus minutis,& maxi
me ſenſui expoſitis,uel ſi ad minus pro materiæ conditione propoſitionem uni/
uerſalem uult fabricare,ita paratus uenit,ut primum cognoſcat omnia & ſingula,
quod certe reputat Ariſtoteles fieri non poſſe,Nec hoc ſatis etiam ſingulas noſcat
affectiones oportet ſiue naturales ſiue quæ uitio corporis,aut extrinſecus aut itrin
ſecus acciderint,& naturam immutarint.cognoſcat etiam cur uel humor uel color,
cur uirtus aliqua,uel extrinſecus adueniēs,uel intrinſecus ingenita,& totius corpo
ris adminiſtra,in hæc poſſit,nō poſſit in cætera,& ubi potuerit,in iis ſimiles,in aliis
diſſimiles pmat effectus.Noſcat ꝑterea,quæ de huiuſcemodi rebus ficta ſint,quæ ue
re narrata,Nā de his oībus certus ſit oportet. Atq́ adeo certus,ut alii aliis ſimiles
nequeāt iudicari.Q̄d cū ſupra uires hūanas cõſtitutū ſit,putet & ſupra uires huma
nas eſſe,ꝓpoſitionē uniuerſalē oīno uerā fabricare,ēt in iis quæ ptinēt ad expimē
ta medicinæ quottidie in uſu mortaliū,& ad hoīnū actiões,de qbus ēt ſumpſit Ari
ſtoteles exēpla in materia demõſtratrici,& eius ſectatores cuſtodierūt,uti de uera/
tro cui uis inſit purgādi,& de fuga & de reditegratiōe ꝑlii,atq́ de eiuſmodi cæteris.
ut iā nullū habeāt effugiū ad naturæ diuerſitatē,eāq́ inſtar ſcuti ꝑtendāt.opus eſt Difficultas
.n.ut illā pcalleāt diuerſitatē,quā ū nis multiplicē,& afferāt ſimul cõditiones inn/ cognoſcendi
meras.uerbi cauſa,rheõbarbarū quātū in ſe eſt,uel uerū atq́ legitimū,uel minime proprietates
uitiatū,uel minime uetus,ac eiuſmodi cætera,Nec hoc ſatis ,eius hominis cui ppi rei.
nādū eſt rheõbarbaricū cõditiões neceſſe ē exploratas habuiſſe atq́ pſpectas, Nec

hoc iterum ſatis,cognoſcendæ quoq;,& temperamẽti,& pharmaci,uel amicæ uel inimicæ inuicem affectiones,de ipſa rei natura,de qualitatibus manifeſtis,& de occultis quæ dicuntur,prodeuntes,earum quoq; proportionũ relationes,& noſſe & perpendiſſe oporteret.Nam rheõbarbaricũ,ſi dici & haberi debeat praui humoris an ridotum referre id ad corpora neceſſe eſt,Nam ex ſe ſe ſi conſideretur, nec ad aliud referatur, pharmacum ſalubre non dicetur,non habebitur,quoniam ut purgandi ni ſi acceptum ſtomacho aut inteſtinis,& concalefactum,omnino non polleet. Qua obrem,& de homine quoq; opus eſt ea dici ,de quibus egimus,& de earum inter ſe proportione,quæ multo magis,probatu,non ſolum inuentu difficilia,& incerta ſũt, q̃ ipſa ſit per ſe incerta probatio.Quod autem & de homine & medica potione diximus,exemplo uſi notiſſimo,& ab Ariſtoteleis exemplis nil abhorrente, ut probare in uniuerſum quicq̃ Ariſtotelico modo non detur,De aliis idem iudicium, eoq; cõ pertius,q remota magis ſunt a ſenſibus uſtaq; communi,ne nos dumtaxat immorari dicerent in,exemplis medicæ facultatis,quæ ars non ſcientia a multis exiſtimetur.Nam de inſtantia uniuerſalis propoſitionis egimus in ſe ſe,quã etiam in iis quæ habentur ueriſſima,ſatis oſtendimus non conſtare.Nec mihi officiat eorum opinio qui ſimplicium terminorum notitiam,a ſenſu quidem pendere dicunt,eã uero q̃ in cõplexu cõſiſtit minime,pendet.n. Ariſto.authore:ſiue.n.ſine medio,ſiue cũ medio, ſẽſũ tamẽ ea ipſa agnoſcit parẽtẽ,ad primã ſenſuũ notitiam recurrere opus eſt.Ipſe idem Ariſtoteles in calce ſecundi analytici docet,ipſa prima inductione cognoſci,& ſenſus ipſum uniuerſale in nobis efficere,clariſſima uoce teſtatur.&eius etiam interpretes,& paraphaſtes aperte confirmant.inter quos Themiſtius,docens ipſum uniuerſale & conſtitui &,cognoſci inductione per quam ex notitia particularium(q̀ & ante diximus) utcunq; ad intelligentiam uniuerſalis uenitur, Cuius rationis aſſumptiones ipſi erunt ſenſus,quoniam ſenſu ſingularia noſcitantur,Falſum igitur eam iuuari tantummodo ſenſili cognitione ,quoniam intellectus poſſit uirtute propria terminos cõponere atq; diuidere,& aliquid afferre per ſe ſe,aut de ſubiecto aut de ipſius affectione.Satis.n.cum Ariſtotele tales non ambulaꝛunt,qui paſſim docet cognitionem omnem noſtram,hoc eſt humanã a ſenſibus oriri,unde ad experimẽta ſis recidit.Quare ſecundum Ariſtotelem & ſectatores eius celebratos(neq; enim hic aliter loquimur)omnis humana cognitio etiam quæ complexu conſiſtit pẽdet a ſenſu,ſiue uera ſiue falſa,apud quem etiam decretum eſt,ueritatem quæ oratione exprimitur,a rebus quæ ſunt extrinſecus,& ſenſu capiuntur pendere, ueritas aũt complexu percipitur.quare negat Ariſtotelem,qui negat omnem humanã cognitionem non habere in ſenſu principium & fundamentum,ſiue ſimplex ea cognitio fuerit,ſiue compoſita,quæ uidelicet de rerũ ſimplicium cognitione conflatur. Quapropter ille ſine dubio teſtatum reliquit,nihil eſſe in intellectu quin prius fuerit in ſenſu,quando & compoſita cognitio a ſimplici,& ſimplex oritur a ſenſu. Vnde afferant quicquid uoluerint,ſiue per ſe,ſiue per partes,ſiue ſimilitudine,ſiue remiſſione,ſiue effectu,id explodere non poterint,niſi ipſum pariter explodant Ariſtotelẽ.

Remotio obiectionis.

Vidimus itaq; demonſtrationis fundamentum non ſtare,quoniam non ſemper certus eſt ſenſus,atq; ideo incerta demõſtratio,quæ principium ducit a ſenſu in uariis hominibus,iiſdemq; & doctis & prudentibus,uario,unde & uaria quoq; imaginatio & opinio,& intellectus uaria ſententia,diuerſitatem ſequens imaginationis & ſenſus

Epilogus totius contra demonſtrationẽ proceſſus.

ſus, quod ſi ipſa eſt demõſtratio fundamento ſenſus certa haberetur cauſa tamen & medio labaſcit maximeque nutat definitionis inſcitia. Progreſſu denique & fine illam, hoc eſt uniuerſalibus propoſitionibus & affectione ſubiecti, de differentia, ſpecie, forma quod manante, per eamque inductionem particularia ſenſu colligentem, maxime infirmã dubiamque monſtrauimus, totieſque peti principium oſtendimus, hoc eſt fallaciã prætendi, quoties uniuerſalis propoſitio colligi tentatur. Si maxime offeratur inſtãtia, quæ & ſi non occurreret, nihilominus ſuapte natura non poſſe illam ipſam uniuerſalem propoſitionem confici manifeſtauimus, cum fallacia quæ dicitur conſequentis incurratur eo ĩ diſcurſu qui ex multis colligit omnia, & ex ſingularibus uniuerſalia. Quæ quidem ſingularia, & ex infinitate, & ex uarietate diuerſiſſimaque natura, quæ ſæpiſſime putatur ſimilis, compræhendi non poſſe docuimus, ita ut ex eis uera propoſitio uniuerſalis, maxime affirmatiua conficiatur, ſine qua non poteſt parari conſtituique demõſtratio ex regulis Ariſtoteleis. Negatricem quoquo modo confici facilius poſſe non negauerim propoſitionem uniuerſalẽ, quis enim ambigat, nullum hominem eſſe lapidẽ dici certius, quam omnem hominem eſſe riſibilem, ſed ut dixi ſine affirmatiua, demonſtratio non concluditur. Qua ex re colligitur, etiam ſi alia uia infirmari demonſtratio nequiret, hanc ſatis, & eſſe, & haberi debere, atque eo etiã magis, quod & ſubiectum & prædicatum eius ipſius propoſitionis concluſioniſque, ſeorſum oporteat noſſe, & omnes pariter quæ ſub uno quoque ſunt affectiones & proprietates, maxime primarias, Nec id etiam ſatis, niſi & quibus modis cõuenire, & quibus diſſentire poſſint, exquiſitiſſime ſit compertum. Quibus omnibus concludi poteſt, totam uim demonſtrationum ariſtotelicarum, ut bene cum ea ſtatuatur, ut immunis fallaciarum ſit, ad ſimilitudinis coniecturam, & eiuſmodi cætera, ideſt ad probabiles locos reduci, uniuerſamque demonſtrandi artem, incertam eſſe non neceſſariam ita, ut aliter fieri nequeat, quemadmodũ ille autumauit. ac ut cum ea præclariſſime agatur, eſſe illam, non ſciendi quidem, Sed bene & probabiliter coniectãdi facultatem. Quapropter illud Euripidis, qui aſtutos diuinatores eluſit canens, Qui bene coniiciet is uates optimus eſto, æmulari & illi ſuccinere aduerſus demõſtratores huiuſcemodi quiſpiam poſſit, Qui bene coniiciet is demonſtrabit aperte. Euripides.

Peroratio quinti libri ubi et fides et diſciplina Chriſtiana celebratur.

s I demonſtratricis artis ariſtoteleæ principia labant, cum ſenſus qui aliis incertus modis redditur, quam quos ipſe narrauit, aperte uacillet, nec ſtatus monſtretur & conſtans, Si aliis etiam, quam quas ille tradidit conditionibus non falleretur. Si incerta media, cum multiplex in definitionibus error ſit aperte monſtratus. Si fines etiam uarii & nutabundi, quando propoſitiones uniuerſales de illis ipſis hauſtæ, & ſenſibus & definitionibus, queant facillime infringi. Quid reſtat præterea ut alterius demonſtrationis genera nõ quæramus? ſtata, certa, probatiſſima. quæ quidem ſenſu non nituntur, ſed authoritate diuina, quæ nec fallere poteſt omnino, nec falli. Quæ mendicari non oporteat per angulos & plateas garrientium philoſophorum, ſed ubi ubi fueris adſint præſentia. Quot enim in ſacris literis propoſitiones, tot in lumine illo diuino fidei principia uerisſima. quibus eodem a lumine, atque a ſinceris naturæ primordiis, ſi non deſciueris

deducere & habere tibi ſumptis eius generis propoſitionibus aliis facillime queas ea, quæ cum tibi, tum aliis ſalutem, & ſpondeant, & præſtent, ubi opere uerba cōpleueris, ſempiternam: quibus uere intellectis, nulla paratur rixa, nulla prorſus amarulenta diſceptatio, quoniam ibi, non opinio, ſed fides, ex fide pax quam mūdus dare non poteſt: pax quæ, ut ait Apoſtolus, ſuperat omnem ſenſum. ex opinione diſſenſio, lites, tumultus: quo incomodo ſuper omnia animalia, peculiari quadam ſuæ elationis pœna, genus humanum & bellat, & conflictatur. Nam brutæ animātes nutricatione, habitatione, ſocietate ad generandum præliantur, homo præter hæc, & opinionum diuerſitate bella perpeſſus eſt, non in ſe ſolum, ſed cum aliis, quando ſæpenumero, ex diuerſa opinione odium, ex odio bella prodiere a quibus tantum abſunt qui fide Chriſti & diſciplina ducuntur, ut nihil magis habeāt in pretio, q̄ amorem, quem ſacræ illis litteræ demonſtrarunt. Sed quoniam alibi de ipſis egimus demonſtrationibus, nunc ſextum & ultimum operis huius librum ineamus.

SEXTVS LIBER IOANNIS FRANCISCI PICI MIRANDVLAE DOMINI, ET CONCORDIAE COMITIS, IN EXAMEN VANITATIS DOCTRINAE GENTIVM, ET VERITATIS CHRISTIANAE DISCIPLINAE, QVI EST TERTIVS ADVERSVS ARISTOTELEM ET VLTIMVS.

PROOEMIVM.

c

Arneades contrà stoica ſcripturus dogmata, fertur ſuperiora corporis elleboro albo purgauiſſe. quod factum fuiſſe prudenter qui humanæ ratiocinationis momenta conſiderent, neutiq̄ arbitror abnegauerint. euenire.n. facile poteſt, ut aliena diſtortaq; uiſa, præſentia fiant animo, ob uitiatos humores, ex quibus præpoſtera illa phantaſmata, & cooriuntur, & afformantur: atq; inde uera rerū æſtimatio, & uitiatur & tollitur. Ob hanc cauſam fortaſſis euenit, uti ſcriptores præclari, & apud gentes, & apud noſtros, compoſitis magna cura atq; editis operibus, palinodiam cecinerint. & recte id quidem atq; ingenue, quādo ſe ſe depræhenderunt aberrauiſſe. Ego uero fore opinor, ut etiam ſine potu ellebori, multi me palinodiam ſcribere opinetur, qui & logicā iam inſtitutionem ediderim, & mox in logicos, hoc ipſo in opere, non ſemel diſſeruerim, ſed ibi monſtrarā me hoc opus iam eſſe meditatum, Nec futurum ut logicam damnarem facultatem, quam nec ipſi damnate poſſent ſceptici, quando in ea confutanda, ipſa logica tanq̄ inſtrumento maxime uterentur. Multorum autem arrogantiam me æquo animo ferre non poſſe ſatis indicaui, Atq; ideo non eſſe artem abiiciendam, quam docui utilem ratiōis diſcurſui, ab ipſa natura dato, quem deinde ars & inſtituta hominum, ſuper eo fundata perficerent. Sed.n. illud etiam ſum plane teſtatus, inſtituta ipſa hominum & artes, ſi non tolli artibus aliis, & dubio procul infirmari, & incerta reddi potuiſſe: & præ omnibus ipſam demonſtrationem, philoſophorum inuentum, ab Ariſtotele maxime cultum & elaboratum, incerta inquam, reddi poſſe monſtrauimus, cogitatione noſtra & ſtudio: ipſis etiam peripateticæ philoſophiæ fundamētis uſi Præter ea quæ primis huius operis uoluminibus, ex diuerſa philoſophia, ad ipſam humanam ſapientiam infirmandam attulimus. Reſtabat ut particularia Ariſtotelis quæ celebra

ri ſolent dogmata,tantũ non habere põderis,ut æſtimari a pleriſq; ſolet, aperiremus, quod muneris obibit præſens liber,in quo id præſtare conabimur, ut quæ a multis demonſtrationes certiſſimæ putabantur,partim falſa,partim leuiora q̃ par ſit,argumenta dignoſcantur,ut nil iam fiat reliqui ad uanitatem,quam & agnitam & exploſam uolumus detegendam.

Quod errores multi in referendis et confutandis ueterum philoſophorum placitis ab Ariſtotele commiſſi ſunt in phyſicis,quo in loco Parmenides et Meliſſus defendantur multipliciter. Caput primum.

Actenus demonſtrandi artem ab Ariſtotele poſitã,multa labare ua-
h nitate monſtrauimus:Quintoq; operis libro terminum poſuimus. Reſtat ut male demonſtraſſe,quæ ſe ille recte putauerat,aperiamus, & reliquas ẽt uanitates inſinuemus,ut explodantur.In primis autẽ, multi ſunt eius errores,quod attinet ad ueterũ placita philoſophorũ,aut referẽda, aut confutanda:multæ quoq; argumentationes,minime ſolido nixæ fundamento: quas tamen multi uice demõſtrationũ ſolent admirari.Exordiamur itaq; ab auſcultatione phyſica,libroq; primo de principiis naturalibus,indeq; multa tractantes de ſupernaturalibus ẽt agemus.Poſſem facile ſi uellem librum ſeorſum conficere, quo monſtrarem,aut oẽs,aut non paruũ multos ueterum philoſophorũ ab eo uel nõ rite ductos in iudiciũ,uel iniuſte condemnatos.Aliqua tangam omnibus fere nota, & inſigniora deligam,ut inde ad alia depræhẽdenda facilior uia præbeatur.De principiis naturalibus diſſerens Ariſtoteles,dum ueterum narrat opiniones,ita digerit rem,uti pro firmo atq; conſtanti apud multos eius interpretes decernatur,non extitiſſe inter uetuſtos philoſophos quempiã,qui terræ primatum dederit,Cum tamẽ Pherecydes ſyrus,authore ſexto philoſopho,terrã dixerit unicum eſſe rerum prin- Sextus.
cipium.Theodoritus autẽ Cyri epiſcopus,Colophonium Xenophanẽ ita ſenſiſſe memoriæ prodidit,Nec ſecus Parmenides exiſtimaſſe cenſetur,qui Xenophanis opinionem confirmauit,qua uoluit,uniuerſum quidem eſſe perpetuum & ſempiternũ,ſed Theodoretus
ex terra omnia manaſſe,addito igne.q̃ ſiquis aſſereret,hoc ipſo nõ formale (quod Obiectio,
aiunt) ſed materiale principium indicari,primum aduertat eos qui ita loquuntur Solutio.
de principio ſimpliciter loqui,deinde cõſideret,Pherecydem cum unicum dixit nõ de materiali tantum loquutum,ſed uel de nobiliori,uel omnia ſimul ab eo ſub unico uocabulo fuiſſe comprætenſa.Nec ſane defuere inter peripateticos qui Parmenidis opinionem tutati ſint,& affirmarint a Meliſſo & Parmenide nihil ibi de principiis naturalibus,ſed de uno & primo Deo mentionẽ habitam.Et.n. Theophraſtus Prima defenſio Parmenidis et Meliſſi.
ſcribit Zenonem,cuius auditor fuit Parmenides, inter phyſicos nõ debere collocari,Atq; ab eo unius & uniuerſi nomine Deum appellatũ,qui unus ingenitus,immobilis,ac æternus eſſet:Ita & Nicolaus Damaſcenus,& Alexãder ex Aphrodiſiade ſen- Theophraſtus
ſerunt.Sed quid opus eſt ſectatoribus Ariſtoteleis.Nun & Ariſtoteles,in ipſo phyſi- Nicolaus.
cæ auſcultationis initio,cum dixiſſet neceſſe eſſe aut unum haberi principium aut Alexander. Secunda defẽſio.
plura,& ſi unum immobile ὡς φησὶ Παρμενίδης καὶ Μέλισσος .i.ut inquiunt Parmenides & Meliſſus:uel mobile ὥσπερ οἱ φυσικοί .i.ſicuti phyſici,tunc clariſſime diſtinxit Parmenidem & Meliſſum a phyſicis: mox paululum cum proceſſiſſet, ſubiunxit

τὸ μὲν οὖν ἓν καὶ ἀκίνητον τὸ ὂν σκοπεῖν, οὐ περὶ φύσεώς ἐστι σκοπεῖν. hoc eſt .itaq; ſi unu hoc & immobile e,d eſt cõſiderare,non de natura eſt conſiderare.Confirmauit &.n.per hæc uerba phyſicos eos non eſſe:ſed cum non eſſent phyſici cur tamen eos tanq́ phyſicos reprehendebat?Quid enim cauſæ ut de rebus agetes diuinis citaret motum?nun potius ut repellerent?ſed ſi de principiis minime naturalibus diſſerebant,Cur tanq́ de naturalibus diſſeruiſſent reprehenduntur atq; taxātur?Dices in

Reſponſio

duebat Ariſtoteles perſonam metaphyſici de principiis dum diſſereret.quid tū? an

Confutatio

propterea confundere facultates uoluit,& adſcribere phyſicis quod metaphyſicorum erat?cū tamen illi ipſi de utraq; facultate,ſed diuerſis in locis diſſeruiſſent.Cur alia eius loca ubi de naturalibus tractant nec immobilia dicunt principia, nec unū, ſed mobilia,& plura,Cur ea inquam no afferuntur?At dices diſſoluere rōes uolebat

Reſponſio

ea Ariſtoteles ne aliis præberetur occaſio quæpiā erroris & lapſus.At quo pacto id

Confutatio

fieri ab eo potuit?cum & ipſe e. dem dicat in metaphyſicis:An eius operis libro duodecimo non proditur unum eſſe principium immobile æternum? Vituperari ne hoc in Ariſtotele iure potes?minime inquam ſcio reſpondebis,& maxime ſi eorum de numero fueris qui exiſtimant ibi rerum omnium principium ab Ariſtotele celebratum.Cur queſo?quia uerum eſt & non de naturali ſed de ſupernaturali tū principio loquitur,&t in opere de rebus tranſnaturalibus & ultra mundanis.Sed ita profecto & loquebatur Parmenides in libro περὶ ἀληθείας: Vbi de rebus agebat intellectilibus.In libro uero qui de opinabili inſcribitur ratione,quo in libro res tractātur ſenſiles, Non ſciētia ſed opinione (ut ipſe,ut omnes alii philoſophi qui diuinio res habiti ſunt exiſtimabant)capabiles atq; cognobiles.Ignem in eo & terrā ſtatuit rerū naturaliū principia:quod nec Ariſtoteles audet alicubi negare.Sic & Theodoretus in libro de materia & mūdo,opinionē Xenophanis qui fuit Eleaticæ ſectæ inſtitutor recenſuit,& partim confutauit,q̄ uniuerſum dixiſſet ingenitum & ſempiternum.mox omnia ex terra producta cenſuiſſet,& in terram reditura,ἐκ γῆς γὰρ τὰ πάντα, καὶ εἰς γῆν πάντα τελευτᾷ ex terra cuncta atq; in terram cuncta recidūt, Quod tamen abſurdum non eſſe dici poſſet,ſi illud oē quod ipſi dicebant πᾶν ſempiternum Deum intellexiſſet,Nec repugnans etiam,ſi ipſum uniuerſum dediſſet intelligi:Nam Ariſtoteles mundum fatetur æternum,& nihilominus partes interire & ſuboriri uoluit generatione & corruptione perpetua.Sed utcunq; ille intellexerit,certe ſubintulit ipſe Theodoretus Xenophanis amicum & ſocium Parmenidem pyreti filium Eleatem conſona præceptori,quo ad primum attinet dogma ſcripſiſſe οὖλον μουνογενές τε, καὶ ἀτρεμὲς ἠδ᾽ ἀγένητον. hoc eſt totumq; unigenitūq; immobile, ſicq; perēne,Mox adiecit αἴτιον δὲ τῶν ὅλων,οὐ τὴν γῆν μόνον καθάπερ ἐκεῖνος,ἀλλὰ καὶ τὸ πῦρ εἴρηκεν οὗτος.hoc eſt cauſam autem omnium non terram ſolum quemadmodum ille,ſed & ignem hic dixit:mox & ſubiunxit,Meliſſum infinitum dixiſſe quod illi finitum terminatumq; decreuerant.Sed.n.finitum uel iis rationibus exiſtimatur illis placuiſſe,quoniam unum eſt priuſq̄ multa,eorumq; cauſa ſolet haberi , Ea uero multa cum limitem terminumq; acceperint,a finitudine proficiſci putauerunt,hoc eſt a ſtatuto quodam ordine,&(ut ita dixeris)finita ſpecie & Idæa, ſiue exemplari, rem finitam & creandam repræſentante.Ad hæc finitum perfectionem quādam & abſolutionem indicare cenſuerunt,ex eo quod imperfectum quod habetur id infinitum,hoc eſt fine fruſtrari & egere dici conſueuerit:unde a poſterioribus theolo-

Multiplex acceptio infiniti.

gis

gis infinitum priuatiue dici ſolet,quia priuatum eſt congruenti fine,quo modo infinitam primam materiam dixere multi,hoc eſt debita forma & termino ſuapte natura carentem.Deum autem cuius uirtutis & poteſtatis nullus terminus,nullus limes,finis eſt nullus,negatiue dixere infinitum.Cæterum quantitati nomen infiniti congruere uoluerunt,quæ ſi continua ſecari,ſi diſcreta augeri,ad infinita poſſit: uerum illa quantitatum infinitas actu non habet nec perfecta. Sed.n.prius hæc finiti & infiniti,ſicuti,& paris & imparis habebatur appellatio,apud pythagoreos:quorũ e numero Parmenides erat,hinc materia non ſolum uocata eſt infinita(ut pote quæ in ſe ſe conſiderata nulla forma finiretur,ſed aduentantibus & recedentibus formis uarios terminos caperet,uerum etiam dicta eſt multitudo,quia unum.ſ.ipſa terminum,unum finem non haberet:quo pacto etiam apud iamblichum uocata dualitas eſt,in opere de ſecta pythagorea.Quare illa acceptione infiniti qua infinitum pro carentia perfectionis capitur,quemadmodum etiam in quantitate ſi conſideretur quidpiam,indicatur id minime perfectum eſſe:illa inquam acceptione Parmenides primum illud ens noluit infinitum haberi.Meliſſus uero infinitum cœpit alia ratione,qua id uidelicet nominis excellentiam & ſupereminentiam uirtutis & poteſtatis indicat:quo pacto & poſteriores theologi dicunt infinitum negatiue,hoc eſt nullo fine,nullo compræhenſum limite,quo modo non moli ſed poteſtati & uirtuti præberi ſolet infinitas.Sed longe plura in eorum defenſionem ſcribi poſſent a qbus ab ſtineam,cum ſcripſerit etiam hac de re multa Beſſarion Cardinalis & patriarcha Cõſtantinopolitanus in ſecundo uolumine cõtra calumniatorem Platonis,quod opus & latine ſcriptum eſt,& bis formis impreſſum Romæ & Venetiis: ibi nanq; & Parmenidis carmina plura in latinam tralata linguam,& Meliſſi uerba referuntur,quibus apertiſſime conſtet,aliud eos ſenſiſſe q̃ quod eis imponit Ariſtoteles. Scripſit & in parmenidis & in Meliſſi etiam defenſionem Simplicius inter græcos Ariſtotelis interpretes & re & cognomine magnus,quem q̃q̃ hac in re non citat,ſecutus tamẽ uidetur aliqua ex parte Beſſariõ,is.n.cum exponeret primum phyſicæ auſcultationis librum ita ſcripſit δηλοῖ δὲ ὁ πλάτων θαυμάζων οὕτως τὸν παρμενίδην,ὃν δοκεῖ ἐλέγχειν,καὶ βαθέος κολυμβητοῦ δεῖσθαι λέγων τὴν διάνοιαν αὐτοῦ. καὶ ἀριστοτέλης δὲ τὸ βάθος αὐτοῦ τῆς σοφίας ὑπονοῶν φαίνεται,ὅταν λέγῃ,παρμενίδης ἔοικε που βλέπειν. καὶ οὗτοι οὖν ποτὲ μὲν τὸ παραλελειμμένον ἀναπληροῦσι,ποτὲ δὲ καὶ τὸ ἀσαφῶς εἰρημένον,σαφηνίζοντες,ποτὲ δὲ τὸ ἐπὶ τῶν νοητῶν εἰρημένον ὡς μὴ δυνάμενα τοῖς φυσικοῖς ἐφαρμόττειν διακρίνοντες,ὡς ἐπὶ τοῦ ἓν καὶ ἀκίνητον λέγοντος.hoc eſt:manifeſtat aũt Plato admirãs ita Parmenidẽ,quẽ redarguere uidetur,& ꝓfundo natatore indigere dicens cogitationẽ ipſius.Et Ariſtoteles qdẽ profunditatẽ ipſius ſapiẽtiæ ſubinnuere uidetur cum dicit,parmenides autem uiſus eſt aliquo reſpicere. Et ii quidem interdum complentes quod relictum erat,interdum quod dictum obſcure fuerat declarãtes interdum ea quæ de rebus intellectilibus dicta erant ut pote quæ nequirent phyſicis aptari diſcernẽtes,ueluti in iis cũ diceret unũ ens & immobile,& cũ aliquantum proceſſiſſet inquit ὁμολογεῖ δὲ ὁ ἀλέξανδρος ἐν μὲν τοῖς πρὸς ἀλήθειαν ἅπερ ἐστὶ περὶ τοῦ νοητοῦ ὄντος τὸν παρμενίδην ἓν τὸ ὂν,καὶ ἀκίνητον λέγειν.κατὰ δὲ τὴν τῶν πολλῶν δόξαν καὶ τὰ φαινόμενα,φασὶ φυσιολογῶν,οὔτε ἓν λέγων εἶναι τὸ ὄν,οὔτε ἀγένητον,ἀρχὰς τῶν γινομένων ὑπέθετο,πῦρ καὶ γῆν.τὴν μὲν γῆν ὡς ὕλην ὑποτιθείς. τὸ δὲ πῦρ ὡς ποιητικὸν αἴτιον,καὶ ὀνομάζει φησὶ τὸ μὲν πῦρ,φῶς.τὸ δὲ γῆν,σκότος,hoc eſt dicere,cõſi

Iamblichus

Beſſarion.

Simplicius.

Tertiã defẽſio.

tetur autem Alexander in iis quæ ad ueritatem pertinent,ſicuti eſt de ente intelle ctili, Parmenidem unum eſſe ens & immobile & ingenitum dicere: Cum autem ſe cundum multorum opinionem, & ea quæ apparent, phyſice loquitur, Neq; unum dicit amplius eſſe ens neq; ingenitum: Principia ſiquidem eorum quæ fiunt, po ſuit ignem & terram, hanc & enim terram tanq̃ materiam ſubſtituens,ignem uero ueluti cauſam agentem, Et nominat inquit ignem lucem, terram uero tenebras. hæc ille aduerbum & plura cum dixiſſet,interpoſuiſſetq;, multa quoq; Parmenidis recitaſſet carmina ſubintulit ἀλλὰ ταῦτα μὲν διὰ πολλὴν νῦν ἄγνοιαν τῶν παλαιῶν γραμμάτων μηκύνειν ἀναγκάζομαι. ὁπότε δὲ ἓν λέγοντες τὸ ὂν καὶ ἀκίνητον ἔλεγον, εἴπερ μὲν περὶ φυσικῶν διελέγετο, συνεισήγετο δὲ καὶ ὁ τόπος, εἴπερ ἡ φυσικὴ κίνησις, ἄλλος ὢν παρὰ τὸ κινούμενον. ἀλλ᾽ ὁ μὲν παρμενίδης περὶ τοῦ νοητοῦ λέγων ὄντος. ita la tine quoq; aduerbum interpretemur.ſed hæc quidem ob eam quæ nunc multa eſt ueterum litterarum ignorationem,dilatare cogor,iure autem unum dicentes ens, & immobile dicebãt,ſi quidẽ non de phyſicis diſputabatur. ſimul enim induceretur & locus.&.n.phyſicus erat motus:id autem diuerſum ab eo qđ motum eſt,Sed enim parmenides de intellectili ente uere locutus eſt.hæc Simplicius,& alia multa,q dein de ad opinionẽ Meliſſi conuerſus,Multa de ipſo ſcribit quæ longum eſſet enarrare, Nõ parum multas.n.paginas negocio parmenidis & Meliſſi dedicauit, ex qbus hæc pauca quantum attinet ad propoſitũ excerpſiſſe ſat fuerit:atq; eo maxime,ꝙ & Ari ſtotelis propriis uerbis, & Theodoriti Epiſcopi Cyri teſtimonio, lõge aliter parme nidem putauiſſe ipſe monſtraui,cũ omnium cauſam quo ad pertinet ad materiam, & terram,& ignem exiſtimarit.Quare contra dogma hoc,ut pote naturale,non cõ tra id qđ ad materiã,hoc eſt motũ & generationẽ corruptionemq; rerum ſubluna rium non pertinet,diſputare inter initia phyſicorũ debuit Ariſtoteles. Nã neq; fal

Quarta de fenſio par menidis.

ſa aſſumebat parmenides atq; Meliſſus,Neq; diſcurſu errabant,alioqui formæ ſyllo giſticæ rationem haberi quid opus eſt dũ carmina promuntur? quod clariſſimũ & compertiſſimũ maxime debuit eſſe Ariſtoteli,qui ea de arte ſcripſit uolumina. Car mine uero præcepta philoſophiæ parmenides pdidit. Debuit & aduertere non om nibus in rebus oportere eos damnare qui ab antecedentis propoſitionis ſubla tione,ſublatũ iri uolunt conſequentem atq; connexã.Alioqui quo pacto defendere tur Ariſtoteles in primo de anima libro?qui perempto aſſumpto primo,id quod in

Themiſtius Egidius.

de pependit perimere uoluit,Nũ Themiſtius falli id in poſſibilibus & contingenti bus docet,Egidius Romanus in reciprocis & iis quæ conuertuntur pariter euenire ſcribit?Reciprocari autem & conuerti in rebus infinitis prædicationes eas,illi quoq;

Excuſatiõis reiectiõ. Galenus.

putauerunt.Hinc excuſatio illa tollitur qua utuntur quidam, cauiſſe Ariſtotelẽ cõ tendentes ne uerbis improprie & per tranſlationẽ poſitis,lectores allucinati deci perentur.Cur quæſo id non effecit,quod poſtea Galenus cum de Xenophane præ ceptore parmenidis diſſeruit,in hiſtoria phyſica?Eum.n.docuit de omnibus rebus quidem ambigere,hac una excepta,ꝙ doceret unum omnia eſſe καὶ τοῦτο ὑπάρχειν θεόν:ideſt & hoc eſſe Deum.Exponere itaq; potius probi uiri more,q̃ lõgo progreſ ſu confutare,q̃ in ea inuehere debuiſſet,ſi talia erant ut per ſe quidem uera haberẽ tur,Poſſent autem ab ignaris falſa exiſtimari: eoq; magis, ꝙ ſibi ipſi etiam noce bant, hoc eſt ppriis interdũ placitis ea officiebãt,quæ ſpargebat in alios.Debuiſſet ité alia ipſorũ citare uerba,& uere cogitata,& rite exprõpta,nulliuſq; declarationis

indiga

indiga, qbus citra ſuſpitionē adumbrati ueri, nullo lectores offendiculo pceſſiſſent. Defendit quoq; Parmenidē Nicolaus cuſa in libro de filiatione dei, cū de uno & modo unius ſubtiliſſime diſputat, docetq; unū eſſe qd in omnibus eſt oia, quæ id ipſum mō ſuo participant. Sed reliquos phyſicæ auſcultationis libros adeamus, ubi de motu, de loco, de uacuo diſputat Ariſtoteles: Quib9 i rebus q̄ eū ſui ſectatores, q̄ ipſa ēt quandoq; ueritas, & pcipue dū de motus differit æternitate reprobet, diſquiramus. Alia defenſio nico.cuſae.

Motus definitionem ab Ariſ otele traditam, et pleraq; etiam de motu dogmata rationibus et authoritatibus impugnari ſolere. Caput ſecundum.

Motus definitio tradita ab Ariſtotele p actū entis, q ſit in potētia q̄tenus huiuſmodi, pleriſq; nō placuit, & corporibus dūtaxat cōpetere ſi rite cōperat arbitrati ſunt. Motum quoq; in definienda natura male cū quiete iunctū ab Ariſtotele ſunt q affirmēt: quādo corpora cæleſtia naturalia ſunt & nunq̄ qeſcāt. Debebat cōis definitio naturæ, oibus cōpetere quæ ſub ipſa natura ſūt, nō aduerſari. Ignis aūt (ne de natura rerū corruptibilium dixiſſe illum tantūmodo cōtēdāt) ſemp mouet, aut ſurſum, aut deorſum, aut in orbē, ut ſcribit Porphyrius, q uel particulā ppea, loco, & dici maluit. i. motus uel qetis. nec obeſt ſi motus rectus finiat & tamē qes eueniat, quæ inter duos contrarios motus afferat. Q m̄ iter eos nō intercedere qetē ſemp manifeſto exēplo pbatur hoc ipſo libro. Sed ſphæra ignis illa ſuperior quā uolūt orbi lunæ pximā, ſemp in orbē cū ipſo orbe cietur, ut nō ſit neceſſe corpus dūtaxat corruptioni minime obnoxiū excludere. qd nec excludi ēt a finitione debere ſatis aperit ea de qua agitur natura neq;. n. de corruptibili tm̄ ibi differit Ariſtoteles, ſed generatim de oi natura, libriq; ipſi in qbus id tractatur cōes habētur oi rei naturali. Multa quoq; de motu dogmata improbata ſunt, inter q̄ illa: motū q eſt ad locū priorē eſſe nā oi ſpē mutationis. Nā & hebræi hoc carpūt, ut q mundi creationē nobiſcū tueātur. Dicuntq; mundum a Deo creatū, & Pythagorici multiq; platonicorū generatū mundum affirmāt, Nos ſimplici emanatione cōſtitiſſe dicimus: Prius autē res eſt q̄ ut ad locum moueatur. Motus item q ſpectatur in quantitate & in qualitate pcedere uidetur eum q eſt ad locum, prius. n. quātitate fulcitur res, & qualitatibus cōditur, q̄ ut muter locum. Falſum quoq; & illud eſſe hebræus haſdai cōtendit, qeqd ex accidenti mouetur, quandoq; neceſſario qeſcere. Nā ex Ariſtoteleo dogmate ſphæra ignis ex accidenti mota, uidelicet ad orbis ſupioris motū, non qeſcet cælo agitato: qd noluit Ariſtoteles poſſe qeſcere. ſupficies quoq; cæli extima, & ptes ipſius ſemp agitatæ, nō ex ſe ſed ex accidēti ad motū corporis i quo ſunt mouent. Nec reſpōſio Moyſis Narbonēſis qcq̄ ſuffragatur, ut illud ex accidēti q̄tenus ex accidēti uim exemplorū iminuat. Ait. n. dū motu corporū mouent, ut cōiūctæ ſunt mouent, & æterno motu cæli aia ex eius ſnia mouet. Nō recipit & illud, ſolū motū orbicularē eſſe cōtinuū: atq; rōnes Ariſtotelis qbus id pbare ſategerat fabulas appellat haſdai. & nigrū cū mouet ad albedinem licet non quieſcat in ea ſed denigretur, non tamen ſequitur propterea ut dealbetur ſimul & denigretur, ſed ratione diuerſa, hoc eſt quatenus dealbatur poteſt id aſſeri, & quatenus denigratur hoc etiam poteſt affirmari: nec abſurdum eſt ullum. Illud quoq; falſum inter duos contrarios motus neceſſario quietem in-

Porphyrius.

Remotio obiectionis.

Hebræus haſdai.

Remotio reſponſionis Moyſis narbonenſis.

tercedere, Alioqui ſequeret ut pōdus ingēs, ut mōs altiſſimus, ſup re leuiſſima aſcendete procūbens, ſiſteret motū & quietis interponeret morulā & ipo in aere cogeicere ret. Propoſitione quoq; illā Ariſtote. lōge celebratiſſimā oē q̄d mouet ab alio mouetur, negari poſſe ſcio, & de motu ex accidēti aliter q̄ ipſe fecerit diſtingui. ſed prius huius rei diſcutiēdæ locus erit cū de diuinis male eū ſenſiſſe docebimus: nam p eā ppoſitionē pbari Deū eſſe, multi cōtendūt, multi negāt. ad calce igitur opis ubi ea de re agetur, iſtius quæſtionis euentilatio differatur.

Temporis definitionem et alia de tempore Ariſtotelis placita refutari. Caput tertiū.

NEq; ãt oia receſeo: nā cūctā fere de naturalibus principiis Ariſtotelis doctrinā euertere tētarūt multi, iter quos ēt. R. haſdai Moſi egyptio minime aſſenſus, q̄ ppoſitiones pipateticas tāq̄ ſolido nixas funda mēto recepat, iter q̄s illā: tps eē nūeiū motus. Quiete nāq; mēſura ri tps affirmat, ēt ſi nūq̄ motus inueniret. magnā ſiqdē qetē uocari ſæpenumero eſt aduertere, cū qcq̄ lōgo tpe cōqeſcit. Definit aūt ipm tps ita (ut eius uerbis agā) mēſura cōtinuitatis uel motus uel qetis q̄ inter duo momēta: ut genus ſit ipſa menſura. uiderq; iure affirmat numerū genus eē primo nō poſſe, cū ſit diſcretæ q̄titatis, menſura cōtinuæ. Motū ãr & qetē dinectiſ aius: q̄re cū tps accidēs appellet, ad eū ipſum aium referri iubet, alioq̄ falſum eēt, illud ee accidēs extrinſecus, qm̄ & qetē cōſequitur q̄ priuatio ē, nō aūt pſiſtēs & ſtata natura. quare falſū aff rmat eē ut tps dicatur motui nūerū, quādo & qeti q̄ illi opponit nō minus aptetur. Falſū itē, q̄d nō hēt motū, id ſub tpe nō cōtineri, quādoqdē q̄ ſunt a materia ſeiūcta motu carēt & ſub tpe ſolēt reponi. Præterea multa q̄bus ipm uexauit Ariſtotelē: ſatis eſt authorē indicaſſe, quē forte & alibi citabimus, innuētes potius eius impugnationē q̄ curioſius explicātes. Facta. n. ex integro facere noſtri nō ē ppoſiti. Sed forte quo ad numerū attinet poſſet reſpōderi, quēadmodū Themiſtius docet lōgo pgreſſu i q̄rto phyſicorū libro de mēſura mēſurāte & mēſurata, de nūero & numerāte & nūerato diſputās, quotū illū diſcretæ hūc cōtinuæ attribuit q̄titati, & ref ad explicādā tpis naturā magis idoneū, ēt q; illi, pprietates & ueſtigia ſeruet. Sed. n. nō mihi oino facit ſatis ipſe Themiſtius, q̄n aliq̄d hēre roboris uideaſ cēſura Galēi, aſſerētis tps definitū eē p tps. nā tā & ſi prius & poſterius in tpe, dictū ſit a priori & poſteriori i motu, idq; referaſ acceptū priori & poſteriori q̄d in magnitudine inueniſ, nihilo tū minus rō ipa prioris & poſterioris tpi potiuſq̄ motui & magnitudini ſuapte nā cōgruit. neq;. n. illa nūeratio q̄ prius & poſterius affert p ſe adeit, aut magnitudini q̄ prius cōtinua ē, aut motui q̄ ideſuā cōtinuitatē (ita dixerim) plane ſortit: ſed tpi tā adeſt q̄ ipm ſibi, ſi nihil aliud ſit q̄ diſcrimē prioris & poſterioris in motu. neq; ēt illud ſatis uidetur facere, q; & ſi cōcedatur Galeno q̄d petit, nō ſeq abſurdū ullū, cū ſit neceſſariū ut idē affe rāt definitiones & noīa q̄ definiūtur. nā ſi prius & poſterius i motu nō ſit aliud, q̄ prius & poſterius tpis: primū ſeqſ ut p notiora nō fiat declaratio & definitio: deinde parū aberit q̄n motus tps eē dicatur, cū ei9 differētia. ſ. prioris & poſterioris, illi ipi ēt aptetur, & tamē aliud cōtinui, aliud diſcreti facie magis pſeferat. Si. n. prius & poſterius in motu erit prius & poſterius i tpe, tps ipm nō uidebiſ a motu differre, quātū attinet ad prius ipm & poſterius, & nihilominus rō tpis diſcreta redditur ex numeru prioris & poſterioris, quo tps pficitur & abſoluitur, motu manente cōtinuo.

R. haſdai contra definitionem tpis allatā ab Ariſtotele.

ReſpōſioThemiſtii qua eē obiectioni reſponderur galeni.

Cōfutatio reſpōſionis themiſtii e: cōfirmatio cōfutationis galeni

Loci

Loci definitionem ab Ariſtotele traditam a Philopono et aliis impugnari, et quã ipſe reprobat ſpatii uidelicet reinaeq; dimenſionis aperte defendi. Caput quartum.

Oci uero definitio, multo magis impetita eſt, ac eorũ quos ipſe improba
l uerat opinio defenſa eſt, n iq; non modo non neceſſariũ: ſed nec proba/
bile nec rationi conſentaneũ dixere ultimã ſupficiẽ corporis ambientis
locũ eſſe: cũ oẽ corpus collocetur alicubi, nullibi uero corpus extimũ quo cætera cõ
cludunt, ambiũturq; poſſit eĩno collocari. Nec ſuffugia illa eſſe in loco p partes, uti Cõfutatio re
Auerroy, uti Themiſtio, & aliis ẽ uiſũ, ſatis in pte facit. abuſu. n. eiuſmodi corpora nõ ſponſionis.
uere nõ pprie dicũt in loco reponi, nec ullo mõ in loco ſunt, ſi eſſe in loco ſignificat
ambiri & circũcludi loco, hoc eſt ambiẽtis corporis ſuperficie cõtineri. Item ſi locũ
æquum eſſe locato non minorem iure decretum eſt, & ſi idem reſpectu eiuſdẽ & col/
locare & collocari aduerſus omnem philoſophiam non ſtatuamus. Expoſitores. n. in
quit Philoponus in phyſicorum cõmentatio quarto, hac de re omnia miſcẽt. & Ari
ſtoteles rationis debilitatem, obſcuritate circumtegens, ita eſt locutus ut quo libitũ
eſt rationes ipſius uertendas dederit. Ad hæc ſi locus (inquiunt nõnulli) extremum
eſt rei compræhendentis corpus in ſe repoſitum & collocatum, ſequetur ut quiſpiã
moueri poſſit ad locum, quod proprio tamen in loco conquieſcat. exemplum affe/
rant, uini quod ſimul cum oenophoro circumferatur. nec illud exacte & ſincere di/
cetur ex accidenti moueri, Nam uere mouetur ad locum & uere etiam uidetur quie
ſcere, ea qua ambiebatur, anteq̃ moueretur, ſuperficie contentum. Nec obeſt conſide Remotio ob
ratio ſuperioris loci cuius collocatu moueri dicitur id qđ ſe ſe habet aliter q̃ prius iectionis.
habuerat: Nam is proprie nõ eſt locus quo proprius locus ambitur, ſed is quo clau
ditur & continetur corpus collocatum. Præterea ſi locus inquiunt eſt ſuperficies, fu
turum eſt, ut quæ mouentur ad locum, moueantur ad ſuperficiẽ. quatenus locus eſt
ſuperficies: ſed qua ſuperficies eſt, uirtute non pollet conſeruandi rem collocatam,
cui quidẽ uirtuti cauſam motus acceptã rettulit Ariſtoteles, ut in proprio uidelicet
loco, ubi ad eum peruenerit, conquieſcat atq; ſeruetur. Quod ſi qs dixerit rẽ foueri Cõfutatio re
& conſeruari a ſuperficie, non qua ſit ſupficies, ſed qua ſuperficies corporis natu/ ſponſionis.
ralis: ſequeretur facile alterius Ariſtotelici dogmatis repugnantia, quo corpus om
ne ex elementis conflatum cõtrariis pollere qualitatibus pro comperto habet atq;
conſtanti: nam ex eis temperamentum conſtituitur: eſt enim ut Ioannes ſcholaſti/ Io. Scholaſti/
cus Ariſtotelis interpræs ex inſtitutione hãmonii in primo de generatione cõmen cus.
tario diſſerit, temperamentum tãq̃ humanorum corporũ: cum ipſorum corporũ
agentes inuicem qualitates inuicẽ tranſeũnt, ut eius uerba græca tranſferam. porro
de contrariis qualitatibus non conſeruatio prodit ſed abolitio atq; corruptio, cum
eius ipſius rei tũ illius quæ locatur. Fieri eni nequit ut quæ in utriſq; cõtrariæ ſunt
qualitates, nõ inuicẽ agãt, & tanq̃ bellent: unde uel cito uel ſero manat interitus. &
præterea ſunt qui negãt ſupficiẽ eſſe locum, ſed corporis partem quæ ad ſupficiem
ipſam mathematice conſideratam dicitur terminari. atq; hi Ariſtoteli non omnino
conſentiunt. qui uero dicunt conſeruari elementa in locis remotioribus puta ignẽ
in concauo orbis lunæ, terram in centro, non quatenus illa ſuperficies, hic pun/
ctus, ſed quatenus in tali diſtantia & ſitu in uniuerſo: ii abuſu magno locum uo/
cant, quod ſcilicet collocat non primo & per ſe inferiora corpora. ſed tanq̃ ex acci/
denti & per aliud. & punctum præterea magna iniuria dicunt locum, qui uerius

& expers loci, & tam paruũ uel potius nullũ, ut nec minima poſſit ambire. Atq; hæc ferme ex Philopono diſputauimus: ut mitã q; ſint qui non recipiant in cõcauo lunaris globi ſeruari purum ignem, nec ulla prorſus haberi pura elemẽta, quæ nec in mixto inere eſſe, Thomas garbius affirmat: ꝑter éa q̃ ſubnotauimus i lib. de elemẽtis.

Tho. garbius. Haſdai.

Hebræus quoq; haſdai auert multa contra loci deffinitionem, inter quæ illa, primum non fuiſſe antiquis permultis, loci deffinitionem ab Ariſtotele traditam corporibus quæ motu recto perferuntur cõuenire: quoniam proprius partium locus quæ ad totius motum agitantur, non est ſuperficies circundãs æqualis adeo, ut ſeorſum habeat cum partibus loci conuenientiam. Nam ſi (cauſa exempli) ſuprema pars aeris conueniet imæ continentis & circum uallantis ignis, media tamen pars ei nõ ita cõueniet, nec in ſuo naturali reponet loco. q ſi aſſereretur parti ipſi ſuapte natura congruere, tamẽ diuerſus habebitur a loco totius & integri corporis collocati. præterea omnia quæ collocantur corpora, ſuis congruere locis falſum eſſe aperiri, & ex ſupremi cæli circunferentia, & etiam ex terra, cui locus aſſignatur non ſuperficies ſed punctus imus, cui loci nomen iure non cõgruit. Reuertor ad Philoponum: id abſurdi conſtanter deducentem, ut corpus in loco quatenus corpus collocari neque at, quoniam finis, ſiue ſuperficies, aut extremum continentis, tres non habet dimenſiones, quæ corpori quatenus eſt corpus ambiendo competant. Corpus enim quatenus corpus in loco eſt, Tria uero ſunt interualla corporis: quare pro loco triplex interuallum habere neceſſe eſt, ut corpus ſuſcipiatur. Deduxit & illa abſurda, q; locus æqualis corpori collocato non eſſet, cum illi nec linea, nec ſuperficies, nec punctus æquetur: Nec item locus eſſet immobilis, cum ſuperficies ambientis corporis ſuo cum corpore moueatur. Nec officit inquit ſi dicatur locus æqualis eſt collo-

Remotio tacitę reſpõſionis.

cato corpori, quia ipſius finibus aptatur, immobilis quoq; eſt quatenus locus. Nam non ei quod eſt circa locum, ſed ei quod eſt in loco, æqualem locum eſſe oportere iam receptum eſt. qui quidem locus habetur quatenus talem habet habitudinem ad corpus intra ſe conſtitutum, qua uidelicet tangit ipſum & continet, quo etiam modo mobilis eſt locus: Nam me ſtante aer me ambiens nihilominus identidem per mutatur, extrema cum ſuperficie, qua circumuallabar. hac item ſuperficie (ſi ſola cõtinentis corporis ſuperficies eſt locus) eueniet, ut motu recto nunq̃ iter quiſpiam conficiat: ſi enim aliud quicquam non cedit eunti q̃ ſuperficies ſubinde permutata, ac multæ ſuperficies iunctæ nil efficiant maius, quo nam pacto uel duo ſtadia, ne ſtadiorum dixerim myriades peragrabuntur? Exiſtimauit item Philoponus inanum eſſe quod putauerat Ariſtoteles, ſequi neceſſario, ut trina uidelicet dimenſio per totum corpus, quod in ea collocaretur incederet, atq; ita diuideret diuideretur q;, ut infinitæ ſimul rei utriuſq; particulæ diſſultarent. leue inquit hoc Philoponus & nulla fretum perſuaſione mihi uidetur: Nam qui dicerent ſpatium eſſe corpus, huiuſcemodi abſurda non promerent, multo minus cum ſpatium ſtatuant incorporeum hoc eſt corpore uacuum, quod quidem cum corpus ingreditur, ubi illud repleuit, nihil aliud præter ea molitur, Non incedit, non diuidit, deniq; nec agit quicq̃ nec patitur: ſic & cæteræ qualitates nullam parant dimenſionibus quibus inſunt diuiſionẽ, nec id non efficiunt quatenus qualitates, ſed quatenus incorporeæ. Quapp ſi uni mille cõponerentur aptarẽturq;, nulla inde ꝓdiret diuiſio, nihilq; ob aliud, niſi qa penitus incorporeæ. Nõ ſecus trina ipſa dimẽſio, quæ ſi, q̃renns dimẽſio

diuiſionis

diuiſionis cauſa & eſſet & haberetur,ſic & ea ſuperficie qua claudi uoluit Ariſtote-
les corpora, profecto illa ipſa diuiderentur. Verum enim uero nec ſiquis aſtrueret
ſpatium eſſe corpus, iccirco ſequetur ut ex eo ingreſſu diuiſio fiat ad infinitum
quod & alibi uidetur Ariſtoteles animaduertiſſe,cum eo poſito,ut corpus per cor- Nota
pus incederet,ſequi dixit ut eſſet maximum in minimo. Idemq; cum aduerſus eos
diſſereret qui rerum fieri augumenta per uacua & meatus,quos poros appellãt pu
tauiſſent.Ea enim ex hypotheſi dixit ſequi,ut uel totum uacuum eſſet corpus, uel
totum per totum augeretur,uel ſolum eorum quæ uacua eſſent repletio fieret nõ
auctio,Nullius autem diuiſionis omnino memor fuit.Liquet igitur nullam in argũ
mento Ariſtoteleo(inquit Philoponus)quod primo adduxit aduerſus localem di-
menſionem,aut neceſſitatem aut perſuaſionem ineſſe: quoniam dimenſio corpore
uacua,& tanquam inanis regio,aduentu corporis implebitur, & nihil aliud præte-
rea fiet.neq; enim uacuum per corpus incedet quaſi moueatur, ſed in ipſo recipie-
tur corpus & collocabitur.Secundo argumento probabilitatem aliquam non au-
tem ueritatem ineſſe cenſuit Philoponus.id autem in eo fundabatur, q absurdum
ſequeretur id,uti duæ dimenſiones unum quiddam euaderent, pariq; ratione plu-
res.Nihil autem abſurdi uoluit Philoponus inde ſequi,quoniam rebus incorporeis
nil prohibet ut multa ſint ſimul,ſicut lineæ plures,immo plures eodem in ſubiecto
incorporeæ qualitates.Quare cum linea lineæ,& ſuperficies ſuperficiei poſſit apta-
ri,non ſecus ait dimenſio dimenſioni.Si enim ſuperficiei quatenus eſt dimenſio nõ
repugnat,nec ulli profecto dimenſioni repugnauerit:Neq; enim trina dimẽſio cor-
pus eſt,ſed accidit corpori,idq; apud ipſum met Ariſtotelem clariſſimo patet indi-
cio,qui aduerſus Meliſſum diſputans,quantitatẽ ſubſtãtiæ ipſi docuit aduenire: quo
niam eius ratio adiudicatur infinito quod Meliſſus adſtruebat, propterea nec ſub-
ſtãtiam uoluit nec ullam qualitatem haberi infinitam præterq̃ ex accidenti:ideſt ra
tione quantitatis :At dubio procul trina dimenſio cum ſit quantitas ſubſtãtia non
erit,hoc eſt corpus,ſed accidens corporis iure meritoq; habebitur.Nec illud oberit Remoſio ob
q alicui corpori hærere illam & eo firmari oporteat:Nam ſine aliquo non inueni- iectionis.
ri corpore fatemur,quamuis res a corpore ſeiuncta ſuopte ſit ingenio :Sic & ſubſtã
tia materialis ſine qualitatibus eſſe nequit,ab eis tamen diuerſa eſt, diuerſa etiam
a quantitate quamuis ſine ea nequeat ſubſiſtere, Nam & quantitatem ſibi decernit
quæq; ſpẽs materialis,qua corrupta & ipſa corrũpit.Nec itẽ illud oberit ferri pro Alia remoſio
prios in locos corpora ratione ſuperficiei.Seruandi enim ordinis gratia id fit, quẽ
ab opifice ſunt ſortita:unde ſuperior locus pars erit ſpatii quod leuia ſibi corpora
uendicant,inferior quem ſibi ipſis grauia deſumunt :quæ omnia loca atq; capedi-
nes collocatis recepiiſq; corporibus finiuntur,ipſiſq; corporum finibus terminum
capiunt.At enim illud etiam non ſequeretur,ut aut plura duobus ſpatia ſimul eſ- Alia remotio
ſent,aut ut locus poneretur in loco,aut ut moueri locus diceretur.ſi quidem per-
mutato corpore non permutatur ſpatium,in quo erat,id enim eſt immobile,ſed tã
tundem ſpatii occupabit corpus quantũ reliquerit.ſemper enim corpus in loco ẽ,
hoc eſt corporeum ſpatium in incorporeo.Spatiũ itaq; locus ẽ ex ſe ſe corpore qui
dem uacuum,ſed nunq̃ tamen re ipſa uacuum,ſicuti materia aliud eſt q̃ forma,nũ
quam tamen ſine forma.Idq; ipſum uidentur firmare qui negant, Nam cum ab-
horrere a uacuo naturam dicunt, adeo ut graue etiam (ne id ſequatur) non de- Nota.

ſcendat ut in Clepſydris,aliiſq; ſimilibus frequēter poteſt perſpici:quid nam uacui aliud comminiſcuntur,q̄ corporis a ſuo ſpatio receſſum? nam ſi uacuo opponitur plenum quid illud fuerit plenum?ſuperficies? An ſuperficies uel plena?uel uacua cum plenum & uacuum ſine altitudine,latitudine,& profunditate nequeat intelligi:quod & ab ipſo etiam Ariſtotele uel aliquando eſt admiſſum:sed & admitti uidetur neceſſario illis quibus mens non adempta eſt,cogitantibus ſi elementa recederent diuino nutu,relinqui ſpatium quo illa continebantur oportere.Nam & ſi fieri natura non pōt ut recedāt,ſuppoſuimus tamen illud,ut quid inde cōſequatur diſpiciamus.Nec hoc prohibere poteſt Ariſtoteles,qui firmauit cogitatione Cælū,cū aliquorum eſſet opinionem improbaturus.Quare ex iis quæ dicta ſunt ſatis oſtenditur,nec confeciſſe aūt Ariſtotelem quod optauerat,aut Themiſtiū quod procurauerat.Sed paucis ea tractaui,ut pote cum mihi fuerit conſiliū,ne alienis (quaſi graculus ille)pēnis ueſtirer,ipſam oram tam uaſti loci lambere potiuſq̄ prætertluere. Philoponus uero illam ampliter inundauit,uti & rationes ſolueret Ariſtotelis aduerſus dimenſiones loci,et illas etiam aſſereret,prætereaq; deffinitionē loci ab Ariſtotele poſitam demoliretur.

Nota

Demonſtrationes q̄ dicūtur ab Ariſtotele cōtra uacuum factę,diſſolui et refutari ab eius interprçte Philopono,et ab eodē rōnes adduci ut fieri queat motus p uacuū. Ca.v.

Idimus itaq; loci definitionem ab Ariſtotele conſtitutam a.Io.Grāmatico(qui Philoponus dictus ē)eius interprate magno euerſam molimine,& quam Ariſtoteles impugnauerat ab eodem Philopono eſſe defenſam.Quæq; alii demonſtrationes putabant,debiles friuolaq; argumenta præclarus hic interpres,tam magnis uiribus aſſeuerauit,ut etiam Auerroys auſus non ſit cum eo inire certamen,quod maxime debuiſſet cum particula quadrageſima tertia quarti phyſicorum libri.Io.ipſius ſentētiæ meminit. Idem Ioannes affirmat rationes eas quas in uacuum molitus eſt Ariſtoteles,in caſſum omnino atq; prorſus inaniter effuſas,hoc eſt ſi quodpiam daretur ſpatiū omni corpore uacuum,quod tamen ille non admittit,ut qui ſpatium incorporeum corporeo ſemper ſpatio plenum adſtruxerit,ſed ſi daretur ſpatium corpore uacuum, ſequi ut omnes eſſent motus æquales, ut motus etiā ipſe tolleretur.Fundamentum opinionis Ariſtoteleæ iactū in eo eſt,q̄ motus & ſunt & habentur inæquales,cuius rei duplicem attulit cauſam:alteram ex diuerſitate aut differentia eius rei per quā fit motus puta aeris,aut aquæ:alteram ex uaria rerum motarum conditione,grauitate,uerbi cauſa,rei mobilis figura,& eiuſmodi aliis.Nī reſiſtit magis corpus aquæ, q̄ aeris.Denſius.n.deſcenditq; celerius quod grauius,& citius quod acutius,q̄ quod latitudine præditum eſt.Maius itaq; tempus in aqua q̄ in aere ptranſeunda res mota conſumet:quo fieri uoluit ut ex aquæ & aeris proportione,temporis etiam proportio colligatur.quanto.n.tempus quod in aqua pertranſeunda conficitur,tēpus id quod in aere tranſmittendo conſumatur exuperat,tāto erit aqua ipſo aere craſſior,& reſiſtēs magis.quare ſi eadem fuerit proportio motuum,& medii quo utitur res mota,& temporis in quo mouetur,fiet in tempore motus is,qui per uacuū fiet: quare aliqua erit proportio temporis,quod cōſumetur in motu,qui fit per uacuū, ad

Cōtra Auerroem.

Fundamentū opiniōis Ariſtoteleæ de motus inæqualitate.

ad tempus in quo fit motus per id ,quod plenũ eſt corpore.Igitur & uacuum ſuã
habebit propotionem ad corpus,quando medii ipſius iam proportionem adſtru-
ximus.At fieri inquit non poteſt,ut uacuum quod non eſt ens,ad id quod eſt aliqd
ullam habeat proportionem:quo fiet ut nec tẽpora motuum inter ſe ſe proportio-
nem obtineãt:omne autem tempus finitum,ad infinitum tempus habet proportio-
nem.In nullo igitur tempore fiet motus per uacuum,id autẽ eſt dicere,non fieri om
nino motus.quandoquidem uidetis nullum ſine tempore motum.ꝙ ſi quiſpiam di
xerit,uacuum per inane moueri,ſequetur inquit uniper uacuum perinde ac per ple
num eodẽ ſpatio moueatur.Et ſi ex pero corpus aere tenuius,quod eam habeat ad
aeris corpus proportionem,quam habet tempus uacui ad tempus aeris, Atq; id ip
ſum corpus in ſpatio uacui collocetur,non plus temporis conſumetur in tranſitu te
nuiſſimi corporis,q̃ expenderetur in tranſitu uacui. & hæc quidem ex parte medii
meditatus eſt Ariſtoteles.Adiecit autem ex parte mobilis rei,ꝙ æqualitas omnino
motuum fieret,niſi aut grauiora aut acutiora corpora inuenirent,quod ſibi reſiſte
ret:grauius.n.celerius,hoc eſt minori in tempore,medium per quod fertur diuidit,
& æqualis omnino craſſitudinis corpora,figura alia celerius,alia tardius penetrant
diuidit.n.corpus in mucronem turbinatum,& aerem & aquam multo celerius , atq;
ob id citius ad deſtinatum fertur,q̃ quod lata eſt figura.At in uacuo nihil eſt quod
queat diuidi,nihil quod reſiſtat aut craſſitudine,aut mole aliqua . pone igitur ua-
cuum,omnem motus inæqualitatem,omnem motũ ſuſtuleris. Idq; abſurdi reliqueri
ris,ſi quid tamen reliqueris,eo in tempore omnia moueri . huiuſcemodi argumẽtis
quibus Ariſtoteles uacuum deſtruere conatus eſt,reſiſtit Philoponus & ex ipſis nõ
tolli uacuum,etiam ſi concluderent,affirmauit,Non tolli etiam quin motus per il-
lud fieri poſſet,etiam ſi tolleretur æqualitas,ſed ꝙ nec etiam argumenta concludãt
& multis & longo progreſſu docuit:delibabimus aliqua.Primum omnium in ſe ip — *Cõtra funda-*
ſum pugnare dicit Ariſtotelem,ſuaſq; ipſum ſuppoſitiones euertere,Cum uoluerit — *mentũ et pro-*
motuum differentiam,non ſolum ex differentia corporum,per quæ fit motus,uerũ — *bationes Ari-*
etiam de differentiis rerum motarum prodire,puta grauis,leuis,acutæ,latæ. quo fa — *ſtotelis ex Phi-*
ctum ut uel nolens ſignificauerit,habere in ſe ipſis res mobiles id,unde motus om — *lopono.*
nes non ſint æquales,etiam ſi ſit rerum per quas fiat motus nulla diuerſitas , etiam
ſi res ipſe per inane moueantur.Nam ex ſola rei motæ differentia,hoc eſt differen-
tibus principiis illarum intimis,& conditione motrici diuerſa,nec ea quidẽ extrin-
ſecus obienta,ſed ab ortu naturæ cognata,diuerſitas motus,ut a propria & genui-
na cauſa ſuboritur.Quod ſi dixeris inæqualis ponderis aut figuræ corpora per ina — *Remotio re-*
ne moueri omnino æqualiter.Impleamus aereo corpore uacuum: nun eadẽ quoq; — *ſponſionis.*
prodibit æqualitas?quid.n.facit aer huic quod non illi ſimili.ſ.ſibi penitus & omni
no eodem?quid alterutri affert ſubſtãtiæ,ut celerius hæc illa moueatur?an figuram
largitur?an impartitur grauitatem?At ſi contenderint ea per inane hoc eſt p nul
lum corpus æqualiter ferri,per aliquod uero corpus inæqualiter:hoc ipſum non ſo
lum ueritati(quis.n.iuerit inficias grauiſſimum corpus celerius deorſum moueri.q̃
quod longe minori grauitate præditum fuerit)ſed & Ariſtoteli repugnauerit aper
tiſſime.Nam hæc profecto ſola fuerit cauſa motus inæqualitatis.i.medium p quod
mobile defertur,Cum nulla ſit ex parte rei motæ differentia ,quando per uacuum
inæqualis ponderis corpora moueri dixerũt æqualiter.Quod ſi uerum eſt , uerum

eſſe nõ poteſt dogma Ariſtotelis falſum certe erit,&ſibi ipſi prorſus aduerſum.Scri bit.n.duas eſſe cauſas inæqualis motus,medii uidelicet,mobiliſq; rei diuerſitas,me dium ipſum per quod mobile fertur,cauſam eſſe quæ impedit & contra nititur,ut pote diuiſione fracturaq; indigum:quo circa agẽs & præcipua cauſa,rei mobili fer tur accepta adeo, ut ipſa maneat etiam ſi ſubtrahatur impediens. Magis itaq; & mi nus grauia corpora uergunt ad imum ſuapte natura,& grauitatis proportione in clinaount magis & minus,unde motus prodit inæqualitas,etiam ſi nihil reſiſtat,ni hil impediat,quod diuidi penetrariq; oporteat.Sequitur.n.diuiſio non præcedit, ſe quitur dico tanq̃ effectus,delapſi corporis grauitatem atq; figuram.Idem etiam de leuitate ſeruata rei naturæ analogia dicendum eſt:quandoquidẽ cum graue ipſum aut leue perfertur,etiam ſi per inane feratur,conſummi aliquod tempus neceſſe eſt ſecundum proportiones nixus & põderis,quibus ineſt per ſe cauſa motionis ab ip ſo rei generationis exordio:conſumetur etiam maius tempus habita reſiſtentis cor poris ratione.Per uacuum igitur ſi motus fieret,omnis motus nõ eſſet æqualis, Nec æquales item per corpus & uacuum,quoniam proportio non reperitur inter nullã & inter aliquam medii reſiſtentiam.Quod ſi aliqua inter ſe tẽpora proportione cõ ueniunt,Non ideo eſt neceſſe,ut quorum ſint tempora,ipſa ſibi etiam proportione reſpõdeant, una.n.temporis natura eſt:diuerſarum autem rerum omnino diuerſa. Item omni motui tempus aptatur ut eius mẽſura, non autem omnis motus motui, Neq;.n.auctioni generatio,& reliquæ ſpecies motus proportione conueniunt. qua re paralogiſmo diciт uſum Ariſtotelẽ Philoponus,Cum ex temporum proportio ne,uacui & pleni proportionem cõmentus eſt,atq; eum alibi,tũ ibi reprobat q̃ pro portiones medii proportionibus tantummodo temporis æquarit,Cum etiam pon derum proportiones,temporum proportionibus aptari oportuiſſet. Erraſſe demũ Ariſtotelem & parum ſibi conſtitiſſe,quando duas motus inæqualis cauſas aſſigna rit & alteram altera ſuſtulerit.Hæc ex Philopono decerpſimus aduerſus Ariſtotelẽ quem exponit,acerrime diſputante,plura quoq; diſſeruit in excludẽdis reliquis ra tionibus quas contra uacuum adduxerat.Nam nõ ſequi dicit ut ille putauerat cor pus eſſe in corpore,cum uacuum non ſit corpus,nec fruſtra uacuum haberi,ut pote in quo corpora collocentur,Nec illud item ſequi,ſpatium in altero eſſe ſpatio, qua tenus ſpatiũ eſt corpus,cum ſpatium corporeum in ſpatio locali,hoc eſt uacuo col locetur,unde rite non deducitur uacuum alio in ſpatio collocari, ſi quidem nõ qua tenus ſpatium,ſed quatenus corpus in ſpatio locali reponitur. Nec contentus ratio nes Ariſtotelis diſſoluiſſe,argumẽtatur ipſe fieri poſſe motum per uacuum, hoc eſt per nullum corpus,immo & fieri ſemper nulla per corpora cæleſtes motus,diuerſi tate multa celeritatis & tarditatis.Manifeſtum.n.ſphæras mũdi ſuperiores globoſq; ſyderum ſemper agitari,alios qdem celerius aliis,nec per ullum meare corpus : neq; enim per elementa ſubtus collocata,neq; per ſe ipſos incedunt:findi.n.aut diuidi ne quit cæleſte corpus,ſuperiorq; ſphæra,illa omnium extima,extrinſecus non tangi tur.Quare in cæleſtibus motibus omnia fieri compræhendimus,quæ fieri nõ poſſe cenſet Ariſtoteles.Nam mouentur in tempore,& medii & inferiores globi,nihil fin dunt,nihil penetrant,nihil eis reſiſtit,conficiunt ſpatia,nec momẽto eorum motus abſoluitur,mouentur tamen ſemper,adeo ut ex motu extimæ illius ſphæræ omnis motus pẽdeat initium.Si boc in circulari motu, & corpore incorruptibili uidemus,

Philoponus contra ariſto telis ratiões.

Argumenta Philoponi cõ tra ariſtotelis opinionem.

quid

quid prohibet inquit in corruptibili & recto, ſi ſpatium ſeparatum corpore, hoc eſt uacuum daretur, imaginari. Et non multo etiam magis, quoniam in iis non ſola magnitudo ſed & grauitatis & leuitatis forma, diuerſitatem cohibendi ſpatii ſibi cōſciſcunt. Argumentatur item ex motibus quos electione moderamur, inſunt nobis, quatenus animalia. Neq; enim ſine tempore etiam ſi uolumus, loca permutare q̄mus, diuerſis enim in locis immo potius ubiq; ſimul eſſemus. Quare ſi uacuum imaginemur aut omnino ambulare non poterimus. quod quid prohibet? cum non prohibeamur nunc a corpore reſiſtente: aut in tempore ambulabimus. Nihil enim uetabit ut ocioſe, aut accurate magis celeriterq; digrediamur: quæ omnia tempus corrogant ſibi. Ex rerum quoq; quas uiolenter iacimus conſideratione, ſuperiora confirmauit Epichiremata. poſito .n. uacuo noſtra cogitatiōe eadē ipſa cogitatiōe cōſequēter nō ponimus, ut neceſſe ſit ibellē mulierē aut puellū, celeriter ita iaculū itorquere, uti fortiſſimus exercitatiſſimuſq; miles. prius .n. dubio procul deſtinatū ſignū a milite attingi quis dubitauerit? Atq; ex hoc minori etiam in tempore. A uiolentis autem ad naturales motus digrediens, ſupponit uacuum eſſe interſtitium id q̃d cælum interclauditur & terram, demitriq; ex ocraua ſphæra lapidem, ut eodē in momēto quo demittitur attingat terram, ſic enim uoluit Ariſtoteles. At ſane nemo eſe qui ſomniare id queat: quando celerius omnino octauæ ipſius motu ſphæræ moueretur, uel omnino non moueretur, uel in loco præternaturam omnino quieſceret, uel ſurſum & deorſum ſimul omnino collocaretur. Quare in tempore moueri ſani capitis homines illum aſſeruerint nixus & grauitatis proprietate. Neq; enim figura quæ pondus etiam non afferat phyſicum, nixumq; naturalem, ſi uacuū ſcilicet daretur, momētū haberet in motu. Sola .n. figura uires habet in intermediis quæ reſiſtūt corporibus. Et de uacuo hactenus ex Philopono uice iterpretis & quaſi paraphraſtis functus diſputaui.

Quid pro uacuo aduerſus Ariſtotelem attulerit Rabi haſdai. Caput ſextum.

d

Iximus quid græcus author & in peripatetica nobilis familia Philoponus, aduerſus Ariſtotelem uacuum eliminantē diſputauerit. Nūc ex græcis expoſitoribus digreſſi, parūper uideamus quid hebræus. R. haſdai de eodem uacuo ſenſerit. Arbitratur nihil iuuare Ariſtotelem, eam quæ dicitur loci ad collocatum corpus conuenientiam, cum fieri queat ut elementa etiamſi ſint immixta uacuo eam poſſideant, & diuerſos etiam habeant & ſuos terminos, quibus factum eſt nomen a quo & ad quem, ex propinquitate uidelicet atq; diſtantia ad circumferentiam & cētrum. & præterea nihil efficere eas quæ ſūt excogitatæ contra uacuum rationes, & fundatæ ſuper motu recto: quando intermedium nullum ſit neceſſarium: & dici queat grauitatem & leuitatem naturaliter corporibus ineſſe mobilibus, nec ea mediis indigere. Dici etiam poſſit omnibus corporibus ineſſe grauitatē, eaq; uocari leuia, quæ uidelicet grauia ſint minus, eaq; ipſa moueri ſurſum ex eorum quæ magis grauia ſūt impetu & uiolentia. Ac memini etiam ex noſtris theologis, qui cauſam q̄ ligna ſupnatent aquæ, referant in grauitatem aquæ, quæ minus grauibus ſuapte natura non cedit. Sed quod attinet ad hebræum omnia corpora grauia non negat, & aerem deſcenſurum, ſi terra loco moueretur affirmat, ob grauitatem uerius, q̃ ne uacuum detur. Paruifacit etiam illam

non penetratorum corporum,ob dimenſiones rationem,cum dimenſiones materiæ iunctas id efficere poſſe dicendum ſit,non ſeiunctas & ab omni prorſus materia ſeparatas:quas explodi miratur cum magni & parui nomine donētur,& per eius partes queamus illas dimetiri,atq; ut cætera obſtarent uacuo, nihil tamē officere,quin orbiculare corpus in eo moueatur,cum in motu circulari,nec terminus a quo nec terminus ad quem motus tendat,inueniatur:& ſecundum Ariſtotelem maxime qui motum nunꝗ uoluit incepiſſe,nec impediri ex intermedio quin uacuum extra mūdum reperiri queat,immo acceſſiri uacuum ab eis uel nolentibus,q uibus aſſeritur non inueniri corpus infinitum.Nam ſi nullum eſt extra mundum corpus,nec plenum ibi eſſe conuincitur,uacuum potius & ſeiuncta dimenſio. Negat præterea dimenſiones eſſe corporis extrema: negat & eos qui uacuum aſtruxere id ipſum cauſam motus aſſeruiſſe præterꝗ ex accidenti,ne uidelicet fieret corporū penetratio.

Quod in octauo phyſicorum,et alibi,ubi maxime creditur Ariſtoteles æternitatem motus,temporis,et mundi demonſtraſſe,et ſe et alios feſellerit. Caput ſeptimum.

Am partem executi ſumus uanitatis Ariſtotelææ doctrinæ quantū attinet ad ſuperiorem librum:declarantes artem demonſtradi quā tradidit incertam & ad probabiles tandē reduci locos: nec non quātum ad hunc ipſum pertinet librum principia phyſicæ auſcultationis idest eius naturalis ſcientiæ quæ illi fertur accepta ,ſolido fundamento minime, niti ſatis oſtendimus.Atq; hinc uanitatis eius quæ falſitate labaſcit,aperta ſunt initia,media nunc ſubſignabūtur,Nam phyſicæ auſcultationis terminum nexabimus falſitatem retegentes,prioris tamen partis non obliti:Simul.n.incertam monſtrare, ubi ſe ſe facultas obtulerit memores erimus.Toto itaq; auſcultationis phyſicæ decurſu ad calcem fere progreſſus Ariſtoteles,per motum iugem atq; continuum reptauit ad ſumma,tandemq; decreuit motum ipſum & tempus nunꝗ principiū habuiſſe,nunꝗ finem habiturum,unde & ipſius mūndi ſequeretur æternitas,cuius & alibi quoq; lubenter meminit,ut pote qui putauerit ipſam a ſe demonſtratam,uel ita ab aliis credi curauit. Nec iis aſſentiendum qui authoritate primi topicorum libri moti,putarunt ab eo mundi æternitatem inter problemata neutra collocari,Nā & primo phyſicorum ubi materiam primam decernit:& quarto item eiuſdē operis libro, & octauo ubi de temporis & motus agit æternitate,primo quoq; libro de cælo,& primo de generatione teſtatum reliquit,ſe putaſſe motum,tempus,cælum,æternum eſſe:& motorem primum agere ex naturæ neceſſitate. Quibus in rebus non ſolum cōtra ueritatem peccauit,creatus.n.a deo mundus eſt, a quo fluit motus,quare nullo pacto exiſtimandus æternus,materia quoq; minime æterna,quam multitudinem & infinitum nuncupatam licet animaduertere , quia unum ex ſe ſe terminum unum finem non haberet , quo pacto etiam apud Iamblichum uocata dualitas uti ſupra narratum eſt.Mundum quoq; æternum nō probari ab eo niſi ſex admiſſis quæ uel omnes uel plurimæ negari queunt ſuppoſitionibus, & Damaſcius in cōmentario in primum ipſum de cælo uolumen,& Plotinus in libro de mundo ; & Proclus in ſecundo in Timeum libro teſtantur :ꝗꝗ ſūt ex iunioribus interp̄tibus aliqui decernētes non ſimpliciter aſſeruiſſe mūdum æternum,ſed aduerſus eos qui factum dicebāt &

Remotio obiectionis.

Iamblichus.

Damaſcius.
Plotinus.
Proclus.

bant & rationibus inanibus utebantur, argumentatum Ariſtotelem. Non ſolum inq̃
peccauit in ueritaté, dum mundum aſſeruit æternũ: Verũ & cõtra ſuæ doctrinæ prin
cipia cõmiſit. Sed phyſicas primum ratiões diſſoluemus & retorquebimus in autho
rem. Q᷑ attinet ad primum, Chriſtianorum nemo defendere ab hac impietate Ari
ſtotelem iure poteſt, quoniam ille æternum mundũ aſſerit multis in locis, quæ pau
lo ante citauimus, noſtri principio creatum a Deo. In principio inquit Moyſes Crea Moyſes.
uit Deus cælum & terram. At qui tueri hoc pacto uolunt Ariſtotelem, ut eatenus Remotio ob
uera protulerit quatenus principium mundus non habuit per motum, ut pote cũ iectionis
nec ante motum motus eſſe quiuerit, nec æterna cauſa ad nouum effectum decerni multiplex.
determinari ue, niſi noua quadam poteſtate potuerit. Ii ipſi ut ſileam ꝙ minime
animaduertiſſe uidẽtur ꝙ aliqui theologi dicunt, nõ repugnare peripateticis prin Sco. i ultima
cipiis aliquid noui poſſe adeo manare, ex ipſius quæ recipit naturæ mutabilitate, ut .q. quo.
non ad unam tantummodo cauſam immutabilẽ reſpiciant, ſed ad oẽs pariter quæ,
ut effectus ille ꝓmatur, requirũtur: ut hæc iq̃ ſileã certe uideri facile poſſũt, uel igna
rum logicæ artis Ariſtotelem, uel oblitum aut transgreſſorem legis quam ipſe po-
ſteris tulit cõſtituere. Quæram enim ab eis ego, ſimpliciter ne exiſtimauerit Ariſto-
teles motum mundumq́ eſſe æternum, an minime? Si primum dixerint, non pote-
runt non damnare Ariſtotelem ſi chriſtiani ſunt. Si ſecundum reſponderint, ut ui-
delicet non ſimpliciter æternum dixerit, ſed æternum quatenus per motum non ha
buit initium, quatenus nouam actionem æternæ cauſæ nõ dederit: cum ipſum tamẽ
& accuſant imperitiæ, & ignoratæ dialecticæ nomine condemnant: quando illum in
duas impingunt fallacias, quas ipſe aliis propoſuit euitandas, & quarũ alteri nomẽ Fallaciæ dete
a conſequente, alteri a pluribus interrogationibus conſtituit. Nam ſi aliquo mo- guntur.
do conditũ mundum putaſſet, non aũt per motũ aut generationem conditum, & in
octauo phyſicorum nullum habuiſſe initium decreuerit, nun ſe ſe aperit fallacia cõ
ſequentis, ſi uelimus eum a contradictione defẽdere? oportet enim ut aut conditũ
& non conditum uoluerit, atq́ ita aperta manat contradictio, aut exiſtimauerit ſi
non per generationem & motum conditum fuerit, nec alio etiam modo condi aut
initum habere potuiſſe: quod minime profecto ſequitur, cum alii ſint modi rei ꝓdu
cendæ, inter quos ſimplex emanatio, de qua noſtri loquuntur theologi. Ad hæc ſiq́s
percunctatus Ariſtotelem fuiſſet, conditus ne mundus eſſet an æternus? illeq́ reſpõ
diſſet per motum non eſſe conditum, uni forte ſatiſfeciſſet interrogationi, non plu
ribus. Qui enim interrogat ſimpliciter de mundi cauſa & modo, non uni cuipiam
ſe ſe aſtringit uel modo uel cauſæ: ſed abſolute petit, hoc eſt omnem pariter ac ge-
neratim ſciſcitatur cauſam, cui aut poſſit aut debeat effectus ille acceptus referri,
omnemq́ ſcire cupit modum deprõpti effectus, ut ueritas ipſa tãdem patefiat. Qua
re cum plures hac in re iunctæ ſint interrogationes, & uni tantummodo ſatiſfactũ
fuerit, fallacia commiſſa eſt. oportuiſſet enim docere ꝙ non motu, non caſu, nõ ſim-
plici emanatione. Nam & Democritus caſu putauit factum & falſo, Plato uero ita fẽ Democritus.
re conſueuit intelligi, ut a Deo manaſſe mundum uoluerit, & ante illum Pythago- Plato.
ras & alii, quod tamen falſo negauit Ariſtoteles, cum primum huius opinionis in- Pythagoras.
uentorem faciat Platonem, idq́ ei exprobret. Nec illa habet quicq̃ uirium pro Ari
ſtotele reſponſio, locutum eum naturaliter. quaſi caſus etiam inter naturales ex ac Reſponſio. Confutatio
cidenti cauſas ab eo non numeretur in phyſicis? quaſi & principium naturæ non multiplex.

aſciſcatur? quaſi confeſſum habeatur apud omnes philoſophos quid ſit ipſa natu-
ra? quaſi non multa etiam ſit apud philoſophos controuerſia utrum ex nihilo quicꝗ
fieri queat, ſi ei qđ nihil dicitur, prima ex oppoſito materia ſtatuatur? Et hæc hacte
nus ad eos qui excuſare uolunt Ariſtotelem in eo ꝙ non ſimpliciter mundum æter
num affirmauit, ſed motu minime factum. Nam qui ex non ente (ut aiunt) ſimplici-
ter factum nouiter mundum a prima cauſa rentur, moti ſola authoritate Ariſtote
lis, idq́ʒ ei adſcribere totis uiribus cõtendunt, neſcio riſu ne magis exploſione ue, an
miſericordia excipi debeant, qui adeo parum gnari ſint, ut nec nuda & expoſita
Ariſtotelis uerba, ne rationes dixerim, ſatis intellexerint, id tantũ curantes ut Ari
ſtotelem excuſent & uel inuitum & reluctantem ad fidei ueritatem protrahant. ꝙ
autem ipſe ſe noliŧ excuſari, ſatis patet ex eo, quod ubiq́ʒ repetit mundum æternum
& æternam generationem. Verum enim uero, ꝙ etiam ſi uellet excuſari nequeat, ꝙ
ꝙ ſuæ illæ rationes certæ demonſtrationes non ſunt, ſed argumenta debilia, & prin-
cipiis etiam ſuæ ipſius philoſophiæ repugnent, facile monſtrabimus. Primum primi

Agitur cõtra ariſtotelem de æternitate motus et contra Auerroé.

tus exequamur. Si enim demonſtrationes eſſent, procederent ex ueris propoſitioni-
bus ipſomet Ariſtotele ita decernente, ſed cum aliquam propoſitionem falſam aſſu
mat, demonſtratio corrogari nequit: Error autem inde manauit, ꝙ putauit uniuer
ſali conditori materiã ſubeſſe oportere, quod uidetur inexpiabilius ab Auerroe cõ
miſſum, qui fuerat Algazelis libro commonitus, Deo ad agendum non requiri aut
materiã aut nouitatem uoluntatis: ille q́ʒ nihilominus in errore perſiſtens abiicit ue
ritatem & iraſcitur, Et iterum delinquit non ſatis intelligere ualens dei actionẽ nõ
eſſe rerum inferiorum actionibus metiendam, ut metiebantur ii quos Algazeles iu
re arguit, Auerroys defendit iniuria. quæ enim proportio menſuræ, ut ſi naturalia
iſthæc tenuia & uilia nequeant agere præterꝗ aut in materia, aut cũ materia, ut pro
pterea colligere debeamus naturæ conditorem ipſum ſupremæ poteſtatis, ſupremæ
dignitatis, eis ipſis inferioris naturæ legibus obligari? & præter connexionis erro-
rem Reduci etiam poteſt id peccati ad æquiuocationis fallaciam, in cõditione agen
tis primi ab aliis cauſis, quæ & patiuntur & agunt in ſublunari ſphæra rerum corru
ptibilium. Minime nanq́ʒ perpendit cauſam particularem, totum id quod in re eſt
non producere, quemadmodum primaria & uniuerſalis cauſa, Quapropter illi ad

Defenditur algazeles cõtra auerroé.

agendũ requiritur motus, huic non requiritur, præſupponitur. n. agenti cauſæ parti
culari materia quæpiam, de qua producat quidpiam & in quã agat: quo fit ut eius
actio uel motus uel mutatio nuncupetur. At uniuerſalis cauſæ operatio propterea
motus non dicitur, ſed emanatio ſimplex, cum quicꝗ uidelicet nõ ex ſubiecta re ali
qua, ſed ex nihilo creatur. Quãobrem falſum eſt, ꝙ ullum præſupponat motum ip-
ſa Dei creatio. Mobile itaq́ʒ quod præceſſiſſe tẽpus & Ariſtoteles & Auerroys & alii
plerîq́ʒ dicunt oportuiſſe, non negamus ipſi, ſed nõ motu id factum eſſe mobile, ſed
ſimplici emanatione decernimus. Vnde nõ ad infinitum ex motu & mobili procur
ſus datur, ſed ad actum ſimplicis emanationis, ad quem ubi uenerimus canendum
eſt receptui: Et enim progredi non datur ultra. Falſæ itaq́ʒ Ariſtotelis, mox & Auer
roys, & alterius cuiuſcunq́ʒ arrogantis philoſophi propoſitiones, quibus ex motu

Nico cuſa.

& mobili æternitatem comminiſcebantur. Nicolaus autem cuſa in libro de Geneſi
deceptos æternitatis mundi aſſertores ex eo coniectatur, ꝙ quia iudicarunt dura-
tionem mundi menſurari non poſſe, illico æternam exiſtimarunt, nõ ſecus allucina

ti,ac ſi qui ſolo obtutu corpus orbiculare,qđ unico aſpectu intueri nequeũt,aliter
q̃ ſit eē decerneret.Neq.n.rō põt æternũ metiri cuius.ſ.mẽſura nõ eſt tpi & iis q ſub
tpe cadunt tantũmodo accõmodata:ſed intellectu opus ẽ,quo capiamus,rõnalibus
mẽſuris res a tpē abſolutas nõ attingi:quo mõ ẽt mũdum æternũ,id eſt ratione nõ
menſurabilem uoluit haberi.Idē quoq; author in libro de uenatione ſapiẽtiæ ſcri-
bit,Ariſtotelē deceptũ in æternitate tpis adſtruenda, dũ non aduertit ſucceſſionẽ
quæ in motu eſt,cuius mẽſura eſt tps,ex ſe fateri,tps & motũ & ea quæ mouetur nõ
eſſe æterna,cum ante omnem ſucceſſionem,tota actu ſimul habeatur æternitas.

Quod non ſolũ ueritati,ſed et principijs peripateticæ philoſophiæ,aſſertio de mundi
æternitate repugnet. Caput octauum.

Aſſam itaq; Ariſtoteleã mũdi æternitatē,hoc eſt dũ principio caret,
tē eã intelligit apte uidimus,& falſo nixã fundamento, quo putauit
mobile nõ niſi p motũ poſſe pduci.Sed & falſũ quoq; illud fundamẽ
tum qđ metaphyſica uidet fretũ regula:id ẽ decerni ad nouũ effectũ
eãm æternã,ob nouã poteſtatē oportere:& pter ea quæ ſuperiori capite notauimus
ex quorundã ſnia theologorũ,hoc ẽt eadē pene fallacia corruit.ſ. æquiuocationis,
cũ uolũtatis noſtræ pprietatē,a diuina pprietate nõ diſtinguãt,q tẽporis inuehũt
æternitatē.Nã uolũtas & uelle in nobis qdē ſeiũcta direptaq; ſũt,cũ aliud poteſtatē Io.Sco.in ulti
aliud actũ ſignificet, & alterũ prius altero & habeatur & ſit.At in deo ſunt idē qui mo qđlibet.
actus eſt ſimplex & purus.Cũ itaq; diuina uolũtas,& uelle nõ differant, nouũ ibi ni
hil erit,ſed æterna oia,ut i ipſo ſunt,ut idē ſunt,qđ ipſemet ẽ.Vti aũt ab æterno res p Reſpondetur
ductæ nõ ſint fuit in cã tps qđ nõ adueniat,tps inq̃ nõ uerũ,qa ante tps, qđ pẽdet obiectiõibus
a cæli motu,nõ fuit tps:ſed ita a nobis imaginatione captũ,hoc eſt illa mẽſura, ſiue
ſpatiũ,ſiue diuinæ prædeſtinationis ſignũ,qđ poſtea fuit ipſius & cæli & motus & tẽ
poris initiũ.Cũ igit̃ fingunt nouã poteſtatē,& ueritati qđ & ſæpe alias,& ſibi ẽt re-
pugnãt,Nullã.n.cõminiſci oportet ex noua rerũ pductione nouã poteſtatē . Nec in
ipſo Deo,ppea qcq̃ noſtra etiã cogitatione nouãdum eſt. Cæterũ q ppoſitiones q̃
bus id pbatũ iri ſategerũt aſſertores æternitatis,peripateticæ principiis phiæ rẽpu-
gnẽt,reſtat declarãdũ.primo eius ppoſitiõis uim quæ in hoc fundat̃ redarguamus,
in hoc uidelicet:qcqd fit,id fit ex aliqua ptãte,quæ rē factã pcedat.hinc.n.uolebant
deducere mundũ eſſe factũ nõ potuiſſe,qa potẽtia nõ pceſſerit,ſcilicet actiua,nã de
patibili quo pacto?neq;.n.de ipſa materiæ poteſtate mẽtio habebatur, Sed de eo ex
quo fieri ex materia aliqd põt:cũ ſatis apud eos cõſtet,ſine agẽte cã aliqua, ex mate
ria qcq̃ nõ poſſe pduci:Nã formã omnē ex qua res ẽ id qđ ẽ,ab agẽte pmi ſẽſerũt,
potẽtiã igit̃ actiuã intellexerũt,hoc aũt nun repugnat alteri ſniæ?qua uolũt & tãq̃
principio quodã & fundamẽto poſitũ putãt,æterna quæ ipſi dicũt pendere a Deo,
Id.n.apud Ariſtotelē clariſſimũ cõſenſu neotericorũ,q̃q̃ in hoc euariãt, an pendeãt
æterna a Deo tanq̃ ex cauſa efficiẽte,an tanq̃ ex fine tãtũmodo:ſic.n.inter Auerroẽ
& alios expoſitores,quin & inter ipſos Auerroys aſſeclas,magna ſunt bella pugna-
ta,Nã quiſq; pro ſe Auerroẽ quoniam uarius,ut in Aliis pleriſq;, ita hac in re uiſus
eſt,trahere nititur.Sed quomodolibet capiatur, nobis conducit:Nam ſi pendent a
Deo , quæ ipſi dicunt æterna, tanquam a cauſa efficienti , potentiam producen-

Argumēta bi partita. di præceſſiſſe oportuit, quando ex efficiēti ducitur effectus. Si tanq̄ fine tum ſic argumentabimur, aut præceſſit etiam poteſtas actiua, aut minime: ſi primum iam habemus quam quærimus contradictionem, hoc eſt præceſſiſſe, & non præceſſiſſe actiuam poteſtatem: ſi ſecundum adhuc non effugient aliud incōmodum: nam ſi præceſſiſſe non oportuit actiuam potentiā, ut rentur omnes qui productum a Deo mundum ab æterno per modū finis tantūmodo ex Ariſtotele uolunt deducere, ex eo ē deducet, nec ſi nouiter ꝓductus mūdus dicat, præceſſiſſe potentiā oportuiſſe: quē tamen ipſi contendunt ideo nouiter non productum, quia præceſſiſſe actiuam potentiam oportuerit, & ob hoc dicunt æterna dimanaſſe tantummodo per modum cauſæ finis, Nec habuiſſe potentiam quæ ſe præcederet, ut pote ex qua fierent, ſed ſolum extitiſſe ex ipſa cauſæ poteſtate. Sed quid probibet ut eadem ratione qua poterant eſſe æterna, ſine præcedente actiua potentia, poſſent etiam eſſe in tēpore? cur enim expetāt potentiā actiuā noua, & nō ex ipſa cauſæ poteſtate ſubſiſtant? Si æterna ut uolunt, eadem ipſa cauſa ſubſtiterunt: quod ſunt cōmenti in æternis ſuo more cur non cōminiſcuntur in nouis? Ex hoc aūt & illud eſſe falſum poteſt cōuinci, ꝙ ſi cælum nouiter factum eſt, per motum factum eſſe neceſſe ſit, ut ex potentia reducatur ad actum: quando nulla potentia præcedente per modū finis extitiſſe conceditur ab illis, hoc eſt cōſecutione quadam, Ideo ꝙ ex finis neceſſitate diſſultarit ut Alexander & Auerroys ut ex noſtris aliqui interpretantur. quicquid aūt per ſe ſua pteꝗ natura, & ut Neoterici dicunt formaliter, rei non repugnat in aliquo momento, ſiue ut loquuntur iuniores inſtanti, id ipſum & in nullo prorſus aliquo momēto repugnare deprædendif: Talis. n. eſſe decernitur formalis repugnantia doctorū omnium conſenſu. Quare ſi uno in momento æternitatis potuit eſſe de nihilo mundus productus, Igitur & in quolibet, cū æqua ut diximus ratio ſe ſe utrinꝗ præbeat. Ergo qua ratione Alexander, & ut aliqui uolunt Auerroys ſectatores, concedunt cælū extitiſſe conſecutione quadam, ut pote quia perfectio & eminētia diuina ſic exigat, ut ad ipſum eius eſſe, & mentes illæ abiunctæ quibus nomen eſt factum intelligētiæ, & cælum, ſuam eſſentiam ſortiantur: Eadem rōne non queunt iure meritoꝗ abnuere, ex quo non negant in tēpore Deū eſſe, Ad ipſum etiam illico ut ad finē conſequi & cælum, & quæcunꝗ alia, quæ cū principium tū efficiētem cauſam habuiſſe negāt. Vis. n. totius negationis, uti uideri poteſt apud eoſdē, hoc ueluti fundamēto nitebatur: æterna ideo non habere cauſam agentem, quoniā huius cauſæ natura id requirit quod eſt in potentia, finis autē cauſa non requirit. Sed utraꝗ requirit, tum ꝙ id quod eſt in potētia, id qđ eſt actu, & potētia ipſi reſpōdet, aſciſcit ſibi: tū ꝙ poteſtas ipſa ꝑcedens admittit, ſolo admiſſo noīe dependētiæ, quæ ſuamet ui ꝑcedentē in eo a quo qcq̄ depēdet, poteſtatē corrogare ſatis uidet. Nec mihi obſtiterit exēplū æterni ueſtigii ab æterno pede in puluere defixi, magis aūt ſuffragabitur, q̄m in pede ipſo neceſſe erat ut ineſſet poteſtas imprimendi ueſtigii omnino prius, ſalrē quo ad ptinet ad ipſam rei naturā, Alioqui quo pacto ueſtigiū fuiſſet impreſſum? pes igitur habebitur cā ueſtigii, ut pote a quo pede fuerit effectum. Quare cælum cū a deo pendet, poteſtatem a qua pēdeat quis prius non aduertat? Sed, ſi poterant eſſe æterna ſine præcedente potentia, Cūr & ſi in tempore ſupponamus extitiſſe, ſine ipſa etiam potentia præcedente eſſe nō potuerunt? ut mittam ꝙ aliqui ex noſtris theologis probant mūndum ſi ita placuiſſet Deo æternum eſſe potuiſſe, ut mittam etiam

Remotio obiectionis.

Opinio Thomae.

etiã platonicorũ ſententiã, multos æternitatis gradus apud platonẽ reperiri, & æternum etiã apud ſacras litteras capi id qđ ſæculare dici poſſet, uti eſt uidere apud Augustinum libro de Ci. Dei ſexto decimo. æternas etiam ſuas fieri orationes optare ſe ſcribit Iuſtinianus in proœmio digeſtorũ. Sed illos platonicos æternitatis gradus concedat Beſſarion ſi uult, Platoni: Ariſtoteles eos non efflagitat, quippe apud quẽ æternum ſimplex traditur & uniforme, & rationes quibus utitur id ipſum cõfirmat. Sed & illa rõ quã probare conatur Ariſtoteles ſi Deus aliquid nouiter agat, requiri ut nouiter ſe ad id habeat & noua diſpoſitione determinetur ad agẽdum, in ipſum pariter reflectitur & retorqnetur authorem. Nã & ſi nouiter quidpiam a quacunq; naturali cauſa pducatur, in illud influit Deus, adminus latiſſimo illo influxu aquo ſubtrahi quicq̃ quod ſit, omnino nequit: Nam nec Ariſtoteles hoc nec Auerroys negãt, & Proclus confirmat de influxu primæ cauſæ diſputans. Si inqnã influit aut noua determinatione agit, aut antiqua, eademq; æterna: ſi primũ dicunt, contradicere id Ariſtotelis placito & ipſam eius propoſitionem infringere uidetur: Agit.n. quod non agebat prius, hoc eſt influit in rem ubi facta eſt, in quã cum ea nondũ eſſet nõ ita influebat, Cũ igitur hoc ipſo in caſu id nõ repugnet dici, cur repugnet in alio? Dicẽt fortaſſe eum hoc agere rei creatæ miniſterio, illud a ſe ipſo nullo uidelicet intermedio, quare de altero dici poſſe, de altero minime. At non ſatis reſponſio facit, quia agit in rẽ ipſe intentius & intime magis q̃ cauſa q̃ creata eſt & intermedia, ſemperq; rebus adſiſtit, eaſq; conſeruat, quãs cum creatæ editæq; nondum eſſent, non conſeruabat, ita nouam actionem nullo pacto quæunt effugere. Si uero ſecundum dixerint, tunc habebimus ſincere quod quærebamus, ut pote, quod ſe ſe ab æterno determinauerit cuilibet rei, dum ipſa eſt, ſuam influentiam largiri uelle: quare cum nouiter illa produxerit, nulla noua diſpoſitio, aut nouus appetitus requirebat. qđ forte animaduertens eius diſcipulus Theophraſtus, ex nihilo creaſſe Deum uniuerſa uoluit, & ſcriptis teſtatum reliqrit. Et hæc de phyſicis octo libris hactenus, ut facile depræhendatur non mentitum omnino ſimplicium, aſſeuerantem a rerum naturalium principiis, quia confuſa atq; cõpoſita ſunt, prodire cognitionẽ minime demõſtratricem, ſed coniectura fultam. Verum præter hæc & falſitate nutare illam atq; decidere monſtrauimus.

Opinio platonicorum.

Reflectitur in ariſtotelẽ rõ.

Reſponſio.

Confutatio.

Theophraſti ſententia.

Simplicius.

Quod in libris de caelo, et quinta eẽtia, et alia multa quae Ariſtoteles aſſeuerat negari poſſunt, et q; eius rationes de mundi unitate ab aliis debilia argumenta exiſtimantur. Caput nonum.

PHyſicæ auſcultatiõis initia, media, fines tetigimus: reliqua naturalis philoſophiæ cõis .ſ. & ſpectatricis opera pcenſenda ſunt. Occurrũt aũt libri de cælo i qbus multo faſtu grauiq; ſupcilio ſectatores Ariſtotelis quintã eſſentiã prædicãt, & demonſtratã putãt: quã & Atticus ridet platõicus, & noſter Ambroſius, cuius quarto libro meminimus ẽt cõfutat, & Auguſtinus abiicit: idq; fieri abeo Frãciſcus Marõius ſup ſeptimo eius de Geneſi lib. ſcribit: qm̃ more platonico cæleſtia corpora ex ignea nã cõſtare exiſtimauerit. Ideq; Aug. fret9 eiſdẽ litteris, & cælũ ex materia factũ dicit, & de eius figura quã magno nixu Ariſtoteles orbicularẽ facere molitur, ẽt ſcitari ipſe cõtẽnit, ſed teſtimõio

Cõtra quintam eſſentiam authoritatibus certatur.
Atticus.
Ambroſius.
Auguſtinus.
Franciſcus.

Cõtra ſuppoſita qbus ariſtoteles utitur ad probandum quintã eſſentiam.

ſacrarum literarũ.eã uero quintam naturam ut ꝓbet Ariſtoteles ſuppoſitis utitur
quæ negari facile poſſunt,& iam platonici multi negant,qui & concluſionem quoq;
refutanr:Nam ex igne cælum dicunr extitiſſe,uel multũ habere ex ignea natura co-
tendunt.neq; propterea iure ab eo damnatur Anaxagoras,q pro igne æthere di-
xerit,nam ætymologiæ ratio uerti poteſt,ut enim hic ἀθέω quod ē curro, ita ab αἴθω
ideſt ardeo potuit ille deducere,& uti uidetur accõmodatius. At illa ſuppoſita/mo
tum ſimplicē ſimplici corpori deberi neceſſario,non iri poteſt inficias/ neq;.n. talis
motus natura,per ſe ſe ita naturæ corporis talis addictus eſt,ut eam cõſequatur ne
xu inuariabili,qm̃ uariæ motus ſpẽs,uariaq; natura,ut etiam corporum,& uariis de
cauſis.neq;.n.licet uno ex accidente extrinſecus perſpecto,rei cui id accidit uniuer
ſam naturam tanq̃ perſpectam & exploratam iudicare.q̃q̃ etiam motum eum nõ ri
te depræhenſum paulo poſt diſputabimus.Item corpus ſimplex motum ſimplicem
aliquem naturalem habere.num id pari pacto negabitur? Negãt ſane uti diximus

Plotinus.

& hæc & alia platonis aſſeclæ nõnulli:& plotinus in libro de mundo ſimplicem mo-
tum ſimplici corpori debere,unum ex ſex illis ſuppoſitis dicit eſſe,quæ ſi quis cõce

Damaſcius. Proclus.

deret Ariſtoteli,æternitatem cæli tum poſſet comprobare,atq; ita Damaſcius incõ-
mentario in primum Ariſtotelis de cælo librum,& proclus in Timæum,plotini ſecu
ti ueſtigia,decernunt.Sed uti diximus motus natura naturæ corporis nõ eſt ita ne
ceſſario addictus ut arbitrantur & peripatetici,& qui Ariſtotelem ſequuntur pla-
tonici.quare & hoc ſuppoſitũ & alia multa negari poſſũt ,quo minus queat & cæli
æternitas aſſeri,& quinta prorſus eſſentia comprobari:Et quæ ad ipſius quintæ eſ-
ſentiæ naturam conſequuntur.Nec mirari ſatis poſſum tãtã fuiſſe ab Ariſtotele au
thoritatem motui tributam,ut ex eius diuerſitate,ſubſtantiæ diuerſitatem certo &
ſine controuerſia ſe depræhendiſſe exiſtimaret.Eſt.n.accidens motus ipſe,& a moto
re dependet:quare ſi quinta illa eſſentia,non eſt animata,in motore requirenda eſt
motus ratio,quæ.ſ.ab eo illi extrinſecus aduenit : ſi animata in animali ipſo ſemet
agitante talis motus exquirendus erit.q.ſ.æthereũm conſequitur animãtem,is aũt
eſt orbicularis,qui ita ſit illi cõgruus & aptus,ut hominibus uerbi cauſa ꝓgrediẽs
motus,ut Gãmaris uero Cancris & id genus cæteris aquatilibus retrogradiens. Ac
multæ quidem Ariſtotelicarum rationum mathematicis principiis nituntur, quæ

Cõfutatio tacitę reſpõſionis ad defenſionẽ quintae eſſentiae ex mathematicis dogmatibus.

tranſfert ad probanda naturalia , qui modus argumentationis ab eodem Ariſto-
tele reiici ſolet,nec a genere ad genus fieri tranſitum demonſtrando patitur. mul-
taq; antiquorum dogmata philoſophorum quæ freta uidebantur regulis mathe-
maticorum plane non recipit.cur igitur recipiemus ipſi q in primo de Cælo perfe
ctum motum adſtruxerit,ex perfectione circuli/q in ſecundo rotũdum aſſeruit eo
dem nixus circulo qui ſit prima planarum figurarum/ut extera taceam multa qui
bũs eo in opere utitur de geometrarum abaco deſumpta.Nec mihi faciunt ſatis q
q cælum dodecaedro plato adſcripſerit, propterea ab igne qui pyramidi , a cubo,
qui terræ,ab icoſaedro qui aeri,ab octaedro qui aquæ ſit datus,putauerit eſſe diuer
ſum,hoc eſt quintæ ſimpliciſq; naturæ: quintæ fortaſſis ut qui conflaretur ex illis,
nec una proprie illarum eſſet naturarum, ſimplicis nequaquã : quoniã apertiſſime
non aliena eſſe natura ab illis quattuor aſſeuerat uel igne plurimum participare.
Et preterea tangi poſſe uoluit,quod negat Ariſtoteles,qui tactum niſi rei compoſi
tæ ex elementis cõcedit.Ac mihi ſane uidetur in iis quæ ad ipſius quintæ eſſentiæ na
turam

turam conſequuntur,& ad alia etiam multa potuiſſe Ariſtotelẽ & modeſtiſſime qui dem id agere interſcribendum opus de cælo, quod multis poſt ſæculis noſter egit Auguſtinus,poſtq̃ libros edidit ſuper geneſim ad litteram; ut.n. his ſcripſit plura in eo libro eſſe quæſita q̃ inuenta,& ex inuẽtis pauciora firmata,ita ille ſcribere potuiſſet,plura eſſe in opere de cælo ſuppoſita q̃ probata,& ex iis quæ probaſſet pauciora ualidis argumentationibus cõmunita.Rationes.n.qbus utitur Ariſtoteles ad probandum diuerſam cæli naturã ab elementis ita ut quinta propterea iudicari debeat,eludũtur Axenarcho atq; Philopono,Sed de illis paulo poſt ſeorſum agemus, nunc alia quæpiam inſinuanda ſunt,ut depræhendamus non ea ſolum in re, ſed & in aliis quoq; cæleſtibus Ariſtotelẽ debilibus epicherematibus uti conſueſſe. Ac ut non repetã quæ paulo ante ſignificaui multas Ariſtotelicarum rationũ mathematicis principiis niti,quæ contra ipſiuſmet Ariſtotelis regulas transferuntur ad probãda naturalia.

Contra alia multa in opere de cælo poſita.

Argumentum illud cõtra cæli originem quo illud æternum aduerſus platonem ſtatuere nititur, nun fuere qui deriſerint? quando uice demonſtrationis topica utitur pſuaſione,eo freta loco cui nomen a cõmutata proportione fecerũt. Ac illa etiam non perſuaderi quod ſategerat affirmarunt.

Contra rationem de cæli aeternitate.

Incorruptibile quoq; cælum dũ aſſerit ex opinione gẽtiũ,quis ferre æquo animo poterit? ibi uidelicet Deos incorruptibiles habitare,ipſumq; propterea corruptioni minime obnoxium, nec item nnq̃ tot ſæculis immutatum:quis quæſo hoc tradidit? quis etiam ſi qui traderet,poſſet ſi mutaretur aduertere? quando nec in gẽmis Ariſtotelis ſententia corruptibilibus,potuit quiſq̃ ſenſu ullo ſenium ne dum propinquum interitum & corruptionem ſenſibus ullis apte coniectari. Dextrum præterea & ſiniſtrum in cælo, qua ratione firmatur? An homo ille qui ſupinus iacere fingitur, fractis erat cruribus/ut conſilio medicorum iacere non poſſet in latus.Cur eius caput ad auſtrũ magis q̃ ad boream collocatũr? an ut erectis fortaſſe cruribus tam bellum ederet ſpectaculum,ut polum hunc noſtrum editiorem plãtarum ueſtigiis obumbraret? more illorum planipedum ſciopodum, quos aut inuenit aut finxit uetuſtas. Sed ne fabuloſis fabuloſa tantum impetamus,quo pacto quæſo illud dextrum & ſiniſtrũ accipient mathematici,qui nonam,qui decimam etiam ſphæram ſtatuunt,& qui motum auſtralem introducunt? Primum.n.conuerſionis cæli principium id facit Ariſtoteles,unde oriuntur ſtellæ,eas enim oriri uarie nona & decima ſupra poſita neceſſe eſt,unde ſcilicet motus ipſe dependeat,nam octauam tantum agnouit & ſupremam ſtatuit Ariſtoteles & qui eum præceſſere plato & ægyptii.Et ipſe quidem Ariſtoteles cum uagæ ſtellæ contrario mouerentur motu ac fixæ, uariæ quoq; ad earũ habitudinem dextrum figurauit & ſiniſtrum in ipſo ſecundo de cælo uolumine: ut mittam q.Io.Scotus in ſecundo ſententiarum cõmentario cenſet in cælo ex natura rei non eſſe dextrum ſiue ſiniſtrum.

Contra dextrum et ſiniſtrum in globis caeleſtibus.

At qua firmitate demonſtrationem quã dicunt de mundi & terræ unitate oſtentant? & q̃ libenter? quã quidẽ ut de me fatear nunq̃ demonſtrationem putaui,& propoſitiones quibus corrogatur,debiles & parui momenti & a locis topicis mutatas ſemper duxi. Credidi equidem ſemper ſenſilem hunc mundum unum eſſe,Sed fide credidi non Ariſtotelis id rationibus mihi perſuaſi.& q̃q̃ ex noſtris Theologis.ſ.Thomas Ariſtotelis rationem de terræ unitate in prima theologicæ ſummæ parte recepit,nihilominus eam rationem non pro certa, ſed pro dubia eius expoſitor Caietanus admiſit.Cæterũ & ante & poſt.ſ.Thomæ tẽ

Contra rationes de mundi unitate.

Th.caietanus

pora,theologi quoq; ex noſtris & probatiſſimi & acutiſſimi,& eam & alias Ariſtotelis rationes de mundi & terræ unitate uel retuderunt uel irriſerunt: ſed & philoſophi quoq; gentium nonnulli non eorum ex numero qui Democritum,ſed qui platonem ſecuti ſunt idem effecerunt & ex hebreis aliqui.Quare non incongruum uidetur ut etiam quæ ipſi excogitarunt paucis expromam, paucis inq̃, quoniam ſi multis,quod eſt acium,agam,ſi paucis, quod effuſe alii magnaq; copia nihil aliud meditati diſſeruere,breuiter perſtringens,nec fructu lector carebit, nec uerborum multitudine fatigabit. Illam igitur qua nititur Ariſtoteles rationem de tota uno

Ambroſius.

in mundo conſumata materia, dum de cæli unitate diſſereret: Ambroſius in ſe-

Robertus ol.

cundo hexaemeron operis libro ſatis irriſit. Robertus olchor in ſecundo commentariorum in ſententias theologicas confutauit. Sed noſtrorum theologorum quoniam eis minus forte credent,qui nimio plus gentium philoſophos magnifaciunt, nunc habenda mentio non eſt,citandi enim prius ii ſunt quibus magis herent authores gentium: Atq; ita hoſtes eorummet armis impugnabimus.

Plutarchus.

Apud plutarchum grauem omni dubio procul & copioſum apud gentes authorem, dum agitur de defectu oraculorum,eo libro cui fecit titulum περὶ τῶν ἐκλελοιπότων χρηστηρίων, multa diſputantur de unitate mundi, ſed quæ noſtrum ad propoſitum faciunt ediſſeram q̃ pauciſſimis: Nam ille multis id egit longoq; progreſſu. Græce referam quæpiam, in quibus uice fungar interpretis ut ſæpe feci, ut faciendum quoq; eſt, dum habentur cum talibus hominibus uerba, uti ſi remittantur ad græcos codices, putent ſe ad taprobanam, aut ad incognitas illas prioribus ſeculis terras,noſtra ætate hiſpanorum nautarum labore repertas, relegari. Item quandoq; non interpretis ſolum, uerum & expoſitoris enarratoriſq;, Atq; etiam paraphraſtis, etiam compilatoris, partes exequar hoc in negocio. Cum itaq; eo in libro pleraq; dicta eſſent de pluralitate mundi & unitate, reiq; eo inclinari uideretur, ut plures haberi deberent, dictumq; fuiſſet ὥσπερ οὔτ᾽ ἄνθρωπος εἷς, οὔτ᾽ ἀστήρ, οὔτε δαίμων, τί κωλύει μηδὲ κόσμον ἕνα τὴν φύσιν ἔχειν. ἀλλὰ πλείονας. ὁ γὰρ λέγων ὅτι καὶ γῆν μίαν ἔχει καὶ θάλατταν ἐμφανῶς τι παρορᾷ τι τῶν ὁμοιομερῶν. τήν τε γὰρ γῆν εἰς ὁμώνυμα μέρη, καὶ τὴν θάλατταν ὡσαύτως διαιροῦμεν. τοῦ δὲ κόσμου μέρος, οὐκέτι κόσμος. ἀλλ᾽ ἐκ διαφόρων φύσεων συνέστηκε. καὶ μὴν ὅ γε μάλιστα φοβηθέντες ἔνιοι καταναλίσκουσι τὴν ὕλην εἰς τὸν κόσμον ἅπασαν. ὡς μηδὲν ὑπολειπομένου ἐκτός: hoc eſt ſi enim neq; homo unus eſt in natura,neq; aſtrum,neq; Dæmõ, q̃d prohibet non unum mundum,habere naturam,ſed uel plures.qui enim dicit,quoniam & terram unam habet & mare,manifeſte præterit,quod eſt ex ſimilibus cõſtitutum.Et enim terram in æquiuocas partes & mare ſimiliter diuidemus, mundi autem pars non etiam eſt mundus,ſed ex differentibus naturis conſtituitur,At qui nõnulli ſunt qui hoc præcipue uerriti,materiem uno in mundo uniuerſam conſumunt ut nihil extrinſecus relinquat.hæc fere eo in libro & plura in hanc ſentẽtiam alia,ut q; etiam ſi plures mundi eſſent,nihil tamen incompoſitum nihil inordinatum propterea,nihil ex alio in alium quod tanq̃ excideret,atq; deflueret,ſed pari cõcordia, nulloq; inordinato caſu res ageretur.quod licet animaduertere in hoc ipſo quem incolimus,ubi tam multa,tamq; uaria corpora,quæ ſua mole ſuoq; fulgore, & mirabili conſenſu ſpectantium oculos detinent atq; demulcẽt:& poſt paululum ſubiecit ἀδύνατον γὰρ οὐδὲν ἔστι τούτων, οὐδὲ μυθῶδες, οὔτε παράλογον, εἰ μὴ νὴ Δία τὸ τοῦ ἀριστοτέ

λους ὑπὸ ψευδαλλήλως, ὡς φυσικῶς ἔχοντα: hoc eſt nihil autẽ horũ eſt impoſſibile, neq; fabuloſum, neq; irrationale: niſi per Iouem ſuſpicentur quidam Ariſtotelea ſe ſe habere tanquam naturaliter: hæc ille: Mox & quæ ipſa eſſent cum ſubieciſſet, corpora uidelicet naturalia proprios habere locos: Quapropter neceſſario terram ad meditullium ferri, inde aquam, unde & ſi plures eſſent mundi euenturum ut alicubi ſuper igni terra collocaretur, alicubi aliter, atq; hoc ex ordine colligi unum eſſe mundum ex neceſſitate non plures, tum ſubiecit: ἀλλὰ καὶ ταῦτα πιθανῶς μᾶλλον, ἢ ἀληθῶς εἴρηται. ideſt. Sed & hæc perſuaſibiliter magis q̃ uere dicuntur: & cauſas illico ſubintulit, q; quæ dicebat & medium, & ſubtus, & ſupra, ad ipſum dumtaxat referret mundum, de cuius ſolitudine ſiue unitate quæſtio uerſaretur: neq; enim ad uacuum id referri, cum ſublatum iri uellet, in quo quidem uacuo medium non eſſet, ſicuti nec primum, nec poſtremum, finis enim hæc ipſa, infinitum autem ideſt non terminatum omnino uacuum: de cuius conditione cum diſſeruiſſet, relinqui cenſuit, uti medium non loca ipſa per ſe ſe facerent, ſed corpora ſe ſe pellentia inuicemq; cedentia. Quod ſi motus mutationeſq; opifici quem δημιουργὸν appellat, referri debere acceptas conſtiterit, continebit inquit mundus, unum quodq; in ſe ipſo: terram ſi quidem & mare unus quiſq; mundus habet, & medium unuſquiſq; proprium, & corporum naturas uarias atq; mutationes. Quod enim extra eſt uel nihil inquit eſt, uel uacuum infinitum, cuius nullum medium inuenitur. Si uero plures mundi fuerint unicuiq; propriũ erit medium, proprius motus, & non ſecus ac alii, hoc in ipſo eſſe decernunt. Mox potiſſimam illam argumentationem qua probare Ariſtoteles uoluit, ſi plures eſſent mundi, fieri uti ad unum medium una quæq; terra ferretur, quæ ſuopte pondere centrum petit, illam inquam argumentationem & flocifaciens & irridens ſcribit ὁ δὲ ἀξιῶν πολλῶν μεσῶν ὄντων, ἐφ᾽ ἓν μόνον ὠθεῖσθαι τὰ βάρη πανταχόθεν, οὐδὲν διαφέρει τοῦ πολλῶν ὄντων ἀνθρώπων ἀξιοῦντος, εἰς μίαν φλέβα τὸ πανταχόθεν αἷμα συρρεῖν, καὶ μίαν μήνιγγι τοὺς πάντων ἐγκεφάλους περιέχεσθαι, ideſt latine. Qui autem dignum exiſtimat ut ſi plura ſint media, ad unum ſolum undecunq; grauia pellantur, nihil ab eo differt qui dignum exiſtimaret, ſi plures ſint homines, ad unam tantummodo uenam eorum ſanguinem undecunq; confluere, & una ſola membrana omnium cerebra contineri. Cæterum iis non contentus plura ſubnectit, quibus & eius ſoluantur rationes, & minime neceſſariæ monſtrentur. Inde mouet in ſtoicos, qui unum & ipſi mundum uolebant, & eorum rationes irridet, longiq; poſtea ſubſelli opere de nũmeris & figuris diſputat, ac quinarium numerum mundis aptat, eiuſq; de natura pleraq; diſſerit, platonicam hac in re opinionem præferens Ariſtoteleæ. Cuius, quantum ad me attinet, argumenta minime unitatem mundi demonſtrare puto, probabileſq; tantummodo exiſtimo rationes quibus Ariſtoteles utitur non neceſſarias, & quas facile theologus reiiciat, apud quẽ Dei poteſtas iſinita plures ſi uoluiſſet creare & dirruere mundos ualeret, Et quas etiam non difficulter philoſophus neq; ſecta Democriti atq; Leucippi nixus, neq; inſania epicurea fretus, ſed probabili ratione uſus, non multo negocio diſſoluat: tãq; facile poſſe eas diſſolui, Robertus olchot cuius meminimus exiſtimauit, ut nullo modo Ariſtotelem ea in re poſſe defendi ſanxerit niſi fide ſuppoſita. quod quidem licet intueri apud eiuſdem authoris librum in ſententias theologicas ſecundũ, articulo ſexto ſecundæ quæſtionis. Certe

Solutio quarundam Ariſtotelis rationum.

(ut mihi uidetũr) ſi diuerſæ exiſtimarentur ſpeciei qui plures afferentur mundi, nihil omnino Ariſtotelis rationes haberẽt ponderis, quia & diuerſa eſſet terræ, aquæ & cæterarum partium ſpecies & natura. Si eiuſdem, tunc ſibi illæ ipſæ partes conuenirent, nec ſuum egrederentur mundum, ſua media quæcunq; grauia corpora peterent, & quæ leuia ſunt ſuperiora conſcenderent: & idem in cæteris iudicium pro portione pari, quod etiam Roberto placuiſſe comperi. At dicet quiſpiam nũ legiſti in duodecimo libro primæ philoſophiæ particula quadrageſima nona, idem quod alibi quantum ad cæli unitatem pertinet Ariſtotelem decreuiſſe, ſed aliam aſſignaſſe & explicaſſe cauſam? legi ſane, atq; perlegi, & non maioris eſſe roboris exiſtimaui. Neq; n. ad mobilia eiuſdem ſpeciei exigitur tanq̃ neceſſarium, ut motor ſit eiuſdem ſpeciei, cum ipſi motores ſint abſtracti, ut a pleriſq; exiſtimatur. Quod ſi cõiunctos putauiſſet quemadmodum animæ corporibus iunguntur, ita ut ex duobus illis una diſſultaret ſpecies, ſi hoc abſurdum non eſſet, neq; abſurdum id haberi deberet, ea. ſ. quæ ſunt eiuſdẽ ſpeciei habere materiã, materiã inq̃ nõ obnoxiã corruptioni, ſed corpus ſimplex quintæ naturæ, quales ipſe Ariſtoteles cæleſtes orbes exiſtimauit, atq; hac de cauſa una in ſpecie plura indiuidua collocari. Quare ſiue animatos orbes uoluit uti pleriq; omnes credunt eum ſenſiſſe, ratio illa nihil habet momẽti, ſiue abiunctos cenſuit motores ab orbibus, ut aliqui iudicant, non ſequitur ut eiuſdem ſpeciei neceſſario teneantur; unde nihil eo diſcurſu prohiberetur, quo minus eiuſdem ſpeciei plures mũdos haberi, quiſpiam philoſophorum exiſtimare potuiſſet. Quare probabiles non neceſſarias eius hac de re argumẽtationes fuiſſe, nec omnino ſuis quas i poſterioribus analyticis tradidit regulis ad amuſſim quadrare, neutiq̃ ullus nunc ambiget grauis rerum æſtimator. Hebræus item ille cuius ſupra fecimus mentionẽ plures eſſe potuiſſe mundos aſſeuerat, nec rationes Ariſtotelis ueq̃ probaſſe contendit. Reperiri poſſe magnitudinem infinitam, & dimenſiones ſeparatas infinitas, & uacuum dari, & mundos orbiculari figura neceſſario non conſiſtere uoluit: nanq; illa explodit, definitionem infiniti uerſificari de eius partibus: reiicit & illud differentias poſitionis eſſe terminatas, nam ſpecie cõcedit, numero minime, cum hic illo & ille alio poſſit eſſe ſuperior uſq; in infinitũ. Si. n. ut inquit non datur ſurſum abſolutum, nullum ſequitur inconueniens, negat etiam corpus infinitum orbiculari figura pollere, quoniam quod nõ finitur caret extremis. Et affirmat prætereа omnem figuram poſſe in orbem moueri. Sed reuertor ad græcos.

Remedio obiectionis.

Hasdai.

Quod in libris item de cælo et Xenarchus et Philoponus Ariſtoteli cõtradixere multis in rebus, et q̃ multa quoq; adduci non incommode poſſent. Caput decimum.

e T enim Xenarchi & Philoponi & aliorũm cõtra Ariſtotelica de mũdo placita rationes, adducere omnes facile poſſem, & quæ ab Alexãdro & Magenteno pro Ariſtotele excogitata ſunt non difficulter (niſi fallor) diſſoluere. Sed opus eſſet integro libro. Quare paucula ſat fuerit adnotaſſe, & uiris doctis innuiſſe potiuſq̃ explicaſſe, uti de linea quæ dicitur a Græcis ἕλιξ quam ſimplicem ille contendit non mixtæ naturæ, & uidetur etiã Xenarcho conſenſiſſe Archimedes, cũ intermedio ipſius lineæ, curuã lineã circularẽ

in rectam, ut figuram orbicularem in quadram redigeret, reſoluere curauit. quod ſi ita haberetur, alii eſſent ſimplices motus per alias lineas q̃ quæ poſitæ ſũt ab Ariſtotele: ut nec inde ſimplicem corporum naturam comprobare poſſet. Ac ſane meminí probatiſſimum theologum Dionyſium dum de motu mẽtium ſuper celeſtium deq; animæ motu diſſereret in libro de diuinis nominibus, feciſſe mẽtionem motus & circularis & recti & curui ſiue reflexi, & affirmaſſe tria hæc motuum genera in rebus ſenſibilibus in uniuerſo reperiri, ut alia uidelicet mouerentur circulariter, alia ſecundum rectam lineam, alia curue ſiue reflexe, atq; ut eius uerbis utar, κυκλικῶς κατ' εὐθεῖαν ἑλικοειδῶς. Philoponus quoq; motus differentes in differẽtes rerum naturas non eſſe referendos inde probat, quod ſi ita eſſet, eorũdem motuum unam eſſe naturam confiteri oporteret, quod tamen ab Ariſtotele negatur, ut pote qui diuerſarum eſſe naturarũ aquam & terram dicat, utranq; tamẽ eodem motu recto ad centrum ferri. Nec obſtat Magentini (ut mihi quidem uidetur) illa reſponſio, terrã ad centrum, aquam uero ad terræ ferri ſuperficiem, qm̃ ambo qua grauia ſunt centrum petunt, & recta linea ſuopte naturali motu ferunt. Præterea quoq; urget Philoponus nihil prohibere, quin cælum etiam ſi diuerſo ab elemẽtis motu feratur, eiuſdem cum eis naturæ poſſit cenſeri, quoniam terra & aqua quas diuerſæ conſtat eſſe naturæ, eodem motu qui eſt ad centrum moueantur. Ad hæc ſubnectit cælũ qualitatibus elementorum frigore & calore non carere, etiam ſi grauitate & leuitate careret: Neq; n. ſequit ſi leuia corpora contingit eſſe calida, ſimiliter & ſi grauia omnino ſunt frigida, ſequetur ex neceſſitate, quæ neq; leuia neq; grauia ſunt frigiditate & caliditate priuari: quoniam ſana non eſt ex antecedente propoſitione ſubuerſio; ſi quis enim homo eſt, omnino & animal eſt, nõ tamen ſi quid nõ eſt homo, uerum erit dicere quód non ſit animal. Addit & illud. Si Alexander recte ſenſit eũ eſſe proprie ſecundúm Ariſtotelis doctrinam circularem motum, qui eſſet circa cẽtrum totius uniuerſi, recte quoq; & illud ſtatuetur, motus qui non ſunt circa centrum uniuerſi proprie non dici circulares, qui & ſimplices appellantur: Aſtra uero ſecundum plurimos aſtronomorum circa propria mouentur centra, quoniam eundem non habent cum uniuerſo orbe centrum, neq; aſtra neq; eorũ epicycli, neq; illæ quæ appellantur eccentricæ ſpheræ, nãq; & a terra abſunt ſæpenumero, & terræ etiam ſæpe numero propinquiores aliis alii planetæ inueniuntur. propriæ itaq; circulares nõ erunt iſtiuſmodi motus, nec aliis corporibus cæleſtibus plane conformes. Mitto & quæ ſimplicius in primo de cælo cõmentario, & alii etiam ipſius Ariſtotelis ſectatores aduerſús ipſum Ariſtotelem conſcripſere. Illud ſane addi poſſet a nobis hoc loco, de uniformi motu ſphæræ octauæ, quam ſtatuit ultimam, aliter ſcribi oportere ſi poſterioribus cælorum dimenſoribus ſtare uoluerimus, qui nonam & decimam ſuper octaua collocãt, nec non retrogradientem eam atq; etiam in auſtrum & ſeptentriones motam ſuis obſeruationibus colligunt. quare non eo motu uniformi quem ille exiſtimauit (quoniam extimam eam cæteraq; omnia ambientem putauit) octaua ſphæra mouebit: peribitq; longus ille Ariſtotelearũ rationũ ſuper eo negocio diſcurſus. Addi & illud facile quiret, quo uidelicet falſo imputat in ipſo tertio de cælo libro parmenidi, tanq̃ exiſtimarit nihil eſſe præter ſubſtãtiã rerũ ſenſibilium: Diximus. n. & non multo poſt dicturi ſumus, parmenidẽ non ita ſenſiſſe, uti de eo ſcribit Ariſtoteles, idq; etiam ipſius parmenidis uerbis comprobabo. Addere &

Dionyſius.

Philoponus.

Contra reſp. magentini.

alia pleraq; poſſe,quæ in præſens omittã ſpatiis excluſus iniqũis:nã ſatis hẽri debet
ſi de cælo inſigniores quæ putari ſolẽt demõſtrationes duxerimus incontrouerſiã.

Multa quae Ariſtoteles in libris de generatione poſuit ut ſtata et firma, et rationibus impu gnari poſſe et impugnata fuiſſe. Caput undecimum.

Q Vam multa Ariſtotelis placita in libris de cælo & cõfutata & infirma
ta fuerint rationibus authoritatibuſq; uirorũ illuſtrium, ex iis quæ
proxime ſcripſimus manifeſtum eſt.At ſi e cælo ad elementa deſcen
deris,non minora fortaſſe depræhendes:quorum elementorum con
ditiones,ꝓprietates,qualitates in libro de generatione repoſitas,multi nõ recepere,
ſed & impugnauere pleriq;.Equidẽ præter illud quod ſcripſimus in libro de Elemen
Auth.liber d elementis. tis,uarium fuiſſe Ariſtotelẽ,cum in opere de cælo terram oppoſuit igni,ex ſũma lo
corum diſtantia ſummã inter ea elementa repugnationẽ imaginatus,in libris uero
de generatione aquã igni ex pugna qualitatũ oppoſuit,unde fortaſſe duplicem ca
lorem duplicemq; frigiditatẽ cõmentus eſt ægidius:præter alia quoq; maioris mo-
menti,non poſſe certa & euidenti ratione ſciri numerũ elementorum, non poſſe eo
rum ſedes ſine controuerſia cognoſci,non poſſe eorum qualitates primas quas il-
le pro uero & confeſſo poſuit, exacte deprehendi:præter alia quoq; eo in libro pro
babiliter diſputata,quæ ne facta faciã hoc loco non recenſeo:iam.n.editus & in pu-
blicum datus eſt is liber in quo hæc continẽtur,ubi de qualitatibus elemẽtorũ mul-
ta extrahi poſſent cõtra libros de generatione Ariſtotelis.præter hæc inq̃ & alia nõ
nulla cogitata noſtra:poſtea animaduerti qui ante me de elementis ſcripſerant nõ
omnes Ariſtoteli conſenſiſſe:quapp ex re uiſum eſt fore,ſi hoc quoq; loco eorũ ſen
Thomas Garbius. tentias ſubnotarẽ.Scribit Thomas Garbius ſecunda qõne de elementis,recitata opi
nione Ariſtotelis & Auerroys de qualitatibus elementorum in libro de generatio-
ne poſitis:ꝙ unum quodq; elementum ſuã habet præcipuam & præ oibus aliis qua
litatem:Ignis caliditatem in ſũmo:ſiccitatem non ita,Aer humiditatẽ in ſũmo,non
autẽ frigiditatem,Aqua frigiditatẽ ſumme poſſideat,non ad ſũmmũ uero humidi-
tatem,terra ſiccitatẽ ſũmã obtineat,non aũt ſummã frigiditatẽ:idq; multorũ autho
ritate probat,& ipſius etiã Auerroys in meteorologicis teſtimonio.ſubindeq; addit
Ariſtoteli Albertum contradixiſſe terrã frigidiorẽ aqũa multis argumentis decer-
nentẽ,& ſi Albertus quandoq; contradixiſſe,nõ uult uideri,dũ frigiditatẽ aquæ, hu-
miditati ipſius mauult contuliſſe Ariſtotelẽ,quoniam frigiditas, eius ipſius eſſen-
tiæ ſit magis intima q̃ humiditas.Cæterũ Garbius idem,opinionẽ Ariſtotelis & ſe-
ctatorum magis conſuetudine quadã introductam affirmat,q̃ ualidis rõnibus:pro
bareq; id ipſum conatur longo ualidoq; diſcurſu:inquo euidenti ratione ꝓbari ne-
gat poſſe,quattuor eſſe elementa ſimplicia:nec ſimplicitati ipſi mixtorum conſtitu
tionẽ adſtipulari,quæ ſemꝑ ex mixtis non ſimplicibus conflari uideatur. Negat itẽ
ꝓbari poſſe euidẽti ratione,purũ terræ aut aquæ aut aeris elemẽtũ repiri,diuerſum
ab eis quæ tanguntur mixtis,ſiue perfecte ſiue imperfecte cõſtitutis. Ignẽ quoq; in
concauo orbis lunæ collocatum,negat poſſe cõuinci:cũ nullum eius rei experimen
tũ haberi queat,& poſſit ibi eſſe aer ex cæli ꝓpinquitate calidus,unde conflent quæ
fiunt in ſublimi illa ragione aeris incẽſiones.Negat itẽ aut ratione aut apparitione
ulla poſſe cõcludi,terrã igne eſſe ſicciorẽ,ſed & contrariũ elici manifeſtis expimẽtis,

hoc

hoc eſt ignem ſummam poſſidere ſiccitatem. Reſpondet ſubinde rationibus Auerroys & aliorum ſubtiliſſime. Subdit & illud aerem nõ eſſe aqua humidiorem, idq; uerisimile uideri magis, quod attulere & credi uoluere ſectatores Ariſtotelis, quando nec euidens ratio nec experientia illis adſtipulantur, ſed ipſi ſibi abunde ſuffragentur: & ſi cui dubiũ id uideatur, appellat ad tribunal ſenſus, ad ipſum tactũ, qui ex aqua q̃ ex aere magis humectatur: quem quidem aerem non admittit calidum, ſed ambigit plurimum, & ne ſit calidus multas rationes ducit in medium, & ſub ambiguo relinquit, poſſe decerni utrum calidus an frigidus: modo cauſæ quibus affici queat remoueantur: quod non de aere tantum ſed de omni corpore naturali uoluit eſſe probabile, ut niſi extrinſecus afferri poſſint qualitates quibus afficiatur, ex ſe ſe nulla pollere qualitate ſit conſentaneum, hoc eſt caliditate ſiccitate humiditate frigiditate: atq; id ſolum ex tot poſitis ab Ariſtotele ſectatoribusq;, concedit: Aquam frigidam & humidam eſſe, quoniam ita eſſe, ſenſus ipſe manifeſte decernat, & terra magis frigidam non abnuit, ſenſu non ratione adſtipulante, cui magis ad quieſcendum reſ, q rationibus Alberti, quas non inficiatur facile poſſe diſſolui. Hæc breuiter ex Thoma Garbio, aduerſus Ariſtotelem de qualitatibus elementorum excerpſimus quodam quaſi compẽdio. Si quis explicatius rem cognoſcere uelit, ſecundam queſtionẽ de Elementis in libro cui ſũme medicinalis nomen eſt factum pertractare poterit, & in tertia quoq; uidere nonnulla aduerſus Ariſtotelem diſputata, quæ quoniam ad libros phyſicorum & libros de cælo ſpectare uidentur, curioſum lectorem ad ipſum Garbium uolumus relegatum: Sat.n. de iis quæ ad generationem pertinent hæc paucula ſubnotaſſe, ne ordinem Ariſtoteleorum operum uideremur deſſeruiſſe. Et quidem ſi Ioannis ſcholaſtici cõmentaria in libros Ariſtotelis de generatione & corruptione euolueri mus, non ita ſtata & ſine controuerſia depræhendemus ipſius philoſophi dogmata, ſed ambiguitate nõ parum multa perplexa: dictionem uero adeo obſcuram atq; ut ipſius interpretis utar ſermone λέξιν ἀσαφῆ οὖσαν ut eã quandoq; ex hyperbato, ad planiorem ſtructurã neceſſe habuerit reuocare, quo minus abſurda conſequerentur in ſenſu. Io. Scholaſt.

Quod aliquę rationes demonſtrationum loco in meteorologicis ab Ariſtotele poſitę, falſae ſunt. Caput duodecimum.

u

Idimus & in phyſicis & in libris de cælo & de generatiõe Ariſtotelis quæ dicuntur demonſtrationes inſigniores, cum falſa tũ debilia fuiſſe argumenta: facile de reliquis naturalibus libris poterit idẽ iudicari. Sed meteorologicos ad præſens quadam ex parte ſubnotabimus errores. Ipſe Ariſtoteles opus exorſus rerũ quæ in ſublimi fiunt, generãturq;, meteorologicæ propterea nuncupatæ: difficultatem negocii, ut erat accutiſſimo & lõge ſolertiſſimo ingenio non ignorauit: Quare quod antea meminimus præfatus eſt, dubitare uidelicet ſe aliqua & quæpiam quodãmodo tangere. Quæ uerba exponens Alexander Aphrodiſieus, illud dubitare de Iride interpretatur, quo. ſ. pacto fiat, & cur aqua marina ſalſugine polleat, illud uero tangere, declarat ita περὶ νεφῶν συστάσεως. hoc eſt de conſtitutione nubium, & paulo poſt ſubdidit εἰ μὲ τὸ ἀκριβὲς εἰπεῖν, περὶ τῶν τοιούτων ἔχομεν, ἀλλ' οὐ πάντη ἀπορόντες τῆς γενέσεως αὐτῶν ἐσμὲν. Et.n. Alexander.

inquit ſi nõ exactũm qũodpiam de talibus queamus loqui, at ne omnino ignari ſimus generationis eorum: quibus ex uerbis nihil exactum nihil aptum demonſtrationi, quod & antea ſubindicauerat, Ariſtoteles aperit. atq; id explicat Alexander

Olympiod. meteorologicis in libris inueniri. Olympiodorus quoq; Alexandrieus cuius etiã ſuperioribus ubtis facta eſt mẽtio, longe obſcuriſſimũ eſſe illud opus in ipſis quos in id molitur cõmentariis affirmat, expoſitis quidem & claris uerbis, ſed ſenſu & argumentationibus minime clarum aſſeuerans, & multo minus apertum manifeſtumq; q̃ ſint de anima inſcripta uolumina: q̃ ſi aliqua hic aperte docere uideatur, id eſſe ait κατὰ συμβεβηκός hoc eſt ex accidenti: propterea q̃ de rebus particularibus diſſerit. Verum enimuero procedente opere, tanq̃ oblitus Ariſtoteles eorum quæ dixerat, in ipſam maxime Iridem demonſtrationem parat, & quidem mathematicam adeo, ut multa in eius extructione litteraria elementa conſumat: a qua tamẽ Iride certitudinem ex Ariſtotelis uerbis Alexander abdicauerat, inter ea in quibus dubitatio uerſaretur eam collocans. Sed enim de hac Iride, hoc eſt de eius magnitudine atq; figura non dubitauit Ariſtoteles demonſtrationẽ illã attuliſſe, uti maior nunq̃ eſſe poſſet figura ſemicirculi: maiorem tamẽ portionem circuli ab ea ſuperatã adeo ut paulo minus circulum impleřit, & ego uidi, & alii fuere qui uiderint ſexdecim fere abhinc annis: tumq; inſignem hunc Ariſtotelis & Auerroys qui hac in re nec illum nec ſe ipſum poteſt defendere errorem, Memini in libros qui de ſtudio diuinæ

Libri auth. d ſtudio phiae. Cõtra Auerroem. & humanæ philoſophiæ inſcribuntur me repoſuiſſe: uti ob id liceat irridere Auerroym, qui nunq̃ erraſſe inſigniter Ariſtotelem præfatur, & huic tamen non diffitetur errorem, & ab eius ſocio deprahenſum q̃q̃ fatetur, iterum tamen excuſare quoquomodo ſatagit: quem tamen errorem Ariſtoteles pro demonſtratione & certa & elaborata perſcripſit, Aſſenecæ (uti ſatis eius primus naturaliũ queſtionũ liber indicat) atq; aliis non parũ multis impoſuit. Falſa certe Ariſtotelis concluſio, nõ meis ſolum oculis ſed & aliorum, qui bene etiam ſunt oculati. Nanq; fuerunt poſtea qui ſe mihi hanc ipſam deprahendiſſe falſitatem affirmauerint: quam tamẽ concluſionem ipſe demonſtraſſe putabat. Quare ex falſis eam propoſitionibus pepẽdiſſe neceſſe eſt, cum ex ueris aſſumptis colligi falſa concluſio nequeat. Aliam Ariſtotelis in

Albertus. Iride, Sed nocturna, leuitatem magnus etiam Albertus deprahendit, Qua uidelicet exiſtimauerit eam non niſi una die plenilunii euenire, nec niſi bis magno interpoſito ætatis curriculo, hoc eſt ſupra annos quinquaginta. Et quamuis quoquo modo uiſus eſt Albertus uelle aut tueri illum aut non damnare, Ariſtoteles tamen excuſationem reiicit omnem, ipſo ſuo loquẽdi modo, unde.n. uerba illa? καὶ ταῦτα πάντα ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ τοῦ μηνός, ἐν τῇ πανσελήνῳ γὰρ ἀνάγκη γίνεσθαι. hoc eſt. Et hæc omnia in die una menſis, in plenilunio.n. neceſſe eſt fieri. At nun plenilunium plures quo ad hãc rem pertinet, hoc eſt ad cauſam generandæ iridis, dies perdurat? an unum tantummodo inſtar animantis ephemeri? Vnde & illa uerba διὸ ἐν ἔτεσιν ὑπὲρ τὰ ν. hoc eſt quapropter in annis ſupra quinquaginta: bis uidelicet accidiſſe uideri. Nun plenilunium quolibet menſe? nun tenebræ ſingulis noctibus? quas etiam dixit in cauſa fuiſſe, cur ueteres non putarint nocte fieri Iridẽ, quia uidelicet ipſos ea latuiſſet, ob raritatem. Cauſam igitur quæro cur ὀλιγάκις ut ille inquit, hoc eſt paucies (ſi dicere liceat) rarenter ue fiat? reddidiſſe illam tamen quiſpiam dicet per illa uerba τὸ δ' αἴτιον ὅτι τὸ ἐν τῷ σκότει λανθάνει τὰ χρώματα. καὶ ἄλλα πολλὰ δεῖ συμπεσεῖν.

cauſa

cauſa eſt inquit, quoniam & in tenebris latent colores, & alia multa oportet concur rere. An colores ſemper non latent in tenebris, ſi abſolutas & nigerrimas tenebras ſub illuni nocte dedit intelligi? ſi uero non ſilente luna iridem fieri docuit, ſed cum plena lumine eſt, cumq; ſi liceat poetice dicere, percurrit cælū fraternis æmula flāmis. quid tum opus erat tenebras comminiſci? Eadē.n.cauſa eoſdem debet effectus promere. At quid ſibi uoluerunt illæ dictiones, multa oportet concurrere? Quæ nā quæſo ſunt illa multa? de quibus nec uerbū quidē ipſe fecit, ſed nec eius expoſitor Alexander quicq̄ penſi præter q̄ colores obſcuriores adiecit. quis.n. ambigat maiori in lumine colores ſpectari longe illuſtriores? Alia occulta promenda eſſent quæ certe aut facere debent cum iis, quæ dixit eſſe in cauſa, ut appareat iris nocturno tēpore, tūq; reſtat ſuo in robore quod in eū ſumus moliti: aut certe congruere iis quæ ſunt in cauſa ut uideatur raro, tamq; cum non expreſſerit, nihil docuit. At dices ea fuiſſe, quæ mox ſubiunxit, oriente & occidente luna id euenire. Sed hoc, ſi illi cum ſolari iride cōmune eſt, dicere non oportebat, ſi diuerſum, falſitate labat: nā nulla alia cauſa poteſt iridis afferri in Ariſtotelica diſciplina, q̄ refractio luminis: nec aliam attulit ipſe generatim, cum tamen ſæpenumero paruo interſtitio tēporis ſpectata ſit ſpectariq; poſſit identidem. Cauſa.n. iridis nocturnæ & nubi fertur accepta & lunæ: Nubi, ut decidant aquæ tenuia quæpiam ramenta, eademq; rorida dimanent, tanq̄ ſtillæ ſtiriæ ue. Lunæ uero ut pote quæ ubi maiores eiaculatur in aduerſam nubem radios, id agere dicitur nocte, porportione pari, quod interdiu ſol: Eius.n. quaſi uicaria ſucceſſione temperat noctem: unde & antiquis gentium poetis phœbe dicta eſt, & phœbi ſoror. Luna igitur cum plena lumine eſt, quotienſcunq; illi roſcida nubes opponitur, toties poteſt iris apparere, poteſt autem opponi ſæpenumero paruo temporis ſpatio: quare & de effectu nocturnæ iridis falſum repoſuit, & aberrauit in cauſa, quæ quoniam poni frequentiſſime poteſt, rariſſime tamen effectum in de prodire literarum monumentis teſtatum reliquit. Modeſtius multo uidetur egiſſe primo ipſo quæſtionum naturalium Seneca: nam q̄q̄ dixit in nocte arcus nō fieri niſi admodum raro, non tamen ad quinquaginta ſe annorum ſpacium contulit, aut minutias unius diei in plenilunio cōmentus eſt, ſed quia inquit luna non habet tātum uirium ut nubes tranſeat & illis colorem ſuffundat qualem accipiunt ſole perſtrictæ. Mitto q; & falſa quædam & ſibi aduerſa dixiſſe hoc in opere Ariſtotelē, olympiodorus eſt author, Mitto q; albam noctu iridem ſe uidiſſe teſtantur luſitani nautæ. Mitto q; in cauſa lactei circuli reddenda modo huc modo illuc uideatur flectere adeo, ut quibuſdam dederit occaſionem exiſtimandi uoluiſſe illum refractionem eſſe luminis paruarum ſtellarum, & late quaſi dixeris (uerbum græco reddimus uerbo) ſeminatarum: cuius etiam opinionis fuit Albertus: quibuſdam uero exhalationē eſſe calidā placuit, quo modo ipſum Plutarchus expoſuit. Res aūt adeo anceps, ut Auerroys eius rei diuinitus dari ſibi cognitionem optauerit. At certe ipſe poſt multa ſcripſit Ariſtoteles lacteum circulum comam eſſe, nec a cometis aliter diſtare, q̄ q; ille circulus a multis ſyderibus, cometæ autem ab uno excitarentur: ut uideatur potius ex modo diſſerendi huc flectere, & præcipue quia poſtremo ad eum modum concluſit, proptereaq; uiſus de eo Plutarchus hac in re iuſte iudicaſſe. quod tamen ſi ita eſt, falſum ab Ariſtotele pronunciatum a multis aſſeritur. Prima potius opinio ſuſcipitur, quam fuiſſe Democriti primo libro

Reſponſio.

Cōfutatio.

Cā iridis nocturnæ.

Seneca.

Olympiodorus.

Albertus.

Auerroys.

narrauimus. An illud præterea falſum? quod certe falſum eē & olim rōnes perſuade
bant & Authoritas Auicennæ, Nūc etiā teſtatur ipſorum quos citauimus nautarum
expientia; falſum inq̄ iter ſolis tropicos ſub æquinoctiali linea, ho. es nec naſci, nec ui
uere. ſunt, n. ſub ea populi multi: & ad occidētale litus illud ignotū antiquitati, me
dio in occeano, dulces marinæ aquæ fluctus, eos inueniſſe compertum eſt. Verū hæc
ipſe quidem ſpaciis excluſus iniquis, prætercam. Sed forte dicerem ego ut eum excu
ſarem, & in hoc & in aliis erroribus mitius cum Ariſtotele agendum, uiro præclariſ
ſimi ingenii, multiplicisq́ doctrinæ, atq́ apud gentes naturalium philoſophorum
præcellentiſſimi, unde ita Dæmonium ab antiquis illis appellabatur, q̄ diligenter
circa ima uerſatus eſſet, ſicuti Plato diuinus, quia ſuprema tractaſſet diligentius, &
tranſnaturalia magis excoluiſſet. Agendum inquam mitius, ut qui forte recte ſenſe
rit, recte ſcripſerit, quæ tamen ſcripta ipſi non habeamus, aut ſi habemus erroribus
plena ſint, non authoris forte uitio, ſed temporum, & hominum incuria. Quamobrē
Teſſitæ illi, & tineis, & appelliconi teio, & aliis, qui præclara illius uolumina temeraue
runt, accepta referenda eſſe, quæcunq́ aut falſo aut perperam in Ariſtoteleis libris
de rebus naturalibus & imis, nam de ſupremis pauca nec ſincere loquitur, collocata
ſunt. Sed eius defenſores & fautores nimii hoc non patiuntur, Qui & Ariſtotelis li
bros ſe habere & integros dicunt: eo maiorem hac in re notam infamiæ inurentes
Ariſtoteli, quo maior eſt uerus error falſo, quo iuſta accuſatio potētior q̄ calumnia.
At alterum incommodum non poſſunt effugere, cum re ipſa errores in libris multi
ſint. Nā aut Ariſtotelis ſūt errores, aut libri qui ſcatēt erroribus Ariſtotelis nō ſūt,
utrū malit deligāt, & de hac q̄ circūfert Ariſtotelis doctrina, q̄ uana ſit, ſniam ferāt.

Auicenna.

Luſitani nautae.

Quod ariſtoteles excuſari quoquo mō queat, Eius uero q̄ circumfertur doctrinę nimii defenſores, nullo mō q̄ant.

Quod in libris de anima, ubi maxime ualidas pleriq́ putāt ariſtotelis rationes, debiliter ipſe argumētatur nō demōſtrationibus utitur. Ibiq́ ab impugnatiōe Themiſtii Theophraſtus defenditur qui reprēhenderat Ariſtotelem. Capur decimumtertium.

PRæter hæc autem licet animaduertere, q̄ debiliter argumētetur Ari
ſtoteles, ad rerū ſcientiā exacte comparandam: quando tam parum
probat quod nititur probare, de iis diſſerens quæ intus gerebat, ex
quibus cōponebatur ipſe, uel quæ potius erāt ipſemet: ex anima. n.
& corpore conſtituitur homo, illa mente pollet, hoc anima intermedia ſenſu prædi
tum eſt, ac tam ex ea, q̄ ex hoc, prodit cognitio, qua non ſolum ſuorum ipſius actuū
propriæq́ naturæ, ſed alienæ perceptio datur. hæret nihilominus in utriſq́ adeoq́
uarius eſt & anceps, uti (quod libro quarto ſatis eſt monſtratum) philoſophi gen
tium præclariſſimi inter ſe ſe, & noſtræ religionis probatiſſimi theologi, nunq̄ ha
buerunt ſine controuerſia conſtitutum, quid Ariſtoteles de anima ſenſerit, & una
ne ſit quæ omnia obeat munia an plures? & ſi una, mortalis an imortalis? Cuius ēt
definitionem non modo Plotinus, ſed eius etiam expoſitor Porphyrius nō recepit,
& Atticus ēt illud impetit, immobilē uoluiſſe animam cōtra platonem, qui ex eius
motu maximū immortalitatis traxerit argumētū. Quinto quoq́ libro huic ꝓximo
declaratum eſt multifariam, intellectus munera adeo incerta, ut de modo rei ꝑ ima
ginem percipiendæ, deq́ ſubſtantiæ cognoſcendæ & ordine & modo, nō ſatis explo
ratum habeant peripatetici ne dum compertum, quid ſtatuendū decernendūq́ ſit.

Quam uarie de aīa Ariſtoteles ſenſerit.

Quam uarie de modo quo ſe intellectus intelligat et qd intelligat.

quo autẽ modo ſe intelligat intellectus,nũ adhuc lis perdurat inter peripateticos? propria ne ſpecie ſiue imagine an aliena? quando alii uoluerunt ex aliorum intellectione ipſum ſe intelligere,alii notione propria:& de agente quoq; intellectu aſſerendo,quãta inter interpretes diſcordia? quãtaq; difficultas inter pbandũ ppoſitionẽ illã quæ ei rei pro fundamento ſubſternit,in oi natura inueniri aliqd qđ agit aliquid qđ patiat? unde alii efficiẽtis dũtaxat cauſæ uim,tribuerũt agẽti intellectui,ut ipſe quidem non intelligeret,ſed cauſa eſſet,ut qui poſſibilis dicitur ſpeciem a phantaſmate detractam hauriret. Super quo phãtaſmate multa lis,nam alii neceſſarium ſemper ſunt arbitrati,alii initio tm̃, & in cognoſcendis naturalibus dũtaxat rebus ut alibi diximus,alii intellectum & phantaſiam tanq̃ geminos oculos imaginati, ut dum phantaſia concipit hominem ſingulatim,mens hominem cõcipiat uniuerſim. Voluntq; ut intellectus rei eſſentiã in phãtaſmate,quod alioqui non intelligat,relucentem capiat. Ipſum uero intelligere alii uoluerunt & adeſſe ipſi intellectui poſſibili,non modo efficiẽtis uice,ſed formæ:adeptũq;,propterea Albertus græcos quoſdam & arabes ſecutus, intellectum admiſit in tertio de anima. Thomas neutiq̃ recepit,quã de re in noſtro in tertium de anima Ariſtotelis librum cõmẽtario diſſeruimus. Ad hæc ubi maxime pollere creditur uiribus Ariſtoteles de anima diſſerens ibi maxime flaccet.

Quam uarie de ſenſu.

Nã quoad pertinet ad corpus ipſum & corporis ſenſum, ſi quæ diximus inter initia præcedentis uoluminis ad memoriam reuocentur,dum eius fallacias,& incertas coniecturas aſſeruimus,nihil fiet reliqui ad dubitãdum, ſcientiam inde certam & exactam,qualis & ab eo,& a pleriſq; omnibus quæritur pendere non poſſe.

Quam uarie de functionibus animę.

Q uantum uero ſpectat ad functiones animæ corporibus cõmunicatas, & ueterum opiniones non rite recenſet,cum affirmat eos mentem a ſenſu non diremiſſe uti dictum eſt,& ſequentibus etiam capitibus palam fiet: & rationes quibus utitur quandoq; ad impugnandum,parum fortes,parumq; etiam ſpecioſæ uiſæ ſunt aliquibus ex ſectatoribus. Sæpenumero ẽt metaphoris utitur,quas tamen uitandas docet in Analyticis,utitur inq̃ in re maxime ſeria, quatenus agit de eo quod eſt animæ propriũ,& peculiare:atq; de ipſa ui itelligẽdi uerba faciẽs mirũ q̃ debili nitit fundamento,quæ res etiã a quopiã noſtræ ætatis acuto & docto uiro diligẽter eſt animaduerſa. Et ſane quod attinet ad impugnandum cõmunem multis ueteribus opinionem de motu animæ ſemet mouentis,multi ſe continere non potuerunt,quin reſpõderent Ariſtoteli,Platonemq; tuerentur.

Aur. Macro. Albertus. Plethon.

Non dico Aurelium Macrobium, non magnum Albertum,qui libro de origine animæ paucis mutatis Platonis rationem demonſtrationem fortiſſimam pronunciauit:non plethonem illum qui ſub Nicolao pontifice uixit Platonis aſſeclam,qui hac de re quodam tranſcurſu in libro quem pro Platone aduerſus Ariſtotelem edidit uerba faciens,ſcribit & non declaraſſe Ariſtotelem quid uoluerit intelligi & non rite decreuiſſe: illaq; ſubinfert uerba πῶς γὰρ ἔτι ἀπὸ νοήματος ἐπὶ νόημα φαινομένη ἑκάστοτε μεταβαλλομένη ἡ ἀπόδειξις ... ἐπὶ τὸ μὴ νοεῖν καὶ τὸ ἀΐδιον ... καὶ αὐτὸς ὁ ἀριστοτέλης ἐπὶ τοῦ νοῦ τε ἀνθρωπίνου συνεχωρεῖ.

Quid Theophraſtus contra Ariſtotelem de motu animę.

Non hũc inq̃ non alios ſiue ueteres ſiue recẽtiores Platonicos aut Platonis defenſores,ſed Theophraſtum inquam,non peripateticum modo,ſed Ariſtotelis chariſſimum præcipuumq; diſcipulum. Non inquam ſe potuit continere,quin doceret magiſtri quæ afferebantur rationes, ita nullius eſſe momenti, ut etiam æquiuocationis fallaciam non effugerent. quare omnes diſſolui

poſſe docuit diſtinctione motus. Alio enim genere motus mouetur anima, mouet alio genere: dum.n. apprehēdit, dum aſſentitur, dum iudicat, mouetur. Mouet uero corpus alio genere, cum auctat illud, cum afficit, cum ex loco ad locū perfert. & hoc quidē genus motuum quo mouetur corpus, poſterius eo eſt quo ipſa mouetur anima uti longo progreſſu in decimo de legibus plato cōtēdit. Ii uero qui eodē motu quo mouetur corpus moueri etiam animam contenderent oportere, uel inde ſui erroris cōmoueri facile poſſent, cum uident rem quampiam hominis miniſterio operaq; moueri, hominē tamen ab ea re moueri non uident: moueri quoq; ſpectant uapores ui ſolis, & in ſublime ferri tramite recto, cū tamē ſol ipſe obliquo moueat in circulo. At cōtendit Themiſtius in primo de aia cōmētario, iudicia & aſſenſiones nō eē motus, atq; appellat ad motus definitionē. At q̄ calūnioſe prouocat ad id tribunal q̄d iā declinatū eſt, prouocat ad iudicium minus idoneū, minime competēs: ea.n. definitio corporei motus habet non ſpiritalis: uti.n. diuerſæ rerum naturæ ſunt, ita & diuerſas definitiones habere illas neceſſe eſt. Quare dum a fallacia æquiuocationis defendere Ariſtotelem Themiſtius ſatagit, ipſe in eā quæ petitionis principii dicitur impingit, Negat.n. Theophraſtus eundem eſſe motum, quo mouetur anima, & quo mouet alia: Themiſtius autem hoc aſſumit, moueri animam eo motu quo mouent alia, quando unam dumtaxat, quæ omnibus competat rebus, definitionem motus ducit in medium: atq; eo etiam maiori cum calūnia quiſpiā diceret, quādo ipſe Themiſtius animæ contemplationem phyſicam nō fecit, ſed abiunctam potius ſiue mixtæ coniūpiā naturæ. Sic & ſimplicius in cōmentariis de aia ipſam de aia contēplationē mediā inter phyſicā metaphyſicamq; longo ſatis progreſſu collocauit. Quapropter & aliā ei Themiſtius proprietatē motus adſcribere debuerat, aut adſcriptā minimepror ſus eliminare. Quod autem comparationem cauillatur motus uaporum ad lineam & ſolis qui rotetur & agatur in orbem, aſſerens nō ſatiſfactum, quoniam circulares utriq; ſunt motus, parum molitur. Neq;.n. id exempli quadrare oibus quæ de motu dicerentur Theophraſtus exiſtimauit, ſed uti calumniā tantūmodo retunderet, tantiſper, dum monſtraret propoſitionem illā uero nō niti: ea eſt, quo pacto mouetur quidpiā eodem & mouet, in uniuerſum nāq; confutabatur: quod in uniuerſum etiā & generatim probatum putabatur. Quare non cecidit in cōſiderationem ſpecie, numero, an genere, id afferetur diſcriminis: cum ſola tantūmodo requireretur inſtantia, ut motus inueniretur in mouente, q prorſus idem non eſſet cum eo, qui moueretur. quibus ex rebus fit ut nō hoc in loco Themiſtius inſiſtere, ſed potius in ipſa motus nā debuiſſet, ut eam oſtenderet quadrare nō poſſe ei, quod Theophraſtus attulerat. At forte uir prudens conſiderauit ſolidam baſim nō ſubſiſtere, nec ſubeſſe qd optabatur ædificio fundamentū: quandoquidem præiudicatum nouerat apud Ariſtotelem, ipſum intelligere (uti eius utar uerbis) eſſe quoddam pati: neq;.n. pati ſimpliciter, ſed quoddā pati dixit. Ita motus illos aiæ ſe ſe agitantis non proprie & exacte uti uidemus in rebus corporeis, ſed quodāmodo motus eſſe iure meritoq; decerni. Neq;.n. tam rudis erat ut cum moueri diceretur anima, plauſtro eā aut nauigio, aut equo moueri ſuapte natura exiſtimaret; Sed eo modo qui ipſi & proprius eſſet & cognatus naturæ. Quare neq; ad egreſſionē corporis locali motu, aut ad regreſſionem datur ſuffugium, aut anſa præbetur ulla, unde quæat poſtea reſponſio firmari, Neq; enim illus hæſerat Theophraſtus, qui omnimodā in corpore merſionem ſomniaret,

Remotio ob lectionis.

Reſpōſio themiſtii adtheophraſtum. Confutatio multiplex ab auth. iſto toto eta.

Simplicius.

Remotio ob lectionis ulterius themiſtiane.

ſomniarent,Neq; Ariſteæ proconeſii uanitati fuerat aſſenſus,cuius animam fabula bantur cõmigrare & remigrare cornina ſpecie: Sed motum localem etiam ſi ce n e deret animæ,non propterea eius eſſe naturæ cenſebat,ut eatenus iudicaret ei ſuo/pte ingenio competere egreſſum& regreſſum pro libito: quia præter motum loci, imperium quoddam & arbitrium requirunt ea quæ eiuſmodi motu pollent,niſi ſint ipſi corpori ſuapte natura connexa.Nouerat ille ab antiquioribus philoſophis de/cretum eſſe,animam omnis motus corporei eſſe principium:quamobrẽ ipſimet ani mæ motum & quidem præ corpore competere non ambigebat:Neq; dubitabat aliũ eſſe motum loci,quo ipſa per ſe ſe moueri poſſet anima,aliũ uero quẽ corpus ex ea nanciſceretur:inuiſilis ille& abiunctus a materia hic materiæ ſenſibuſq; obnoxius & tempori,quod ipſius animæ ſequi naturam arbitrabantur. ut omittam eundem Themiſtium in tertio de anima cõmẽtario aſſerentem poſſe facile conuenire inter platonem & Ariſtotelem,ſi loco actus hic motum accepiſſet,uti eſt a nobis etiã per ſcriptum in digreſſione de animæ immortalitate. Viderat enim egregio uir ingenio motum alia ratione capi, q̃ qui ii uti ſoleant qui de corporum motibus arbitran/tur.ut ſileã ẽt quæ de recto & orbiculari animæ motu multi diſſeruerunt:& eos non afferam qui reſponderunt rationibus in aduerſum,fundatis in natura aiæ indiui/ſili,dirimentes indiuiſile in id quod ſitum habet in re continua,&id quod a re con tinua eſt prorſus abiunctum:& quod nõ aſciſcit in definitione ſui ullam indiuiſilis alicuius rationem,& qui reniſum afferunt& naturæ limitem,uice continui ſucceſ/ſus in anima.Nam quod attinet ad locum animæ, unde in Platonem illæ excitarunt peripateticæ calumniæ:id diſtinctione quoq; ſoluitur loci: is enim qui aptatur ani mæ locus nec diuiduus dicit̃ eſſe,nec obnoxius materiæ.sic nõ modo punctũ habe/re in linea locum affirmant,ſed authore etiam Ariſtotele abiunctas a materia men tes cæleſtibus in globis collocari.Et hæc hactenus forte etiam plura q̃ opus fuerit: ni forte uellant aurem Themiſtiani,docendum aſſeuerãtes, qui nam iſti animæ mo tus/docebo ut morem geram.Inſiti ſunt animæ & in eius eſſentia intima ipſiuſq; in poteſtate ſunt repoſiti.Quatenus.n.ſuapte natura intelligens eſt anima , ſuopteq; ingenio uolens,eatenus eos poteſt motus ciere & promere.qđ cur Themiſtius non aduertit/quãdoquidem Plato in decimo maxime libro de legibus ſcribit motuum animæ nomina eſſe,uelle,conſiderare,opinari,conſultare,curare,lætari,dolere,aude re,metuere,amare,habere odio.Ariſtoteles quoq; primo de aia libro particula qua dragesima quarta,moueri aial ab anima uolũtate quadam & intellectu decreuit. Et q̃q; iuuari ſenſibus& appetitu corporeo,multũ poteſt anima , ad intelligendũ atq; uolendum:prius tamen natura eis eſt obeundis muneribus apra, q̃ ad ſentiendum & appetendum ſenſiliter:quia id animæ proprium eſt,hoc etiam corporis, unde & apud Platonẽ motus animæ primi,corporũ uero ſecundi ſolent appellari prius.cer te nã & dignitate dicit̃ eſſe aia q̃ corpus,& forte ſecundũ Ariſtotelẽ , atq; antiquos eius diſcipulos,quorũ princeps Theophraſtus,ẽt tpe,qđ qđe aduerſat̃ ueritati. Mit to quæ dicunt̃ intellectus principia,nõ a ſenſu,ut plerįq; nolunt hauſta,ſed ipſi in nata,& tanq̃ inuſta naturæ.At indiuiſilis ſi eſt aia quo pacto inquent mouebit̃/nun & partilis enunciabitur/At non cõſiderant multiplex eſſe indiuiſile,multiplex in partile,ut ſupra eſt a nobis indicatum.nec item conſiderant quod multi tamen con ſiderauerunt,ratione ſpatii quod pertranſitur,non rei quæ mouetur , motum nos

Ariſteas.

Remotio ob/iectionis.
Qui ſint ani mæ motus.

Obiectio.
Solutio mul tiplex.

dimetiri debere, anima uero ſenſili non obligatur ſpatio, tranſit nihilominus a co g ratione in cogitatione, atq; eodem reſilit, tanq̃ per intellectile & ſpirituale ſpatiũ, cum tamen ſit indiuidua & etiam dicatur quieſcere in corpore, quod & quieſcens ipſa motat: ex parte etiam quandoq; agitat, ex parte ſiſtit, domina uidelicet non Ancilla corporis. Quapropter fortaſſe diſplicuit Theophraſto innixum adeo corporeis ſenſibus præceptorem Ariſtotelem, ut inde pendere & motum animæ & cognitionem uniuerſam ſæpenumero dixerit. Motus itaq; illi animæ proprii ipſa ſunt animæ poteſtate, & ita proprie non ſubiiciuntur tempori, ſicuti nec proprie corporei ſunt motus ſed ſpiritales. Vnde nec ſiſtendum in uerbo motus, nec fidendum in actionis uocabulo: ſed nec perfecti & imperfecti conſideratio reſiſtit: Nec iccirco mutat locum aut mouetur extrinſecus, ita ut a ſe primo non moueatur, aut moueri nõ poſſit: nec etiã iccirco perire animam ſe ſe agitando cõminiſci oportuit, Quin imo uitæ potius perpetuæ id maximum apud eos fundamentum, quo & antiqui pythagorici & maxime plato nitebatur, & multi ẽt peripatetici: quibus placebat animam deſcendere in corpus formis repletam & ſimolachris rerum, ut diſcere a ſenſibus nõ eẽt oĩno neceſſariũ: Quorũ ex opinione forte facilius Theophraſtũ a Themiſtio defendiſſem. Nã plato, uelle, intelligere, curare, cõſultare, gaudere, & ſimilia motus appellat ueros & priores motibus corporum, ſed placuit non excedere ſemitas lycei a latinis triti, ne ſe peripatetici iuniores defraudatos expoſtularent. Et q̃q̃ Ariſtoteles etiam quandoq; concedit aiæ motus, tamen genere utitur libentius, energiæ uidelicet uocabulo, quoniam motus energiæ ſiue operationis eſt ſpecies. Motus enim quædam operatio, & non conuertitur, non reciprocatur prædicatio. Thomas quoq; in primo aduerſus gentes, dum nititur demonſtrare Deum eſſe, ſcribit motus ipſos a Platone & Ariſtotele ſimul pro ipſo uelle & amare deſumptos, Sed communius a Platone ſolere capi docet, quoniam proprie motus Ariſtoteles corporibus tribuerit, q̃q̃ ſunt etiam ex Thomæ ſectatoribus, qui uelint a Thoma non probari ibi Deũ eſſe, ſed ſupponi, & minime neceſſariam eſſe hanc conſecutionem arbitror, motu depræhendi motorem addictum ſupræmo cælo, ergo ipſum depræhendi Deum omnipotentem. Sed hac de re nõ multo poſt uerba plura facturi ſumus. Nũc diſſeramus de mũnere intelligendi, quo in negocio quantum potuerit Ariſtoteles, hinc liceat aduertere, q nutabundo in ſolo & tremulo iecit fundamentũ magni ædificii. Si quidem tertio de anima libro, ſenſui cõparat intellectũ, ut inde munus intellectus muneri ſenſuum cõparet conferatq;, & ſimilem faciat: ſi inquit eſt intelligere ſicuti ſentire aut quidpiam pati, utiq; ab intellectili re id fuerit aut eiuſcemodi alterum. quo fundamento non ſecus ac in harena iacto, magnam ſubſtrauit molem atq; multiplicem totius intellectilis ſtructuræ, ea eſt, impatibilem eſſe, ſuſceptorẽ ſpeciei, poteſtate eſſe non actu, non eſſe hoc quidpiam, ita ſe ſe habere ad intellectile ut ſenſus ad ſenſile, & alia multa. Quæ omnia ſimul ipſa ꝓpoſitione antecedente ſublata corruerent, perinde ac ſi quis ipſam fundamenti ſubruat harenam. Sed & ſatis illis ipſius uerbis poſſent infirmari, quibus ſanxit intelligere quod' dicimus, eſſe quoddam pati. At dices & qua ratione illam ſimilitudinem ineris inficias? Maiori certe poterit ratione depelli q̃ admitti. Nam inter ſenſum & intellectum tam multæ ſunt differentiæ ab Ariſtotele etiam ipſo explicatæ, ut inter eorum quoq; munera & officia, non parum interſtiti, nõ parum diſcriminis eſſe neceſſe ſit: illius. n. partes ſingularia ſen

Pythagorici.
Plato.

Thomas.

De munere intelligendi q̃ debiliter ariſtoteles diſſeruit.

Reſponſio.
Confutatio.

ſiliaq; peipere:huius mũnia dniuerſim capere:ille ſpecies formaſue rei ſenſilis abſq; materia quidem, non tamen ſine loco & tempore capit: hic autem ab ea materia tam nudatas & abiunctas reponit, ut nec loci nec temporis conditiones exci/piat. Simplicius illa etiam notat diſcrimina:ſenſitiua ut pote uiuentia meliora eſſe ſenſibilibus,Intellectiuis uero non poſtponi intellectilia:quæ etiam & alia eſſe dicit & eadem cum intellectiuis,ſenſitiua autem alia ſemper eſſe a ſenſibilibus:&, hæc quidem intermedio ſenſorio excipi a ſenſitiuis,Intellectilibus uero perfici intellectum nullo intermedio:& ne ſingula cõmemorem,inter ea eſt & multa & magna diuerſi/tas.Dices nun alibi probat id Ariſtoteles,quod nec probat ibi nec affirmat,tantum autem ſubiicit ſupponitq;:minime gentium Nam q̃q̃ multo interpoſito ſpatio co/natur quibuſdam poſtea ueluti exemplis id confirmare,ea tamẽ tam ſunt infirma, q̃ ipſa conditio.Suppoſita illa quidem ſunt & impetrata gratis a ſectatoribus, non probata.Nam quoad primam attinet appræhenſionem,utriuſq; diſcrimina iam ſub ſignauimus.quantum uero pertinet ad ſecundam hæret(ut ille inquit)aqua. Quæ nam enim ſimilitudo inter accipere & non accipere:& inter componere atq; diuidere:pari enim proportione ita differunt ſicuti prima illa munia,a quibus ducuntur, differre mõſtrauimus: idemq; in fuga & perſecutione iudicium,Nã ea tanq̃ effectus ab illis ceu cauſis depromuntur.De motu uero quo carere utrumq; in obeũdo munere docet Ariſtoteles,negaret Plato cum omnibus ſectatoribus, omneſq; pythagorei abnuerent,& multiplici renutu(ſi per legem ſilentii uoce uti non liceret)aduerſarentur.q; de potentia ad actum ducatur uterq;,negandum pariter pythagoreis atq; platonicis:ſupponit enim quod illi negant,quodq; probãdũ eſſet. pariterq; de ſimilitudine rei ſenſilis extrinſecus poſitæ & phantaſmatis, Nam & alium platonici & multi peripatetici per innatas & concreatas in anima ſpecies modum ſtatuunt intelligendi,& per influxum notionum a ſuperioribus mentibus inditarum . Quare hæc de re nihil firmum apud Ariſtotelem,tantum abeſt ut demonſtratione proba/tum ſit. Hinc tot pugnæ apud eius ſectatores de natura intellectricis animæ,de ipſo munere intelligendi,de re obiecta intellectui:nanq; multorum intellectuum fit mẽtio,poſſibilis,agentis,patibilis,ſpeculatiui,practici, quos omnes ſeorſum diſtingui nonnullis placuit,nonnullis confundi:& præterea participati & non participati intellectus mentio apud ſimplicium & peripateticos alios,unde tam multa & tã acris quæſtio de uno quoq; intellectu : Eũ enim qui poſſibilis dicitur alii aliquid eſſe & actum ex ſe ſe habere,Alii nullum prorſus ſed puram eſſe potentiam arbitrati ſunt eſſe:alii ſeparatam omnino a materia ſubſtantiã & ſunt qui hanc Auerroys opinionem rentur,alii inter ſeparatũ intellectum & animam intellectiuã diſtinxiſſe Auerroem ſunt arbitrati:qui(ut opinor)illum in ſententiam ire peripateticorum ueterum maluerũt,quibus crebra mentio & intellectus animæ, & intellectus ſeparati quemadmodum in commentario in tertium Ariſtotelis librum de anima diſputa/uimus.Sic & olim uoluerunt nonnulli ab Auerroe negatam prouidentiam:uerũ & ipſiuſmet Auerroys uerbis,& eorũ qui accurate illum excuſſere, in noſtro de prouidentia dei libro cõtra philoſophaſtros oſtendimus,pbabilius eſſe ut puidẽtiã aſſeruerit.Redeo ad ipſum itellectũ cui alii ꝑparationẽ quãdã,alii phãtaſma,alii ſpũm, alii aiæ partẽ cõſtituere:ꝑter alias difficultates quarũ ſupra meminimus: ꝑter difficultates ẽt itellectilis obiectæ rei,Nã id qđ ẽ ſingulare obiici,primũq; ab eo cogno

Simplicius.
Reſponſio.
Confutatio.
Remotio tac. obiec.
Plato.
Pythagorei.
Concluſio.
Confirmatio
Quam multiplex intellectus nomen.
De natura intellectuum uaria.
Auth.comẽt. in tertiũ de anima et lib. de prouid.
De re obiecta intell. q̃ diſſona.

De munere intelligendi quam varia.

ſciri volunt,ſed nō eo mō quo ſenſus.in quo et multa quæſtio,qm alii naturā quādā obiiciunt,unam illam quidem,ſed minori unitate q̄ ſit id quod eſt unum numero, a qua poſtea unitas uniuerſalis,noſtri opere intellectus emanet, Alii ſpeciē ultima primum ab ipſo cognoſci intellectu uolūt,ſed & fuere qui nulla ſpecie opus eſſe decreuerint,ſed rem ipſam per ſe ſe incognitrice poteſtate collocari, habere enim eam multiplex(ut ipſi loquuntur) eſſe,contendunt,in ſe & in alio. Nec defuere qui diuerſo modo ſint progreſſi,nam alii accidens cognoſci dixere,alii ens, nec defuere, qui Deum primo percipi uoluerint,ipſamq; intellectricem uim nonnulli dicunt admixtam prorſus corpori,cum ex aliis, tum ex ea ad phantaſmata obligatione continua,alii eximunt a corpore,Quatenus attinet ad propria munia.Sunt qui nullum habere ex ſe ſe actum,ſunt qui primum tantum aſſeuerent.ſunt qui ſtatuant formis ornatum, ſunt qui materiam primam in genere rerum intellectilium arbitrentur, ſunt qui media incedāt uia,ſicuti Hāmonius qui rerū quidem habere omnium notitiam uelit intellectum,ſed imperfectam & tanq̄ umbratilibus lineis figuratam,nō coloribus, σκιογραφίαν ille nuncupat.cæterum Plutarchus aliter,aliter Alexander, triplicem ab Ariſtotele intellectus mentionem factam putant,quos tamen ab Hāmonio recte confutatos Philoponus admittit,aliam etiam intellectus nuncupationem afferente,poſt quem Simplicius alias omnino appellationes inuexit. Adhæc intellectum,alii ex ſe poſſe intelligere decreuerunt,alii egere ſemper adiutore cenſuerunt,quo ex poteſtate reducatur ad actum:& hunc adiutorem, alii phantaſma, alii agentem dixere intellectum ſolum qui ſit pars animæ,alii ſeparatum fecere,alii iunxere phantaſmata,& inter hos non parua lis,an ut unū agens,an ut duo & quo modo cōcurrant?æqua uidelicet poteſtate an minime?an ut ſubordinata actione? nam uolunt alii agentem influere phantaſmati,duo tamen eſſe quæ agant particulatim.alii agentem influere phantaſmati,mox phantaſma agere ut cauſa particularis,agentem uero ut uniuerſalis & remota.atq; ita poſteros docuerunt, ut ſi eorū ſequi doctrinam uelint,adhuc neſciant quomodo intelligant?adhuc ignorent hac ſto etiam phātaſmate quonā pacto cognoſcat intellectus?Rurſum quomō illuſtretur phantaſma ut fiat uniuerſale & intelligibile quanta quæſtio? nam alii ipſo qui intus eſt intellectus opere fieri uoluerunt,nec inter hos cōcors ſententia, Nam alii agenti hoc dederūt intellectui qui illuſtret phātaſma & uniuerſale reddat, ſic ut in intellectu poteſtatis recipiatur alii hoc ipſum dixerūt abſtrahere,alii per ipſam abſtractionem nihil confici noluerunt præterq̄ q̣ noua quædam relatio ſuboriatur phantaſmati ad ipſum intellectum:alii maluerūt ut intellectus poteſtatis ſpeciem ipſam illimitatam & illuſtratam dum cōſiderat,eam efficiat uniuerſalem ita,ut hoc quod uniuerſale dicimus,ipſi non obiiciatur intellectui,ſed primam intellectus poteſtatis actionem conſequatur:alii alia,inter quos fuere qui ſuperiorem altioremq; ſubſtantiam cui nomen fecere datoris formarū imaginati ſunt.Nec defuerunt qui agentem & patibilem intellectum idem eſſe re ipſa prorſus affirmarint, & etiā qui patibilem intellectum dici phantaſiam ſint opinati,& a pleriſq; etiam taxati, unde cur ea patibilis cur intellectus dicatur? Philoponus diligenter in ipſis de anima cōmentariis exponit.Rurſum de ipſo intellectu agente quem & ἐνεργείᾳ νοῦν appellant,alii alia.Deum etiam ipſum intellectum putauit Alexander,& ſunt qui uelint id ipſum ab Auerroe exiſtimatum. Marinus non Deum ſed Dæmonium quendam uel

Hāmonius.

Plutarchus. Alexander.

Simplicius.

De natura intellectus agētis q̄ magna diſſēſio apud peripateticos et platonicos longo diſcurſu narratur.

uel agēdum inter homines & Deum medium,Plotinus humanū intellectum ſem/per intelligentem,Plutarchus humanum protulit quidem,ſed quandoq; non ſem/per eum ipſum exiſtimat intelligere,Solum prӕterea & ſimplicem uult agnoſci,nec duplicem in homine intellectum admittit,ut latini fecere permulti,& grӕcorū non nulli,qui intellectum ipſum agentem accidēs animӕ inſeparabile exiſtimarūt. Alii agentem intellectum & eum qui dicitur poteſtatis unum eundēq; dixerunt,ſed per fecto & imperfecto diſtinxere: cui opinioni Sophonius paraphraſtes aſſentitur in tertio de anima. Alii habitum principiorum agētem intellectum putauere:Nec de fuere quoq; qui ipſum intellectum agentem ſuſtulerunt,Alii contra, nam & prӕter patibilem & agentem,alium quoq; eſt inuenire maxime apud Themiſtium,qui.ſ.po tentiӕ uocetur intellectus,quem putat immortalem ſicut agentem, & etiam eum eſſe hominem ex Ariſtotelis ſententia decreuit.Multa quoq; diſcordia,uti eſt relatū de hoc intellectu an ipſe intelligat/an ſit cauſa tantum ut anima intelligat/an po/tius nec hoc nec illud/primam opinionem & grӕci omnes & nōnulli arabes, tertiā pauci,ſecundam Thomas ueram putauit. Qui grӕcis accedunt prӕter Ariſtotelem quem citant, adducunt ipſum ſe ſe intelligere aptum eſſe,quia ſua cognitio nō de/pendet a corpore,Non autem qui poſſibilis dicitur poſſe ſe intelligere,cum notio/nem a phantaſmatibus capiat:quӕ an cum intellectu agente concurrant ut ſubor dinatӕ cauſӕ ad intellectionem promendā multa queſtio. Eo mouent aliq; q̄ dicūt ſpēm itelligibilē hēre a re obiecta q̄ ſit,illa uero quodāmodo habere ab intellectu agente,ut ſint ſine materia,alii formalem terminum illuminationis & obiectiuū cō/miniſcuntur:alii alia,ſed nihilominus ſe ipſum,intellectum non intelligere diceret, cum phantaſmata illi prӕbere notionem ſui ullo pacto non uelint.quare putant ſe ſemper intelligere agentem ſolum modo,quia ſ.ibi eſt ſemper prӕſens, & ſe tantum intelligere ſi intelligibilia non prӕbabet in ſe.nec officere ſi dicatur nihill aliud eſ/ſe intellectionem illam ſui,q̄ actum primum:quoniam additur obiectum,& cum il/lo copulatio potentiӕ:atq; dici poſſe habitu ſe cognoſcere,alia uero poteſtate,hinc autem multa diſquiſitio, ſi intelligit & non cogitat,ſi cogitat,ſi neutrū.Alia quoq; multa & uaria apud uarios Ariſtotelis ſectatores,De intellectu agēte.Nāq; alii ſpe/culatiuum dicunt,alii minime,& nonnulli aiunt ӕternum,nonnulli negant,alii me dium quiddam ſunt cōmenti,ſicuti qui exiſtimauerūt coeternum animӕ inſtar for mӕ corporeitatis(ut aiunt)ſempiternӕ,atq; ita modo non perfecto, ueluti primo/rū habitu principiorū: alii incohationē non habituū modo,uti Thomas,ſed ēt ſciē tiarū meditati ſunt:quā ſolēt cām reddere,cur aliqua in ſciētia aliis alii citius p̄gre diant.At eorū qui malunt ӕternū,alii ipſam poſſibilis intellectus eſſentiam rentur, Alii ipſam ſubſtantiā agentis,quӕ ſit in intellectu poteſtatis: multi aūt malūt ab utroq; diſtinctum,& inter hos nulla concordia:nam alii accidēs putant eſſe in poſ ſibili,alii ſubſtantialem quandam perfectionem exiſtimant:alii, nec ſubſtātiam nec accidens, quoniam ens uerum non ſit rei, ſed rationis.Rurſum ſi dicatur eſſe diſtin ctum a poſſibili,& agēre,utrum ӕternum,an nouum? & ſi dicatur eſſe in intellectu poteſtatis quomodo ſit,an ſubiectiue(ut aiunt)an obiectiue? & quo pacto ſe ſe ha beat ad agētem,an ſicut ad formalem cauſam referat/ an ueluti ad uniuerſalem & efficiētem cauſam/an ſicut particulare ad uniuerſale/ hoc eſt ſicuti particularis for ma ſe ſe habet ad uniuerſalem,an ſicuti ad locum? qui uero ponūt ӕternum diſſen

Plotinus. Plutarchus. Sophonius. Themiſtius. De intellectu ſpeculatiuo q̄ uaria iudicia Thomas.

tiunt,eo ꝙ alii manifeſtum fieri dicunt excitatione phantaſmatum,ut ſit quædam quaſi reminiſcentia. Alii lumine agentis,alii utroq; modo maluere.nec defuere qui ipſum nihil eſſe dixerunt,ut qui omnem habitum intellectus excludunt.& ſuperiori lumine uera cognoſci exiſtimant,& ii etiam inter ſe diſtincti,quãtum ad receptionem radii ſpiritalis. Qui nõ æternum exiſtimant,etiam confligunt:quomodo acquiratur.′alii tria ſtatuũt,ſpeciem intelligibilem,actum intelligendi,ſcientiam. Alii ſpeciem & ſcientiã non differre inter ſe putant,& phantaſmate omnia hæc produci rentur. Alii ſolo agente & phantaſmate. Alii poſſibili intellectu,qui ſit in agẽte. Sed his etiam cõcorditer ſtatutis,de actu ipſo ſpeculandi quãta diſſenſio? quẽ alii reſpectũ, qualitatem alii,actionem alii,cuius terminus eſt uerbum interpretantur:atq; hunc

De ſenſu naturæ tributo uariis ſubſtãtiis.

in modum mirabiliter uarii ſunt atq; diuerſi, de intellectu,non ſecus ac de ſenſu libro ſuperiore oſtẽdimus. Qui quidem ſenſus,ut plãtis,ut corporibus cæleſtibus,ſed alio genere & conditione ꝙ̃ hominibus & brutis tribui poſſit,in tertio de anima libro ſimplicio pipatetico omnino non diſplicet:nec diſplicuit ante plutarcho id ipſum quantum ad cæleſtia pertinet aſſeueranti, & ad eam ſententiam Ariſtoteleum litteræ contextum exponenti. Vt mittam platonicorum ſententiam multis illud ipſum probantem,nec Philoponum dum eiuſmodi controuerſiam recenſet,nõ impro

Authoris cõment. de aiã.

bantem,ut late ſcripſimus in noſtro in tertium Ariſtotelis de anima librum cõmentario. Sed.n.quoniam ipſa anima & intellectu pollet,& ſenſu,quomodo hæc ſe ſe habeant,quomodo iungatur in una ſubſtantia tam diuerſa munia, quanta diſſenſio?

De ſubſtãtia et poteſtatibus animę ꝙ̃ uaria.

nam præter uarias platonicorum hac de re opiniones,quarum primo libro capite quarto decimo fecimus mentionem: Alii unam eandemq; ſubſtantiã animæ dicunt diuerſis fungi officiis,nõ tamẽ diuerſis poteſtatibus intermediis: Alii ipſam animæ ſubſtantiam ſeiungunt ab animali ſecundum eſſentiam,& tanꝙ̃ motricem coniungunt: Alii inter quos Thomas unam eandemq; ſubſtantiam eſſe animam rentur, & formam quidem corporis,diuerſis tamen pollentem uiribus,quarum aliqua corporeo inſtrumento non alligetur.græci & arabes quidam,plures malunt formas,& britannis quibuſdam placuit,non unam ſed plures eſſe ſubſtantias, quarũ eſſet altera inſtar materiæ,altera inſtar formæ,atq; ita unum quiddam cõſtitui. Plotinus &(uti etiam mihi uidetur)ſimplicius,ſenſitricem eſſe effectum quendam intellectricis animæ putauit,& ab ea tanꝙ̃ manare & effluere,unde apud ipſum ſimpliciũ leges quãdoq; ſecundas uitas,& eſſentias,a rationali parte animæ ſcaturire, atq; ut eius utar uerbo παράζειν. Atq; ita poſt obitum,primi de quibus egimus authores,ſenſitricem manere dicunt,ſecũdi aboleri,tertii manere quidem ſed in radice,cum corporeæ potentiæ niſi corporeo in ſubiecto non emittantur, quarti omnino corrumpi, quinti manere nõ tamen ut accidens quemadmodum Thomæ placuit.nam Plotinus ſenſilem ſubſtantiam ita a rationali pendere & effluere putauit,uti radius a lumine: & Simplicius ſecũdæ eſſentiæ & uitæ nomen citans,non accidens eam, ſed ſubſtantiam exiſtimauit. Itaq; ꝙ̃ uarie ꝙ̃q; pugnaciter de anima eiuſq; functionibus a peripateticis decernatur ſatis in parte monſtrauimus:ut tandem nihil certi ex eorum doctrina capiatur. Sed nec in ipſa capiẽda doctrina,error ne intercidat? ſcire ex ipſis poſſumus:quando alii non falli intellectum ſcribant,alii contra: Alii partim hac partim

An itellectus fallatur ꝙ̃ uaria.

illac diſcedãt. Ac Themiſtius quidẽ abſolute falli poſſe ſcribit,Thomas & Aegidius conditionem aſciſcunt compoſitionis adiectæ,cuius etiã rei in noſtrum in tertium

de anima commentarium mentionem fecimus. Multa itidem alia de anima, deq́ om
ni eius functione referre poſſem, & uaria & incerta, & perpetuis controuerſiis agita
ta. Nec mirum cum incerto nitantur Ariſtotelico fundamento, ut hinc iterum atq́
iterum atq́ etiã κυριάκιο ut græce aliquid dicã & maius & breuius, ſeruatori Chri Nota lector.
ſto gratiæ ſint habendæ q̃ maximæ: qui quod homines nequiuerunt, ipſe & Deus &
homo docuerit, de anima quod ſalubre eſt, ipſamq́ humanam animam immortalẽ,
& pro iuſtis actis præmia; pro iniuſtis tormeta ſempiterna habituram. & q̃q̃ de ani
ma ſeparata corpore, quomodo patiatur ab igne corporeo, non uno modo noſtri
theologi exponere conſueuerint, non tamen defuere qui ſcriberent ab igne poſſe
animam ſuapte natura pati: Franciſcus enim Maronius dũ Auguſtinum interpræta F. maronius.
retur tertio ſuper Geneſim ad litteram decernentem, animam ſentire per corpus, ar
bitratus eſt actum ſentiendi, non ipſo in organo (ut eius utar nomine) immedia-
te recipi ſed in ſenſitiua potẽtia: quæ ſi eſſet ſeparata ſentire poſſet. Quo fiet inquit
ut facile uideri poſſit quo modo animæ cruciantur ab igne. Sed utcunq́ ſit, fide id
certum tenemus, animam ab igne pati, eo quo iuſſit Deus modo. neq́. n. in humanis
placitis rationibuſq́, ſed in ipſa Chriſti & eius eccleſiæ catholicæ authoritate, iactũ
eſt noſtræ fidei fundamẽtum, tam in animæ eſſentia proprietateq́, q̃ omnibus in re
bus aliis quæ ad æternam ſalutem ordinãtur. Hoc nitamur fundamento, & uero, &
ſtabili, quoniam ut ſumus edocti, fundamentum nemo aliud poteſt ponere præter
id quod poſitum eſt, Chriſtus Ieſus: ſic enim Paulus Apoſtolus ſanxit.

**Quod in metaphyſicis Ariſtoteles dum ueterum narrat et confutat opiniones, et falſo nar-
rat et falſo confutat, ibiq́ anaxagoras, Parmenides, Empedocles, Democritus, ſuis
eorum met uerbis defendantur. Caput decimumquartum.**

E X phyſicis & ex animæ conſideratione, ad metaphyſicã tranſmean-
dum eſt: ubi Ariſtotelem nihil magis perſtitiſſe in uero decernendo
compræhendemus. libro primo eius operis, cui factum eſt nomẽ me
taphyſica, Anaxagorã facit empedocle priorem. Empedocles uero
diſcipulus & auditor pythagoræ traditur a Iamblicho & ab Aliis. Anaxagoras aũt
a multis ꝓditur Archelai præceptor, qui fuit magiſter Socratis, Atq́ hoc etiã aper-
te Galenus in libro περὶ φιλοσόφου ἱστορίας prodit, qui facit eum Anaximenis Mi-
leſii auditorẽ, ſubditq́ οὗτος δὲ τὴν μίλητον ἀπολελοιπὼς, ἧκεν ἐς τὰς ἀθήνας, καὶ τὸν
ἀρχέλαον ἐς φιλοσοφίαν πρῶτον παρώρμησεν. hic autem Miletum derelinquens ue-
nit Athenas, & Archelaum atheinenſem, primum ad philoſophiam concitauit. Ve-
rum hæc leuiora dimittamus, nã maioris momẽti res gerẽdæ ſunt. In quarto eius
operis libro inquo maxima ſe iecisſe fundamenta geſtit aduerſus ueteres: nũ pro
ponit falſo & ſibi cõtradictorie? nũ colligit falſius? Si quidẽ Anaxagoras id qđ ſen-
ſus eſt iudicium ſuſtulit, rationis & mentis dereliquit, ut & prioribus huius operis
libris eſt narratum, Ariſtoteles uero tam ei q̃ aliis philoſophis antiquioribus im-
ponit, ut prudentiam a ſenſu nõ diſtinxerint, eiſq́ dumtaxat ſenſilia fuiſſe cognita
dicit, nullo pacto intellectilia. quem miror quo pacto memor nõ fuerit ſe eũ in prin
cipio ipſius operis, tum alibi, protuliſſe Anaxagoræ ſententiam, qua mentem aſſi-
ſtere mundo indicarit. Qua quidem in re laude dignum hominem plane ſubinnuit.

Remotio reſponſionis tacitæ.

Mentionem igitur mentis intellectuſue, fecit Anaxagoras: quem tamẽ cũm aliis ſola ſenſus cognitione damnauit. Nec ſeparati intellectus mentionem faciam ab eo dixeris, non coniuncti, non humani. Nam ſeparatus intellectus, quo intellectu? an eo quo utuntur .ſ. homines compræhenditur? ſenſus enim non prætergreditur accidẽtia ipſomet authore, ne dum non percipit intellectilia: quo fit ut ſubſtantiam etiam ſenſilem non agnoſcat. Quoquo igitur modo mentem agnouerit, quoquo ei modo ueri notionem dederit, ſola ſenſus cognitione & mentione damnari nõ debuit. Propoſuit etiam & falſo Parmenidẽ ſenſum a prudẽtia non diſtinxiſſe, qua de re ut quæ

Defenditur parmenids de itellectu & ſenſu.

libro ſecundo promiſimus præſtemus, ueterum philoſophorum defenſionem exequamur. Ipſe Parmenides in libro quem inſcripſit περὶ φύσεως multis cecinit ueribus, ſe ſenſum fallacem depræhendiſſe, & intellectilem notitiã cupere. Vnde & ab eo decantatur ἡλιάδοσ κοῦραι προλιποῦσαι δώματα νυκτὸσ. Et ſcientiæ ſtabilis amore fretus poſtea ſubintulit ἀλλ' ἦν εὐπειθέοσ ἀτρεμὲσ ἦτορ. Sed hæc minime citans Ariſtoteles, aliud eius carmen pro ſe comparat, quo uiſus eſt intellectum membris corporeis contuliſſe: ſed q̃ inaniter ipſe Ariſtoteles exiſtimarit membris collatum intellectum diſpiciamus? Inquit enim καὶ παρμενίδης ἀποφαίνεται τὸν αὐτὸν τρόπον, ὡς γὰρ ἑκάστῳ ἔχει κρᾶσιν μελέων πολυκάμπτων ὣς νόος ἀνθρώποισι παρέσταται. τὸ γὰρ αὐτὸ ὅπερ φρονεῖ idest fere aduerbũ, Et.n. Parmenides declarat ad eundem modum, ut enim unicuiq; ineſt temperamentũ membrorum multiflexilium, ſic & intellectus hominibus aſſiſtit, hoc enim idem eſt quod ſapit. Hæc Ariſtoteles, quibus nihil plus colligit, q̃ quod uti diſpoſitio membrorum eſt, & temperatio, ita ei datur & cõſtituitur intellectus, reſpondente uidelicet operatione mentis temperamento corporis. Id autem ipſum Ariſtoteles ipſe, nun multis docet in locis? & præcipue in opere de anima, ubi molles carne, mente aptos eſſe pronunciat, ut inde nullum trahere ad impugnandum Parmenidem poſſit argumentum, a quo etiam nomen intellectus clare & expreſſe prolatum eſt alibi, cum ceſet ſolo intellectu rebus intellectilibus homines poſſe propinquari, fieriq; non poſſe cenſet, ut ſine fide intellectus intellectilibus rebus fiat proximus per hæc uerba λεῦσσε δ' ὅμωσ ἀπεόντα νόῳ παρεόντα βεβαίωσ, νῷ γὰρ μόνῳ πελάζειν τοῖσ νοητοῖσ δυνατόν. δίχα δὲ πίστεωσ οὐδὲ ἓν οὐδὲ ὁρᾶν δύναται τὰ νοούμενα. Parmenides itaq; non quod ei Ariſtoteles adſcripſit, ſed ſenſus incertitudinem & intellectus ueritatem expreſſit. Cuius quidem parmenidis carmina & poetica uelamenta mihi facile uidetur apud Platonem ſignificaſſe Socrates in Phedone, ducens, in medium poetarũm etiam teſtimonium, quo decernatur nihil nos audire nihil uidere ſincerum: idq; longo poſtea progreſſu & dicit & explicat ipſemet Socrates: qđ & a parmenide philoſophiã poetice tradẽte uidimus expreſſũ. Sed iã ipſum parmenidẽ nõ Socraticis ſolum, ſed etiam ſuis ipſius uerbis iã defenſum in præſens tempus omittamus.

Defenditur empedocles de itellectu.

Tueamur Empedoclem, efficiamuſq; ut qui ſecũdum eum litem dare noluerint, in Ariſtotelem uel nolentes ferant ſententiam. Proponit Ariſtoteles empedocli placuiſſe ſenſum a ratione minime diſtingui, Atq; in ſecundo libro de anima hoc etiã illi crimen, ſicuti & ueteribus omnibus philoſophis adſcribit. quod q̃ falſo id ei impoſuerit conijci poteſt ex ipſius Empedoclis carminibus? quibus intellectum diſtinguit a ſenſu, ubi & intellectus mentionem faciens affirmat, aliqua eſſe adeo ſublimia ut nec ſenſu nec intellectu compræhendi poſſint. Quomodo igitur prudentiam .ſ. intellectus habitum, non diſtinxit a ſenſu? Nam inter alia multa

dixit

licet οὔτως οὔτ' ἐπιδερκτὰ τάδ' ἀνδράσιν οὔτ' ἐπακουστά, οὔτε νόῳ περιληπτά. Ideſt ſic nec uiſibilia hominibus, nec audibilia, nec intellectu comprehenſibilia. Qua diſtinctione nihil uidetur poſſe clarius & diſtinctius adduci. quod uero ſubdolæ Ariſtoteles id effecerit, ut imponeret hanc rudem opinionē empedocli, multi hinc poſſent coniectari, quod nullam horum uerborum mentionem faciens, alia ipſius carmina citat eodem quarto libro metaphyſicorum. Cum enim dixiſſet prudentiam & ſenſum a ueteribus philoſophis eadem exiſtimata, idque fuiſſe in cauſa docere uellet, ut multa, de ueritate, abſurda cenſuerint, ita ſubiecit aduerbum ἐκ τούτων γὰρ καὶ ἐμπεδοκλῆς. καὶ δημόκριτος καὶ τῶν ἄλλων ὡς ἔπος εἰπεῖν ἕκαστος τοιαύταις δόξαις γεγένηνται ἔνοχοι. καὶ γὰρ ἐμπεδοκλῆς, μεταβάλλοντας τὴν ἕξιν, μεταβάλλειν φησὶ τὴν φρόνησιν· πρὸς παρεὸν γὰρ μῆτις ἐναύξεται ἀνθρώποισι. Ad uerbum & ipſe transferam. ex iis enim & Empedocles & Democritus & aliorum ut ita dicam unuſquiſque talibus opinionibus facti ſunt rei, Et enim Empedocles eos qui permutant habitum, permutare dicit prudentiam, ad præſens.n. conſiliū in augetur in hominibus. Sane nec his nec aliis oibus, quæ de hac re uel tangit uel explicat, quicquam aliud colligi poteſt, quam in homine mutari iudicium rationis & dimoueri prudētiam dimoto & abalienato habitu. Nū & ipſe hoc diceret Ariſtoteles? Nū permutato temperamento, diceret permutari iudicium rationis atque uſum prudentiæ? Quid colligit quæſo aduerſus Empedoclem, quod ille gratis non daret? An quod in empedocle damnat Ariſtoteles, in ſe ipſo damnare nō cogitur? Nū & ipſe ex duritie & mollitudine carnis, aptitudinem mentis & ineptitudinem facile pronūciat? Nū alibi animas corpora ſequi dicit? Nū in problematibus iudicium mentis dimoueri abalienato ſenſu decernit? & amentes, inſipientes, imprudentes fieri homines tetur ex affectionibus & permutatione corporei temperamenti & atræ bilis exceſſu? Cur igitur idem quod ipſe affirmat, tanquam perperam affirmatum, imputat empedocli? cur idem falſo colligit apud eum prudentiam a ſenſu non diſtingui? Cūr & alia ubi clariſſime intellectum & mentem a ſenſu diſtinguit empedocles, nō recordatur? Cur & id nō recolit prudentiam & intellectum tantum abfuiſſe ut hominibus eriperet & cum ſenſu confunderet empedocles, ut iis etiam qui carent ſenſu tribueret, ideſt plantis & ſtirpibus: unde eius illud de arboribus carmen: πάντα ἴσθι φρόνησιν ἔχειν καὶ νώματος αἶσαν. At quam falſo ne calumnioſe dixerim imputet Democrito, quod ſenſum à ratione minime diſtinxerit, ex ipſius Democriti canonibus (ita enim libri nomen) ſatis liquet, quo in libro his utitur uerbis Democritus γνώμης δὲ δύο εἰσὶν ἰδέαι. ἡ μὲν γνησίη, ἡ δὲ σκοτίη. καὶ σκοτίης μὲν, τάδε σύμπαντα. ὄψις. ἀκοὴ. ὀδμὴ. γεῦσις. ψαῦσις: ideſt ſententiæ duæ ſunt ſpecies, Altera quidem germana, altera uero tenebroſa, & tenebroſæ quidem hæc omnia, uiſio, odoratio, guſtatio, tactio, hæc Democritus, qui & germanam cenſuit quæ ab aliis eſſet ἀποκεκριμένη. ut ſit mirandum cur Ariſtoteles in quarto libro primæ philoſophiæ dixerit, Democritum & intellectum a ſenſu non diremiſſe, & nihil eſſe uerum, aut nobis non manifeſtum, pronunciaſſe, idque ex uarietate ſenſuum: Cum tamen ipſe ut eius etiam ex uerbis oſtendimus, cognitionem mentis germanam legitimamque dixerit, quæ autem ſenſus, non falſam, & omnino nō manifeſtam, ſed tenebricoſam appellarit. Cui aūt nō iponat Ariſtotelis authoritas ex iis qui ueteres nō legerūt? mihi certe priuſquam rimādi ueritatē diligētius curā ſuſciperē, Et ex fonte ipo nō defluētis, ipam noſcerēque

Defenditur democritus de itellectu & iudicio ueritatis.

nellem reſtinguere ſitim,& empedoclẽ nõ diſtinxiſſe intellectum a ſenſu credebam dicebamq;,& de ueteribus omnibus ex ſententia Ariſtotelis arbitrabar.

Quod rõnes Ariſtotelis contra ideas Platonis demonſtrationes non ſunt, ut pleriq; putauerũt,idq; oſtenditur multipliciter,ubi et plurima de opinione idearum. Cap.xv.

Liber aũth. de prouidẽtia.

De loco idæarum quantā uarieras? & quid ſint ideæ.

SEd enim arbitror operæprecium fore,ut oſtendamus rationes Ariſtotelis aduerſus platonis idæas non difficulter poſſe diſſolui,tantũ abeſt uti demonſtrationes debeant haberi:quod ut aſſequi commodius queamus,paulo altius repetenda res eſt:atq; ad memoriam eſt reuocandũm,quod in libro de prouidentia Dei contra philoſophaſtros ſuperioribus annis edito diſſerui.Hoc eſt ſatis non conuenire inter platonicos de loco,ubi repoſitæ ſint ideæ,quandoquidẽ plotinus & alii nõnulli in mente quadam illas collocarũt a Deo ut ipſi arbitrantur initio producta.& antiquior eſt fortaſſe iſthæc opinio,quando Marcus Varro plotino uetuſtior,idæas apud platonem mineruã docuit intelligi,qđ & Auguſtinus i ſeptimo de ciuitate Dei uolumine retulit:Mineruã aũt ex Iouis capite natã,fabuloſa illa uetuſtas cõmẽta ẽ.Alii in anima,quã multis a Deo gradibus diſtare exiſtimimabãt. Alii qđ & Iuſtinus ẽt philoſophus & martyr platoni adſcribit,imprima illa ſphæra non errante & primũ Deum & idæas poſuere.i. rerũ formas,nõ uniuerſales eſſentias,quo modo aliq interprætantur,qui eſſentiã nõ pro forma,ſed pro compoſita re ex forma & materia,nullis tamen limitibus aretata deſumunt,q̃q̃ nec defuerint qui in ipſo Deo illas ipſas reponi maluerint:nec diſſentire putauerint a noſtris theologis platonicam de exemplaribus opinionẽ,de quibus in Chriſtianis litteris multa,& præcipue apud Dionyſiũ de diuinis nominibus differentem,& poſtea apud alios multifariam diſputata in commentariis in theologicas ſententias. Sed enim alcinous platonicus,qui quod ſint ideæ, ex æternis notionibus,ex menſura ſine materia,ex mundo non temere facto,ex differentia opinionis & intellectus,maximæ cõprobat:& idæã haberi putauit ſi ad Deũ referatur intellectio dei ſi ad ſe ipſam eſſentiã,ſi ad mundum ſenſibilem exemplar: eã quoq; a dmittit definitionem ideæ,exemplar æternum eorum quæ ſecundum naturam fiunt,ut ex aliquorum ẽt platonicorum opinione,& artificata,& quæ præter naturã,& quæ particularia ſunt,& quæ imperfecta ſunt,& q̃ relationes dicunt,excluderet. Apuleius uero platonicus idæas dicit inabſolutas,informes,nulla ſpecie uel qualitatis ſignificatione diſtinctas:mox citat idæas formas omnium ſimplices & æternas nec corporales,ex quibus Deus ſumpſerit exẽpla rerũ,quæ ſunt,erunt ue,nec poſſe amplius q̃ ſingularũ ſpecierum ſingulas imagines exemplaribus inueniri:gignẽtiũq; omniũ formas & ſignificatiões ad inſtar ceræ,ex illa exẽplorũ figuratione ſignari.Tãta.ſ.eſt platonicæ ſententiæ uarietas,& uerſipellis interpretatio. atq; huc forte,uel ſaltem non longe,reſpexiſſe Atticus platonicus uidetur,cum ſcripſit platonis idæas ab Ariſtotele non potuiſſe intelligi. Quare ex hac diuerſitate ſententiarum, diuerſæ quoq; rationum Ariſtotelicarum ſolutiones elici quirent. Nanq; idæas dicerent Alii,in Deo cauſam habere,non eſſe uniuerſalia quædam per ſe ſe. Alii qui.ſ. eas repoſuerunt in prima mente,tanq̃ exemplaria rerum naturalium ponerent:ad quæ reſpiceret id,cui eſſet cura rerum gignendarum demandata. Qui uero eas

in anima

in anima mundi collocarent eſſe (ut dicunt) participatũ, illis tribuerẽt: ut nihil pro
pterea ſepatũ eſſe cõtenderẽt, qđ formas imprimeret materiæ, niſi rõnes ipſas ſepa
ta, hoc eſt materiæ nõ inhærentes, dependentes tamen ab idæis ſupioribus, quas ui
delicet in ſupiori mẽte collocaſſent. Hoc aũt modo non ita ſeparatæ rationes ipſe
aut eſſent aut haberentur, ut pleriq; dictauerunt, uolentes Ariſtotelis argumentis
platonica dogmata refelli. Quoniam ſi concludunt Ariſtotelis rationes, id maxime
uidentur concludere, formas in materia non introduci proprie & exacte ab agen-
te ſeparato, quod plato nunq̃ aſſeruit, ſed alii quidam, hac in parte non ſincere ſa
tis platonem ſecuti, inter quos Auicenna: quod & Io. picus Galeotti patris mei
frater adnotauit, inter conciliandã Platonis Ariſtoteliſq; phiam: Neq; enim diffite-
batur ipſe patruus, quicq̃ aduerſus platonẽ ab Ariſtotele non colligi, ubi præcipue
uidetur aliqđ colligere, circa id uerſatus qđ ab eodẽ Ariſtotele (qđ quid erat eſſe)
nuncupatur. Nam & ſi tale eſſe, pro rei totius eſſentia abſtracta capiatur, ut multi
capiunt adeo, ut & ſit & habeatur idẽ cũ eo cuius eſt, Nõ ppterea cõuincitur idæas
nõ eſſe. Duplex.n. rõ cuiuſq; rei, alia.n. particeps, ĩparticeps alia, cõmunicatur il-
la, hæc uero minime, uerbi cauſa. humanitas quæ cõmunicatur, hominis nomine ſi-
gnificatur, quæ nõ cõmunicatur nomine indicatur humanitatis, q̃q̃ nec exẽplũ hoc
proprie quadrat, quoniam maior illa eſt abſtractio idæarum ĩparticeps, q̃ ut per
ſolũ prædicãdi modum & interſtitium includendi ſubiectũ & non includẽdi ſecerna
tur. Vtcũq; tamẽ ſit indicat qđ uolumus apiri, indiuidua.n. eſſe ipſum (ut ſic loquar)
habent, per humanitatẽ receptã cõmunicatãq;: quo fit ut de Socrate prædicetur ho
mo, nõ prædicetur humanitas. q; ſi qs afferat hominem generari ab homine nõ ab
idæa, quæ nec itẽ reſpiciatur ab homine. Illud ei ex aduerſo regeri Ariſtotelicũ põt,
id qđ naturaliter agit, inſtrumentũ eſſe illius quod agit intellectu, ẽt ſi nõ ſit neceſ-
ſarium ut reſpiciat idæã. Nã ſi homo agens non reſpicit ad exẽplar, is tamen q homi
nis eſt director intellectus, bene plane reſpicit & cõtemplatur exẽplar, Alioqui quo
pacto dirigeret niſi illud ipſum intueretur? Vnde ſatis apparere põt humanitatem
participatam, ab ea, quæ non participatur deriuari, intermedio tamen participatæ
alicuius humanitatis: Sic lumen deriuatur a luce lumine tamen quandoq; inter-
medio. Neq;.n. lumẽ oẽ a luce ipſa, nullo medio lumine pficiſcitur. Forma igitur om
nis quæ eſt in materia, a forma itidẽ quæ in materia eſt, eiuſdẽ ẽt cũ ea ſpeciei, produ
citur, quæ tamen omnes ab una idæa proficiſcuntur, Nõ ſub ratione efficientis cau
ſæ, ſed exemplaris. Hinc diſſolui rõnes eius pleraſq; in ſeptimo primæ phiæ poſitas
picus patruus ẽt affirmabat, Nam & ſi quod quid eſt eſſe, primum.ſ. & imparticeps in
cõmunicatumq;, diuerſum & ſit & habeatur ab iis quæ eo participant, & qbus com-
municatur, nihil ſequitur abſurdi, nihil abhorrentis a ueritate: Nam ut ſint rerum
quæ idæã habent ideæ, ab ipſis diuerſæ idæis ſuperioribus, ſequetur ne propterea ut
modo quo dicitur, idæarũ ſint ideæ? Ipſe.n. illæ prorſus abſolutæ & ĩparticipes, quæ
non rationum iam ſed idæarum nominæ uere & exacte pollent, per ſe ſunt tales: Tri
tumq; illud eſt, & peripateticis receptum, alia eſſe quæ per eſſentiam talia dicantur,
alia quæ participatu habeantur talia, ut ignis, ut quæ ignita uocantur, oſtendunt,
ſi ea omnia calida nuncupaueris. Quis item non aduertat nihil põderis eſſe in ea cõ
ſecutione? cũ eo rẽ deducere conatur, ut inde putet deriuari rerũ nõ eẽ ſciam, ob id
qđ cognoſcere id qđ eſt eſſe rei, nõ ſit rẽ illam cognoſcere, ſed aliam ab ea diuerſam,

Auicenna.

Io. pici & opinio & rõ

Duplex cu-iuſq; rei rõ.

Remotio ob iectionis ta citæ & cõfu tatio.

Io. pici opi-nio.

Imago.n.ſimulachrũq; hois,q̃ diuerſum ſit ab hoie,qs non plane pcepit/ diuerſum
etiã genere:illud.n.artis opus,hoc naturæ:& nihilominus non negaret Ariſtoteles
ex Socrate,ipſius imaginẽ fabrefactã,& ex imagine Socratẽ,poſſe cognoſci,ob eã ip/
ſam quæ inter duo illa eſt ſi abitudinẽ.Dixi no negaret Ariſtoteles pp difficultates
rei p imaginẽ cognoſcendæ quas multi ph̃orum & ex noſtris ẽt aliqui ſubtiliter ut
ſupra eſt indicatũ diſcuſſerũt,Ariſtoteles nõ tetigit.Per imaginẽ itaq; cognoſceret
exemplar,& forma ipſa et in quacunq; ſuperiori mente collocata,Tã & ſi plato etiã
minime neget cognoſci a nobis eã quæ participatur formã,ac ut neoterici loquun/
tur(honos ſit auribus eruditis)intrinſecã qdditatem.Negat ſolũ inde pendere exa
ctam rei cognitionẽ.q̧ ſi ratio illa Ariſtotelica ualeret,nũ modus cognoſcendi om/
nis quẽ ipſe tradit inanis redderetur aboleretur/ſimilitudine.n.rei rem cognoſci
docet,rem aũt ipſam ſui ipſius ſimilitudinẽ nõ eſſe qs plane nõ nouit/ Sed de ſimili
tudinis & rei cognitione nõ nulla ex ſcepticis diſputationibus,& ex noſtris etiã ſu/
perioribus huius opis uoluminibus relata ſunt.Cæterũ dũ profert in mediũ,ſequi,
ut qd quid eſt eſſe hominis,non ſit homo,& qd quid eſt eſſe entis,non ſit ens,Miror
quo modo illud peripaterici iuniores pro abſurdo receperint/qbus quotidie clama
tur in ſcholis,in coronis diſputantiũ,albedinẽ non eſſe albam,humanitatem nõ eſſe
hominẽ.nã & ſi denominatio in altero pollens,in altero minime,interſtitium uidea
tur afferre,participationis tamen ratio maxime conducit,ut ſimilitudo quadret p/
poſito: nãq; & albũ albedine & hõ participat humanitate.Illud ẽt minime ſequitur
ut putauerat Ariſtoteles,indiuiduas non eſſe ſubſtantias,qa de ſubſtantiis ideæ nõ
prædicanẽ,Alioqui receptæ cõmunicatæq; iure meritoq; haberentur:Id.n. qd affer
tur prædicaturq; de ſubiecto,forma eſt iam recepta,participans ea, quæ minime re
cepta eſt:Sed enim(ut cenſent)uis eſt,& ratio,& tanq̃ dixerim fundamentũ,& cauſa,
ſubſtantiarũ inferiorũ,in primis illis mentibus:quæ uerius habẽtur a platonicis ſub
ſtãtiæ,q̃ uniuerſa in diuidua corporea:quæ quidẽ indiuidua & particularia,ſuas nõ
habere ideas platonicorũ nõnulli ſentiunt,& conſentit alcinous.At q modum ẽt lo
quendi damnare nõ põt Ariſtoteles,niſi ſe ipſum antea cõdemnet,q a ſanitate,quæ
eſt in mente medici,fieri ſanitatẽ,quæ eſt in corpore dicit,Illam inq̃ nũcupat ſanita/
tem,nec p illam tamen corpus denominatur ſanum,ſed p eã quæ illi inhæret,Aliaq;
ratio huius,ut pote humorũ tempamentũ,Alia illius,multoq; magis ab idæa ſupe/
riori,potiori uidelicet & principali cauſa fieri denominatio poſſet,q̃ ab idæa q̃ eſt in
mente medici:quæ uerius aut forma aut rõ inducendæ ſanitatis appellaretur. Dege
nerant.n.noia quẽadmodum & res cum a ſuperiori fit deſcenſus ad infima : unde ſæ
penumero inter idæã & rõnem,magnũ diſcrimẽ in platonica familia factũ reperies.
Subſtantiã itaq; in ſuperioribus q̃ in inferioribus ex eorũ dogmate uerius nũcupa
ueris,nec ab Ariſtotele fortaſſe nimiũ abhorrueris,ſi ita de rebus quæ a natura pro
ficiſcũtur,uti de his quæ ab arte pendent loq poſſumus:q̃q̃ non eſſe artificiorũ ideã
nõnulli platonici uoluere. Sed ſi ſint ẽt ſecũdũ alios platonicos,artificiorũ ideæ,qd
nã apud Ariſtotelem ſequetur abſurdi/num ipſe Ariſtoteles fatetẽ cuiuſq; rei artifi
cio cõparatæ eſſentiã ſubſtantiãq; in mente artificis eſſe/cur non ſimiliter de artifi
ce naturæ mente ſ.ſublimi,dici aſſeuerariq; poterit/Adhæc dũ id abſurdũ putat ſeq
ut ideæ negationum haberi debeant,quibus aliquid ſit non homo, non equus,& id
genus cætera.primum dici poteſt platonem ita non ſenſiſſe,quando aliq platonis ſe

ctatores

ctatores affirmant et eorum quæ imperfecta ſunt & relationum nõ eſſe ideas. Dein de ſi platonem ita ſenſiſſe concedamus, Non ne eodem Ariſtotele authore nõ abſurdum id eſſe conuincetur? qui aliud non eſſe priuationem proprie ut eſt priuatio, q̃ abſentiã formæ exiſtimauit: quare eiuſdem ideæ præſentia fiet homo, eiuſdem abſentia non fiet. & de idæis hactenus. Enim uero Auerroys in duodecimo primæ philoſophiæ, & Albertus in cõmentariis in dionyſium, & Nicolaus Cuſa in libro de berillo idæas eſſe ab Ariſtotele negari non debere ſatis oſtendũt. Iuſtinus quoq; martyr nõ negatas innuit, cum ait poſt primum Deum non idæas ab eo ſed intelligibiles quoſdam Deos fuiſſe conſtitutos. Nimirũ Euſthachius in commentario in primum ethicorum de idæa bonitatis nõ recte aduerſatum Ariſtotelem ſocrati & platoni ſignificauit: Et Franciſcus Maronius de idæis etiam ab Ariſtotele diſſentit, dum de eis in opere conflato uerba facit: hos tamen authores quantum ad hanc rem attinet miſſos fecimus, & rationes Ariſtotelis aduerſus idæas diſſolutas oſtendimus. Qui nã ex numero peripateticorũ & theologorũ cõtra Ariſtotelẽ de ideis ſenſerint.

Quod in metaphyſicis Ariſtoteles de ſubſtantiis a materia ſeiunctis, de numero ſphęrarum cęleſtium, et ordine, perperam decreuit. Caput decimumſextum.

Ettulimũs pleraq; Ariſtotelis errata, quãtũ attinet ad primos metaphyſicæ facultatis libros, & q̃ falſo priores taxauerit philoſophos oſtendimus, q̃q; nihil aduerſus idæas (ut multi putant) collegerit: Nunc inſignioribus maioriſq; momenti erratis expellendis parum per uacandum eſt. Numerum ſubſtantiarum quæ a materia ſeiunctæ ſunt, pro numero cæleſtium quæ mouerentur ſphærarum, ſtatuit: id quidem falſum, non modo noſtra religio Chriſtiana decernit, ſed & pythagoreorum, & platonicorum diſcipulæ. Debilis quoq; Ariſtotelis illa probatio ocioſas eſſe illas niſi mouerent: quaſi ſub ſtãtiæ intellectrici propriũ magis nõ ſit ipm intelligere, quaſi extrinſecus ei nõ inſit & tanq̃ ex accidenti ut quieq̃ moueat: quo fit ut quæ dicitur accidẽtis fallacia ſuboriri plane uideatur: Accidit. n. eis quatenus intelligunt. Deinde ea quæ dicitur conſequentis et emergere fallacia ſatis apparet, quãdoquidẽ ſi aliquæ mouent intellectrices & a materia ſeiunctæ ſubſtantiæ, non propterea ſequitur, ut omnes quæ intelligunt moueant: primam. n. non mouere etiam a pleriſq; ſectatoribus eius decernitur niſi quatenus intelligitur ipſa & deſideratur. quod maxime cõtendit Petrus Aureolus primo in theologicas ſententias cõmentario, dũ Ariſtotelis & Auerroys authoritate confirmat, cælum a prima cauſa executiue (ut aiũt) nõ moueri. quod & quarto huius operis libro indicauimus. Solẽ præterea ſupra lunã nullo intercedẽte planeta collocauit Ariſtoteles: qd falſum eſſe non ego, ſed mathematicorũ plurimorũ turba cõtendit, eorũ. ſ. qui dimẽtiẽdis motibus & magnitudinibus ſyderũ inuigilãt. Octauã præterea ſphærã ſtellarũ fixarũ, extimã fecit: Mathematici plures, nonã: Alii qui & decimã arbitrati ſunt eſſe extimã atq; ſupræmã. Itẽq; opinione Calippi & Eudoxi. xii. libro metaphyſicæ quadraginta ſeptẽ aut quinquaginta quinq; cæleſtes orbes p ſe motos, totidẽq; motores admiſit, ſenſu. n. ptingere eo nõ ualens, pmiſit ſe mathematicis ferẽdũ antiqs, quos ætas poſterior hac in re, & cum eis Ariſtotelem caſtigauit: Eſt & adhuc lis de numero motuum, nondũ. n. extingui potuit, ſed nec plane ſopiri: & q; eſt ſequens lis eſt de orbibus, quibus ipſi motus attribuuntur.

De nũmero mentiũm ſeparatarum

Duplex fallacia.

P. aureolus.

De ſede ſolis.

De ultimo cælo.

De numero ſphærarũ.

De eſſentia diuina q̃ male et q̃ ſępe male decreuerit Ariſtoteles in metaphyſicis. Ca. xvii.

ſ Ane quoq; libro duodecimo eiuſdem operis, de Deo uti de aiali & apparẽti aperte decreuit: ut apparet ex eis q̃ quarto diximus libro, dũ & ita ſenſiſſe Ariſtotelem oſtendimus & quæ pro eo afferebãtur, no eſſe tanti, ut eũ excuſent inſinuauimus. ex eis ẽt quæ p̃ximo. ſ. quinto libro dũ definitionis haberet metio patefacta ſũt, ſatis potuit conſtitiſſe, ita plane ſenſiſſe Ariſtotelem. & q̃ꝗ alii aliter ſentiant ſunt. n. q̃ excuſare eum malunt ſunt q̃ condemnare ut quarto ſcripſimus libro: res tamen eo deducitur, ut ſi ita decreuit: uti multi & ex ſuis & ex noſtris eũ decreuiſſe uolunt, & falſe & impie decreuerit: ſin aliter, in dubium tamen res uertatur, quid tandem decreuerit? ut ex altero dogmate falſam, ex altero incertam doctrinam eius aperte colligamus. Sed plura ut uidebimus extant teſtimonia, quibus falſa hac in re, q̃ quibus incerta monſtretur. At q̃ impie illud crederetur pro uero? partem. ſ. corpus ue Dei eſſe cælũ; quod in ſacris litteris per metaphoram. ſ. earum litterarum more, ſedes dicitur Dei, & terra ſcabellum pedum eius: quorum neutrum pars aut corpus ſedentis poteſt appellari: multoq; minus eũ creata ab illo & ſint & habeantur. Videbo inquit propheta cælos opera digitorum tuorum, lunam & ſtellas quæ tu fundaſti: & opera manuũ tuarum ſunt cæli. Nullo autem modo figurate Ariſtoteles, aut per metaphorã, ſed proprie ſed expreſſe & animal dixit Deũ & apparere cenſuit. Sed latius id ipſum, ut ſtemus promiſſis manifeſtandum eſt, ne in ſacrorum adyta confugere nos dicerent, & deeſſe nobis authores alios, gentium doctrinas percallentes, deeſſeq; demum ex ipſo Ariſtotele & ſectatoribus ad id mõſtrandum & authoritates & rationes. Eã igitur rem ipſam & multipliciter probemus, & efficacibus ex ipſo etiam lycio ſumptis argumentis manifeſtemus. præter ea quæ Iuſtinus martyr de Ariſtotele memorat, eum Deum in æthereo quinto corpore ſcribit ab eo collocatum, in quo etiam ſibi ipſi Ariſtotelem contradixiſſe poſt paululum aperiemus: præter herueũ, præterq; baconem & philoponum, quorum mentionem fecimus quarto libro, cũ Ariſtotelẽ in metaphyſicorum duodecimo, non de Deo loquutum, ſed de genere ſubſtantiarum ſeparatarum diſſerebamus. præter ea inq̃: Athenagoras philoſophus Athenienſis in oratione quam habuit ad Marcum & cõmodum Cæſares, dum Chriſtianorum legatione fungeretur, hanc Ariſtotelis de mundo uti de Deo opinionem his explicat uerbis ὁ δὲ ἀριστοτέλης καὶ οἱ ἀπ᾽ αὐτοῦ ἕνα ἄγοντες οἱονεὶ ζῷον σύνθετον ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος συνεστηκότα λέγουσι τὸν θεόν. σῶμα μὲν αὐτοῦ τὸ αἰθέριον νομίζοντες τούς τε πλανωμένους ἀστέρας, καὶ τὴν σφαῖραν τῶν ἀπλανῶν κινούμενα κυκλοφορικῶς, ψυχὴν δὲ τὸν ἐπὶ τῇ κινήσει τοῦ σώματος λόγον. αὐτὸν μὲν οὐ κινούμενον, αἴτιον δὲ τῆς τοῦ σώματος κινήσεως γινόμενον. quæ uerba rettulimus, non his ſolum rationibus, quibus & alia græca, ſed ne ficta quiſpiam impudentior aſſereret, Quoniam id exemplar a quo meus exſcriptus liber in quo hæc iacẽt, fere unicum eſt, & phænicis inſtar habetur, p me aũt cõmunicatum quibuſdam: Sed ad hanc diem minime in latinam linguam tralatum (quod ſciam) a nobis autem ſi dabitur ocium fortaſſe uertetur. hæc autẽ ipſius uerba in præſens ita tranſtuleram. Ariſtoteles autem & ſectatores unum inducentes tãq̃ animal compoſitum ex anima & corpore conſtitutum, dicunt Deum, corpus quidẽ ipſius ætherium exiſtimantes erratica ſydera & ſphæram non errãtium motã circulariter,

Athenagoras.

lariter,animam uero in motu corporis rationem,ipſam quidem non motam,corpo
rei uero motus cauſam conſtitutam.Et in hanc ſententiam Galenus medicus plane Galenus.
diceſſit περὶ φιλοσόφου ἱστορίας diſſerens:ſcripſit enim inter alia ab Ariſtotele tradi-
tum Deum eſſe ζῶον συνεστὼς ἐκ σώματος καὶ θειότητος.hoc eſt animal compoſitum ex
corpore & diuinitate.Ita quoq; Alexãder ſentit Aphrodiſieus, & Themiſtius ex ip Alexander.
ſius Ariſtotelis ſententia.Ita et plutarchus.Albertus item iuicio dedit Ariſtoteli ꝙ Themiſtius
ipſum cæli motorem nomine animalis expreſſerit.Varro quoq; apud Ciceronē affir Plutarchus
mat exiſtimatum ab Ariſtotele & a ueteri Academia,Deum eſſe mundi animum,ip Albertus.
ſamq; mundi animam ſeparatam in ultimo metaphyſicæ nuncupauit Auerroys.ut Varro.
hinc tollatur illa defenſio non potuiſſe exiſtimari ab eo animal,quod ſeparatum di Auerroys.
xerit eſſe,cum eius uidelicet animalis ab eo nuncupati animam,dixerit Auerroys ſe Reiectio ta
iunctam & ſeparatam.Ipſe idem Auerroys in tertio de anima particula ſiue comen citæ defen
to quarto decimo,corpora cæleſtia recipere poſſe formas abſtractas & intelligere ſionis.
docuit,qđ non de corporibus quatenus corpora, ſed de anima docuiſſe illum latis
liquet. Idē etiã Auerroys ſecundo cæli,eundem dicit animatum,cum alibi tum par-
ticula tertiadecima:& probare id ipſum maxime conatus eſt particula ſexageſima
prima,& in undecimo quoq; metaphyſicæ ſupra duodecimũ Ariſtotelis particula ui
geſima quinta,ſed ratione diuerſa.Ibi.n.quoniam uiuentia non uiuẽtibus potiora
& meliora:hic aũt quoniam cauſa inferiorum uiuentium exiſtimantur. In libro ite
de ſubſtantia orbis,& alibi,maximeq; in ope aduerſus Algazelē in deſtructione du
bitationis undecimæ,aiatos orbes exiſtimauit:Neq;.n. uitã primo tm̃,ſed iis q dein
ceps uiſuntur orbibus adſcripſit,& proprie,nõ per metaphoram. primo.n. capite li
bri de ſubſtantia orbis,cælum unum aſſeruit , & octauo primæ phiæ particula duo
decima compoſitum ex corpore & anima intelligibili,& ſecundo de anima particu
la.xv.cenſuit intelligere:& duodecimo primæ phiæ libro intelligere,& amare ſanxit.
Cæterũ cum Ariſtoteles duodecimo primæ philoſophiæ,omnes motores cæleſtium
corporum ſubſtantias decernit eſſe a magnitudine ſeiũctas,ſimul immobiles, ſimul
& ſempiternas,Non propterea derogat ei ſententiæ qua ſtatuit orbes cæleſtes anima
tos,& dici animalia:Nam & Auerroys,qui eius ſententiæ fuit,particula tamen trige
ſima ſexta duodecimi primæ phiæ decernit,quod & ante diximus , cæli animam eſſe
a materia ſeiunctam,Idemq; repetit cum alibi tũ in libro de ſubſtantia orbis , cũ ta
men ibi etiam appellet ſuperiores globos cæleſtia animalia. tertio quoq; de anima
particula quinta de corporibus cæleſtibus inter diſſerendum mentionē habens,ani
mata ea ſcribit,& eorum primam perfectionē ſubſtantiã ſeparatam a ſuis ſubiectis
affirmat,Idemq; alibi & ſepe cõmeminit:nam ſecundo de cælo particula ſexageſima
prima,expreſſe teſtatur corpora cæleſtia uiua eſſe neceſſario,& animali actione pol
lere,declaratumq; in phyſicis eſſe teſtatur,motorem cæleſtium corporum nõ eſſe in
materia,& in libro de anima,illum eſſe intellectum,& formam intelligibilē, nec mo
ueri niſi deſiderio,quod a ſuo fit intellectu . Libuit hæc inculcare, ne uerti poſſit in Nota.
dubium,apud Ariſtotelem & Auerroem haberi,& animatum cælũ,& ex anima intel
lectrice,& non immerſa materiæ,compoſitum. Sed illud magis in Ariſtotele culpa
rim:ꝙ primum mouens non niſi gradu quodam,ad ſummum ſpecie , ab aliis differ
re,ꝑ multa uerba uidetur iudicare:qđ eſt a phia & ueritate longe alienum , ſi ꝑ pri
mum mouens intellexit Deum,ut pleriq; ex neotericis exiſtimant.illa enim nõ gra

dus non ſpeciei. Sed longe maxima differentia eſt, ſiue diuerſitas, ſi tamen differen-
tia ſiue diuerſitas illa inter infinitū & finita ſtatui poteſt: atq; hanc etiā ob cām ple-
Plethon. thō Ariſtoteli præponit platonem, apudquem Deus creatoris honoretur nomine
cū Ariſtoteles (ut ſcribit) contra diuiſerit primū mouentē aliis motoribus, & pro
portione quadā antecellere dūtaxat exiſtimarit: qđ nō mō Platonicus plethon, ſed
peripateticorum etiam multi ſatis ægre tulerunt. Ita ſane ita procul dubio uidetur
& opere procedente, non ex aliorū modo authoritate, ſed noſtro etiam diſcurſu la
tius apparebit. Sed quātum attinet ad hoc de quo nuper diſſerebamus, reperitur de
tur idem particula quinquageſima, cum excluſis fabulis aſſerit, ſi quis ex eis ſolum
conſideret, ut eas exiſtimet primas ſubſtātias, diuine id aſſertum eſſe. Mox de appa
rentium diuiniſſimo uerba facere eſt orſus, Et an intelligeret & quo modo? qua de
re alia etiam ſupra rettulimus. Nec diſtulit metaphyſicos ingreſſus libros, prægusta
tionem quandam lectoribus propinare falſæ doctrinæ: quādo nō unum rerū prin
cipium, ſed plura propoſuit. Si quidem particula ſiue cōmento quarto ſecundi quo
ad latinorum partitionem pertinet uoluminis, ſcripſit plura eſſe rerum principia
neceſſario uetiſſima, p quæ principia corpora cæleſtia ab eo ſignificata & multi uo
luere, & cōfirmauit Auerroys. Opere uero procedēte cum de præcellenti quidē mo
tore eo in ſubſtantiarum ordine diſſeruiſſet, eiuſq; proprietates explicuiſſet: Mox p
quirens quot nam eſſent? illis omnibus quos deinceps ſtatuit, eadē nō adæmit, quæ
primo tradiderat. Quo factum ut depræhendere nō fuerit difficile, aut nullum pro
prie in metaphyſicis Deum, aut multos ab Ariſtotele conſtitutos. quod. n. primo tri
buit ut moueret tanq̄ deſideratum & amatum, non prohibet quin hoc non ſimpli-
citer & abſolute intelligatur, ſed inferiorum reſpectu, quare quod primū hoc in ge
nere collocauit, poſtremum potuit haberi reſpectu ſuperiorum ordinum. Sed & de
unitate Dei, uti diximus huius operis quarto, potiſſimam rationē omniū quas unq̄
Ariſtoteles attulerit, probabilem dumtaxat affirmauit petrus Cardinalis Camera-
cenſis in primo ſententiarum, magiſq; ex conſeruatione q̄ ex productione rerum p
bari eā poſſe, Guilielmū ipſum ſecutus, oſtēdit. Qđ ſi de uno principio in calce ope
ris uidetur aperte loqui, ſunt tamen multi non ſolum ex gentibus, ſed etiam ex no-
ſtris theologis, qui affirment illud ipſum, de quo ibi loquitur principium, in uno cū
cæteris genere ab ipſo Ariſtotele collocatum, nec infinitæ uirtutis ullo modo glo
ria honeſtatum, nec aliud exiſtimatum, q̄ quod apud pleroſq; authores recipiebat
coniunctum uidelicet cæli ſiue animum ſiue motorem: uti apud herueum, apud Au
reolum, apud bacconem, & alios etiam licet animaduertere theologos, in parrhiſio
rum maxime Gymnaſio celebres. Apud græcos uero Ioannes Scholaſticus ex hāmo
nii ſententia decerpit in cōmentariis de generatione, Deum ab Ariſtotele non ap-
pellatum factorem cæli, qm̄ facere ipſum denotet immutationē, quā non denotet ip
ſum mouere; ut motorem nō effectorē uideatur exiſtimaſſe. Vnde ipſe ſubiecit inter
pres Deum ſubſtātie totius creatorē. Mitto q primo in libro de cælo in ſacris Deorū
ternario numero utendum non abnuit Ariſtoteles, & in ſecūdo cælum & locum ſu
premum diis tributum ſcribit, q in ſecundo libro de generatione, docet quædā cor
pora qm̄ a Deo diſtant longius, ideo non eſſe perpetua. An. ſ. tunc de corporea loq̄
tur ſubſtantia? Si. n. de infinita & ſpiritali non de naturali & ſenſili loquitur, num &
illa oībus ineſt corporibus? omnia pariter gubernat & ſubſtinet ſua perfectione ne
pereant?

pereant?diſtantiam igitur non pro naturæ diſſimilitudine & imperfectione uidet accepiſſe,ſed pro diſtantia corporea,non mathematica prorſus,q͞a nõ ſubſiſtit p ſe, nec ad ꝓpoſitum faceret,non prima & metaphyſica,ratione iam poſita,ſed naturali: At cũ ea niſi inter corpora nõ dignoſcatur eſſe,Altei ũ ẽt extremũ corporeũ eſſe ſatis affirmauit.Q͞d ſi quis oppoſuerit ab Ariſtotele nihilominus in calce duodeci mi primæ phiæ,ſeparatã quãdã mentẽ eſſe cognitã,quæ p̄ſtaret aliis tanq̃ ducẽ totius exercitus,eãq; homerici carminis teſtimonio cõfirmarã,nõ plures numero ſed princeps unicus eſto:Reſpõderi primũ poſſet id,q͞d ſupra ex Aureolo citauimus,de inde dici authoritate Philoponi,cuius ẽt inter initia quarti libri meminimus,illam mentẽ inerrabilis motricẽ ſphæræ non eſſe Deũ,idq; authoritate Platonis & piorũ dogmatũ cõfirmauit,q͞bus Deũ non eſſe νοῦν.i.mentẽ intellectũ ue,ut uocat Ariſtoteles ſed ſup̄ intellectũ omnino exaltatũ decerneret.Reſponderi & aliter (ut mihi q dem uidet) poſſet,ꝙ oẽs ẽt aliorũ orbium motrices mẽtes ſeparatas,q͞d & Thomas quoq; notat in ope contra gẽtes,dũ improbat Auerroys opinionẽ de humano intellectu,oẽs inq̃ ſeparatas,oẽs intelligentes,oẽs etiã æternas poſuerit,ſed ſeparatas quo ad ꝑtinet ad munus intelligendi,nõ ut ꝓpterea corpus nõ informarent æthereũ.Et ita de primo decreuiſſe cõtendẽt modis oĩbus Ariſtotelẽ:q nũcupauerit aĩal ſempiternũ optimũ,& omniũ apparẽtiũ diuiniſſimũ,id.ſ.de quo uti de primo & de ipſo intellectu uerba faciebat: & cui fuerit cũ platone controuerſia de loco & ſede ipſius primi.Adde ꝙ exercitus nõ ita eſt a duce ſeiũctus,ut eius Dux aut princeps alterius generis habeat,ipſo ẽt Ariſtotele teſte, qui in primo politicorũ ſcribit nã excellere regẽ oportere,eundẽ aũt eẽ genere.quare ei nõ põt cõparatio illa militaris ullo mõ ſuffragari,Quæ ſi homerici carminis cui niſit habenda eſt ꝓpenſio,multũ ẽt oberit.Nã Agamemnon de quo uerba fiũt,unus erat ex græcis ducibus,aliõ obſidentibus,tã & ſi cæterorũ cõſenſu ducũ uniuerſo præpoſitus exercitui.Nihil aliud igitur ꝓbaſſe dicẽt Ariſtotelẽ q̃ adminiſtrationẽ ad unũ dũtaxat ꝑtinere, præcellẽte quidẽ atq; eo in genere primariũ,cui cæteri obtẽperent,quẽ ament, & cui ſimiles quo ad fieri põt euadere deſiderẽt.Sed & dicere poterunt facile ſi uoluerint,non eo mõ quo plurimi exiſtimãt,de primatu illo Ariſtotelẽ decreuiſſe:quãdoq͞dẽ in quarto politicorũ libro dũ differit nõ de regia p̄tãte,ſed de pluribꝫ ſpeciebus popularis gubernationis, & legẽ dominari õportere:dubitat q͞dẽ utrũ unã aut alterã illarũ in qua uel multitudo nõ ut ſinguli ſed ut oẽs,uel nõ ut plures ſed ut ſinguli gubernat excludere Homerus uoluerit,cũ cecinit nõ eẽ bonũ ut plures regãt:dubitat inq̃ & incertũ hẽri putat tm̃ abeſt ut abſolute dominationis & unici principatus mẽtio nẽ fecerit,ne dũ totius uniuerſi arbitriũ tribuerit ei,quẽ ipſi & dicimus & colimus Deũ oĩpotẽtẽ.Nã quo pacto apud eũ oĩpotẽs is,q ab eo decernit ex neceſſitate opari,& nihil noui uelle,nihil noui poſſe ꝓducere?Ac ſane ꝑter illa quæ ſupra attulimus huius rei teſtimonia ex inteꝑtibus & paraphraſtis Ariſtoteleis, illud ẽt Themiſtii põt afferri in libro de ſomno,ſatis aperte indicantis oĩa illa de q͞bus egimus apud Ariſtotelẽ hẽri aĩalia corporea.Cũ de aĩalibus inq̃t loquimur ſemp excipiũtur diuina,nã eorũ actio iugis æternaq;,nec triſtis onerosa ue ẽ,& uigilia in iis omnis cõtrarii eſt expers.Illud nõ prætteribo,ueteres Theologos noluiſſe ex Ariſtotele diuina cõfirmari,Sed ipſum cũ reliq̃s gẽtium authoribus exploſum noluiſſe. Fuere poſtea q aliqua eius dicta adſtipulari diuinæ unitati,poteſtati,& infinitati putauerũt:idq;

Remotio obiectiõis multiplex.

demõſtratũ exiſtimauerũt, Alii cõtra cenſuerũt, quoad poteſtatẽ ꝑcipue ptinet in finitã: de qua ſeorſum ut diſſeramus locus ipſe quẽ tractauimus inuitauit.

De infinitate poteſtatis diuinę non recte ſenſiſſe Ariſtotelẽ, ibiq; etiam oſtẽditur et au thoritatibus aliquorum theologorum, et rationibus, Deum omnipotentem ab eo nõ demonſtrari. Caput decimumoctauum.

m

Ihi certe uidetur eũ, qui Ariſtotelis de Dei poteſtate & proceſſum & uerba diligentius ppenderit: mitto enim quæ in libris moralibus quæ in libro de mundo ad Alexandrum, quæ in ultimis metaphyſi- cis uulgo non cognitis habẽtur, mentionẽ .n. hoc loco facimus eo- rũ quæ omnibus nota, quæ trita, euentilataq; ſunt: eũ inq̃ q Ariſtotelis & pceſſum & uerba diligentius ppendent, compturum utiq; effectũ illũ ex quo poteſtatẽ eius infinitã coniectari uolunt multi, minus aſtipulari q̃opus ſit ipſi infinitæ poteſtati, quoad ptinet ad intentionẽ atq; uigorẽ. Is.n. effectus quẽ maxime ducũt in mediũ eſt ſempiternus motus, quo ad actũ ſpectat finitus quidẽ, infinitus uero quantũ pti net ad id qd̃ eſt in potentia. Neq;.n. actu exiſtit illa (ut ſic dixerim) ſempiternitas mõ tus: quã aliqui ex ſimilitudine & ex accidẽti dixere infinitã. Repugnat.n. motui quẽ definit Ariſtoteles, nõ habere ad mixtã quoquo mõ potẽtiã, ſi uidelicet ut ipſe decre uit, ſit actus entis in potẽtia quatenus in potẽtia. Nã tam & ſi ſucceſſus ipſe indiuiſi bile quoddã diceret eſſe, quo ptes præteriti & futuri cõtinuarẽtur, noſtra uero cogi tatione diuidi illũ ipſum p mẽſes & annos: nihilominus dici etiã opus eſt tẽpus eſſe motus ipſius menſurã, prioris & poſterioris habita rõne: ut ex tẽporis ipſius quã attulit Ariſtoteles definitione cõcluditur. & niſi tẽpori ipſi & motui ſucceſſus in eſ- ſet, nõ cogitatione noſtra ſolũ, ſed intrinſecus: tunc inaniter & falſo noſtra eis cogi tatio ſucceſſum ipſum attribueret. ubi aũt ſucceſſus ibi potentia pmixta eſt: quod &

Thomas. Thomas maxime cõfirmat in primo theologicarũ ſententiarũ cõmẽtario diſtinctio ne quarta ſupra quadrageſimã. Quare uidẽtur ex intẽtione infinita in potẽtia, pp durationẽ ſempiternã, intentionẽ actu infinitã & uigorẽ actu infinitũ aſſerere, Nã actu nõ eſt illa infinitas motus. Ergo q̃uantũcunq; & primo & p ſe acceptus refera- tur, nunq̃ uidetur ſuã exuere naturã, hoc eſt ut ex eo qd̃ eſt in potentia, fiat actu in finitas. Nã de reſiſtentia qd̃ ſolet dici, & de proportione potentiæ motricis ad rẽ mo tam, uti ſignatæ moli, ſignata uis mouens aptetur ſemp: ita ut infinito corpori, ſi in ueniretur, mouẽdo, infinita uis motrix iuſta pportione reſpondeat, nõ uidetur ap- te pcedere. Illa.n. reſiſtens uis finita eſt. nec ad infinitã datur excurſus, ſicuti nec in finitũ corpus, aut inuentũ eſt unq̃, aut dicitur inueniri. nec ſuppoſitio ipſa atq; con ditio ẽt ſi admitteret, ſimplex atq; ſincera cenſebitur, ſed multiplex & plena difficul tatum. infinitũ.n. p immenſo caperetur, idq; aliqua ex pte nõ ſimpliciter: & uirtus pari pportione diuideretur in eã, cui & ſi creata eſt, nõ reſiſtitur tamẽ a re ulla præ ſertim inferiori, & in eam quæ eiuſmodi eſt, uti ſi ei non reſiſtatur, nihilominus in- creata ẽ, & abſolute prorſus infinitæq; poteſtatis. Atq; ut in ſumma dicam nulla ra tione naturali probari ſincere & extra controuerſiam poſſe mihi uidetur, qd̃ ple- riq; probatum ea in re eſſe cõtendũt. Quo circa fundamentũ illud Baeconis & alio-

Io. baccon rũ theologorũ, uidetur ſolide iactum, ex finito.ſ. effectu, infinitatẽ uirtutis in cauſa

non

non poſſe mõſtrari.Motũ aũt ſempiternũ,infinitũ in ſe nõ eſſe,ſed ſolũ duratione & perpetuitate ſortiri infinitatem,clarum incontrouerſumq; habet. Præterea Gulielmus nominalium princeps.xxiii.qõne opus qđ appellatur quodlibet, affirmat, nec in octauo phyſicorũ,nec in.xii.metaphyſicæ,ꝓbari ab Ariſtotele Deum eſſe uirtutis infinitæ,quantũ ad uigorẽ intentionẽ ue pertinet,ſed tantũmodo quantũ ad durationẽ: Ibiq; & ad rões.Io.Scoti cõtrariã opinionẽ ſecuti,ingenioſe reſpõdet, & Ariſtotelis ſententiã ſuper ea re late interpretatur:atq; inter alia docet,ipſum Ariſtotelem ibi intellexiſſe motorẽ primũ non eſſe in magnitudine corporeue,ſed eſſe impartibilẽ,nec de potentia finita quantũ ad intẽtione,abſolute decerni:ſed de ea quæ exiſtat in corpore.idq; ẽt Auerroys probat cõmẽtario:ubi de potentia quæ in corpore diuidi poſſit,mentio facta eſt:nec oĩno de ſepato motore habitũ eſſe ſermonẽ, ſed de coniũcto & cõnexo motæ magnitudini prſus aſſeuerauit.& hæc qdẽ ille retrulit:ut ex phyſicis & metaphyſicis Ariſtoteleis,nõ ꝓbaretur infinita Dei ptãs.,Sed .n. Deũ quoq; ipſum eis ipſis ex locis nõ demonſtrari,multi exiſtimauere, & minus omnino ex proceſſu phyſico q̃ metaphyſico. & q̃q̃ ſunt qui exiſtiment eiſdem locis & rationibus demonſtratum a .ſ. Thoma Deum eſſe.Sunt etiam ex eius ſectatoribus, Thomas.
& q ab eo id ſuppoſitũ non probatũ aſſeuerent:& q affirment uia motus non poſſe perueniri ad cognitionẽ præſtantioris motoris q̃ ſit anima: idq; ipſius Thomæ authoritate cõfirmãt,docentis p proceſſum illũ nõ corrogari, qn corpori necteretur motor ille,ſicuti anima rationalis corpori humano coniungitur.Viã uero cauſæ efficiẽtis,niſi ad corpus celeſte & eius motorẽ ꝑducere,ipſe ẽt teſtatur Auerroys in pri- Auerroys.
mi libri de cælo cõmẽtariis.Hoc &.ſ.Thomæ quoq; ſectatores aliqui fatentur, multo magis qui ei ex propoſito ſunt aduerſati,& maxime Aureolus,qui tertia diſtinctio- Aureolus.
ne primi in theologicas ſentẽtias cõmentarii,labefactare Thomæ rationes aggreditur,cui & ſi qbus potuit uiribus eadem ipſa diſtinctione reſtitit Capreolus: tamen quod attinet ad fundamentũ illud efficientis cauſæ(pace ipſius Capreoli uiri alioq Contra Ca-
doctiſſimi & ſectatorũ eius dictũ ſit)nõ fatetur Aureolus qđ ipſe opinatur Capreo- preolũ mo-
lus,ea.ſ.Thomæ rõne conuinci,ut detur primũ efficiens. Nam de primo tantũmodo deſte.
atq; ſupremo corpore,id cõcedit Aureolus,nixus Auerroe.Nec aliena debet uideri locutio ipſiſmet.ſ. Thomæ ſectatoribus,apud quẽ multiplex primũ ſæpenũero legimus,& multiplex quoq; principium motus,ſicuti ẽt in prima parte ſecundi uoluminis theologicæ ſummæ,qõne ſexta,dũ agit de uoluntario & in uoluntario, principii motus meminit,qđ poſſit quidẽ eſſe primũ in genere,non tamen ſimpliciter primũ, & pro exẽplo ducit in mediũ celeſte corpus,qđ ſit primũ in genere (ut ꝓpriũ eius uerbũ reponã)alterabiliũ,non tamen ſimpliciter primũ,cũ a ſuperiore motore uoluatur.Quo fit uti nõ ſecus de re efficienti poſſit eadẽ uerti queſtio,& eidẽ aptari illa ipſa diſtinctio,ut corpus uidelicet cæleſte nõ ſit ſimpliciter primũ efficiẽs; ſed primũ efficiens in genere.ſ.rerũ corporearũ.Nã ſupra illud ipm corpus,ſunt aliæ cauſæ potentiores cælo & efficientes magis,Deo tamen ſubiectæ, q prima omniũ rerũ & corporaliũ & ſpiritualiũ cauſa eſt,& infinita poteſtas: Ad quã comprehendendã uia ulla Ariſtotelea plene nõ introducit, qm ſcandendũ eſt altius.Sane quoq; alius Cõtra aliũ.
poſt Capreolũ Thomæ ſectator,& ſi prædicata illa ſiue ꝓprietates Dei,proprias eſſe nõ negat,rõnibus tamen eis deprehendi Deũ minime fatetur. Qđ quo pacto congruat ei qđ attulit ſupra,hoc ẽ aliis ẽt cõpetere illa prædicata,nequeo ꝑcipere. quõ

enim Dei propria ſi aīæ intellectrici & corpori æthério eiuſq; motori ēt (ut nō diſſ
Pro eo.
tetur) cōueniunt. Sed forte defendi pōt rōne analogiæ. Vtcūq; autē ſe ſe habeat res
rōnes illæ Ariſtotelēæ, quæ mūdi animā uel motricē ultimæ ſphæræ mentem conclu
dunt, & immobilē eſſe & efficientē, & cām primā, non uidētur ad Deū cognitione de
præhendendū, p eas quæ illi maxime cōuenire dicunt pprietates, pringere. Veru ut
Opinio Auth. de Ariſtotelis probatione.
quæpiā a pposito nō abhorrentia ſubiiciā: Mihi uidetur primū cæli motorē ēt ſi p
bauerit Ariſtoteles, ppea ab eodē nō pbari primū ita abſolute eſſe, q & nō depen
deat, & q infinita polleat poteſtate. qd. n. phiber ſupremi cæli motorē ſubſtantiam
eſſe abiunctā, ſed dependentē ab uno & uero Deo? & uirtutis eſſe quo ad pmanēdū,
nō quo ad agendū ptinet infinitæ? qua uirtute ēt pollere inferiorū motores orbiū
Cōfirmatio
& Ariſtoteles & Auerroys affirmāt. Nū & Dionyſio ēt & Auguſtino cōſentit hoc ip
ſum? docētibus corpora p ſpiritus incorporeos, quos ipſi angelos uocamus, gentiū
phi mētes, & ſeparatas ſubſtātias dicūt, adminiſtrari. Et apud Danielē prophetā præ
ter millia milliū quæ Deo miniſtrār, legimus ei ipſi aſſiſtere decies cētena millia, tm̄
abeſt ut ipſe moueat eo mō, quo dicūtur, uel ab animis, uel a ſpiritibus ad id obeun
di muneris delegatis moueri corpora. De alia uero mouendi rōne qd ad ppoſitum
aut ibi aut alibi meminit Ariſtoteles præter q̄ de motione finis, ut amati uidelicet
& deſiderati in metaphyſicis? & nihilominus ēt motio illa nō diſcedit a motu corpo
rum, quatenus globorū cæleſtiū motrices mentes, primo deſiderant motori cæleſti
ipſa in motione ſublimiori & præſtantiori ſimiles fieri, & quatiū fieri pōt eius imi
Pdeclaratio.
tari & aſſeq pfectricē poteſtatē. Deus aūt ipſe nō mō ſupræmū illud cæliū mouet mo
do. q nō eſt expreſſus ab Ariſtotele, ſed omnes orbes, oīa ſublunaria, ſed & oīa pro
ſus & corporea & ſpiritualia, noſq; ēt ipſos: qui ut ait magnus ille & Deo plenus apo
ſtolus in eo uiuimus, mouemur, & ſumus. Sed hoc authoritate diuina didicimus nō
rōne Ariſtotelea. q̄q̄. n. non abnuo rōne naturali pbari poſſe, Deū oīa & corporea &
incorporea mouere, pbari tamen id rōnibus Ariſtoteleis nō affirmo, ut q̄ ad omniū
rerū nō motarū ſolū, ſed ēt mouentiū, & incorporearū, & ſpiritaliū, ſupra omnē ſen
ſum & motū eminētiſſimū, & ſupra q̄ dici & excogitari poſſit excellentiſſimū princi
piū, nō aſcenderint. Mitto q iamblichus affirmauit habere nos tactū quēdā diuini
tatis omni notitia meliorē: Et ſileo in præſentia remotionis & abnegationis uiā, qua
Dionyſius nitit & ſectatores ad Deū inueniendū: Nec cito gradus qbus patruus. Io.
Picus ad diuinā in libro de uno & ente caliginē aſcendit, ab Ariſtotele prorſus igno
Remotio obiectionis tacitæ.
ratā. Nec tamē me præterit eundē patruū eodē in libro ſcripſiſſe, ubi ergo diſcors a
Platone Ariſtoteles, ubi prophanus, ubi de Deo minus q̄ deceat honorifice ſentiēs,
eundēq; memini damnaſſe peripateticos, Qui Deū mundi animā ex Ariſtotelis ſen
tentia exiſtimarent. Sed agebat tunc de eorū inter ſe phorū opinionibus, & ipſorū
dogmata cōferebat: gentiū phos cōponebat inter ſe, non æquabat, aut cōparabat
noſtris, nō ſincerā apud eos ueritatē reperiri prædicabat. Nec tā damnauit pipateti
cos, qui eam Ariſtotelis putarent ſententiā, q̄ q & eius eſſe & uerā eſſe cōfirmarent.
Alioq quo pacto tot ſāctorū uirorū teſtimonia quæ ſupra citauimus aduerſum ita
re uoluiſſet? quo pacto a ueritate quā maxime diligebat ſtare noluiſſet? Et. n. quæ
dicunt dicendi cauſis cōferri cōponiq; oportet, ut uerā intelligētiā eorum aſſequa
mur. Cā igit illa putāda, ut opiniones phorū inter ſe cōferret cōciliaretq;. Sed quo
niā ullus non extat ſcriptor, q alienis meliuſq̄ ſuis uerbis pprios mētis cōceptus ex
promat

Examinať an uerū ſit illud Ariſtoteleum omne qd moueť ab alio mouetur.

promat:examinemus quæſo ꝓpoſitiones qbus utitur Ariſtoteles an ſint ſic addictæ rebus neceſſariis,ut cōtra nihil qat afferri:illa &.n.oē qd moueť ab alio moueť quæ primū ē & maximū totius ædificii fundamētū,negabit forte qdā i rebus icorporeis, ēt authoritate platonis,& Theophraſti,ut ſatis coſtat ex iis q ſupra ſūt allata,cū de motu aiæ aduerſus Ariſtotelē & Themiſtiū diſputareť. Negaret aliꝰ fortaſſe ēt i ipſis corporeis authoritate Scoti,decernētis grauia & leuia ſe ipſis moueri.Cui uidetur aſſenſus hebræus haſdai.Obiici ēt poſſet,ferri concurſus ad magnetē, ex cuius motus cā,ut uarie ē celata,uariæ quoq; reſpōſiones eliceret.Multæ.n.de eo ueterū fuere opiniones pħorū, quas cū aliis,tū Auicena receſet in libro de uiribus cordis,eas uti falſas eliminās,ratus ipe ꝓprietatē eē illā magnetis ꝓcedētē a ſupna influētia rōne ꝓportionis ſimpliciū corporū illo mō cōdatorū:q ideo ſit mirabilis, qa rara,cū tū. ignis ꝓprietas ſit mirabilior ſuapte natura,ſed pp frequētiā demiratiōe digna non habeat.Alexāder uero nullo mō ſciri poſſe uoluit cām tractꝰ ferri p magnetē,ſed ſoli Deo reſeruauit.At alii diuerſas uariaſq; oino reddidere cāſ:ſiue id ex antipiſtaſi reciprocatiōe ue aeris cōtingat,quæ opinio exiſtimať fuiſſe platonis:ſiue ipſa trahat moueatq; non mota,ut pleriq; dicunt:ſiue ut porphyrio de abſtinentia ab aialibus diſſerēti placuiſſe uidetur,impartiat ipſa magnes quādā quaſi aiam ferro,ſibi quādoq; propinquāti,unde qq grauiſſimū eſt,fiat ita leue ut tanq ſpū magnetis eleuetur,& ad ipſam ſe ſe cōferat: ſiue mauis ut ferrū ad eā moueatur ipſa non mouēte, qd uoluit Auerroys. Cui.n.(ſi nō magneti)tribuitur motus inferrum,præterq ipſimet ferro ſe ſe mouēti,ut a ꝓpria & intrinſecus indita cauſa mouendi? Sunt.n.q nolint protrahi ferrum a lapide ipſo,qm contrariis motibus agitari dicunt pulſu uidelicet & tractu,ſiue reſoluantur ex magnete ramenta tenuiaq; corpuſcula euntia ad ferrū & redeūtia,ſiue ſimplici tractu imiſſa.ſ.uirtute quæ ferrū primo afficiat deinde trahat.qd ſuſpicari facile potuit ipſe porphyrius.quare decernūt aliq naturalem motū ineſſe ferro ad magnetē ꝓportione quadā ſoli nota naturæ: ſicuti ēt motus illi eſt naturalis ad ima,ſiue hoc cōuenientiæ,& tanq affinitati quæ ipſi cū loco intercedit,ſiue occultæ uirtuti & ꝓprietati attribuatur,ſiue ſenſui naturæ ut nōnulli exiſtimarūt.Neq;.n.ut placuit Mileſio Thaleti,& antiquis pħantibus.qd ipſi forte porphyrio receptum eſt, aiatus eſt magneſius lapis atq; icicirco ferro ipſi motū impartit. Præterea dici pōt illud immobile qualecūq; ſit ab Ariſtotele quæſitū, aut inuentū,nō ꝓbari ab ipſo Ariſtotele oino,& ab oi corpore ſepatū,ſed ſub quadā diſtīctiōe:qq & ſepatā ēt mūdi aiam appellauit Auerroys uti ſupra meminimus.Cæterū quocūq; ꝓbeť mō id ab Ariſtotele,illud ipm tñ nō iprobať,a creato & icreato,depēdēti & nō depēdēti,prius abſtrahere.Id ꝓterea qd Ariſtoteles ipſe.viii.phyſicorū libro ꝑticula uigeſima ſeptia nitiť aſtruere,de eo qd moueť ex accidēti, Aſſerit.n.id ipm nō a ſe moueri,ut pote qd ad alterius motū moueať, id inq qd nitiť aſtruere, deſtrui nō difficulter pōt,hac ipa diſtinctiōe mouēdi.pōt.n.qppiā ex accidēti moueri bifariā.primo cū excludiť id,qd ē p ſe moueri,quo pacto maior ſyllogiſmi ꝓpoſitio cōcedi poſſet:ſecūdo cū ipm p ſe moueri,aut icludiť aut ſaltē nō excludiť,quē inmodū maior ipa ꝓpoſitio negareť,cū fieri qat,ut qſpiā & p ſe intrinſecus qtū.ſ.ad principiū motus ꝑtinet moueať,& p accidēs rōne ꝑtis & iſtrumēti.Eodē itē libro ſimilitudinē eā de motu aialium aptari & cōuenire cæleſtibus facile ire poſſumus inficias,ſi qdē a corruptibili ad icorruptibile,& a motu gñatiōis & corruptiōis ad ot

De motu magnetis & ferri q uariæ ſentētiæ

Quomodo ex accidenti bifariam moueť qdpiam.

bicularẽ motũ argumentatur. Nec me latet longiore opus eſſe ſubſellio ad hanc ma
teriam euentilandã. Sed quantũ ad hoc attinet ſatis eſt oſtendiſſe principia, ut hinc
ſolũ colligamus, ſi theologi ueteres & ex poſterioribus aliq aliud ſenſerint ꝙ rõnul

Quomodo ueteres & iuniores theologi in Ariſtotele interꝑtãdo non iniuria diuerſi.

li etiã magnæ authoritatis, nõ ꝓpterea turbemur. illi.n. fidẽ noſtrã adeo ſuper exaltatã
gentiũ dogmatis uoluerunt, ut nullo pacto illa etiã ad famulatũ admiſerint. ii uero
bene actũ ſibi putauerũt ſi eiſdẽ armis hoſtes reuincere poſſent, Et qdẽ utrũq; pie.
Sed cũ hæc arma alii acuminata & acrei ualidæ putẽt, alii obtuſa & minime penetrã
tia, ex hoc clare non ꝑcipitur ueritas, Nec facile indagari põt. quapp reuerti ad Ari
ſtotelẽ identidẽ eſt neceſſe, & primũ examinare uerba, mox ex eis ſenſus, uel difficul
ter ob uarias interpretũ pugnas elicere, Demũ qd alterũ alteri præponderet iudica
re. Illi itaq; expeditius & theologicæ magis. qm̃ qbus nõ uidentur rõnes Ariſtotelis
cõcludere, & ex eis colligi illud ipm qđ quæritur, ſi ex noſtra religione nõ ſunt, eis
datur occaſio putandi, nos propter Ariſtotelea dogmata Deum agnoſcere & infini
tæ uirtutis exiſtimare. At nõ ita eſt, Chriſtiani ſumus, nõ Ariſtotelei, hoc eſt Deum

Nota.

Albertus.

eiuſq; uirtutẽ & poteſtatẽ infinitã ex euãgelio nõ ex peripato credimus. Qua in re
mihi illud magni Alberti in ultimo primæ phiæ facit ſatis, Theologiæ inquit rõ no
ſtræ, non cum phorũ principiis cõuenit. Et ſupra paululũ eos taxauerat, q phiam
cum theologia confunderent. Itaq; de metaphyſicis atq; diuinis ꝙ non recte decre-
uerit Ariſtoteles ſatis ꝑcipi datum eſt, enumeratis maximæ locis & phyſicis & meta
phyſicis quibus diuina eũ docuiſſe iuniores phi contendunt. Neq;.n. abnuimus aliis
in locis librorum eius q perierũt melius forte de Deo ſenſiſſe, quãdo ẽt in ope diſci
puli ipſius Theophraſti qđ de ſaporibus inſcriptũ eſt, decernat Deũ ex nihilo, nul-
laq; præiacẽti materia cũcta creaſſe, qđ euidẽtiſſimũ extat argumẽtũ iſinitæ ptãtis.

Quod falſa in moralibus libris Ariſtotelis multa. Caput decimumnonum.

a

T in moralibus, nõ certa dogmata exigimus ab eo, quãdo polliceri
ea noluit & ꝓſtari non poſſe ſatis aperuit. Veritatẽ exigimus ꝓbabi
liter editã, ſuꝑſtitiones abiectas malumus ꝙ traditas. & ꝙꝙ ſũt in li
bris eius ethicis, i politicis, i œconomicis multæ ꝑclaraq; ſni ũ ad
ſunt ẽt dogmata nec ſatis oibus cõſona nec pleriſq; uiſa admodũ ſpecioſa: ſed & ſuꝑ
ſtitioſa quoq; nõnulla, & aliqua prorſus mania. Nã de iudicio ſapientũ cui refert ac
cepta decreta uirtutũ, ſatis ſupra uidimus id ambiguũ eſſe: qm̃ ipſo de ſapiẽte prius
ferri ſnia đberet, de quo diuerſæ ſectæ abuſq; phiæ primordiis decertarũt. De medio
critate uirtutis ẽt non placuiſſe Stoicis qđ Ariſtoteles decreuit, ſupra licuit uidere,

Plethon.

quã qdẽ mediocritatẽ ẽt impugnauit Acriter plethõ q & gemiſtus dicebat: idq; qđ
Ariſtoteles putauit dãdũ uitio ſi qs ad terremotus & fulmia nõ expaueret, oi uitio
liberũ cõtẽdit: qm̃ nec turpe nec uitio obnoxiũ, ſed & timuiſſe inſanũ eſſe ꝓnunciat
eo in libro quẽ ꝓ platone ſcripſit aduerſus Ariſtotelẽ: quẽ ẽt taxauit de fine ultimo
decernentẽ & uoluptatẽ ſpeculationi mixtã ꝓferentẽ: atq; inter alia argumẽta hoc
quoq; ducit in mediũ, qđ ita libuit e græco transferre. Si uoluptas quatenus ſpecula
tio bonũ eſt utiq; ſpeculari erit bonũ ſimpliciter, ſiue uoluptas ſequatur ſiue nõ ſe
quat. Rurſus ſi ſpeculari ꝗtenus uoluptate ꝓfuſum, bonũ ẽ, nẽpe uoluptas erit ſim
pliciter bonũ ſiue ſpeculamur ſiue qcꝗ aliud agamus. Fieri.n. minime poſſe cõtẽdit

ut ſpeculatrix

ut ſpeculatrix uoluptas & quatenus uoluptas & quatenus ſpeculatrix cõe.n.bonũ præponi oporteret cuius pticipatu illa & eſſent & haberẽtur bona:quẽadmodũ pla tone uoluiſſe decernit qui ipſum καλον præpoſuerit,cuius pticeps ſpeculatio & bo num ſit & uoluptas,& ſi quid maius queat excogitari: uehementerq; ſucceniſere uidetur Ariſtoteli cuius opinio tũ abijt ut diſtet ab epicurea ut inde uideri queat epicurus ſue ſnix captaſſe occaſiones:atq; ut ille græce ait ἀλφίτων ἀφορμάς.Cæ terũ queſo ne Ariſtoteles pbabilitate ductus ẽ/an falſis uulgi opinionibus/ cũ de ereuit fælicitatẽ ſine bonis extraris eſſe nõ poſſe/qua in re no miraſ Theodoretus aſportaſſe illũ ppea peluẽs quas exactores publicorũ uectigalium iuenerint,Et oleũ uẽdidiſſe quo utebaſ i balneis,cuius ẽt rei meminit Laertius.Nõ miraſ inq̃ qm̃ ſine diuitijs ſe fælicẽ eſſe nõ poſſe ratũ antea fuerat.Aſſyrius Tacianus i libro aduerſus Tacianus.
gẽtes eo quẽ.D.Hieronymus florentiſſimũ eẽ et ita ſcribit παρ᾽οἷς Διόνυσις,καλλος.οὐκ λοῦ τος,οὐδ᾽ὧμι σωματος,ὁ ὧιν γένος,παρ᾽ἀτοῦ τοις,οὐκέτι παρὰ τοὶ ἀριστοτέλει τὸ ὑδαι μον.hoc eſt apud quos autem nõ eſt pulchritudo,nõ diuitiæ, nõ robur cor poris,nõ nobilitas,apud hos nõ eſt Ariſtotele authore fælicitas.hæc ille qui cũ alia Ariſtotelis tum maxime illud uidetur dogma uoluiſſe carpere,qđ repoſitũ eſt inter initia ſeptimi politicorũ libri,quo aſſeritur felici homini bona externa corporis & animi adeſſe oportere. Cũ autẽ hæc & aſſeuerate quidẽ ſcripſerit Ariſtoteles,ſi fæli citas ſũma uotoiũ iure exiſtimatur,& beatus & fælix is dicatur cui nihil deeſt,& oia deſint iis q Deo nõ fruũtur,quis illũ iure probauerit/ Cũ itẽ ædificandas Diis & he roibus aras in politicis cẽſuit/cũ uouit ſtatuas Ioui ſeruatori,& iunoni ſoſpitæ, p Nicanoris ſalute/An hæc uana ſupſtitio/cũ præcepit cædẽ mõſtroſi puerperii:hac in re a platone non oino abhorrens:nũ hæc barbara ſeuities/a qua imanitate nec plane excuſant eũ iuratiſſimi interpretes.qđ uero uel prudentiæ uel ſuperſtitionis ignauæ,proh bẽre in ſeptimo politicorũ obſcenas imagines præter q̃ deorũ:quibus eorũ more laſciuia cõgrueret / & apud illas boies p ſe & filiis & uxoribus facere ſa cra lege pmittere/Cũ itẽ pmittere uideſ militibus nefarios cõcubitus ſine deteſta tiõe ſine pœna/qđ uel ſatis aduertit & dãnauit Beſſariõ in ca.u.platonicarũ defenſio nũ.Calũnioſe quoq; eũ in ethicis & in pblematibus philoxeni recitaſſe opinionẽ ſũt q cẽſeãt. Nãq; philoxenũ culpat gulæ oblectatiõib; pter fas deditiſſimũ,& q gruis collũ optauerit ſibi ad maiorẽ diuturnioreq; libidine,quẽ ẽt ego Ariſtoteli aſſẽſus Libri auth.
aliquando cõdemnaui in libris de morte Chriſti & propria cogitanda.At alii uitio de morte
id uertunt Ariſtoteli,quando philoxenus muſicæ artis peritus gruis collũ ad mo chriſti & p
dulos deducẽdos & inflectendos uarie,uoto poſtulabat caſſo,ut q artẽ mire iuuaſ pria cogitã
ſet ſi lõgius illi collũ natura tradidiſſet: Sic & de Cycnis poeta præcellens cecinit,q da.
longa canoros dant per colla modos.Verũ.n.uero hac de re pugnare nolim,tum q; multi eo noie citantur tum q; ab ipſo Ariſtotele in octauo politicorũ philoxenus ducitur in mediũ,qui dithyrambos dorice facere eum tentaſſet, ui naturæ tractus ſit ad phrygiã harmoniam: tum ẽt q; philoxenus ipſe dithyrãborũ poeta gulæ ſci tamentis deditus proditur in cænis Athenei,Clearcho maxime & phania peripate ticis philoſophis,& Machone comico authoribus.Mitto illa i uniuerſum de fine ho minis a pleriſq; reprobata Ariſtotelea dogmata,in qbus non ſolũ gemiſtus ut pau lo ante rettulimus,ſed ante aliquot ſeculis & Atticus platonicus & Euſebius inſtite runt. Mitto quoq; mores condemnatos ab Epicuro, a Timeo Tauromenitano

ab Alexino Eriſtico, a Cephiſiodoro Iſocrateo, a Democare, ab aliis quorũ meminit Ariſtocles peripateticus in lexto de phia, dũ de Ariſtotele ſtruit apologiã, & iuniores ẽt repetierunt. Nã non de moribus ipſius ad præſens, ſed de doctrina fit quæſtio eius in libris & repoſita & celebrata, quã non ita (ut aſſolet) æſtimari debere magna ex parte mõſtrauimus. Mitto ẽt ꝙ Thomas in.iiii. maxime de regimine principum

Thomas. ſcribit Ariſtotelẽ non recte platonis & ſocratis opinionẽ retuliſſe de ꝓmiſcua mulierũ cũ uiris unione. Id ꝙ et apud Franciſcũ maroneum quadrageſima ſeptima diſtinctione cõtra iti opis eſt inuenire. ut platonicos nõ recenſeam, nec hac in re ſententiam

F.Maronius feram, uter errauerit magis, platone ꝗ nõ recte propoſuerit in quinto maxime de R. pub. an Ariſtoteles qui nõ recte aut retulerit aut interpræcatus fuerit in.ii. politicorũ? Mitto ꝙ cũ uniuerſa opa quæ de moribus edidit ad fœlicitatẽ & inueniẽdã & habendã ſpectarint, tã paucis de ea, & tã inſincere imꝑfecteq; egerit, ut eã alliacenſis

Alliacenſis. in oratice ſomniaſſe cenſuerit, quod ſupra eſt a nobis indicatũ. Mitto ꝙ multiplici etiã experiẽtia reprobatum eſt, ꝙ probatũ ipſe uoluit in æthicis, opinionũ concordiã ad amicitiã nõ ptinere. quando maximas inter phos ob opinionũ diuerſitatẽ inimicitias extitiſſe ſupra e declaratũ, & in hereticis cõſpicuũ id habet, & in factioſis omnino manifeſtum.

Quod Ariſtoteles de rebus cõibus nõ tot decreuerit quot uulgus literatorũ exiſtimat. Itẽ ꝙ ſibi ipſi aduerſus fuerit, & alia errauerit quæ prætermittunt & quare. Itẽ qd de ſuis argumentationibus author cẽſendũ a lectoribus cupiat. Caput. xx.

a T ſane qui eo celebrãdũ præ oĩbus gẽriũ phis Ariſtotelẽ exiſtimarẽt, eo ꝙ plura ꝗ alii reliquerit, de cõibus & ꝑticularibus rebus conſcripta uolumina, rebus ipſis aptata, & nõ mediocri diligentia diſtincta, eis nõ magnopere reſiſtere cõterat illũ phis gẽriũ ſi placet, ẽt ꝑferãt, nõ rixabor. Noſtræ cultoribus religionis adeo nõ cõterat Ariſtotelẽ, ut iure eo ferri cõponiq; nequeũt tenebræ luci, ſuperſtitio religioni. Ac de ꝑticularibus qdẽ rebus, ut nõ abnuerim ſcripſiſſe illũ multa eademq; præclara in ope de aĩalibus, & in moralibus libris pleraq; nõ reiciẽda ſtatuerit, atq; in ꝓblematibus nõnulla ſcitu digna tetigerit: ita de cõibus rebus nec tot nec tanta ſcripſiſſe illũ, pro uero unq̃ receperim, ut uulgus ẽt literatorũ exiſtimat. nã ꝗ ex phyſicis libris de principiis rerũ naturaliũ, de natura, de motu, ex metaphyſicis, ex libris de anima, aliiſq; cõpluribus opiniones ueterũ quas confutat, & rõnes qbus confutat auelleret, non exigua eorũ pars adimeretur: & interea quæ cõfutat multa ſunt quæ nec rite recẽſet, nec rite cõfutat, ut ex parte monſtrauimus. quæ uero ipſe poſt longas diſputationes inter rõcinandũ colligit, ſtatuit, definit, nõ recipiũtur ab oĩbus et eius cultoribus atq; diſcipulis: Quãdo ꝑtim uidimus probabilia, ꝑtim ambigua & incerta, partim falſa atq; reiecta: nec oĩa tamẽ uidimus & rettulimus, nec ſingulatim curioſe diſcuſſimus. Nã

Quæ cõtra Ariſtotelẽ duci poſſẽt ex philopono. ꝗ libros oẽs Ariſtotelis & expoſitorũ eius ꝑpẽdere diligẽtius uoluerit, plura ꝗ̃ ego deꝑhendet errata, pluresq; locos in quibus ſibi ipſe fuerit aduerſus. Scribitur ab eo quod ſupra male ſcriptum ex Philoponi ſententia rettulimus, ſi locus eſſet trina dimenſio, incedere hanc ipſam per totum collocatum corpus oportere, & diuidere ad infinitum corpus, ſicut & ipſa diuiditur: quod abſurdi in aliis dum

cauſatur,

cauſatur,ipſemet reiicit,idq damnat quod probauit.probauit .n. locum æqualem
eſſe locato atq in eodem eſſe & compræhenſi & compræhendentis corporis termi/
num,q ſi ambo termini ſunt in eodē,tunc ut totū in toto,& pars habebitur in par:
quo fiet in oī diuiſibili magnitudine infinitæ ſint ſuperficierū particulæ,Nā ſi una quæq
particula ſuperficiei unicuiq particulæ aptata fuerit,utriuſq diuiſionis pdibit infini
tas.Nec id accipiendū philoponus docet,quaſi ſuperficies in ſuperficie tāq in loco repo
natur,ſed ſatis eſſe ut inuicē aptent,aptatæ uero ſe ſe inuicē & incedāt & diuidāt,
āt abſurdū ille reiecit.Præterea nec linea lineæ nec ſuperficies ſuperficiei poterit apta/
ri,ſi ſpatiū incorporeū neqbit aptari corpori,& tamen alterū ſuo loco Ariſtoteles
cōdonat,alterū abiicit ab alieno loco.hoc eſt ſpatio;cū nihilominus ſuperficiei ut eſt
ſuperficies,id ipm de utroq ut arbitrari qſpiā poſſit,efficiat:Nā ſi dimenſio quatenus
dimēſio diuiſionē molitur,deberet utiq ſuperficies ultima corporis ambiētis & ipſa
dimēſio,corpus diuidere in ſe collocatu atq cōtētū,hoc tamē negat , affirmat illud.
Nā quæ ſors dimēſionis eius quæ pfunditas dicit,ut profunditati nequeat aptari:cū
tamē aptetur & lōgitudo lōgitudini,& latitudini latitudo,illa diuidat,hæ cōtineāt,
illa diſperdat,hæ ſeruēt & tueātur corpus collocatū. Hūc itaq in modū ex philopo
ni Ariſtotelei interptis doctrinā in ipm Ariſtotelē poſſemus argumētari . Nec ſatis
nobis illa reſpōſio faceret,de linea & ſuperficie poſſe nos loq & naturaliter & mathe
matice,quare lineā lineæ aptari poſſe naturalis rō nō negat,mathematica uetat:nā
quo modo loqtur Ariſtoteles eodē ipſe loqtur,de dimēſione.n.& linea & ſuperficie
mathematice diſſerit,cū ad infinitū eas diuidit:& qd Ariſtoteles abiicit ut abſurdū.
id ipm abſurdi in ipmmet retorquet interpres.& qd attinet ad eundē terminū col
locantis corporis & collocati,ad collocantis punctū duci linea poterit,ſi falſum nō
petiit Euclides in geometricis elemētis.quare ſpatiū intercidet,quo minus eſſe po/
terit,ut in eodē ſit compræhenſi & cōpræhēdentis corporis terminus. Sed hac de re
ſatis abundeq.libeat & locū illum cuius meminit Iuſtinus martyr afferre,q homeri
uidelicet teſtimonio firmauit Ariſtoteles Deū eſſe in æthere,quē tamen reiecerat cū
reiiceret Thaletē.Sed plures ut mihi uidet ēt cōmiſit cōtradictiones hoc uno in lo/
co.Nā dum platonis opinionē reiiceret,Deū in ignea ſtatuentis ſubſtantia,& autho
ritate uteret homeri in ea refellenda,q dixerit eum degere in æthere & nubibus:Al
teram ſui ipſius firmauit opinionē,quā poſtea ſubuertit,Alterā tacito diſpulit.Illā
quidē qua in ſupræmo qnto corpore noīe ætheris accepto Deū dixerat eſſe,firma/
uit,mox euertit,ut paulo poſt docebimus.Illā uero qua nubes ad æthera ptingere
nullo pacto in meteoris uoluit,ipſam & impugnauit & ſuſtulit. Nam cū & in æthe
re & in nubibus Deum collocaſſet,propriam quam ante de æthere ipſemet Ariſto
teles habuerat opinionem,firmauit,mox demolitus eſt homeri citando carmē hoc
ζεὺς δ' ἔλαχ' οὐρανὸν εὐρὺν ἐν αἰθέρι καὶ νεφέλῃσι,Iuppiter excepit nebulis & i æthe
re cælum.Nam nubes ad æthera pertingere alibi noluit,quas & ſub ignis globo re
poſitas cenſuit.Quare de ætheris loco ſententia uacillat, & inferiori etiam ſede q
fecerat plato,collocare Deum cogitur.Nō ſolum.n.in igne,ſed ſub igne uel nolēs re
ponit cum reponat in nubibus,quæ ſub igne collocantur. aut igitur ſupra nubes
& ſubtus collocabit Deus,ita ut ignis ſedes intercedēs uacua cēſeat,aut ſi oīa impleri
dicent,firmabit ēt opinio platonis ne ſit ut putauit Ariſtoteles tāq impia repellen
da.qre dū reſpexit ad æthera ut ipugnaret platonē tāq deū iferiorē q ipm decceret

Confutatio reſpōſionis

Quæ cōtra duci queūt ex iuſtino martyre.

ſede collocantē,nō reſpexit ad nubes quas tamē inferiores igne tū non aduertēs,ip

Remotio ob iectionis.

ſe a ſe ipſo eſt uel nolens impugnatus.Nec mihi obuiciat id qđ dicit eſſe in alio mu tis capi modis.nā quo mō cępit plato eodē & cępit Ariſtoteles:neq; de eo qđ eſt eſ ſe.in.ſed de loci ubi reponeret diuerſitate ē orta diſſenſio,ſiue platonis uerba ſiue dogma impugnauit,qđ impugnatū ſane uideri uoluit hac in re ut pleruq; in alijs, qđ cū multi,tu & Thomas quādoq; fatet.quātū uero ad hāc attinet re illud ſubicia platonē in ignea ſubſtātia dū collocauit Deū,collocauiſſe in ęthere,qm̄ ęthere puta uit igneę eſſe naturę & fieri poſſet uti eadē in Ariſtotelē calūnia retunderetur,quā

Remotio reſponſionis.

ipſe iudit in platonē,ut pote qa in aere Deū ut in ſede repoſuerit. Quę qdē calunia Thomę uerbis in tertio aduerſus gētes nō oino facile dilueretur, exiſtimauit.nęcius modi ſuſtineri dicta poſſe,ſi ſane acciperētur,ut pote ſi Deū intelligerent nō in ali qua determinata mūdi pte concluſum,ſed ppea principiū corporearū motionū na

Quam me lius & q̄ di uinius de deo chriſtia ni loqmur platone ipſo & Ariſto tele.

turę ordine ſignificaret motore Deo.Nāq; eo in ope hac de re qđ nō ſit leuis,nec de lana(ut dicitur puerbio)caprina,ſed tanq̄ de regno,nec utiq; paupere lis habetur, idq; potiſſimū contenditur,uter magis pius:an q̄ igneo an q̄ ęthereo corpori Deū addixerit,inibiq; collocauerit:uterq; tamē impietatis notā nequit effugere ſi circū eludere Deū molitur,& loco circūſcribere,q ut inquit Apoſtolus portat oia uerbo uirtutis ſuę & quē cū inuocamus pręceptis ſalutaribus moniti,& diuina inſtitutio ne formati,audemus dicere,pater noſter q es in cęlis:nō in ęthere,non in nubibus, non in ulla definita pte:nā & terrā & cęlū implet,& terrę ēt & cęlo altiſſima & ſu pra q̄ dici & excogitari poſſit excellēti poteſtate pemīnet,& cuius magnificētia ſup cęlū eleuata canitur in ſacris hymnis : qđ ēt oſtēditur eius in cęlo gloria,pręſua in ter res corporeas dignitate & pogatiua,magnitudinis,uelocitatis,ordinis,luminis. quapp nec in nubibus,nec in ęthere,nec ullo in cęlo particulari definitoq; debuit repōi.tā & ſi cęli ēt noie & ęther & aer capi cōſueuit ut ſupra ēt ſatis aperuimus,& ex dogmate platonis Alcinous ęthera partitur in ſphęrā nō errantiū & errantium ſyderū,quā qdē nō errantiū ſphęrā ſyderū extimā,& plato & Ariſtoteles exiſtima rūt. Alter igitur eorū phorū in igne,alter in nubibus & ęthere,ut alteri aduerſaret tanq̄ in ſede diuerſa collocauit Deū:& hac de re ſatis ēt ſuperq; arbitror annotatū a nobis obiter,& ppere,quaſiq; intranſcurſu hęc agētibus,& multa cōſulto ptereū

Quod ſup ſtiones ad miſſę ab ari ſtotele.

tibus.Illud.n.cur ēt non preterierim,q ſecūdo rhetoricorū libro , cū de locis enthy mematū diſſereret,Dęmoniū dixit aut Deū eſſe,aut dei opus,& aliter alibi de dęmo nibus decreuerat,uti eſt ēt ſupra a nobis pditū . pręterea uanitates ſternutamenti tanq̄ ſacri & auguralis ſigni,de quo multa ſcribit in pblematibus,cū tamē alibi au gurus nō admodū aſſentiatur.Sileo uanitatē illā in primo uolumine de cęlo repoſi

Qđ impro prie uſus ſit & exēplis & uerbis,& q in pleriſq; ſi bi contradi xerit & ma xime i libris de aialibus.

tā,eaſdē opiniones ſine fine accidiſſe,& alia magno numero figmēta pnicioſiſſima, quę ab uno de ęternitate mūdi falſo dogmate fluxerūt.Sileo & illud a philopono in cōmentarijs de aīa notatū,impprijs uti illū exēplis cōſueſſe,& ea cōtempſiſſe,ela tiōe quadā,ſiue pp(ut eius utar uerbo)μεγαλοφυΐαν. & tamē eis creberrime utitur. mitto q in libro de ſenſu oia corpora dicit colore pticipare,& tamen alibi cęleſtia corpora colorata negat,q̄ qntę.ſ.ſint naturę,nō ex q̄ttuor cōflata elemētis,de qui bus.ſ.color ipſe diſſultat.In pblematibus oia odorata calida ſcribit,cū tamē pleraq; frigida habeātur.ptereo diuerſitatē dogmatū ne cōtradictionē in pręſens appellē, qua uti ſupra mōſtrauimus dū colores mō ex albo & flauo,modo ex albo & nigro

conflauit

cõflauit oẽs.ꝙ coruũ colore immutabilẽ dixerit in ꝓblematibus, mutabilẽ uero &
in libro de coloribus,& in tertio de natura animaliũ,& in q̃nto de eorundẽ genera
tione,uti ſuꝑiori libro ſatis indicauimus.ꝙ naturã multis in locis opum ſuorũ præ
ſertim tertio de aĩa libro mire laudauerit,& q̃eq̃ nec ſuꝑfluo,nec fruſtra agere illam
ſanxerit,& in primo de ꝑtibus animaliũ aliq̃d mirabile in rebus naturæ ſemꝑ eſſe di
xerit,atq; ut ille græce ἐν πᾶσι τοῖς φυσικοῖς ἔνεστί τι θαυμαστόν.& in ſecundo eiuſdẽ
De natura aduerſa.
opis naturã rei ſemꝑ melioris quo ad eius fieri põt authorẽ fecerit.At in.x.ꝓblema
tũ ꝑticula,illã ipſam praue oĩa facere & plura praua q̃ ꝓba ſcriptũ reliquerit.ꝙ aĩa
De piſcibus aduerſa.
lia quæ brãchias habẽt pulmone carere,& q̃ pulmone carẽt nõ reſpirare ſæpenume
ro ſanxerit:cordulũ uero octauo de natura aĩaliũ libro,& habere brãchias & carere
pulmone affirmauerit,& tamẽ in terrã meare & inde cibũ accipe pariter ſcripſerit.
qđ quidẽ ſine reſpiratione nõ impleri ueri ſimillimũ eſt:ſed & eundẽ cordulũ affir
maui teẽ quadrupedẽ,ſupra uero paululũ decreuerat,eorũ q̃ humorẽ recipiũt nul
De elephantis q̃ multa aduerſa.
lũ pedeſtre eſſe,nec cibũ ſibi ex terra petere.ꝙ in q̃nto de natura aĩaliũ elephantẽ
fœminã coire incipere anno,aut duodecimo cũ celerrime,aut q̃nto decimo cũ lẽtiſ
ſime,marẽ uero q̃nq; aut ſex annos natũ ſuꝑuenire:ſequẽti uero libro hoc eſt ſexto
ſcribit elephãtum tã marẽ q̃ fœminã incipe coire anno ætatis uigeſimo. Narrat itẽ
in q̃nto elephantũ biẽnio uterũ gerere:In ſexto uero cõſtat elephãtibus aliis annũ
& ſex mẽſes,aliis triẽniũ ferẽdi uteri tꝑs ſtatuiſſe,idq; eſſe in cã qđ nõ pateat coitus
ſupra uero biẽniũ ſimpliciter eis adſcripſerat.Nõ hoc loco refero qđ contra & apud
antiquos uulgo exiſtimabatur,& apud plautũ & Pliniũ legitur, cũ decẽnii tꝑs ele
phãto grauidæ tributum eſt:ſed quæ Ariſtoteles ipſe cõtra ſemet attulit,hoc eſt ele
phãtes partũ mõ in ſex ſupra triginta mẽſes,mõ in quatuor ſupra uiginti,mõ in de
cẽ & octo corripuiſſe: In libro uero de auditiõibus admirabilibus,elephãtos tradit
& duorum annorũ,& decẽ & octo mẽſiũ ſpatio ꝑeareȓ,& gemellos ẽt parere.Redeo
ad libros de aĩalibus in q̃bus de elephãtum uita etiã uaria,nam pari pacto in.viii.
libro elephãtos uiuere ut alii dicũt ducẽtos,ut alii trecẽtos annos affirmat,at in no
no ut alii aiunt ducẽtos annos,ut alii cẽtum & uiginti ſcribit. Nec illud nõ aĩaduer
De camelis aduerſa.
ſum,ꝑdidiſſe libro eodẽ ſexto camelum ſupra.l.annos uiuere,& octauo eiuſdẽ opis
& plus & ẽt minus.i.magnã eorũ ꝑtẽ annos tm̃ triginta ſupereſſe, & nonnullas ad
De ſeminis fæcũditate falſa.
centeſimum annum uiuẽdi facultatẽ ꝑtrahere.Humanum itẽ ſemen in.vii.eius opis
infæcunditate dãnauit uſq; ad ter ſeptimũ annũ,qđ cõfutauit & falſum oñdit expe
rientia.Illudq; oĩbus notũ,uoluiſſe Ariſtotelẽ in fornacibus naſci & uiuere aĩal ma
gnitudine muſcæ grãdioris,cũ tñ in.ii.de generatione aĩaliũ decernat nullũ aĩal ab
De aq̃la uaria & ẽt aduerſa.
igne generari.Mitto pleraq; reꝓhẽſa in libris de natura aĩaliũ,& illud ꝑcipue in ſex
to aq̃las tedio nutricatiõis pullũ nido expellere,quẽ excipiat oſſifraga ſiue ciconia
cui rei Ambroſius.v.exhaemerõ aduerſaƭ,& aliã reddit expulſionis cãm.i.exploran
di ad ſolis radios,quã Ariſtoteles tribuit ĩ nono libro marine aq̃læ.i. haliæto,a qua
& occidi ſcribit filiũ nõ pelli,cuius oculi ſpectato ſole lachrimarint,nec ab oſſifraga
ſiue ciconia,ſed ab alia aue eiectũ aq̃læ pullum,& ſuſcipi & educari ſcribit Ambro
ſius.Cæterũ eo in libro nono ſibi ipſi aduerſaƭ Ariſtoteles de aq̃la eã, quã ꝑdiderat
in ſexto pullũ nido expellere tedio nutricationis,q & exciperetur ab oſſifraga ſiue
ciconia:neq;.n.tedio nũtriẽdi,nec examine iudicãdi haliæto mox attributo id cẽſet
ab aq̃la fieri,ſed inuidia,cũ inuida ſit auis ipã natura,& maiuſculis atq; edaciuſculis

ſuis pullis inuideat. Quod aũt nõ reprehẽſus mõ uti ſupra dicebam ſed irriſus etiã fuerit in opere de aĩalibus, tanq̃ nimia & moroſa uanaq; et diligeria abuſus, in explicandis multis terreſtriũ animaliũ conditionibus & affectibus, q̃ homini cognita eſſe nõ poſſe exiſtimatur, q octauũ Athenei uolumẽ legenti facile cõperiet: & ſtultorũ & miraculis (iuxta comici ſententiã) collatã multa eſſe, quæ ipſe de piſcibus diſſeruerit, uti quot annos uiuerẽt piſces, quo pacto dormirẽt, quo mõ comederẽt, quo modo coirent, & his ſimilia quæ diſcere illum cenſent nõ potuiſſe, niſi ab aliquo cui nota eſſent, ſpeluncæ protei uaſtiq; cubilia Nerei. Illud ſane nõ reticuerim quaſi ipſe ſecretorũ ſepiæ conſcius, in ſeptimo de hiſtoria animaliũ (quẽ nonum fecit Theodorus) attramẽtũ eã ſcribit fundere non modo cũ metuit, uerum etiã abſcondendi eã, & ſepe ſine pauore eo uti attramento ad ſe occultandum: In quarto uero de partibus animaliũ, & ſepiã & aliã cõplura exanguia atq; ob id refrigerata & pauida, tũ dere ob id attramẽtum neceſſario ſcribit, ut hominum nonullis per metum fundit aluus, & excremẽtum ueſice pfluit, ſed naturã hoc excremento ad præſidiũ & tutellã eorum abuti. qđ autẽ oĩbus fere notum a ſe prodit ignoratum in.iii. de partibus aĩalium, hoc eſt cor ſine oſſe omnium quæ ipſe nouit animalium, præterq̃ eq & boũ generis cuiuſdã: cum nihilominus imperitiſſime et mulieres, nouerint ceruini cordis os cardiacis opem fere cõſueſſe. Sed.n. illud nõ omiſerim qđ protulit in.iiii. de natura aĩalium, infantibus pueris nullum penitus contrahi ſomnium, ſed plurimis anno circiter quarto aut q̃nto incipere uiſa. Nun forte ille recordabat̃ cum primũ ſibi obſeruari per getẽ phãtaſmata cepere? an potius ab aliis accepit? ſed quo pacto capere hic regulã definiẽdi principia uiſorum inſomniorũ ue potuit? nun uero ſimilius eſt q̃ uidẽt, q̃ ridẽt infantes, et ſomniẽt? nũ & quadrupedibus & piſcibus largitus eſt inſomnia? cur pueris infantibus abſtulit? an ſi ſomniant poſſunt obliuiſci ita, ut cũ fari incipiãt nihil oĩno queãt de ſuis inſomniis fabulari? pertinere quoq; hunc ipſum locum puto ad ea quæ ſupra citauimus, in q̃bus oſtendebamus ſibi ipſi Ariſtotelẽ cõtradixiſſe, ſi quidẽ eiuſdẽ operis octauo libro dũ de riſu & lachrymis infantium dierum quadraginta loqueret̃, poſt paululum eis quæ nuper attulimus de eorum infantium inſomniis aduerſa ſubiecit: ſomniare et inq̃t eos conſtat, ſed ſero meminiſſe poſſunt imaginũ. Qua q̃dẽ in re parũ & ipſe uiſus eſt eorum meminiſſe, quæ de hac ipſa re quarto eiuſdẽ operis libro pdiderat. Mitto qđ & primo de partibus animalium libro eius qđ eſt impedati atq; impẽnati nõ eſſe differentiã dicat, hac rõne, q̃ priuationis qua priuatio ẽ nulla ſit differẽtia, ſed pẽnati & pedati: qua ſi ſolum rõnalis aĩalis hẽri differẽtia debeat, nõ autẽ irrõnalis, cuius tamen multo plures habent̃ ſpẽs Non tamẽ qua priuatio pura in ſe ſe, ſed q̃m tali re q̃cq̃ priuat̃, nã priuatio eſt quæ in ſubiecto eſt, apto ad cõtrarium habitum recipiendum, & qđ aliqua re priuat̃ nõ ſtatim priuat̃ oĩbus. At inq̃t impedati nõ eſt ſpẽs, q̃a impedatum nõ eſt, certe ſi nõ eſt impedati ſpẽs, nõ eſt irrõnalis, æquum.n. utrinq; mon.ẽ.ũ. qđ ſane in Ariſtotele magis miror, cũ primo de hiſtoria aĩalium libro, partes dicat aĩalium alias incõpoſitas, quæ in ſimiles ſibi partes diuidunt̃, & ſimilares appellant̃, alias cõpoſitas. qđ nã rogo diſcrimẽ inter incõpoſitum & cõpoſitum? interq; pedatum, & impedatum, quantũ pertinet ad priuãtẽ particulã & regulã diuidẽdi? Nũ & impedata et reperiunt̃ aĩalia? quæ. ſ. uix habeãt pedes, ut apodes, quæ dicunt̃ aues, & oĩno nullos habeãt, ut piſces. Sane neſcio quo pacto tueri hoc poſſet q̃ſpiã, ut ea taceam,

De ſepia aduerſa.

Ignoratio ꝓprietatis ceruini cordis.

Falſũ de ſõnis puerorũ & ſibi aduerſum.

De differentia nõ recta.

Remotio obiectionis.

ſiccã, quæ de ipſa diuiſione ad parandã definitionẽ ſuperiori libro diximus, & ꝙ ip ſe ſibi Ariſtoteles ea in re ſit aduerſus. Dicere quoq; poſſem bilẽ atrã nõ quã miſce/ tur aduerſis humoribus, ſed in ſe ſe ut atra eſt bilis, & calidã eſſe & frigidã, illũ ipm in pblematibus cẽſuiſſe: Atq; in eiſdẽ uino illã calidæ & humidæ naturæ cõparaſſe, ibiq; aliqua igne dixiſſe calidiora, etiã quæ ipſe ignis calefecerit: cũ tamen ignẽ ea liditiſimũ ſtatuerit, ut pote p quẽ alia ſint calida: atq; id ipſum regula & tãq lege ſta tuit, id eſſe. ſ. magis calidũ, p quod cætera calorẽ aſſequerenť. Illud ẽt memorare poſ ſem pcellentiã intellectus, atræ bili p multæ calentiq; in pblematibus tribuiſſe, in li bro uero de anima aptos mẽte dixiſſe eos q molles ſunt carne, quã molitiẽ ſanguis potius & pituita, ꝙ bilis atra cõſtituit: Quæ ſi cõpactior fuerit duritiẽ ẽt eximiã põt inuchere. Sed abunde uidentur hæc ut pote inſigniora, nã nec minuta oĩa pleq uo/ lo, uerbi cauſa ꝙ trinã dimenſionẽ modo accidens mõ ſubſtantiã eſſe decernere uidetur: mõ mentẽ ab Anaxagora cognitã dicat, mõ ſoli ſenſus cognitioni ipm mã cipet. Mitto ppoſitiones quæ de ſecundo adiacente uulgo nuncupanť, cũ uerbum ſum es eſt, æquiuocũ ſit, & multiplex ad omne genus & ſubſtantiæ & accidẽtis, & ſub/ ſtantiue (ut aiunt) capitur pro actu intellectus, & adiectiue pro eo ꝙ eſt exiſtere & in ſubſtantiuũ uerbũ reſoluiť. Mitto ꝙ circulo quẽ in poſterioribus repbat, ipſe di catur uti ſecundo cæli, mõſtraturus ſphæricas eſſe ſtellas, & ꝙ ex dextra cæli parte motũ incipere affirmauit, & ꝙ indiuiſile moueri nõ poſſe dixerit qđ falſum eſſe & in anima, & in Angelo, & ẽt in puncto ipſo multi cõtendũt. Ac ſciens præterea uoleſq; prætereo multa, quæ illi & Gargetius ſenior, & Eubulides mileſius, & Cecifodorus obiecerũt, & obiectamẽta ſcriptis mandauerunt. Nec explicarũ uolo cur ei ab aliq/ bus pharmacopolæ ſit indita appellatio. Et ꝗꝗ ſcio ipm probabiliter poſſe defendi aliqbus in rebus huiuſcemodi, ſcio & pbabiliter quoq; poſſe reprobari. Nec itẽ ma/ gnopere illi ingerere uolo, qđ & alii reprehenderũt, & nõ poſſe reprehẽdi multi opta rent, ea aĩalia quæ rabidi canes momorderint rabire oĩa excepto hoĩe, qđ falſiſſimũ eſſe notius eſt ꝗ ut debeat cõprobari: & ꝗꝗ excuſant eũ aliq, ipſe tamen id ipſum aſ ſerit & repetit in octauo de natura animaliũ. Nec illud itẽ obiicere illi uolo, ꝙ ſæpe tamẽ ille obiicit aliis, ꝙ improprie & ſecus ẽt contraq; id qđ ipſemet alias conſueue rit loqui, ſit locutus: ꝙ ſemẽ generationem uocet in libro de partibus aĩalium pri mo, ꝙ ẽt id uirtutem nuncupare uideatur: ꝙ indiuiduũ p ſpecie cõtraq; ſpẽm pro indiuiduo prodat, ꝙ genus pro ſpẽ & cõtra ſpẽm reponat p genere: & differentiam etiam pro ſpẽ collocet, & pro differentia ſpẽm. Eodẽ.n. primo libro de ptibus aĩaliũ ultimas ſpẽs dixit coriſcũ & Socratẽ, humana. ſ. indiuidua, & paſſerem & gruẽ uoca uit aues indiuiduas. Itẽ ꝙ ſubſtantiæ, formæ, oparionis quandoq; noĩe, ſit abuſus: & ſpeciei nomẽ genere quandoq; permutauerit, & differẽtia ſpeciei uice poſuerit. pri mum illud notat ẽt Themiſtius in quarto phyſicorũ, notat & Michael epheſius i ter tio de ptibus aĩaliũ, cũ inqt λέγεται τὸ εἶδος. & in primo etiã eiuſdẽ opis dixerat λέγεται τὸ ἔσχατον εἶδος. Dicẽs genus, ſpeciem ſpecialiſſimã. Idẽ quoq; eodẽ libro iiſdẽq; ſcholiis, obſeruat differentiæ nomen uſurpari pro ſpẽ ſcribẽs τὸ διαφο ρὰ, ἀντὶ εἶδος ἔστι. Nec aliter excuſat Ariſtotelẽ ꝗ ꝙ ſpẽs differentiis conſtituanť & ſubſtantiã eſſentiã ue ſortianť: quaſi nõ dirimatur alterũ ab altero/ & pprium ſi bi nõ uendicet inter cões quæ dicunť uoces ẽt uniuerſales ipſa differentia locũ: ſed paulo poſt ẽt notat, cõtra ab eodẽ Ariſtotele fieri, uti. ſ. ſpẽm ſumat p differẽtia. ſpe

De bile atra adu rſa.

Quæ ptermittantur.

Nota.

Falſum de morſu ca/ nis rabidi.

De uerbis improprie poſitis.

Themiſtius Michael epheſius.

cies.n.nõ conſtituit differẽtiã,ut propterea hac in re illum eadẽ rõne defendere mo liatur.& ſane ita eſt,cũ.n.ille ſcripſiſſet εἶδος τι ἄτομον τῆς οὐσίας, καὶ ἕν,hoc eſt ſpes aliqua indiuidua ſubſtãtiæ,& una,tunc ſubiecit epheſius λέγων εἶδος τι ἄτομον, καὶ ἓν ἐνταῦτα τὴν διαφορὰν οἷον τὴν διποδίαν.hoc eſt dicens ſpeciẽ aliquã indiuiduã & unã,hic differẽtiã puta bipedalitatẽ.Idẽ anthor eſt ὅλην μορφὴν ideſt totã formã τὸ συνθετὸν,τὸ ἐξ ὕλης,καὶ εἴδους.i.cõpoſitũ qđ ex materia & forma,ab Ariſtotele da tum intelligi.Et illud prætereã ꝙ ex .iii.de aĩa cõmentario ſimplicius colligit quæ dã Ariſtotelea in dialogo de aĩa cui titulus eudemus fuit,cuius tecimus ſupra ĩ quar to libro mẽtionẽ,aliter q̃ alii exiſtimãt poſita:qua de re ẽt meminimus in noſtra in

Auth. com mentarii in tertium de anima.

tertiũ de aĩa librũ expoſitione.Ac illa quoq; nõ ad longũ explicuerim,ꝙ unitatem motus ex unitate magitudinis trahat atq; cõſtituat,qua nõnulli opinionem labefa ctant ex grauis corporis deſcenſu,qđ imaginemur ꝑ elementa delabi.qs.n.iuerit in

De unitate motus.

ficias unũ eiuſmodi cenſeri motũ debere,nec una tamen dimenſum magnitudinẽ? Si quidẽ alia ſit ignis,alia ſit aeris,alia aquæ quãtitas,quæ re ipſa atq; ſuapte natu ra dirimatã cæteris,in qbus nihil oberit ꝙ ſint cõtigua,quãdo ab contiguis rebus, cõtinua diſcreuit,& cuiq; ſuã finitionẽ ipſemet Ariſtoteles aſſignauit. Ac etiã illud

De medio uirtutis,

nõ euentilauerim,ꝙ de uirtutis differẽs medio id cẽſuerit eſſe,qđ ſapiens prudẽſue decreuerit,quaſi diuerſarũ ſectarũ diuerſi nõ haberẽtur ſapientes atq; prudentes? quaſi & in eadẽ ſecta nõ diuerſæ ſniæ ſapiẽtũ?quaſi nõ eoru diuerſa ſenia?ut ad ipſ ſam tandẽ prudẽtis idæã uiri eſſet quæſtio releganda.Illud uero nõ irriſerim ꝙ in

De pygmæis.

octauo de hiſtoria aĩaliũ aſſeruerit nõ eſſe fabulã pugnare grues cum pygmæis.q̃q̃ Strabo & in ſecundo Geographiæ hac de re non recipit deimachũ & Megaſthenẽ re rum ſcriptores indicarum,& in decimoſeptimo eiuſdem Geographiæ neminem ſcri bit fide dignũ ex uiſu narraſſe. Sũt.n.uti ſuperiore libro memorauimus,q affirmẽt ſe uidiſſe pygmeos multaq; de eis narrent admiratione digna,uiri alioqui & boni

De oculo ſenis.

nominis & uitæ religioſæ,Nec itẽ illud in primo de aĩa libro damnarim ſenẽ ſi oculũ iuuenis acciperet,nõ ſecus ac iuuenẽ uidere.quaſi ſolus oculus & nõ totũ tẽperamẽ tum ad acute exquiſiteq; uidendũ concurrat?quaſi uirtus oĩs ſenſilis labẽtibus an nis in ſeniũ nõ minuatur & debilitetur.Hæc aũt magno uiri & de litteris multũ lon

quæ & quot omittãtur.

geq; merito cõdonanda ſunt,q̃q̃ & ille hæc ipſa uel minora uel minutiora ẽt uete ribus nõ cõdonauit.Illud ẽt condonandũ uti rõnes & argumẽta aliorũ in ipſo cõfu tando nõ colligamus.Nã ſi platonicos hac in re ſeq decreuiſſem q Ariſtotelẽ cõfuta uerunt,antiquos inq̃ illos celebratiſſimos,quorũ meminimus,ac gemiſtũ & iunio res quorũ ẽt in noſtrã linguã uertere poteramus facile monumẽta,ſi pyrrhonios ip ſiuſq; ſexti phĩ decẽ libros haurire,& in noſtrã transferre linguã,quorũ tamen in omnigena doctrina gentiũ cõfutanda magnopere fecimus mentionẽ,ut ipſe uideli cet gentes quaſi terrigenæ illi,mutuo,ut eſt in fabulis,uulnere cõciderent,ſi ſtoico rũ cõnexa,& retortos gripos,ſi medicorum Galeni græci,& Auicennæ & Algazelis arabũ,argumenta in unũ cogere uoluiſſem,ſi hebræi haſdai peripateticæ doctrinæ improbationes,quarũ multas ſupra tetigimus,referre oẽs ſtatuiſſem ,ingentia ad uerſus Ariſtotelẽ parare potuiſſem uolumina . Sed forte lectores gratius habituri ſunt quæ ipſi meditati ſũmus, alias nullibi legenda,q̃ quæ apud multos olim ſcri pta & aliquibus expoſita.Sic & aues etiã nõ omnino aliõq nobiles,ſuis pẽnis q̃ gra culus alienis picturatus, ſanis oculis gratiores. quantũ uero ad me pertinet, bene

actum

actũ mecũ uideri põt,modo monuiſſe potuerim eos q in operibus peripateticorũ exa
minandis cõniuebãt,ut aperiant oculos:modo triplicẽ quã mõſtrare polliciti fuera
mus ipſius Ariſtotelæ doctrinæ uanitatẽ (quãtum uiſum eſt ſatis) explicuerimus.
eoq; magis,ꝙ nec aliis fere armis cũ Ariſtotele ſum cõgreſſus,q̃ quæ aut noſtra tã
& ſi mediocri ni exigua uerius incude fabrefacta ſint,aut quæ ipſius mihi peripate
tica armamentaria ſuppeddit arint.Nec oibus ẽt uti Armis uolui,quãdo ne facta fa
cerem,peripateticorũ ẽt contra ipm Ariſtotelẽ argumẽta,aut ſubſignaui tantũmõ
aut paucioribus q̃ potui referens,ad eorũ authores curioſum lectorẽ libentius uo
lui relegatũ.Sat mihi fuit admonere lectores ut ipſi p ſeſe curent ueritatẽ abiecta
uanitate deprehendere.Quos oratos ſi Chriſtiani ſunt,p cõem ſpem uelim:ut cãdi Deprecatio
de,ut ſincere noſtrũ hoc examẽ inſpiciãt,neq; putent me exiſtimaſſe ꝙ undecunq; a lectores.
demonſtrarim,ꝙ certiſſimas prorſus in eos quos cõfutaui rõnes ſemper attulerim.
Neq;.n.qđ aliis derogo id mihi arrogauerim.Sed quæ diuina quæ ſanctorũ pbatiſſi
morũq; uirorũ duximus in medium teſtimonia,ea teneãt certiſſima,noſtra uero ut
cũ ꝑlibet:ſi nõ decreta,nõ inuẽta , at ſaltem placita,at diſputata,atq; diſcuſſa:aliq/
bus ſaltẽ in locis habeãt ſi placet uera,& ſi hoc detractãt nõ diffiteant̃ pbabilia . ſi
hoc ẽt nolunt rõnibus noſtris poſſe cõcedi,ad minus eis tribuant ut quæ authorita
tibus eorũ quos ipſi magno habent in p̃cio cõfirmauimus,a pbabilitatis limine nõ
excludantur,ita nihilominus fiet,ut qđ uolumus conſequamur,qm̃ ſi uel hoc muni
mine & tanq̃ authoramento nõ adnuant noſtra eſſe probabilia , dicere poſtea non
poterũt,ut ea quæ repulimus certa ſint,cũ id qđ eſt pbabile ei qđ eiuſdem eſt gene
ris repugnare qdẽ poſſit, ei uero qđ eſt diuerſi & maxime certi plane non queat:
Quæ uero probabilia ſunt ea ex toto falſa aut eſſe aut haberi poſſe,tã ratio,q̃ anti
quorũ philoſophorum atq; etiam ipſius Auerroys,negat authoritas.

Totius operis epilogus,& confirmatio,atq; exhortatio ad ueram doctrinam ca/
peſſendam. Caput.xxi,& ultimum ſexti libri.

H Actenus itaq; ſex libris de uanitate Doctrinæ gentiũ,tribus primis
de ſectis oibus uniuerſum,tribus ultimis de Ariſtotelea , quæ nũc p
cæteris æſtimat̃,diſputauimus . Quibus libris uniq;(ni fallor)deꝑhẽ
dere potuimus,cũ alias,tũ eã ꝑcipue quã poſtremo confutauimus,
& falſa eſſe nixã ſupſtitione,& quo ad ipſa attinet uolumina,prorſus incertã , ſed &
in oibus dictionibus tẽporũ cauſa & corruptorũ imperitia oppido q̃ ambiguam, ſe
ctatorũ ſnia minime firmã,interꝑtũ diſſenſione uerſatilẽ,& chamelæõtis inſtar uer
ſicolorẽ,a theologis antiqoribus damnatã,a quibuſdã iunioribus uituperatã,ſcri/
bendi modo frequenter erraticã,pleraq; falſitate labantẽ,demonſtrandi arte mini
me certã,ſenſus fallacia nutabũdam,definitionis inſcitia tremulam, inductionis pe
nuria longe ruinoſam.Adhæc & ſi ars ab eo cognita traditaq; fuiſſet, eã tamẽ mini
me ab illo ſeruatam oſtendimus,ut pote q ambigua prompſerit in phyſicis ſi nõ fal
ſa,certe q æternitatẽ mundi falſam pro uera tradiderit,in meteoris errauerit,in aiæ
doctrina tradẽda uacillauerit,opiniones ueterũ falſo retulerit,& ex eis qđ uolebat
nõ rite collegerit,de Deo nõ ſincere nõ rite ſenſerit,ſupſtitiones excolendas tradi/
derit,homicidia ſuaſerit,ſibi ipſi cõtradixerit . Hic ipſe tamẽ Ariſtoteles magni nũe

fit ab oibus,& tanti quidē æſtimatur,ut in numero phorū reponatur quiſpiā . ſola
librorū eius lectione,nec aliud toto ſectatorū eius agatur ſtudio,q̄ quid ſenſerit ip
ſe diſquirere,& contrariis opinionibus,cōtrariiſq; rōnibus ppetuo corrixari.Quod
ſi ita debilibus cruribus,& teſtudineo formicinoq; greſſu multi ſint , ut nunq̄ exire
peripatū queant,ſic intra lycii ſepta concluſi,ut adire porticū nō detur, & in acade
mia ſpatiari,prætextu rerum ſacrarū quas dicāt ſe uelle ſcire(quaſi illarū ipſe ſit do
ctor & nō eorū pleriſq; & maxime principalibus aduerſus)cur tamen in Ariſtotele
plegendo cōſeneſcūt ? Traditus nē fuit mūdus uniuerſus inquiſitioni philoſophan
tiū ? an ſolus Ariſtoteles ? q tamen inſtar omniū q fuerūt in litteris præcellentes,nō
un i aut duos aut plures ēt ſibi propoſuit legendos authores & imitandos, ut nūc
fere fit a pleriſq; aut ignaris aut oblitis ſcriptu a Seneca ingeneroſum eſſe ſapere lo
lū ex cōmētario,ſed de ipſa uniuerſi cōſideratione,uti de quadā quaſi bibliotheca
naturæ,ſuos cōficere libros inſtituit.Cuius tamen bibliothecæ tam uaſtū eſt ſpaciū,
ut multæ eius regiones ne dū anguli adhuc ſupſint,inquas ille nō penetrauit.nū &
nobis aliis etiā ppoſitus ēt ſacrarū litterarū liber ? qui ſcriptus dicitur intus & fo/
ris:qui & liber ēt uitæ ē appellatus, in quo inſpici darū eſt qd agere nos oporteat,
ut ad ipſiſſimum tandē librū uitæ conſcendamus,in quo repoſiti ſunt Theſauri oēs
ſciæ ſapiētiæq; diuinæ. Quāto igitur omnino rectius cōſilia in melius referre,& Ari
ſtoteli ac cæteris gētiū authoribus modū ponere,& ſi qua bona apud illos inueniū
tur,ea ſtatim ab ipſis tanq̄ ab iniuſtis poſſeſſoribus decerpere,& ad Deū cōtempli
dū uti.Poſſumus.n.rerū naturaliū ſpeculationē aliqua,in ipſum authorem naturæ
ſuſtolli,ut alii præcellenter docuere,uti nos ēt p modulo noſtræ capacitatis,& in ſe
cundo de ſtudio phiæ,& in libello de appetitu primæ materiæ . Sed parua hæc oino
cognitio diuinæ præcellentiæ,diuinæ bonitatis.quare ad uerā doctrinam progredi
opus eſt,ad ſacras uidelicet litteras,in qbus nihil incerti,nihil falſi,nihil repugnātis
uti & alias a multis,& a nobis ēt alibi plane mōſtratū . In quibus oīa recta,oīa ſince
ta,præter hæc & captu facilia,& auditu ſuauia ſunt. In qbus & fælicitatis dogmata
& diuinæ bonitatis ingētia præconia.In qbus demū litterariæ fons ueritatis,ex quo
præclari oēs bibere phi,q̄q̄ nō eis pfuit,cū ingratā pariter de mortiferis letheiſq;
gurgitibus aquā potauerint.Omnes &.n.phos gentiū uel multa uel quapiā labare
uanitate mōſtrauimus:Nāq; dū ſua pdunt,pdit inde aut ſupſtitio,aut dogmatū fal
ſitas,aut inſincera ueritas,certe nulla fælicitas.quando fælicitatis fontē primariū,
non exacte ſincereq; pſpexerunt,& quo quo modo cognitū recte nō coluerunt. In
eum.n.nō contentionibus continuis,non inani diſputatione,nō moribundis ſenſi/
bus,non ipſamet ēt doctrina humanitus inuenta repēndū eſt,ſed alis fidei & amo/
ris,in eius ueritatis & bonitatis abyſſum,paurā ſpei,diuino flāte ſpiritu,prorſus erā
dum eſt,Quod niſi Chriſti gratia fieri nequaq̄ pōt.Ergo ad eius diſciplinā ppetau
dum eſt,poſt habitis paganorū dogmatis,quæ uana plurimū & fuiſſe & haberi de/
bere Deo auxiliante parefactū opinor,ſicuti uera oino eſſe ipſa Chriſtianæ dogma
ta diſciplinæ.Quæ oia ſi qs æqua in examinis lance pēſauerit,dignoſcet illa de qbus
diximus gentiū dogmata in uētū prorſus & p inane,præ ſua leuiſſima uanitare tol
li,noſtræ uero pcepta religionis ſupra q̄ dici pōt præ ſua ueritate & ſolido nimirū
fundamento propendere.De cuius etiā ueritate & pondere peculiare opus a nobis
eſt editum cui Theoremata de fide nomē indidimus.Sed illud tamē cognoſſe opere
precium

Libelli au/ th. de ſtud. phiæ & d'ap peritu pri/ mæ mate/ riæ.

precium eſt, hæc quæ ad intellectus eruditionē pertinent, non ſatis eſſe ad fælicitatem, quæ recta, ſinceraq; uoluntate, & eo qui de ipſa prodit amore, paratur & obtinetur. De quo quidem amore quatuor libris diſſerere cōſtituimus (ut alias ſcripſimus). Quibus in omnibus quicquid ueri & boni, id totum Deo, a quo omnis ueritas & bonitas, referri acceptū uolo: ſi quid uero fortaſſe falſi & mali, aut in hoc, aut in alijs quibuſcunq; noſtris operibus depræhenſum fuerit, in noſtram imbecillitatem referatur, nullo pacto in uoluntatem. Nanq; non ſolum catholicæ eccleſiæ iudicio, quod nemo uere chriſtianus declinare poteſt, Me, meaq; omnia ſubiecta intelligi uolo, quod & alias ſum plane teſtatus, ſed & limæ atq; cenſuræ cuiuſcunq; me & amabiliter & iuſte corrigentis: cui magnas etiam habiturus ſum gratias & relaturus, tantum aberit, ut proterua cōtentione eius ſententiæ, ſi uerā agnouero, nō aquieſcam: quandoquidem omne uerum & bonū (ut diximus) ab ipſo deo eſt, ipſi ſoli ſine fine honor & gloria.

Finis Sexti & ultimi libri Ioannis Franciſci pici, Mirandulæ domini, & Cōcordiæ comitis, in examen uanitatis doctrinæ gentium, & ueritatis Chriſtianæ diſciplinæ.

¶ IMPRESSIT MIRANDVLAE IOANNES MACIOCHIVS bundenius; non authoritate modo eorum ad quos pertinet, ſed pō tificia. Anno a uirginis partu milleſimo quingenteſimo uigeſimo, qua potuit diligentia.

¶ Impreſſo uero & recognito ope ſubnotata ſunt hæc errata, nā alia nonnulla omiſſa: neq; n. oēs inuerſiones, adiectiones, detractiones, permutationes, p̄ræpoſteras collocationes litterarum, aſpirationum, accentuū, diphthōgorum, punctorū ſubſignauimus: quādo ea faciliime & aduertere lector p ſe ſequeat, & corrigere. Charta .iii. qūquidē leges. l. quidē, quibus duce. l. qui duce. c. iiii. q; Io. picus. l. q̄ Io. picus, utraq; uerſabantur. l. utraq; uerſabatur. c. xi. idē & pyrrhonu. l. idem & pyrrhonij. c. xii. dignus homine. l. digna homine. c. xiii. e eoq; magis. l. eoq; magis, quia nam ſit. l. quæ nam ſit. c. xv. uidetur de primatu. l. uideretur de primatu. c. xvi. præſtitiſſe. l. præextitiſſe. & q̄ eo clauduntur. l. & quæ eo clauduntur. c. xvii. cōflari exiſtimarunt. l. conflari exiſtimarunt. c. xvii. occupationes fuerunt. l. occupationes fuerunt. c. xviii. tanq̄ id uarie. l. tanq; id uarie. c. xix. laminis q̄. l. luminis quæ non. c. xx. illam hūc autem. l. illam hanc autem, longo aut. l. longo autem. c. xxi. & mutare uideātur. l. & mutare uideantur. c. xxvi. ſenus intraneos. l. ſenſus intraneos. qūq; timendæ. l. qūq; ſitienda. naturalibus rū philoſophis. l. naturalibus rū philoſophis. c. xxix. & ſerius ēt. l. & ſerius etiā. c. xxx. q̄ habeant ſemen. l. qui habeant ſemē. c. xxxi. q̄ q̄ in frigidis. l. q̄ qui in frigidis. q̄ inflāmatione. l. qua inflammatione. c. xxxii. & idem alias. l. & idem alias. lieroq; ducte. l. liberoq; ducte. κυτάτηρα, ηινετάγμα. c. xxxiii. ὑπὲρ βίου. l. ὑπὲρ βίου. c. xxxiiii. poſteriorus ſeculis. l. poſterioribus ſeculis. c. xxxvii. ſuſcitatione cōtenti. l. ſciſcitatione contenti. laritaret antris. l. latitare antris. c. xxxviii. de uero ipſe. l. de uero ipſo. c. xxxix. nunq; uero. l. nunq̄ uero. c. xli. pythagora repoſuerunt. l. pythagoram repoſuerunt. c. xliii. potius ceptricos. l. potius ſcepticos; dogmata rete

ſuiſſet.l.dogm ita recenſuiſſe.c.xlvi.q̃ extra cælum.l.quæ extra cælum.q̃ intra cælū.
l.quæ intra cælum.ſecunda nucupat.l.ſecundā nuncupaſ.c.lii.aſia nō uidebūtur.l.
alia non uidebuntur.aintes inueniūtur.l.animantes inueniunſ.pallētes & offectus
.l.pallentes & affectos.produt in lucē.l.prodeūt in lucē.c.lv.pōt eſſe frequentiſſimū
.l.pñt eſſe frequentiſſima.c.lviii.metaphiſicorū.l.metaphyſicorū.ſubapte natura.l.
ſuapte natura.c.lix.infirmeſ iudicia.l.infirmenſ iudicia.c.lx.metaphiſicorū.l.meta
phyſicorū.c.lxi.aūt qui.l.aūt qui.inter phiſicos.l.inter phyſicos.caæ.l.cauſæ.c.lxiii.
du hirriunt.l.dum hirriunt.definitione hanc.l.definitionē hanc.c.lxv.exiſe re.l.exi
ſtere.c.lxviii.empiricus in primos.l.empiricus in primo.c.lxxii.iudicibus ſignis.l.in
dicibus ſignis.c.lxxv.audatius tactum.l.audacius factum.c.lxxvi.mandata ex ſcri/
bendos.l.mandaram ex ſcribēdos.c.lxxvii.nō falſum eſſet ſed ueri.l.q̃d falſum eſſet
ueri.quatenus ēt.l.quatenus enim.aūt intellectile neq.l.aliud intellectile neq.ſce/
ptici quæ minime.l.ſceptici diſputāt quæ minime.arte caperet.l.arte caret.ignore
ret.l.ignoraret.c.lxxviii.opus eſſe finito.l.opus eſt finito.c.lxxx.λιλων.l.χιλων.c.
lxxxi.conſuetudo aūt inæqualis.l.cōſuetudo autem inæqualis.c.lxxxvii.ūt ſtare eā
.l.ut ſtare eam.c.lxxxvii.ſecundum æqualitatē.ſecundum uacat.c.xc.in inferiorem
exiſtimarint.l.inferiorem exiſtimarunt.c.xciii.ſed planctis ad præſens.l.ſed a pla/
netis ad pſens.c.xciiii.qui tū eādē.quæ tū eandē.c.xcv.auertit pythagoras.auer
tit uacat.c.xcvi.mollis diatoni.l.mollis.l.diatoni.c.xcix.ad ſpecie.l.ad ſpeciē.c.cii.
τὸ ὅλον.l.τὸ ὅλον.c.ciii.ut ipſi corpore.l.ut ipſi corpus.c.ciiii.inuice ſe ſeq.l.inui
cem ſe ſeq.reſpondetes.l.reſpondētes.ita cognoſce.l.ita cognoſſe.hanc nolunt ſce
ptici.l.hāc nolunt ſceptici.c.cvii.eraſum.l.eraſam.Seneca redarguens.l.Seneca eos
redarguēs.ppdnſione.l.propēſione.c.civ.noſtri uero ad bonitatē.l.noſtri uero ēt
ad bonitatē.c.cxiii.ariſtotele in.xii.l.ariſtotelē in.xii.c.cxvi.mjultis ſuſpitionibus.l.
multis ſupſtitionibus.illi proponebat.l.illi præponebat.c.cxvi.contradixiſſe Ari/
ſtotelē.l.contradixiſſe ei Ariſtotelē.ſ.ευαιτιω.l.ſ.εναντιω.de aīa dicit.l.de aīa ip/
ſum dicit.c.cxvii.& plura ēt.l.& plures ēt.c.cxviii.liberū pihirminias.l.librū piher/
minias.c.cxix.at habentur.l.at habeantur.c.cxx.ptractare cuius initiū.l.pertractare
quorum initiū.c.cxxii.cudia.l.copia.odus.l.opus.ipe.l.ipſe.c.cxxiii.poſſis aptari.l.
poſſit aptari.c.cxxiiii.ſcripſiſſe illū hieronymo.l.ſcripſiſſe illū nouimus authore ēt
hieronymo.c.cxxv.figura ſphericā.l.figuram ſphericā.c.cxxvii.eq peſſima.l.deq
peſſima.inceriam.l.incertā.c.cxxviii.pterq iis.l.ptē q̃ iis.c.cxxix.cui uariæ.l.quai
uariæ.Qm eum id,qm uacat.c.cxxx.rōne expromet.l.oratione expromet.c.cxxxi.
q̃ maxime poſſunt.l.q̃ maxímis poſſūt.c.cxxxii.ipm uel p.l.ipſam uel p.c.cxxxiiii.
ē aīa.l.de aīa.referut.l.referetur.c.cxxxv.ſentire q.l.ſentire decernunt q̃.c.cxxxvi.
illi obiiciuntur.l.illis obiiciuntur.c.cxxxvii.reddat & præſenter.l.reddit & præſen/
tat.c.cxxxix.ἄνευ.l.ἄνευ.c.cxxxxi.repſentare ut.l.repſentare eum ut.c.cxxxxii.
hauerat.l.hauſerat.illud addidiſſe.l.illud ipm addidiſſe.c.cxxxxiiii.ſuponē.l.pre
ſupponere.c.cxxxxv.i primo ſit.l.an primo ſit.forte eſſe.l.forte eſſem.ipm celebra
uerit.l.ipm celebrauerint.diuerſum ēe.l.diuerſum eſſe.c.cxxxxvi.optari ut.l.op/
tarim ut.abneganda ſenſui.l.abneganda hac ſtata ſenſui.c.cxxxxvii.multo ſub.l.
multo ſi ſub.a mœno hilari.l.amœno hilarari.c.cxxxxviii.dem eorūdem.dē uacat.
de ſenſus uiſus.l.de ſenſu uiſus.c.cxxxxviiii.τὸ.l.τὸ.idē eſſe.l.idē eſſe.c.cli.cum
tū.l.cū tamē.c.clii.ſpeuſippo intellectū.l.ſpeuſippo intellectā.ſolet afferri.l.ſolent
afferri.

nō dub.tat9.l.nō dubitās.ei &aptēr.l.ei ētaptēr.
afferit.c.clvi.uti bellua.l.uti belluas.nō dub.tat9.l.nō dubitās.ei &aptēr.l.ei ētaptēr.
apritudine facultateq.l. apritudinē facultateq.& itima.l.& itimā.c.clvii.dirimit ab
angelis.dirimit ab āgelis.c.clviii.paliu.l.paliū.ppēsio.l.ppēsio.c.clxi.ue cognoſcet.l.
ue cognoſcat.c.clxiii.debet hēre.l.dēat hēri.uū primū mot9.l.uū pricipiū mot9.idi
ta ad.l.indita ē ad.c.clxv. mox ſubbodit.l.mox ſubdit.ταξ ἰκατοσā.l.ἰταξ ἰκαρōτā.c.
clxvi.hēat ſexū.l.hēant ſexū.eēt naturæ.l.eſſet naturæ.c.clxix.nō tecidī eodē.l.nū re
cidī eodē.c.clxx.pulchritudie.l.pulchritudinē.facies.l.faciēs.exiſtiatrix.l.æſtiatrix
.c.clxxii.opinet q.l.opinet q.& dubio pcul.l.at dubio pcul.c.clxxiii.ageres.l.agēres.
no.l.nō.c.clxxiiii.οιητικοσ`.l.ποιητικοσ` thiſtorica phyca.l.i hiſtoria phophica.c.clxxv.
ppoſitiōe quoq.l.ppoſitionē quoq.nihilo tū.l.nihilotū.c.clxxvi.uidecet.l.u3.adert
.l.affert.muta.l.multa.uiū.l.uiſū.c.clxxviiii.cetrū.l.cētrū.ſphee.l.ſpheræ.otus.l.mo
t9.cēporis.l.tpis.c.clxxx.i ueritate.l.i ueritatē.mā ſubeē.l.mām ſubeē.c.clxxxi. pri
cipis phiæ.l.pricipius phiæ.c.clxxxiiii.φισικῶσ.l.φυσικῶσ.c.clxxxvi.qq attulere.l.q̄
qđ attulē.c.clxxxx.itellectū q alii.l.itellectū quē alii.formis ornatū.l.formis ornatā
.c.cxci.uel agēdū iret.l.uel agelū iret.c.cxciii.licet οὕτωσ.licet uacat.nec uiſibilia.l.
nec ſuſceptilia.artificata.l. artificiata.c.cc. q eo celebrādū.l. q celebrādū.c.cci.quo
fiet i oi.l.quo fiet ut in oi.collocabit deus.l.collocabit deus.c.ccii. ſcriptū reliqtit.l.
ſcriptū reliqt.& miraculis.l.ei miraculis.c.cciii.καὶ ἐν.l.καὶ ἐν.Aliq̄ iduidua.l.aliq̄ in
diuiduā magno uiri.l.magno uiro.c.cciiii.oib9 uniuerſū .l. oībus ī uniuerſū.ſupra
ēt.c.xc9i.cātici.l.cātica.

¶ Io.Fran.P. Iacobo Fabro ſtapulenſi.S.P.

Ecera ai dubi9 Faber doctiſſime,ſi q de uanitate doctriæ gētiū cōcepiſſē, ea ipſe litteris mādarē,calūniā me p gratia apud multos habiturū : neq igno rabā eis ipis uſui euēturū,qđ pletiſq ſolet:q cōſtitutū ī aio habēt,ſe ab amicis qđ magnope deſiderāt nō reportaturos.quā obrē deſinūt eos adire,& qđ iuotis ē qrere,cuius facile cōpotes fierēt, ni antea ſibi aīum praui iudicii obſtinatiōe penitus obſirmaſſet.Sed apud me ſane plus potuit ueritatis amor,q̄ tior calūniæ:ſcripſi.n.ea d te libros ſex.An uero plus apud illos obſtiatio potuerit,uti nolit cōſeq.quā ſi uoluerit poterūt,ueritatjs cognitionē:ipi ſuo piculo uiderit.Eos ad te libros mitto,ut eorū & lector eē poſſis,& iudex.quorū primis trib9 qcqđ fere uanitatis a ueruſtiſſimis illis gētiū ſapiētib9 atq phis,p uarias ſectas diuiſis,& diuerſa nūeroſaq ſuc ceſſiōe ppagatis cōmiſſū ē,& narrat & arguit.Tres aūt reliq Ariſtotelis dogmatib9 ifirmādis accicti,agmē cogūt.Exiſtio aūt ueritatē gratiorē tibi q̄ uulgi ſeſū futurā, q̄ tuā ēt erga gētiū phos,& ipm quoq Ariſtotelē gratiā,qq̄ illū es pclatis cōmētariis iterpratus.Fui & duplici alio noie ad id faciēdū ſubiuitat9,& q ex phileſio auditore tuo reſcuuioli,te nr̄is lucubratiōib9 delectari,tuaq ad illū epiſtola certior fact9 ſū,te libros d pnotiōe terū,& alia q̄piā nr̄a Germāis typis excuſa uolumia,tibi adſciuiſſe,Et q̄ tanta ē tua i pclaro pariſiorū Gymnaſio uel doctria,uel auctoritas,uel utrūq,ut facile ſi haec tibi placuerit,alios q iſtic d gūt,excitaſ poſſis ad ueritatē,nō p trāſēnā,ſed itime & pxie pſpiciēdā.Idq magis te facturū pfido,cū pcepis mōſtratū a nobis,gētiū phos iſtar tertigeni exercit9 mutuo(ut ē ifabulis)uulneſ cōcidiſſe,& qđ attier ad Ari.quē nūc pene oēs colūt,aliter ſe ſe hēre rē q̄ putabaſ:eoq ēt magis,cū uideris,nō ſolū i trib9 lu pioib9 libris,celebratorū oium phorū examē,ſed i.v.maxie & .vi.nō ephecticorū & ſexti pyrrhōii ſeuetiſſima bilāce,nō libra arrepta d porticu,nō academiæ uaria trutiā,nō ſtatera ſenis gargetii,nō examie uel a Galēo uel ab Auic. mutuo accepto,q oēs nō ita ppēdere Ari.ut pleriq autumāt,cēſuerūt:ſed nr̄o potius q̄tulūcūqē,examie,& qđ d ipo lycio Ari.ſūptū ē,i ppēdēdo Ari.nos uſos fuiſſe.Vale.

q Vãplurimi ſæpe & multũ ex me doctiſſime Pice q̃ſiuere, ac pene conuitio efflagitauere, ut q̃ ad hãc diẽ uolumia ſcripſiſſes,ea(ꝙ me uidebãt plurima eorũ tenere,et abs te dono mihi data)nõ tẽporũ ordine ſeruato,ſed quodã potius doctrinarũ encyclio atq; cõnexu recẽſerẽ, Id qdẽ ego ,ut amicis cõib⁹ gratificarer ſæpe tẽtaui,ſed (ut ĩgenue fatear)uel ꝙ aliis diſtringor negociis,uel potius ꝙ a te multa cõpoſita ſũt,q̃ uel ego nõ uidi,uel obmultiiugã doctrinã,parũ mihi ſunt cognita,male res ceſſit,Fruſtraq; id oneris ſubiui. Te igitur iterũ atq; iterũ Pice optime rogo,atq; et exoro,ut id tu ꝑ te efficias,atq; tuarũ lucubrationum & uigiliarum ſtudioſis,ac mihi pariter,rem gratiſſimam facias : cuius nomine & ipſi & ego plurimum tibi debebimus. Vale.

¶ Epiſtola de operibus litterariis Io.Frãciſci Pici,& Io.Pici eius patrui: quæ & quadriennio antea ꝑpoſtere impreſſa fuit:& omnia non continebat opera.

Io.Fr.P.Lilio ſuo.S.

q Voniã deſideras ut meorũ ordinẽ librorũ exſinuẽ tibi,mos ẽ gerã:difficile tñ eũ ipm ordinẽ inuẽtu eſſe nõ ambigo,& ſi q̃buſdã uoluminib⁹ eorũ q̃ olim a me uolphius extorſit,& in germania formis excudẽda curauit,aliquẽ ꝑ epiſtolã ordinẽ ĩdiderimus:Abſolutus tñ ille nõ ẽ,nec plane ĩteger,nec oĩum oĩno librorũ. Nã poſtea multos ꝯpoſuimus,quos diuerſis tpib⁹,diuerſis ẽt ex cauſis elucubratos,te in primis noſſe opus ẽ:diuerſis ẽt in locis ſcriptos, nũc domi, nũc in exilio,nũc in expeditionib⁹,& tumultib⁹ ẽt pluſq̃ ciuilibus,& aliud poſt aliud uolumẽ & ſcriptũ & editũ ẽ:ut cohærere ipſa inter ſe difficile te arbitrer iudicaturũ. Quare ſi hũc ordinẽ tibi narrare ueli,uereor ne eũ ab oĩ eẽ remotũ ordĩe iure cõpe

Primus or/do librorũ ꝑ ſuo iectas materias.

rias.Materias uero ſingulorũ operũ,ſi ſub examẽ reuocauero,& ad ĩſtituẽdũ ĩ doctrinæ ſtudiis hoĩem,& ad ſũmũ qđ ẽ ĩ litteris euehẽdũ aptauero, ordinẽ fortaſſe illa ipſa ĩtẽr ſe opa quẽpiã,nec forte oĩno uulgarẽ uidebũtur agnoſcere.Dixi ſũmũ qđ eſt ĩ litteris,nõ qđ aut ĩ me,aut ipſis ĩ meis libris quicq̃ ſũmũ agnoſcã:Sed qa dei lumine ſu ꝑ nos ſignato,& idẽtidẽ noſtri affulgẽte oculis aĩ,ĩ lectione optimarũ litterarũ uerſatis,depꝛhẽderim forte,qđ ſit ſupꝛmũ illud & ſũmũ:idq; ꝑ ꝑmalios ĩterſcribẽdũ ingeſſerim.Nã q̃cũq; doctrinæ ſtudiis addicũt ſe ſe:ut uerũ ĩter noſcat a falſo, dialectica opus habẽt facultate.Qua de re uſui illis eẽ poſſumus,quinq; de logica ĩſtitutiõe

De logica ĩ/ſtitutione.

De appeti/tu .p. materiæ & de ele.

Cõmẽtaria de aĩa rõnali & d imag.

editis libris.Inde ad phiã ſe ſe nãlẽ ꝑclara eõferre ſolẽt ĩgenia,quõ ĩ genere ꝯpoſuimus,De appetitu primæ materiæ librũ,& librũ quoq; de elemẽtis. Ac ꝑterea de aĩa rõnali in Ariſtotelẽ ſcripſimus cõmẽtaria,& de imaginatione uolumẽ.de rebus aũt metaphyſicis & theologicis ĩ defẽſiõnẽ.Io.pici patrui,ꝑ libro eius de uno & ente libellũ edidimus,& eius apologiam a petri garſiæ calumniis uẽdicauimus.librũq; reuelationũ hieronymi Aſamuelis caſſinẽſis ĩpugnatiõe defẽdim⁹:ꝑ quo ẽt ab laqueo excomunicatiõis eximẽdo,duos libros edidim⁹.Cæterũ de cauſis calamitatũ noſtræ tẽpeſtatis librũ ſcripſimus,ĩ quo & inanes & ꝑnitioſas cũ uulgi tũ mathematicorũ opiniones eliminauimus.Librũ ẽt de diuina ꝓuidẽtia ĩ quo primũ,qđ Ariſtoteles & Auerroys decreuerint,narrauimus:deinde qđ noſtri ea de re theologi, & ſactius & uerius ſanxerint,noſtra q̃q; intermiſcẽtes ab eorũ dogmatis nõ abhorrẽtia. Atq̃ qa poſſet hoĩes,ꝑ inanẽ decipi phiã,uel ei nimio plus ĩcũbere,iccirco ut a minus utili ſtudio auocent,& ad id qđ in uotis oĩum litteratorũ debet eẽ,ſe totos uertãt:Duo de ſtudio diuinæ & humanæ phiæ libri ſequũt.Q m̃ uero ii fortaſſe minus ſubtiliter

In defẽ .Io. pici.& hier.

De cauſis calamitarum.

De prouid.

De ſt.diuiæ & hu.phiæ.

ſcripti

ſcripti uideri potuiſſet.Sex i examē uanitatis doctrinæ gētiū & ueritatis Chriſtianæ
diſciplinæ libri editi ſunt:qb9 huana ois ſapia ducit icōtrouerſia: quoru i librorū ini
tiis potiſſimū,ā iter diſputādū ſæpenūero, ſed ſemp i finibus,noſtræ litteras & dog
mata religioſis aſſerimus. Sed ne magis cōfutaſſe falſa q̄ uera cōprobaſſe rephende
ret,in eo q̧ plus & opæ & tpis poſuiſſe,q̄ i hoc ipſo.f.ut aſſerere noſtra:Theoremata
deinde & ordie credēdi publicū arripuere.Verū qm̄ fides niſi amore nitaƒ mortua di
cit eē. Quattuor de amore diuio libri,ſe ſe igerūt alacres:quo cū puenerit hūani ex
curſus īgenii,ſupgredi nō daƒ ultra,ſed nec retrogredi quoq̧ fas ē. Verū uſq̧ mora
ri,i ipo q̧ ueriari & cōſetaneū ē & apprime neceſſariū.Amāti aūt icūbit,ut ipm cōſer
uet amorē,ut ſe ſe in aliquo exerceat,ut caueat q̄ amori poſſint officere:ppea nō de
erūt epiſtolarū uarii generis libri ſeptē,ſi tñ inter epiſtolas reponēdi ſunt de imita
tione ad Bēbū libelli duo.Nō deerit & opus aliud in nouē diſtinctū uolumina,cui ti
tulus eſt de rerū pnotione,qbus uanæ & noxiæ pſenſiones cōfutanƒ,& ueræ ac reli
gioſæ cōprobanƒ.Nec ēt deerit queſtio pariſiēſi ppe modū exarata ſtilo,i qua de præ
ſenſionibus genethliacis,deq̧ oi eiuſmodi uanitate diſputaƒ.libellū quoq̧ eodē pe
ne ſtilo edidimus,tpe diſſidii i Iuliū pōtificē cōcitati;quo p cōcluſiōes ſeu mauis ſpe
culatiōes aut theoremata nūcupare,de ſupma authoritate diſſerebaƒ:titulus ē reſo
lutio prātis eccleſiaſticæ,ſed ei manū extremā nōdū ididimꝰ.Adhæc de imaginatiōe
libri uſia ps ſuffragabiƒ,ut uanæ repelli phātaſiæ qant.& tres libri de morte Chri
ſti & ppria cogitāda:qb9 tā imaginatio q̄ mēs,& dirigi facile poſſit & erigi.Ac ne ni
mio riore q ſolet plerūq̧ eē noxi9 angaƒ uitæ amatoriæ dedit9,regulas q̄s p extrudē
dis cōſciæ ſcrupulis edidimꝰ,ei pfuturas facile cōiectamur.Oratio itē de reformādis
morib9 ad leonē pōtificē & ſinhodū lateranēſē edita,oi hoiu ordini & maxie pri
cipibus iuris cōmodo eē poterit.Carmina ꝑterea de expellēda uenere heroico uer
ſu tibi dicata:quo i gñe & de myſteriis caliçus i Germania lapſu cecinimus.eodē itē
carmie octo hymni editi ſūt quorū tres,q ſūt ad trinitatē,ad Chriſtū,ad uirginē,no
ſtris quoq̧ cōmētariis expoſiti,& elegiaco argumēto quoquo mō apti. Quinq̧ alii
Laurētio,Geminiano,Martino,Mariæ Magdalenæ,Antonio dicati ſūt:Adnotatiōes ꝑ
terea i ſacra eloqa ueteris & noui teſtamēti fecimus.Adnotatiōes itē i leges ciuiles
& pōtificias,nō oēs,ſed eas i qbꝰ uel iuētio,uel emēdatio,uel clarior aut uberior ex
poſitio,id ipm mihi ut pbe fieri poſſet ſuggeſſere.Hæc adhuc ſub icude tractāƒ. Sic
& liber de humana pfectione,ubi cōtinenƒ cognoſcēdi,uolēdi,agēdi,ſi nō oino nūe
roſiſſima,at certe utilia,& futura(ſic arbitror)grata bonis ingeniis theoremata.Ad
hæc & ad.ſ.Franciſcum,& angelum cuſtodē,& aliū cælitē,hymnos carmine heroi
co ſcripſimus: qui aliis iūcti undecimum referūt nūerū.xii.ad paulum apoſtolum
meditamur hymnū.Atq̧ ut illa oia ſupiora,uel edita iā,uel pxime edēda ſūt,ita ad
notationes ipſæ uiuētibus nobis fortaſſe nūq̄ exibūt:qm̄ q adnotādi & obſeruādi fi
nis erit,idē uitæ futurus ē.Noſtrorū quoq̧ tporū hiſtoria eadē lege pmeƒ,qm̄ nō de
erūt ætatis noſtræ pgreſſus,quorū geſta chartis cōmēdemus,eo q̧ libētius poſteris
edēdæ hiſtoriæ relinqmus curā,q nō ſolēt ita æſtimari.Ariſtotele authore, & teſte
expiētia,q̄ pxime ab oculis receſſere geſta,ſi litterarū monumētis referanƒ,ac ea q̄
aliquot ante ſæculis euenere,ſed cū exoletis & antiqtis nimiū poſthaberi: Accedit
qđ q uera ſcripturi ſumus,offenſā multorū ſine ulla poſteritatis utilitate facile cō
traheremus,quā qdē lōga dies & pſcribet & abolebit.Sed.n.pticulares quaſdā hiſto
rias oli ſcripſiſſe recordamur.i.uitā & mores.Io.pici.patrui, & Hieronymi,p quo &

Examē uani. doctriæ gentium.
Theoremata de fide.
Libri d amore diuino.
Epiſtolarū. libri.
Lib. de imitatione.
Libri de rerum prænotione.
Qō d aſtro.
Reſolutio prātis eccleſiaſticæ.
Libri d morte Chriſti: & ppria cog.
R. ēpro
ſcru
Orati ref.morib9.
Carmina.
Hymni
Adnotationes
Liber de humana perfectione.
Hymni alii.
Hiſtoriæ.

aduerſus inuehentē ſamuelem unū,& duos de anathemate libros edidimus,ut quæ
Secūdus ordo partes liberales & per partes phīæ.
de græco uertimus in latinū,& alia minoris curæ monumēta prætereā. Si deſiderio
tuo fecimus in pte ſatis,gratum habeo.ſi minus,Alium hunc ordinem per artes li-
berales,& omnes humanæ & diuinæ phīæ ptes diffuſum intuere. In gramatica,mul
ta ſcripſimus in trium hymnorum comentariis,ſiue de ea pte rō habeatur, quæ lo
quendi regulas tradit,ſiue de ea intelligas, quæ in exponēdis uerſatur authoribus,
In gramatica.
cum hiſtoriæ,aut locorum,aut geſtorum,aut tporum ſolent enarrari, ut mittam
quæ peculiari & cōgruenti ordine rei theologicæ de qua hymnos cecinimus aptan
tur: Scepticorum etiam rationes, a nobis aduerſus grāmaticam relatæ ſunt & para
phraſi quadam explicatæ in tertio examinis de uanitate doctrinæ gentium. In eodem
In rhetorica.
libro eorumdem phōrum in rhetoricā artem argumenta declarauimus, ac duo de
imitatione libelli noſtri etiā num ptinent ad rhetoricā:& oratio quoq ad pōtificē
In dialectica.
& ſynhodum uti puto,nō abhorret a præceptis rhetorum. In dialecticis,quinq ad
ſunt libri logicarum inſtitutionum,quibus in libris Ariſtotelem & q ab eo fluxere
ſum magna ex pte,nec minori diligētia ſecutus. Cōtra logicos uero & in.ii.& in.iii.
examinis de uanitate doctrinæ gētiū ex Pyrrhoniis inſtitutis multa diſputant. Et in
.v.eiuſdē opis cōtra libros poſteriorum analyticorum Ariſtotelis plurima exaran-
In arithmetica Geometria muſ.
tur:nō iā ex pyrrhoniis excurſionibus,ſed paſſibus ipſo in lycio confectis. In Arith
meticam,Geometriam,Muſicā, ephecticorum aliorumq armis philſophorum hoc
eſt gentium,gentibus ipſis bellum indictum eſt. In Aſtrologiā quæ pertinet ad mo
tus dimetiendos eodem in libro.iii.de uanitate gentium doctrinæ fit excurſio, pro
In aſtrologia
prius nō alienis uehtibus:q̄ q̄ mihi.Io.Picus patruus auxiliares copias ſubminiſtra
uit:Seorſum uero in qōne,ſtilo ppe pariſienſi edita,de triplici Aſtrologia diſſeritur,
In quinto autem ex nouem de rerum prænotione libris,ipſa Aſtrologia diuina-
trix magno conatu reiicitur,in quo & ſi patruus mihi fuit auxilio, rependi tamen
uices quoquomō,dum Lucii in eum bellātu eo ipſo in libro argumenta retudi. In
In phīa naturali & morali.
philoſophia naturali,De appetitu primæ materiæ ſecundum peripateticos liber ex
tat,& alius de elementis,non iuxta cōiter philoſophātium dogmata,quorum opi-
niones ſub examine reuocātur. De aīa rōnali cōmētaria i Ariſtotelē pſcripta ſunt.
In tertio quoq de uanitate doctrinæ gētiū,ſcepticæ in phyſicos & morales phōs ar
gumētationes explicant,& ad moralē quoq phīā tā ultima libri de Imaginatione
ps,q̄ regulæ aduerſus ſcrupulos,& adnotationes in ſacra eloqa, atq i leges ciuiles
& pōtificias ptinebūt. In ſexto uero eiuſdē examinis p oēs ferme libros Ariſtotelis
diſcurrēs,q̄ pipatetici uocāt indiſſolubilia ipſius phī argumēta,ea poſſe diſſolui(ni
In metaphyſicis & theologicis mixti.
fallor)aperui,nec i naturalibus tm̄ mō libris,ſed ēt i metaphyſica facultate. ad quā
ptinere ēt pōt defenſio de uno & ente p.Io.pico patruo edita,Et de diuina puiden
tia liber,q̄ q̄ pprie magis ad noſtrā iā ptinet theologiā. Ad quā ēt multa ſpectāt ex
libris de rerū pnotiōe,& maxie ipſa de fide Theoremata; ac ipſi q̄ttuor de amore di
uino libri,& tres de morte Chriſti & ppria cogitāda,& duo de ſtudio diuinæ & hūa
næ phīæ,nā mores & ipſi diuios idipiſcēdos cōcernūt,ſicut & is quē inſcripſi de ima
ginatiōe,& alis cui titulus ē de ueris cāis calamitatū noſtræ tēpeſtatis,& ad Pōtificē
ſynhodūq lateranū oratio:& liber dē hūana pfectiōe adoēs fere litterarias ptinēs fa
In theol pura & theo. pariſienſi.
cultates. Sūt ēt nōnulli quos ſupra memorauimus libri,uaria doctria pmixti,& maxie
uolumia epiſtolarū. In theologia uero magis pura & antiq̄ magis,annotatiōes i ſa
cra eloqa. In ea uero q̄ apud pariſios colit,defēſio Apologiæ Io.pici patrui, aduer-

ſus Petri Garſiæ calũnias:& qõ de Aſtrologia:& reſolutio ſupræmæ poteſtatis eccle/
ſiaſticæ: & alia nõnulla ſparſim. In iure aũt ciuili & põtificio, pter adnotatiões, duo In iure ci.&
extát de excomunicatione, & unus inter exponendũ caput quoddã Hilarii in decre pont.
tis pontificiis repoſitũ, cuius ſupra nõ memini: eius iñ materia ſumme theologica
eſt. porro in hiſtoria, noſtrorum geſta temporum, & uita. Io. pici patrui, & Hierony/ In hiſtoria.
mi: & præter hæc omnia, carmina quoq; theologica, quorum ſupra mentionem feci Carmia the.
mus. Item nonnulla quæ de græco uertimus in latinum, Iuſtini martyris, & Chryſo Quæ uerſa
ſtomi, & Theophraſti. Atq; hæc ad annum ætatis noſtræ quẽ iam expleuimus quin ex græco.
quageſimum, & humanæ redemptionis, uigeſimum ſupra milleſimum & quingẽte
ſimum. Io. uero pici patrui mei opera, te non puto ignorare, heptaplum, Apologiã, Io. pici pa/
de uno etiam & ente librum, quæ fuerunt, dum uixit, edita. Poſt eius autem obitum trui opa.
a nobis inſtaurati ſunt, duodecim libri cõtra Aſtrologiam, & epiſtolæ circiter quin
quaginta, & unica oratio. Quæ autem nõdum inſtaurata, hæc habẽtur: in pſalmos
cõmentaria, in quibus reficiendis aſſiduam operam impẽdimus, & multæ quoq; ſce
dæ fragmentorum: quæ ſi fauerit omnipotẽs, collecturũ me ſpero, ne pereãt. Vale.

FINIS

Regiſtrum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z AA BB.
CC DD EE FF GG HH II KK LL MM.

Omnes ſunt terni. præter. MM. duernus.



LABORATORIO L. BOTTECHER
VIA DEL BOSCHETTO 87 - ROMA
[illegible]